R-544

(S.I.)

ANTONIO DE CORDOBA (— 1567)

Dilucida expositio super regulam fratrum minorum ... / per ... Antonium Cordubensem ... — ✕ matriti : Apud Ludovicum Sanctiū ... , 1616

F.S.44

DILVCIDA

EXPOSITIO

SVPER REGVLAM FRATRVM MINORVM, EX VARIA multiplicique authorum lectione diligenter collecta.

PER VENERABILEM PATREM Fr. ANTONIVM Cordubensem eiusdem Ordinis, regularisque obseruantiæ in alma prouincia Castellæ Ministrum.

NVNC DENVO RECOGNITA, VARIIS NOtis illustrata, triplicique indice copioso locupletata: per fratrem Petrum Nauarrum, Sacræ Theologiæ Lectorem iubilatum, atque eiusdem prouinciæ Definitorem.

AD REVERENDISSIMVM PATREM NOSTRVM Fr. Antonium de Trejo, totius Ordinis Seraphici, regularis obseruantiæ Vicarium Generalem.



Anno 1616.

CVM LICENTIA.

Matriti. Apud Ludouicum Sanctium typographum R

TASSA.

YO Iuan de Xerez escriuano de Camara del Rey nuestro señor, vno de los que en su Consejo residen, doy fe, que auiendose presentado ante los señores del dicho Consejo, vn libro intitulado, *Exposition super quatuor fratrum Minorum*, compuesto por el padre fr. Antonio de Cordoua, de la Orden de señor san Francisco, corregido y añadido por fr. Pedro Nauarro, Lector jubilado en Teologia, de la misma Orden, que con licencia de los dichos señores del Consejo fue impresso, le tassaron a quatro marauedis el pliego en papel, y a este precio y no a mas mandaron se venda, y que esta fe de tassa se ponga al principio de cada vn libro de los que assi fueren impressos. Y para q̃ dello conste, di esta fe, que es fecha en la villa de Madrid, a primero dia del mes de Setiembre, de mil y seiscientos y diez y seis años.

Iuan de Xerez.

ERRATAS.

FOl. 4 linea 1. libertis lege libertatis, eodem fol. lin. 2. delectationem, lege delectationũ. fol. 11. pag. 2. 1. not. margin. lin. 6. persecutioris, lege persecutionis. fol. 21. in nota marg. circa finem 1. pag. vbi legitur dum reuocatione, lege dum de reuocatione. fol. 27. pag. 1. lin. 1. Minores Prouinciales, lege Ministri Prouinciales. fol. 27. pag. 2. lin. 20. Bernardus, lege Bernardinus. fol. 28. pag. 1. lin. 10 in illo fere, lege in malo. fol. 36. pag. 2. lin. 13. aliqu, lege alioquin. fol. 51. pag. 1. lin. 3. vbi, lege vt. fol. 53. pag. 1. lin. 36. imponentem, lege impotentem. fol. 61. pag. 2. lin. penult. ingrediatur, lege egrediatur. fol. 102. pag. 2. lin. 18. quod sit, lege quod si. fol. 111. pag. 2. lin. 2. ex quo habent, lege ex quo non habent. fol. 144. pag 1. lin. 16. ibi præcepti, lege præcepit. fol. 172. pag. 2. lin. 30. notatur, lege notanter fol. 185. pag. 2. lin. 34. ad excellendum, lege ad excludendum. fol. 191. pag. 1. lin. 12. cõceditur syndicus, lege syndico.

Con la emienda destas erratas, está conforme a su original.

El Licenciado Murcia de la Llana.

Approbatio operis.

E mandato supremi Regijque Senatus, quanta potui mentis attentione perlegi expositionem regulæ fratrum Minorũ, ex varia, multiplicique authorum lectione, per doctissimum Reuerendumque admodum patrem fr. Antonium Cordubensem eiusdem ordinis, regularisque obseruantiæ collectam, & iam pridem typis mãdatam, nunc demũ, & recognitam, & locupletatam, per literatissimum, pariterq; religiosum patrem fr. Petrum Nauarrum, Sacræ Theologiæ professorem meritissimum, ac in prouincia Castellæ Diffinitorem. Opus preclarum, vtile, perdoctum, nihil in eo reperi, quod aut moribus contradicat, aut Catholicæ fidei repugnet, immô doctrinam continet Chatolicam, regularibus obseruãtiæ, necessariam omnibus, maximeque literatis viris perutilem. Quâ ob causam prælo iterum committi debet, in quorũ fidem hæc manu propria subscripsi, in nostro Imperiali Collegio Madritensi Societatis Iesu. Die 17. Decembris, anno Domini 1615.

Didacus de Ibarra.

Suma de la licencia.

EL Padre fr. Pedro de Leganes Guardian del conuento de señor san Francisco de Madrid, tiene licencia de los señores del Consejo, para poder imprimir y vender, vn libro intitulado, Expositio super regulam fratrum Minorum, *compuesto por el padre fr. Antonio de Cordoua de la dicha orden, corregido y añadido por el padre fray Pedro Nauarro, lector jubilado en Teologia. Su fecha en Madrid a diez y nueue dias del mes de Enero, de mil y seiscientos y diez y seis, despachado en el oficio de Iuan de Xerez escriuano de Camara.*

REVEREN-

REVERENDISSI-mo patri nostro fr. Antonio de Trejo, totius ordinis Minorum regularis obseruantiæ Vicario Generali meritissimo, fr. Petrus Nauarrus. S.P.P.

POstquàm pusilli gregis Minorum, populi huius multi, qui præ multitudine numerari non potest, non tam tuo, quã felici omnium euentu, curam tuscepisti, nihil tibi, Reuerendissime pater, animo prelsius insedit, quã vt illum in intellectibus manuum tuarum deduceres, ostendendo viam bonam, per quã ambularet Proponere statim aggressus es verbo presentibus, scriptis absentibus, quod firmas exemplo, & vt à capite Aaron vnguentum in oram vestimenti eius descenderet, quo Christi bonus odor simus in omni loco, normam viuendi, quã seruas, in libro vitæ (hoc est) in vita & regula fratrum Minorum, omnibus tradere studuisti: Extabat in illam erudita satis, ac dilucida expositio venerabilis patris fr. Antonij Cordubensis, huius almæ prouinciæ Castellæ quondam Ministri, quo nullus ex antiquis, aut recentioribus, clarius, vberius, & felicius in hoc opere insudauit; sed cũ liber absente authore apud Lobunium typis excuderetur, calchographorum socordia & imperitia, adeò deformatus, mendisque innumeris onustus euasit, vt ipsum authoris ingenium fetus suos auersari, & tanquam adulterinos abhorrere merito posset. Nulla prorsus erat pagina, in qua mille lector non offenderet, quodque tam feliciter ad legentium vtilitatem scriptum est, correctionis inopia in fastidium vertebatur, thesauriique illi mendoso verborum cortice cooperti pessum abibant, & passim abijciebantur. Accessit in super, cum opus hoc prælo

esset

esset cómmissum ante Sacrum Concilium Tridentinum, in quo plura circa Regulares antiquata, plura verò de nouo statuta iunt, vt recognitione maxima indigeret, demptis quibusdam, additisque nonnullis, quæ ipsius operis ratio, & instituti postulabant. Hæc omnia Reuerendissime Pater, animũ tuum induxere, vt illud opus egregium, iam ferme in tenebris obliuionis delitescens, nouissime castigatum in lucem rediret, huius rei mihi imposita cura, cui libentissime cor & humeros apposui, nimirum qui existimarim, me in hoc labore gratissimum Deo, ac religioni obsequium præstare. Prefixam regulæ expositionem à mendis innumeris vindicaui, ipsam varijs characterum formulis maioris claritatis gratia distinxi, plerisque notis marginalibus illustraui, in quibus quod de nouo concessum, quod ve animaduersione dignum, expressi, tandemque triplici, ac copioso capitum, quæstionum, ac rerum omnium notabilium indice locupletaui. Excipe igitur vigilantissime Præsul, hilari fronte munusculum hoc, per exiguum illud sane, magno tamen nominis tui honore obũbratum, quod quidem si voluntatis exæquaret studium, tuæ proculdubio responderet pro voto; suppleat tamen quod muneri deest, & tua ingens benignitas erga eos, qui se, suaque studia commum Ecclesiæ emolumento vouerunt, & peculiaris illa humanitas, qua me tuo semper obsequio tot, tantisque nominibus obstrictum pro sequutus es. Vale totius nostræ religionis decus, & ornamentum longe clarissimum, teque Deus Opt. Max solatio bonorum, honestisque literarum studijs prouehendis diu incolumem seruet.

Reuerendissimæ Paternitati tuæ
addictissimus seruus.

Fr. Petrus Nauarrus.

AD

AD LECTOREM.

EN tibi, lector optime, venerabilis patris fr. Antony Cordubensis expositionē super regulam fratrum Minorū, tenebris obliuionis ereptam, mundo denuo renascentem, non deformem & mendosam vt prius, sed qua potuimus diligentia recognitam, auctam, variisque notis, & indicibus locupletatam offerimus. Exilis fortè labor cuipiam videatur? Parum mea interest, cum sciam me in illo tum propter obedientiam, tū etiam propter communem fratrum meorū vtilitatem, non parū curæ, ac solicitudinis impendisse. Et si iactare fas est cum quodam,

Nec minor est virtus quam quærere, parta tueri;

plus à me in huius operis restitutione, ac elucidatione perfectum arbitror, quā si nouam regulæ expositionem, cunctis plausibilem & admirabilē, in lucem emisissem. Nulli sane, qui Theologiæ limina salutarit, ignotum est, quantum ponderis apud sapientes huius doctissimi patris scripta habeant, in moralibus præsertim, quibus fuse ac solide pertractandis, vnus ipse pro omnibus sufficisse videtur. Cū autem in hoc argumento nulli secūdus exiterit, in expositione quā edidit super regulam B.P.N. Francisci, omnibus procul dubio superior euasit; quid enim ab antiquis patribus, & Magistris præclare dictum, quid à summis Pontificibus declaratum, quid æquæ veritatis lance præponderatum, quod ipse non affatur, affatur, contextum? Congessit ex variis simul perennem, ac limpidissimum fontem, à quo puram doctrinæ aquam

apud in tantis excipiunt, quot quot simili materia post ipsum operam dedere, ita ut à recto veritatis tramite deviare censeatur, qui Cordubensi sententiam, tanquam Thesei filum in omnibus, & per omnia non sequitur. Euaserat fons iste pede turbatus, venaque corrupta typographorum inscitia, cum opus apud Lobaniū authore absente prælo committeretur, nullamque paginam lector aperiebat, quā rudi mendaciorum, characterum ve mole confusam, atque nauseam excitantem non offenderet. Parum ne lector benevole reputes, hunc fontem purgatum, integritati restitutum, auctum, locupletatum, tibi propinabilem obtulisse? Suscipe igitur laboris mei fructus hos qualescumque, dum eiusdem expositionis compendium vernacula lingua publicæ utilitati offerendum absolvo; & ut placita antiquorum pede inoffenso decurras, illud te monitum velim, ubicumque in hoc opere simplici f folium fuerit annotatum, librum inscriptum Monumenta fratrum Minorum prima, & vetustioris impressionis signari. Quando autem duplici ff expressum fuerit, ab eodem libro secundæ excusionis circa annum Domini 1509. rem esse petendam. Quādo tandem triplici fff. folium fuerit consignatum, ad tertium librum ordinis tertiæ excusionis, supplementum ordinis inscriptum esse recurrendum. Vale.

PAPA-

PAPALIS INTRODVCTIO, ET Regulæ confirmatio.

HONORIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratri Francisco, & alijs fratribus de ordine fratrum Minorũ, salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium desiderijs fauorem beneuolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris pijs precibus inclinati, ordinis vestri regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, authoritate vobis Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Quæ talis est.*

GLOSSA.

Nota. MODVS procedendi in hoc tractatu, talis est; quòd primò ponitur per modum glossæ breuis epilogatio, vel declaratio textus: & deinde ad difficultatum maiorem declarationem ponuntur quæstiones, & earum responsiones. Quoad primum ergo notandũ, quòd prædicta verba textus sunt verba domini Papæ per modum introductionis confirmantis regulam sub sequentem, & ibi ostendit causam confirmationis, scilicet non est proprio motu confirmata: sed ad petitionem piam & rationabilem: & ratio est, vt ait quidã Doctor in quadam expositione sua super regulam nondum impressa, cuius Doctoris nomen ignoratur, quem quidem tamen æstimo esse Petrum Ioannem, qui sæpè allegatur in tractatu dicto Serena conscientia: & in hoc tractatu, quando allegatur, dicitur expositor sine titulo, seu Doctor innominatus. Iste ergo Doctor innominatus dicit, quòd quia hæc regula nõ debuit immobiliter aliquibus imponi, neque confirmari propter suam ſtrictissimã perfectionem, nisi feruide requirentibus, atque deuotè pariter & instanter, & cum multa maturitate: quia est maximæ perfectionis, & supererogationis: ideò ait: *Vestris pijs precibus inclinati*. Sed quia ibi dicitur pijs precibus, pijs votis, & honestis desiderijs, & quòd regula est ab Innocentio III. approbata, tãdem confirmatur per ipsum dominum Honorium III. sub plũbo & sigillo authentico, quia priùs prima regula B. Francisci fuit approbata per Innocentium III. & post abbreuiata est per ipsum: & dicitur secunda regula, quæ hic habetur, & hæc fuit per Honorium post approbata, & sub plumbo & sigillo authẽtico, vt hîc dicitur, & post per Nicolaum III. in bulla; quæ incipit. *Literas fœlicis recordationis, &c.* Et habetur in lib. ordinis in 2. tractatu fol. 1. vt etiam hoc latè refert Bartholomæus Pisanus, qui alias dicitur auctor conformitatum, in expositione sua super regulam, & habetur in lib. ordinis, & in lib. conformitatum conform. 9. fol. 77. &c. ideò pro maiori declaratione ponũtur sequentes sex quæstiones introductoriæ.

QVÆSTIO

QVAESTIO PRIMA introductoria.

An regula fratrum Minorum sit pia, sancta, pura, Euangelica, perfecta, obseruabilis, honesta, & vtilis Ecclesiæ?

REspondeò quòd sic, patet de singulis. Primò, quòd sit pia, sancta, & pura: quia secundum Bonauenturam in prologo suæ expositionis super hanc regulam, piũ dicitur, & est illud, quod ad Dei gloriam est directiuum; sed hæc regula est huiusmodi, vt patet: quia per virtutes, de quibus agit, dirigit homines in Dei obsequium & amorem, ergo. *Prima conclusio. Pia est regula fratrũ Minorum.*

Quòd pura, patet: quia sine peccati aut erroris admissione, & ad animi puritatem per virtutes inducens, maximè per paupertatem excellentem depurans animi affectum à terrenis omnibus, prout possibile est in via: vt in 6. cap. infrà patebit. *Pura.*

Quòd sancta, patet: quia agit de virtutibus valde conducentibus ad animæ sanctitatem habendam, & conseruandam, & ad sanctificandum nos Deo sine macula; & ad offerẽdum nos plene Deo in holocaustum per tria vota, & per cætera ibidem cõtenta valdè conducit: vt apertè hæc omnia dicit Bonauentura, & cæteri expositores regulæ. Et tandem Nicolaus III. & Clemens V. in suis declarationibus super regulã, *Exyt qui seminat*, & *exiui de paradiso*, quæ sunt confirmatæ in Cõcilio Viennensi, & habentur lib. 6. *de verborum significatione*, & in Clemen. *eodem titulo* Nam & in dicta declaratione, *exiui*, in §. *verum quia mortalis*: & §. *nos igitur*, in prologo dicitur, quòd hæc regula est etiam plena Deo. *Sancta.*

Quòd autem sit Euangelica, patet secundũ Bonauenturã vbi supr. & in quæst. super regu. quæst. 12. & 13. vbi dicit, quòd tota fundatur in Euangelio, vt etiam auctor conformitatũ conformit. 9. latiùs agit: & Hugo de Dina in sua expositione ait, quòd est quædam Euangelicæ perfectionis summa, & quod est diui- *Euãgelica.*

nitus inſpirata, vt latè etiam probat auctor conform. vbi ſuprà per totum, quòd Chriſtus eam beato patri noſtro Frãciſco inſpirauit, dicens, *Franciſce, nihil eſt in regula de tuo: ſed totum eſt meũ, quicquid ibi eſt; & volo, quòd regula ſic ſeruetur ad literam, ad literam, ad literam, ſine gloſſa, ſine gloſſa, ſine gloſſa. Ego enim ſcio, quantum poteſt humana fragilitas, & quantum volo eos iuuare: qui ergo nolunt eam ſeruare, exeant de ordine*, hæc ibi. Quomodò autem intelligatur ly (*Ad literam ſine gloſſa*) infra dicetur latiùs quæſt. 5.

Idem legitur reuelatũ à Domino ſanctæ Brigitæ li. 7. c. 20.

Idem dicit Nicolaus III. & Clemens V. in prædictis declarationibus: vbi Nicolaus III. in prologo dicit: *Hi ſunt illius ſanctæ regulæ profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eius ſermonibus adimbuſque formatur. Hæc eſt apud Deum & patrem munda, & immaculata religio, quæ deſcẽdens à patre luminum per eius filiũ exemplariter & verbaliter Apoſtolis tradita, & demum per Spiritũ Sanctum Beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, &c.* Similiter Iulius III. in priuileg quod incipit, *Cùm noſtræ intentionis*, & habetur, ff. 256. & ff. 88. dicit, quòd hæc regula B. Francisco fuit ab Spiritu Sancto data: & Leo X. ſæpè in multis literis id ipſum aperte teſtatur: vt etiam latè ponit Ioannes Pirrinus in ſuo tractatu ſuper diſpenſatione fratrum minor. concil. 3. in corrol. reſpoſiuo, & in ordine 4. & habetur in tertio tractatu libri ordinis.

Obſeruabilis.

Quòd etiam ſit obſeruabilis, patet, per Ioannem Pirrinum vbi ſupra, & auctorem conformem vt ſupra poſitum eſt. Et Hugo de Dina in ſua expoſitione cap. 12. & Nicolaus III & Clemens V. in prædictis declarationibus expreſſe declarant eſſe obſeruabilem hanc regulam, alioquin Eccleſia non eam confirmaret. Imò, vt dicit Bonauentura in prologo ſuper regulam, hæreticum eſt aſſerere, quòd non ſit obſeruabilis, ſeu quòd ſit periculoſa talis regula, tum quia contra declarationes prædictas, tum quia eſſet dicere, quod Euangelium, & vita Euangelica, quæ in regula continetur, eſt inobſeruabilis, & periculoſa, & quòd Chriſtus conſuluit rem inobſeruabilem, & periculoſam. Et Ioannes Philippus in ſuo tractatu, & articulis de pecunia, ar. 7. & habetur in libro ordinis fol. 106. dicit, quòd ſentientes certitudinaliter, atq; terrore ſuperfluo deterriti, quòd ſi vixerint ſecundum modum, & formam per diuina mandata, leges ſeu cõſilia Dei in eadem regula contenta, neceſſaria ſibi deficient, & puritatem regulæ ſeruari non poſſe, errori pagnorum

manifestè conformantur, qui diuinam prouidentiam vbique adesse negantes, totam solicitudinem humanis acquirendis apponunt. Hæc ille. Et tandem hoc expressè decreuit Clemens VII. scilicet hanc regulam esse sanctam, Euangelicam, meritoriam, obseruabilem, & quòd dicere oppositum sit erroneum, vt habetur in compendio priuilegiorum Mendicantium, tit. *Pauperes*, §. 7. Ideò Syluester titulo *Religio* 1. §. 13. dicens, quòd hæc regula erat periculosa, nisi Papa prouidisset, ignoranter locutus est. Nam cùm in se sit Euãgelica, non est simpliciter, seu in se periculosa: neque erat periculosa, vt dictum est, quamuis occasionaliter propter ignorantiam, seu fragilitatem hominum esset periculosa. Neque Papa abstulit periculum, quod in ea nõ erat, sed declarauit quomodò deberet intelligi, ne homines ex ignorantia sumerent occasionem periculi, &c. Nõ enim Papa, seu Ecclesia mutauit regulam, sed declarauit, licèt in aliquo mitigauerit eam.

Quòd etiam ista regula, & religio ipsam obseruans sit perfecta, & in statu perfectionis, patet ex dictis, & latiùs ex dicendis infra quæst. 2. ibi videatur. *Perfecta.*

Quòd etiam sit honesta, & vtilis Ecclesiæ, patet: quia secundum Bonauenturam vbi supra, honestum dicitur, & est, quod ad proximi ædificationem ordinatur, quæ quidem honestas diuinis non humanis beneplacitis regulanda est. Hæc autem regula & religio est huiusmodi, vt patet ex fructibus, qui ex obseruantia eiusdem regulæ, & in ea contentorum sequũtur, tam ipsis fratribus, quàm toti Ecclesiæ, de quibus infra c. 6. in quæst. 17. habetur, ergo: & patet ex declaratione Nicolai & Clementis V. in prologo, dicentium, quòd ex fructibus & vtilitate, quã ex hac religione consequitur tota Ecclesia, patet eius sanctitas, & quòd ideo confirmatur, & Honorius Tertius, ff. 83. decernit nostrum ordinem esse de approbatis, & in infinitis alijs literis Papalibus sæpius idem habetur, ergo. De hoc etiam, quod ad vtilitatem mundi est á Christo, & beato Francisco hæc nostra religio instituta, & cœlitus ordinata, vide latiùs pulchra nimis in auctore cõfor. conform. 1. & 2. & confor. 9. ar. 7. & cõfor. 10. quia propter prolixitatem hîc omittuntur, quia est data ista religio in lucem & remedium mũdi, vt in prædicto articulo septuno conformitat. 9. habetur. *Honesta.*

QVÆSTIO II.

Vtrùm religio nostra Minorũ sit in statu perfectionis, & an sit perfectior alijs religionibus?

Prima propositio.

REspondeò, per tres propositiones. Prima est, quòd nostra religio est in statu, seu est status perfectionis.

Nota primò.

Pro cuius probatione notandum, primò, secundũ B. Thom. 2.2.q.183.art.1.& quæst.184.art.4.& quæst.186.art.1.vt etiam refert Florentinus 3.part.summæ, titul.16.cap.1.§.1. quòd du-

Duplex est perfectio.

plex est perfectio. Prima est perfectio hominis absolutè, & hæc consistit solùm in perfecta charitate, ad quam perfectionem essentialem non pertinent alia, nisi instrumentaliter, vel dispositiuè, & sic esse perfectum nihil aliud est, quàm habere perfectionem virtutum, præcipuè charitatis. Perfectio namq; est consummatio virtutum, eo modo, quo in hac vita habetur, quæ consistit in Dei charitate perfecta, & renuntiatione omnis terreni amoris: quia finis legis dilectio, & charitas est vinculum perfectionis.

Alia est perfectio status, seu status perfectionis, qui est modus viuendi certis legibus, & cõsuetudinibus obstrictus, in quibus perfectio acquiritur, vel exercetur. Ideó duplex est status

Duplex status perfectionis.

perfectionis, scilicet exercendæ, & acquirendæ. Sicut dicimus, quòd duplex est status Theologorũ, quidam Doctorũ, quibus cõuenit docere: & alius discipulorũ, quibus expedit addiscere. Status perfectionis exercendæ est prælatorum, vtpotè Episcoporum, & huiusmodi, quibus conuenit docere perfectionem, & regulare alios: & ad hoc, quòd debitè exerceatur, requirit perfectionem acquisitam; nam malè exercetur in alio, quod nondum habetur in exercente. Status autem perfectionis acquirẽdæ, conuenit statibus religionum, vbi sunt maxima instrumenta ad perfectionem acquirendam, scilicet obedientia, paupertas, castitas, &c. putá vigiliæ, ieiunia, & similia, quæ non sunt in statu communi hominum.

Nota secũdò.

Secundò notandum, quòd aliqua impediũt per se perfectionem, & sunt illa, cũ quibus non stat perfectio: vt verbi gratia, peccatum, amor diuitiarum, & vxoris, & filiorum, non propter Deum,

Deum, amor propriæ liberatis, non propter Deum, amor deli- *Duplex ter*
tiarum, seu delectationem cibi, &c. sollicitudo temporalium aneꝛ *ti, prote*
tens à Deo, & consimilia, quæ non sunt cū Dei amore p*ꝛ*fectꝰ: *ctio impedi*
quia secundum Augustinum, *Aliud te Deum amat, qui tecum ali- ti.*
quid, quod non propter te amat: & ita tollunt de per se de ratione perfectionis supra dictæ, quia quantum talia crescunt, tantum amor decrescit, vel totaliter annullatur. Alia diminuunt per accidens, id est, per alterum de ratione veræ perfectionis, ac illam impediunt, & hæc sunt diuitiæ, delitiæ, honores, & huiusmodi. Non quidem, quòd de se aueitant à Deo, cum potiùs de se ad Dei amorem nata sint inducere, quia bona sunt, & omnis creatura ad Dei amorem accedere nata est: sed impediunt occasionaliter, scilicet propter solicitudinem, quā inducunt, & propter amorem earum, ad quem alliciunt: & hoc magis prouenit ex nostra fragilitate, & corruptione, quàm ex sua natura, & proprietate.

Tertiò notandum, quòd prædictæ virtutes, quæ sunt instru- *Nota ter-*
menta ad perfectionem, vt potè castitas, paupertas, vigiliæ, ieiu *tiò.*
nia, &c. non sunt perfectiones veræ de se, vt patet ex dictis, & quia sine his, prout seruantur à religiosis, fuerūt multi perfecti simpliciter in charitate, & lege Dei, vt patet in Abraham, Iob Dauid, & aliis, qui verè essentialiter perfecti fuerunt, habēdo etiam in particulari, & honores, & dominia, &c. Patet etiam in Beato Benedicto, Bernardo, &c. huiusmodi, qui habuerūt in communi, & tamen fuerunt perfectissimi: ergo sine illis habetur vera perfectio: ergo non perfectiones veræ de se, sed benè sunt instrumenta perfectionis, quia scilicet valde inducunt, & conducūt ad perfectionem veram acquirendā, & conseruandā: non quidem conducūt directè, & per se ad perfectionem, sed indirectè, & per accidens, tanquàm remouentia prohibēs perfectionem, quia scilicet tollunt impedimēta omnia supra dicta, & cætera eiusmodi impedientia perfectionem veram, vt patet. Nam non habere proprietatem, est instrumentū ad Dei amorē, ex quo disponit ad contemptū diuitiarum, & tollere videtur solicitudinē diuitiarum, quia facilius contemnitur non habitum, quàm habitum reijciatur. Similiter castitas tollit amorem vxoris, &c. & sic de alijs, vt latè B. Thomas vbi supra q. 186.

His suppositis patet probatio primæ propositionis supra di- *Probatio*
ctæ, quia nostra religio, sicut quælibet alia religio approbata *primæ pro-*
est modus viuendi certis legibus, & cōsuetudinibus obstrictus, *positionis.*

in quibus perfectio acquiritur, ergo est status perfectionis, scilicet acquirēdæ, non quia omnes, qui in ea sunt, sint perfecti, & alij sint imperfecti: sed quia est schola, vbi docetur, & addiscitur, & acquiritur perfectio, & vbi est maxima dispositio ad perfectiõ acquirēdam, & huiusmodi dispositio prouenit ex paupertate, & opere aliorum votorū, & exercitiorum, quæ disponunt ad perfectionem, vt est oratio, vigiliæ, ieiunia, &c. huiusmodi, per quæ animus ab amore terrenorū elongatur, & ad Dei amorem, & eius legem prouocatur & disponitur. Ideò non sequitur, ille est in statu perfectionis, ergo est perfectus; quia nõ dicitur Religio status perfectionis, quia sit ipsa perfectio, sed quia est status, in quo est dispositio proxima ad perfectionē acquirendam, vt dictum est. Ideò nullus glorietur dicens, meus status est perfectus, seu perfectissimus: nam quid prodest esse in schola altissimæ scientiæ, si nil addiscas, & alius in minori sit sapientior? Hinc etiam patet multos esse verè perfectos, qui nõ sunt in statu perfectionis, & è contra multos imperfectissimos in statu perfectissimo, & maximæ perfectionis. Vnde non est aliud dicere, ista religio est perfectior illa nisi quòd ista est aptior ad perfectionē: quia habet modum viuendi talem, & normã, quibus citiùs acquiri potest perfectio, & maior perfectio.

August n. Quid prodest clauis aurea, si non aperit? melior erit fenestra, dummodo aperiat.

Quomodò intelligendũ sit, vnã religionem esse perfectiorẽ alia.

Item secundò patet eadem propositio, quia sic iam Papa, & Ecclesia decreuit nostram religionem, sicut & aliam approbatam esse in statu perfectionis, vt patet in multis literis Pontificalibus, præsertim Alexandri IIII. in priuil. *ex alto*, & in alio, *non sine multa*, vbi decreuit, quod sint ipso facto excõmunicati, quicũq; prædicare, docere, vel defensare præsumpserint, quòd fratres Prædicatores, vel Minores nõ sint in statu perfectionis, vt hoc refert Flor. 4. part. summ. tit. 12. c. 4. §. 14. & Syluester tit *excommunicatio* 7. excommunicatione 48. & 49. & Gaietanus in summula tit. *excõmunicatio*, casu 81. & Bonifacius IX. in priuileg. *S. ordinis*, & habetur in supplemento priuilegiorum ordinis Minorum, ff. 118. etiam statuit, quòd qui aliter asseruerit publicè, & temerè, & pertinaciter, est ipso facto excommunicatus, non absoluendus, nisi à Papa. Ideò Gerson in alphabeto 2. lit. T. V. & alphabeto 67. lit. V. X. & alphabeto 68. litera A. C. &c. & alibi de his agens, & de statu perfectionis dicens oppositum, non est tenendus.

Secũda propos. Secunda propositio est, quòd nostra religio Minorum est de se perfectior status religionis cæteris alijs nunc approbatis, & hoc.

& hoc secundū quid. Immò, & fortè simpliciter. Probatur prima pars. Nam secundum Thomam 2.2.q.188. & Flor. vbi supra. Illa religio excellit aliam, quæ ordinatur ad potiorem finem, seu altiorem, seu ad altiorem actū, & habet altiora, & magis cōducentia exercitia ad altiorem finem, & actum intētum; sed finis nostræ religionis de se est altior, vel saltem æqualis alijs finibus religionum: quia scilicet est ad contemplandum, orandum, & prædicandum propter Deum: qui finis, & actus sunt cæteris finibus potiores de se, ex quò sunt pertinentes ad vitam actiuam, & contemplatiuam simul: & patet ex ipsa regula, & declarationibus, quòd ad hos fines est nostra religio instituta, quia in cap. 9. agitur de prædicatione: & alibi cap. 5. & 10. de oratione, &c. vt patet ex dictis supra quæst. 1. ex auctore cōformitatum: vt etiam dicit Bonauentura cap. 9. & 10. Et insuper exercitia ad hos fines sunt altiora in nostra religione, vt probatur in secunda probatione sequenti, ergo.

Status religionis Minorū est perfectior alijs.

Consequentia patet cum maiori, quæ latè probatur à Beato Thoma, & minor breuiter probata est ex parte.

Sed quia meritò quis dicere potest, quòd religio Prædicatorum ordinatur ad eosdem fines, & ad eosdem actus, quāuis principaliùs ad vnum, quàm ad alium: & per consequens, quòd non probatur excellentia nostræ religionis super illam, sed æqualitas vtriusque. Ideò additum est in Minore, quòd & nostra religio habet exercitia altiora, quàm omnis alia religio, etiam Prædicatorum, & quòd ideò est altior alijs, ex quò habet quicquid excellentiæ habet omnis alia religio, quoad fines & actus: & insuper habet altiora exercitia.

Quòd autem habeat nostra religio altiora exercitia ad fines prædictos altiores, patet, pro secunda probatione, quia ille status est perfectior in suis exercitijs, qui cæteris paribus, maximè disponit ad perfectionem finaliter intentam acquirendā: quod patet, quia media sumuntur ex qualitate finis: & quia status religionis est schola mediorum ad perfectionem intentam, sicut & illa est melior schola Theologiæ, vbi melius docetur, & acquiritur perfecta scientia Theologiæ.

Sed status ille, qui magis reddit hominem absolutū ab amore, & solicitudine noxia terrenorum omnium, quæ nimis Dei amori aduersatur, & per cōsequens magis ad inhærendum soli Deo per amorem conducit, & ad charitatem proximorū inducit, cæteris paribus, maximè disponit ad perfectionem intentā

in

In religione,& semper loquor exteris paribꝰ,scilicet stãre equa excellentia finũ,& actuum:quia secundũ B. Thom. 2.2.q.186. per tria vota essentialia religionis, & per alia eis annexa, remouentur impedimẽta nostri amoris in Deũ: vtpote per castitatẽ amor,& concupiscentia venereorũ omniũ,& vxoris & filiorũ solicita gubernatio;per paupertatem cupiditas temporaliũ bonorum,& solicita eorum dispensatio;per obedientiam inordinatio propriæ voluntatis,& dispositio propriorum actuũ, & his impedimentis ablatis,homo disponitur per tria vota consequẽter ad Dei amorem:ergo eò magis disponitur,quò magis elongatur à prædictis impedimentis,per prædicta vota arctiora: vt patet etiã discurrendo per singula vota.Nam qui obedientiam arctiorem habet,certè magis liber est à suis proprijs actibus traditus omninò in manus & voluntatem alterius propter Deum. Similiter de castitate patet.Idẽ est de voto paupertatis arctioris,qualis est status eorũ,qui nec in particulari, nec in cõmuni quicquam iuris politici,aut possessionis habent.Nam talis paupertas strictissima tollit amorẽ,& solicitudinem temporalium, quantũ est de se(animus enim sine aliqua delectatione esse nõ potest:temporalia autem sunt viscus alarũ spiritualiũ animæ, scilicet affectionũ,ne ad diuina euolet)& sic patet,quòd status istè magis tollit impedimẽta perfectionis, & caulas solicitudinis,quã aliquis alius.Nã si habere in cõmuni tantũ,minuit amorem terrenorum,ergo magis diminuet,quantũ est de se non habere in cõmuni,neq; in particulari:quia quantò quis minùs terrena possidet,minùs amat ea cæteris paribus, & quantũ est de se.Qui autem habet in cõmuni,licet non amet proprium,quod non habet,manet tamen sibi amor ad cõmune:sed qui nihil habet,& nil amat,minùs amat.Nam quantũ est de se, minùs amãtur quæ non possidentur,quàm possessa,secundũ Augustinum ad Paulinam,& Terasiam:quòd scilicet terrena plus diliguntur adepta,quàm concupita constringunt.Ista enim velut membra præsunduntur,illa velut extranea repudiantur. Item secundò probatur supra dicta minor,quantum est ex parte paupertatis: nam plùs disponitur cæteris paribus ad Dei amorem, & ad finem excellentem supra dictum, qui paupertatem Euangelicã, plùs sequitur contemnendo omnia mundana:secundũ illud, *Si vis perfectus esse,vade,& vende quæ habes,& da pauperibus*, & illud:*Nisi quis renuntiauerit omnibus,quæ possidet,non potest meus esse discipulus,&c.*& illud,*Ecce nos reliquimus omnia, &c.*Quis autẽ plùs

Ordo Minorum magis remouet prohibentia ad perfectionẽ obtinendã.

Matth. 19.

Luc. 14.

Matth. 19.

plùs contemnit, quàm is, qui omnia reliquit propter Deum, & nil possidet in communi, nec in particulari? Certè nulla maior paupertas dari potest, iuxta illud sexti capitis Regula: *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.* ergo.

Quod autem prædicta tria vota essentialia religionis sint in nostra religione strictiora, quàm in cæteris religionibus patet. De voto obediētiæ infra 10. cap. latius probatur. De voto castitatis infra 11. cap. & de voto paupertatis: infra 6. c. quod nec in particulari, neque in cōmuni, & quòd tenemur ad vsus pauperes moderatos: & cap. 4. de prohibitione pecuniæ patet: & per cōsequens, quòd per hæc exercitia nostra religio, quantū est de se, elongatur ab omni amore terrenorū omniū, & ad Dei amorem, & ad finem excellentem religionis intentum, præ cæteris maximè disponitur. Ad quod apertè facit Nicolaus III. in declaratione, *Exyt*, art. 1. dicens, *Patet, itaque regulam, quoad abdicationem huius sanctæ esse eò magis meritoriam, quò per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deum, sicut prædicitur, elongantur.* Et Clemens V. in declar. *Exiui*, art 7. vbi de non congregādo in futurū agit, dicit, *Quòd cū prædictus sanctus, tā exēplis vitæ, quàm verbis regulæ, ostenderet se velle, quòd sui fratres, & filij diuinæ prouidentiæ innitentes, suos ad Deum iacerent cogitatus, qui volucres cæli pascit, &c.* Igitur ex dictis patet, quòd exercitia ad perfectionem intentam in nostra religione sunt excellentiora, quàm in alijs, quantum est de se, & cū hoc habet nostra religio finem excellentissimum, scilicet contemplationem, & actionem excellentem, scilicet prædicationē: ergo est status perfectior alijs religionibus nunc approbatis, quantum est de se. *Vide etiam cap. 1. q. 4.*

Et nota, quòd semper ferè dictū est, quantū est de se, seu ex genere suo, vt probatū est: nam de per accidēs, scilicet propter fragilitatē aliquorū, seu corruptionem hominū contingit sæpe, quòd talia exercitia, scilicet tria vota prædicta, tam stricta non sint conducētia ad perfectionem, sed potiùs ad imperfectionē: vtpotè si quis nolit paucis, cū moderato vsu esse contentus, sed abūdare: tūc certè tale votū, tam strictæ paupertatis est potius occasio maioris solicitudinis, & distractionis, & vitiorū, quā amoris Dei, vt latiùs de hoc habetur infra cap. 6. quæst. 7 quæst. 13. quæst. 16. ibi videatur. Dic etiam, quòd de per accidens similiter si religio esset deformata, vtpotè quia cōmuniter non viuitur in ea regulariter in tali familia, neque volūt moderatis esse contenti, sed abūdare, & habere solicitudinē ad eleemosynas, & *Nota.*

quæstus

quæstus,& alia temporalia,&c.huiusmodi distractionibus;tunc talis modus viuendi est multò imperfectior, quàm alia religio laxior:vbi tamen viuitur reformatè,secundum suam professionem,quamuis cum redditibus,& pecunia:vt dicetur infra cap. 2.q.2.& cap.6.quæst.16,ibi videatur. Ideò hìc non loquimur nisi per se simpliciter. Loquutiones enim,& doctrinæ debent dari de pertinentibus ad rem,de qua agitur per se,& simpliciter,seu ex genere suo, & non per accidens:sicut & vita contẽplatiua,& vinum dicitur simpliciter per se melior, seu melius, quàm actiua,& quàm aqua:quamuis per accidens alicui ex sua indispositione non ita sit aliquando:sic in proposito.

Tertia propositio.

Nota etiam,& sit tertia propositio, quód habere aliquid in communi non minuit aliquid de perfectione vera: neque ponit aliquid perfectionis,vt supra dictum est in prima propositione huius secundæ quæstionis. Neque minuit de statu perfectionis simpliciter dicto,id est,de statu perfectionis exercẽdæ, qualis est status Episcoporum:vt expressè dicitur 12.q.1.cap. *Illi autem*, & cap. *expedit*,vbi dicitur, *Satis ostenditur, & propria debere propter perfectionem contemni,& sine impedimento perfectionis Ecclesiæ posse facultates,quæ sunt profectò communes,possideri*, vt latè de hoc B.Thom.2.2.q,185.art.6.& ibi Gaietanus,& quæst. 184.art 7.de hoc infra cap.6.quæst.1.

Habere aliquid in cõmuni minuit aliquid de statu perfectionis simpliciter.

De statu autẽ perfectionis,secundũ quid,scilicet de statu perfectionis religionis,qui est status perfectionis acquirendæ, & sic secundum quid,dicit B.Thom.vbi supra q.188.art.7. cum omnibus suis sequacibus,quòd etiam habere in communi nõ minuit aliquid de tali statu perfectionis: quia paupertas est instrumentum ad perfectionẽ religionis, non autem est essentialiter perfectio,vt supra dictũ est.Sed contra hoc est ratio:Nam paupertas licẽt non sit essentialis perfectioni veræ, est tamen essentialis,statui perfectionis acquirẽdæ,seu religionis.Ideo Gaietanus ibidẽ hac ratione motus dicit,quòd ratio quare habere in cõmuni nõ minuit de perfectione status religionis,est, quia licẽt,quò pauperior religio est,eò etiã perfectior sit talis status ipsius religionis:nõ tamẽ simpliciter,sed secũdũ quid,in hoc,scilicet in paupertate est perfectior religio,& non absolute: quia alia religio potest eã excedere in alijs votis,&essẽtialibus perfectioni status religionis,vt potẽ in obediẽtia,&castitate,charitate, & in alijs actib',& finibus excellẽtiorib',in quibus illa religio, quę secũdũ meliora excedit,est simpliciter melior,& perfectior

Habere in cõmuni minuit aliquid de statu perfectionis acquirendæ.

quantum

quantum est de se: & hoc etiam dicit Ioann. Andr. in cap. *Sine extra*, de regul. transl. ad relig. In nouella, vt etiam approbans refert Florent. 3. parte tit. 16. c. 1. §. 2. dicens, quòd ex hoc, quòd paupertas religionis alicuius est maior, non ideò fit religionem perfectiorem simpliciter: hæc illi.

Sed certè ex ipsis ipsorum dictis, præsertim Gaietani, probatur, quòd nostra religio sit simpliciter perfectior aliis. Nam simpliciter illa religio est perfectior, quæ cæteris paribus excedit aliam, seu aliàs in aliquo, quod est de essentia status religionis (cuiusmodi sunt tria vota substantialia, per quæ homo melius disponitur ad finem religionis, qui est charitas) Religio autem nostra minorum (vltra finem, & actus excellentes æquales alijs finibus; & actibus aliarum religionum, ad quos nostra religio ordinatur, vt dictum est) excedit omnes alias, non solũ in paupertate, vt patet, sed & in voto obedientiæ, vt dictum est, & dicetur: ergo est simpliciter perfectior status religionis cæteris alijs, quantum est de se, vt dictum est. Et cum his omnibus expresse concordat Bonauent. in quæst. 12. & 13. super regulam dicens, quòd nulla alia religio inuenitur altior, seu æqualis huic: quia & in tribus votis essentialibus est altior, & strictior alijs religionibus. Nam etsi aliqua religio in quibusdam exercitationibus corporalibus strictior sit, vt in abstinẽtia carnium, silentio, solitudine, & officio Ecclesiastico; & similibus; tamen hæc omnia ex sublimiori obedientiæ, paupertatis, & castitatis virtute facile compensantur. Sicut modicum pondus auri in pretio præualet magno ponderi argenti, vel alterius metalli: vt 1. Timoth. 4. *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est.* Ideò ergo hæc regula est cæteris altior, hæc ille: & hoc idem dicunt Hugo, & auctor conform. & omnes regulæ expositores in 2 cap. & alibi sæpè: quamuis Syluester tit. *Religio* 1. quæst. 5. nolit hoc cõfiteri. Et sic patet 2. & 3. probatio omnino firmata, quoad vtramque partem.

Quòd si contra prædicta in hac tertia propositione, quis arguat dicens, quòd ad finem intẽtum, scilicet ad prædicandum, non est tam cõducens mediũ, seu exercitiũ paupertas extrema etiam in cõmuni omnino: sicut est paupertas, quã ordo prædicatorum habet ex suis constitutionibus, scilicet habere aliquid in communi, moderatè tamen, quod sufficere possit ad victũ & vestitum pro aliquo tempore non prolixo: & ratio est, quia talis paupertas, tanquàm tenẽs medium, nec declinans ad extremũ, habet *Obiectio.*

habet multum facilitatis ad Dei amorem,& proximorum,cùm neque exigat magnam curam & solicitudinem; neque ea quæ in vsu consumuntur,vt granum,vinum,denarij, & huiusmodi moderate possessa, non inquam trahunt ad sui amorem, sicut magnæ diuitiæ, vt etiam notat Ioann. Andr. in nouella super cap. *Sane*,de regul.& transl.ad relig.vt patet experientia. E cõtra verò tam arcta paupertas, quanta est in ordine Minorũ, est causa magnæ solicitudinis, & anxietatis,& tarditatis ad Dei amorem,& distractionis, quærendo quotidie ferè victum & vestitum,vtpotè panem,vinũ,&c. etiam cauendo à denarijs quærendo per alios,vt tenentur ex regula. Quòd autem talis paupertas & mendicitas sit causa distractionis, patet experientia quotidiana.Et per consequens dato,sed non concesso,quòd esset dispositio maxima ad Dei amorem:non tamen est ad incumbendum literis & prædicationi,qui est finis, & actus excellentissimus intentus à perfectissima religione. Propter hanc rationem B.Thom.2.2.q.188.artic.7. & Florent.3.part. summæ, tit.16.cap.1.§.3. & Syluester tit.*Religio.*1.quæst.5. tenent,quòd sua Religio Prædicatorũ est perfectior quàm nostra, quia exercitia votorum suorum sunt magis expedientia ad finem,& actũ prædicationis excellentissimum finaliter intentum. Sed certè parum concludunt pro se. Nam respondeò, quòd ex se magis disponit stricta nostra paupertas ad tollendum amorem mũdanorum,curam,solicitudinem, & distractionem: & per consequens ad Dei amorem,& proximorum, & ad incumbendum literis & prædicationi,si fratres volunt paucis esse contẽti moderatè viuendo,vt tenentur:vt probabitur infra c.6.q.16.& in q.17.&c.vbi agitur de fructibus paupertatis & mẽdicitatis,& vt iam probatum est:quia & non oportet,quòd ipsemet,qui incũbit literis,& prædicationi,exeat ad mendicandum, sed sufficit quòd de mendicationibus per alios socios ad id destinatos ipse viuat,& vnum membrũ portet onus alterius: pes ambulet pro oculis,& oculi videãt pro pedibus,& huiusmodi,secundum doctrinam Pauli Euangelicam. Item Christus mittens discipulos ad prædicandum,dixit,*Nil tuleritis in via,non aurum,&c.* Matth.10.vt latiùs de hoc infr.6.cap.q.17.habetur.

Dissoluitur.

Matth. 10.

Non habere aliquid in cõmuni potius iuuat ad præ-

Patet etiam experientia,quot doctissimi viri,& prædicatores insignes fuerunt, & sunt in hac nostra religione seruantes hanc strictissimam paupertatem cum excellenti sanctitate. Immò,& quò sanctiores,& regulæ,& paupertatis huius obseruatores,

tores, eò doctiores, & sunt, & fuerũt; adeò vt impudẽtissimi animi & oris sit hoc negare. Patet etiã ex hoc, quòd Ecclesia approbauit hunc ordinem in tam strictissima paupertate: & tamẽ ad prædicandum, sicut & ipsum ordinem prædicatorum instituit, vt patet in Clement. *dudum de sepulturis*, & in innumeris literis Pontificalibus, & Beatus Franciscus diuinitus inspiratus, sic instituit hunc ordinem ad prædictũ finem, vt supra quæst. 1. dictum est: & patebit infra c. 9. quæst. 3. & c. 10. q. 8. Et non est credendum, quòd Ecclesia, & B. Franciscus apposuerunt medium paupertatis strictissimæ, si esset suo fini aliqualiter repugnans, vel non conducens; ergo de se est maximè conducens ad suum finem, sicut & alia vota altissima huius religionis: sicque quoad hoc negatur tam antecedens, quàm consequentia posita in argumento. Per accidens autem ex parte ipsorum hominũ, seu fratrũ, qui nolunt paucis esse contenti confidendo in Deo: tunc conceditur, quòd tam stricta paupertas potiùs est impedimentum salutis, sicut & castitas, immò sicut & ipsa religio, & lex Christi, & eius consilia, vt suprà dictum est. Et istis esset mẽlius saluari in sæculo, seu in laxiore religione. Et sic locutus est B. Thomas, quòd scilicet attenta fragilitate humana est cõmuniter, & vt in plurimũ sua religio, & paupertas prædicatorũ magis conducens suo fini; quod & libẽter concedimus, nõ autẽ ex se, seu simpliciter. Et ideò nostra religio nõ expedit, nisi paucis feruẽtibus, atq; probatis, vt latiùs dicitur, infra quæst. 3. subsequenti. Nam licèt religio ipsa in se sit altior, si tamen per accidens nõ expedit profitẽti, non dicitur altior & melior, respectu illius. Immò, & licèt ipsa sit altior cæteris, si tamen iam cõmuniter est deformata, & communiter viuitur deformatè notabiliter in ea, iam talis religio non dicitur simpliciter melior alijs, neque æstimatur melior, quia iudicandum & loquendum est de rebus, prout communiter & in plurimum in tali genere accidunt: vt B. Thomas dicit 2. 2. quæst. vltim. & Syluester titul. *Religio*, 4. q. 1. secundũ Ioann. Andr. & cæteros Doctores. Et ideò Bonauentura quæst. 18. super regulam habens considerationem hanc, quærens quæ sint ea in quibus maximè cognoscitur bona Religio, & in quibus alia melior altera æstimatur: Respondet quòd sæpè in vno, & in aliquibus præcellit vnus ordo alterũ: vt iste in labore, alter in silentio, alius in abstinentia, & huiusmodi. Si generaliter (inquit) in istis quæratur, quæ sit melior. *Primò, si in studio omnis virtutis communiter personæ illius ordinis feruen-*

prædicatio-nem, & cõtemplatio-nem, quam ab ipsa retardet.

In quibus dignoscatur

secundũ D. Bonauent. quæ religio sit excellentior.

feruentiùs & frequentiùs exercẽtur: maximè charitatis, humilitatis, & internæ deuotionis, tunc est signũ præexcellẽtiæ & perfectionis. Secũdò, si omnia vitia, & scãdala odio habent, & solicitè cauent, & occasiones peccatorum amputant, & extirpant, & munditiam communiter diligunt & conseruant. Tertiò, si boni apud eos diliguntur & fouentur, & alijs despectis in regimine animarum soli assumuntur, & per eos or-
Eccles c.9. do maximè gubernatur. Eccles. 19. Qui negligit modica, paulatim decidit. Quartò, si à sæculari frequentia se subtrahunt, & honores fugiunt, diuitias non ambiunt, & conformari huic sæculo, tam moribus, quàm factis, seu qualibet apparentia communiter erubescunt. Quintò, si damnum & iniurias illatas, ac despectiones tacite sufferunt, nec per querimonias vindicare se cupiunt; sed Deum omnium inspectorem attendunt, qui suos cùm vult, potest defendere; cùm verò expedire eis nouerit, permittit eos pro altiori præmio tribulari, & patienter ferunt, donec placuerit Deo aliter ordinare. Quæ ista signa plenius habent religiones meliores sunt: & quò minùs, sunt minùs bonæ: & quæ nihil, nihil sunt. Qui etiam singulariter hæc in se habet, bonus est, etiamsi alij communiter non habeant: hæc ille.

Nota. Ex dictis etiam patet, quòd regulariter loquẽdo, & in foro conscientiæ, non licèt professo de hac religione non deformata transire ad Carthusienses, nec ad Dominicanos reformatos, licet in foro Ecclesiæ ad Carthusienses sit transitus, vt de hoc latiùs infra cap. 2. quæst. 17. ibi videatur. Nam & propter dicenda ibidem cap. 2. ideò diffusè in hac quæst. morati sumus; expedit enim hæc quoad ibi dicenda cap. 2. non autem ad iactantiã, seu ad gloriosam aliquam ostentationem. Cùm nil prosit in altissimo statu infimam, atque deiectam vitam habere, quòd in vita morali, & religiosa abusionem, & monstruum facit.

QVÆSTIO III.

Si religio omnis, præsertim nostra est status perfectionis, & schola virtutum, & dispositio maxima ad virtutes, & ad perfectionẽ veram, & ad vtilitatem Ecclesiæ, & ædificationem? Quæ ergo est causa, quòd multi religiosi

religiosi deficiũt à vita religiosa, manifestèque videntur, ita moribus distorti, sicut & discoli seculares: & tandem, quæ est causa deformationis omnis religionis, etiamsi videantur proficere in aliquibus temporalibus & cæremonialibus, vt sic sciãtur causæ, & principia reformationis adhibendæ?

REspondeò, secundũ sanctum Bonauenturam in q.16.q.19. supra regulam, quòd quamuis olim cõmuniter omnes tam in statu religiosorum, quàm Episcoporũ, clericorum, & laicorũ boni fuerint & sancti: tamen modò multòplures sunt sancti in Ecclesia Dei. Sed quia mali sunt plures, ideò non apparent sancti respectu multitudinis aliorũ. Sanctitas etiã vera non consistit in exercitatione corporali, sed in virtutibus mentis: & quia illæ nõ apparẽt exteriùs, nisi modicæ ex quibusdam signis operũ, & sancti non quærunt videri ab hominibus, vt laudẽtur, sed potius occultant bona, quæ præ alijs singulariter habent: ideò pauci sancti modo in Ecclesia & religionibus esse videntur. *Resolutio quæstionis.*

Causæ autem quare cõmunitas in religione, presertim nostra minorũ deficit, sunt magis cõmunes inter alias. Prima est multitudo indifferens intrantiũ; quia multi non possunt tam facilè flecti sicut pauci, sicut nauis magna difficilius gubernatur quã parua, & vbi multa capita, multi sensus, qui non possunt facile flecti ad vnũ. Præsertim quia multi non bono genio donati, praua suas inclinationes naturales sequẽtes, non facilè possunt ad bonũ induci & ordinari, maximè cùm hæc nostra religio non omnibus expediat, ideò ab eius perfectione facilius degeneratur, de quo etiam vid. infra c.2.q.2.& 3. Secunda causa, est defectus bonorum exemplorum: nam cùm subtrahuntur, qui primò ordinem in suo vigore tenuerunt, vel cum debilitantur in corpore, non possunt iunioribus arduæ rigoris exempla dare, sicut prius & iuniores, qui prima opera non viderunt, imitantur eos in his tantũ, quæ nunc vident, & fiunt remissi sub specie discretionis, ne scilicet seipsos, sicut antiqui destruant, parcentes corpori: & quia internas virtutes, quas antiqui habent, seu habuerũt, *Causæ, ob quas religiosi à perfectione deficiunt.* *Secunda causa.*

buerunt, non agnoscunt, vbique neglecti sunt, & quia tales antiqui non valent modo eos exemplo præire, timent etiam eos verbo corrigere, ne sic scandalizentur. Tertia causa est, defectus magistrorum & Prælatorum: nam cum quisque nesciat docere, quod non didicit, cùm regimen ordinis deuoluitur ad istos iuuenes, in moribus tales nutriunt, quales & ipsi sunt. itaque iam priorum vita in fabulam vertitur, nō trahitur in exemplū: immò & se reputant meliores illis prioribus, quò minus agnoscunt, quæ sint perfectorum virtutes: & dum exempla quædam exteriori quadam disciplina conseruant in choro, vel processionali ingressu, & huiusmodi (quod vel vtinam ita sit) audent impudēter asserere, quòd status ordinis nunquàm fuerit ita bonus. Quarta causa est, quòd paulatim subintrant non bonæ consuetudines, & relaxationes, quæ statim ab aliis trahuntur in exemplum, etsi aliqui zelum Dei habentes illi redarguunt, audacter defendunt alij, quare sibi non liceat, quod alteri permittitur: & sic iam pro lege tenetur, cùm ex vsu iam conueniens videatur, itaque de cætero vix potest extirpari. Prælati quoque etsi talia non diligant, tamen ne maius malum sequatur, dissimulant vt patifice cum fratribus viuant. Cumque vna consuetudo talis facta fuerit tolerabilis, consequēter introducitur alia quasi cohærens priori, & eam sequens, sicque abyssus abyssum inuocat, & vnum malum trahit suo pondere, & consuetudine ad aliud, Isaiæ 34. *Pilosus clamat alter ad alterum, & fit cubile draconum*: & Iob 41. *Squama cohærens squamæ scutum excusationū facit, induens corpus Behemoth.*

Tertia causa.

Quarta causa.

Esai. 34.

Iob 41.

Quinta causa est. Occupationum frequenter emergentium: quæ corda distrahunt, affectum deuotionis extinguunt, mores alienant, interius occasiones vitiorum inducunt, & ne de sua correctione efficaciter cogitent, semper noua impedimenta religiosis innectunt, donec tandem consuescunt sola exteriora cogitare, & obscurato oculo conscientiæ etiam cùm desunt, occupationum causas impudenter quærere, simul & euagationum; sicut Samson cæcatus in carcere molam traxit. Iudicum 16.

Quinta causa.

Iud. c. 16.

Sicut & aliæ causæ speciales quorundam ordinū, vt inæqualitas, & iniustitia, & indifferentia meritorum, qua scilicet æque bene aluntur, & tractantur bene meriti, & malemeriti de Religione in sustētatione & honoribus: vnde multi fiunt desides ad ea, quæ sunt virtutis & religionis. Item in aliquibus religionib⁹ nimia

Aliæ causæ speciales.

nimia inopia, ex qua coguntur fieri proprietarij, dum sibimet videtur quisque prouidere, quia non prouidetur eis in communi. Item nimiæ opes, ex quibus fiunt carnales, superbi, & multipliciter vitiosi. Item frequentia, & vagatio inter sæculares, ex qua oritur materia multarum tentationũ carnalium, & aliorum vitiorum. Item frequens mutatio Prælatorũ, quæ etsi pro parte bona sit, inquantum mali abijciuntur, tamen in hoc nociua est, quòd boni dum citò sperant absolui, non præsumũt aggredi, vel non proficiunt, vt reforment statum ordinis, & rebelles subditi, potius laborant, vt deponantur, quàm vt status debite reformetur (adde, quòd ex hac mutatione crescit ambitio aliorum discolorum, qui conantur, & anhelant, vt ipsi habeant locũ in aliqua Prelatura, ex quo vident passim alios alijs succedere (expertus loquor) sicque ex resecatione ambitionis vnius, indubie crescit & oritur multiplex ambitio aliorũ: & quidem indignorum, sicut ex resecatione vnius capitis hydriæ serpentis, & sic vnde malum minimum tollitur, inde peius exoritur. Item quia vt ait idem Bonauentura ibidem, si vnus Prælatus, quandoque vult reformationi intẽdere, ab alijs quoquomodo impeditur, vel saltem non iuuatur ab his, quorũ auxilio indiget, vt Prior nõ iuuatur ab Abbate, vel Abbas ab Episcopo, vel inferior à superiori, vel superior ab inferioribus: vnde rebelles subditi appellant, seu recurrunt ad illos, quos sciunt sibi in sua rebellione fauere. Adde, quòd vel quadam crudeli misericordia relaxant & dissoluunt, quod pientissimo rigore iustitiæ est per inferiores Prælatos, secundũ ordinis disciplinam valde solidatum. Item si aliqui in vno loco diligerent reformari statũ in melius, mittuntur ad aliũ locum vbi inueniunt, quod quærebant. Ex his, atque alijs causis, status religionis deficit, vt non solũ fiat deterior, sed etiã quasi desperabilis, quod vix vnquàm nisi Deus ordinet, aliter reformetur. Nam vt ait Gerson 2. part. sum. Alphab. 16. litera O. de non esu carniũ Carthusiẽs. semel lapsa religio, vix aut nunquam reparari potest, & facilius de nouo à fundamentis conditur, quàm reformatur: præsertim quia vt ait Bonauẽt. q. 29. super regulam, timẽdũ est, quod diuina iustitia illos puniat, qui quanto amplius cognouerũt, & spreuerunt, & quibus maiora beneficia contulit, & ingrati fuerunt, & grauius cæteris offenderunt, & frequentius cum indigne contrectant, atque percipiunt, *Vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant*, Esaiæ 6. & 28. & vt ait Psal. 68. *Fiat* *Esai. 6. & 28.* *Psal. 68.*

mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Dorsum eorum semper incurua, &c. vt & quotidie multa leuiter, sine multa deliberatione statuant, eademque destituant, atque restituant, vt tandem nil eorum exequantur: vnde & omnia benè statuta iam non nisi in fabulam & ludibrium ab omnibus habeantur: quodque his perius, diuinæque vltionis signum est, vt hæc ipsa præ oculis quotidie habentes, atque videntes non videant ad efficaciter prouidendum: sed neque patet aditus remedij prædictorum omnium malorum, quæ sunt principia etiam futurorum: sed sub quadam dissimulatione omnes iam capiant de impossibilitate solatium.

Cognitis igitur principijs malorum, & deformationis religionis, cognoscitur etiam, quod ab eis est incipienda reformatio: non à quibusdam cæremoniarum foliis, sed à radice. Nam ad radicem arboris explantandæ, vel excindendæ securis disciplinæ ponenda est. Per easdē enim causas res decidit, per quas nascitur, oppositio modo se habentes, vt Gerson Alphab. 35. litera X. dicit: & inde homo incipit surgere vbi lapsus est. Ideò nisi ab his omnibus simul incipiatur: ita tamen, quòd simul adsit potēs auctoritas, & rigorosa disciplina, atque punitio delictorum, descendens à capite summo, *Sicut vnguentum, quod descendit à capite*, scilicet summo Pontifice, in barbam, scilicet Ministri Generalis, deinde in brachia aliorum Prælatorum inferiorum; certè nunquàm desluet in vestimenta corporis Aaron, scilicet communitatis religionis. Nam Deus infima per media, & media per superiora miro artificio hyerarchico gubernat, & in cœlo, & in terra, vt est communis doctrina sanctorum.

Psal. 132.

Obiectio.

Si dicas, si tam rigorosè agitur, & intenditur reformationi efficaciter, certè apostatabunt plurimi. Respondeò illud Galat. 5. *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.* Nam vt ait Bonauentura q. 14. super regulam, gratiæ sunt Deo referendæ, pro tanto beneficio; non quia apostatans etiam ad sæculum exiens peccauit frater, sed quia oues suas à contagiosa peste liberauit: vt infra 2. cap. quæst. 21. latiùs dicetur. An scilicet liceat eijcere aliquem ab ordine? Nam minus malum est, quòd solus ille discolus dānetur in sæculo, & inter peccatores, quàm in religione inter sanctos, in scandalum aliorum: sicut & melius est, quòd meretrix, & nebulo sit in lupanari, quàm in loco sancto religionis sedeat abominatio iniquitatis. Vnde & ad hoc est notabile exemplum illius Catholicæ Reginæ Hispaniarum dominæ Elizabet,

Ad Gal. 5.

Dissoluitur.

de

de qua fertur, quòd quando reformari fecit moraſſeritmonialium, aliquæ illarum, quæ a moraſſenſis fugerant in lupanari exiſtentes canebant hymnos, &c. Quibus auditis, quidam timoratæ conſcientiæ venerunt ad Reginam, dicentes: O domina, magnam rationem oportet vos exhibere Deo de monialibus, quæ ob veſtram reformationem ſunt in lupanari: quibus Regina ſapientiſsima reſpõdit, *Optimè factum eſt, vt meretrix ſit in ſuo loco ſibi decenti, ſcilicet in lupanari: illa erat meretrix in loco ſancto, melius eſt, vt ſit in ſuo loco decenti*: ſic in propoſito, qui in religione ſunt obſtinati contra obſeruantiam, ad quam tenentur, & nolunt penuriam pati, nec regularibus aſtringi diſciplinis, nec de ſua profeſsione curant, tales ſunt in ſtatu damnationis: itaque melius eſt illos ſolos damnari in ſæculo, quàm in ſcandalum religionis, & mundi, intra religionem viuere deformatè, vt dictũ eſt. Quantò magis, quòd non fugerent, niſi perditiſsimi obſtinati, alij verò timentes Deum, agnoſcerent ſtatum ſuum, & libenter tandem conſentirent bono, licèt pro aliquo tempore ſentirent difficultatem, & pœnam: & cum hoc non eſt diffidendũ de Dei miſericordia, qui opportunè prouideret per ſuam gratiam pro zelo, & bonis inceptis, propter eius honorem: ſi tamen charitatiue in omnibus procedatur. Si dicatur, quod ſic eſſent pauci in ordine, quòd eſſet dedecus religionis, quæ ſic forte periret. Reſpondeò, hoc non eſt timendum, Dominus enim, cuius hoc opus eſt, non oueret cor eorum, qui religioni expedirent ad honorem Dei, ſicut in principijs ordinis factũ eſt. Immò, & potiùs, ſic conſeruaretur religio, ſi in brachio extento, & manu forti per Prælatos, & alios intenderetur eius reformationi, & vt ſeruaretur vita Euangelica promiſſa Deo, vt Nicolaus III. in declarat. *Exiit*, dicit: & Prouerb. 11. *In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas*; & è contra Proucrb. 29. *Peſtilentes diſpant ciuitatẽ*, &c. vt de hoc Adrian. in 12. quolib. Immò, vt refert autor conform. conform 9 artic. 7. Chriſtus promiſit B. Franciſco, dicens, *Franciſce, ſi vis, vt habeam miſeri ordiam de populo Chriſtiano, fac quòd ordo tuus permaneat, in quo poſitus eſt, quia non remanet mihi plus de toto mundo: & ego promitto tibi, quòd amore tui, & ordinis tui, non permittam mundo euenire aliqua tribulationem. Sed ego dico tibi, quòd ipſi declinaturi ſunt ad iſtam viam, in qua poſui eos, & provocabunt me ad tantam iram, quòd ego inſurgam contra eos, & vocabo damones, & dabo illi potestatem omnem, quã voluerint. & ipſi tãdem ſcandalum ponent inter eos & mũdum, quòd nullus ferè erit, qui*

Notabile reſpõſum Reginæ chaſticæ.

Obiectio ſecunda Diſſoluitur.

Prou. 11.

Prou. 29.

Mirabilia verba Chriſti ad B. P. N. Franciſcum.

Si taliā vir audeat portare habitum tuum, nisi per syluas, & quoniam mundus perbalabr sto probata ce dimus tempore persecu tionis Antichristi for te implenda credamus.

det fidem ordinis tui, non remanebit vitra lux, qua posuit eos in lucem mundi: & Beatus Franciscus dixit, *Domine, de quo venient fratres mei in sylua?* Cui Christus, *Ego pascam eos, sicut pauit filios Israel in deserto de manna: quia isti tales erunt boni: & tunc redibunt ad primum statum, in quo fuit ordo fundatus & inceptus: nam in charitate perpetua plantaui hanc religionem; & scias, quòd tantum diligo ipsam, quòd si quis fratrum reuersus ad vomitum morietur extra religionem, alterum remittam in religionem, qui vice ipsius habeat coronam eius, & si non esset natus, faciam illum nasci; & vt scias, quòd vtam & religionem istam spontaneè diligo, si in tota religione non remanerent nisi tres fratres, adhuc ipsa erit mea religio, & ipsam in perpetuum non relinquam, & vsque ad diem iudicij perdurabit:* hæc ibi. Ex quibus patet, quòd si ordo maneat in sua vocatione non peribit, & quòd non est curandum, an sint multi fratres in religione. Immò, Beatus pater noster Franciscus dicebat *Vtinam fratres mei essent adeò pauci, vt quãdo homines viderẽt illos mirarẽtur:* ideò noster ordo multitudine obruitur, & intra aquas transgressionũ velut nauis onusta nimis submergitur: ideò indubitabile videtur, quòd stante multitudine fratrum, impossibile est iuxta puritatem regulæ totum ordinem reformari, quia pauci capiunt verbum hoc, quamuis ad aliqualem reformationem possit forsitã procedi, non tamen durabilem: quia impossibile est benè reformari, nisi ad puritatẽ regulæ perueniatur, & prędictis abusionibus, & caulis malorum prouideatur. Ideò multitudo fratrum est præcipuè cauenda: quia hic noster status, tam perfectus (vt supra q. 2. dictum est) expedit non nisi paucis, quia pauci sunt apti ad perfectionem (vt infra etiã n 2. cap. q. 2. q. 3. dicetur) alioqui perfectio status non proderit illis, sed oberit potiùs occasionaliter, propter eorum infirmitatem, seu corruptionẽ. Cauendum ne dicatur illud Esaiæ 9. cap. *Multiplicasti gentem, sed non multiplicasti lætitiam, &c.* Alij autem ordines sunt communiores, & obseruabiliores à cõmuni hominum cõditione, quorum pauci intelligunt, aut volunt viuere perfectissime, & omnino terrena omnia, & seipsos contemnere, atque relinquere, vnde hunc statum fratrum Minorũ, non nisi homines Apostolici, omniumq; rerum contemptores, determinati, feruentes, & quibus omne delectamentũ deliciarum, honorũ, abundantiæq; temporalis, tanquam onus graue esset, ac virus, assumere debent: non autem pueri, rudes, malo genio præditi: vt sic per-

Multitudo fratrum perfectioni religionis sæpius præiudicat.

Isai. 9.

tales,

tales,etſi paucos,& numero breui,tamen virtute magnos, tanquàm per electos illos trecentos per Gedeonem, vt habetur Iudic.7.id iſt,per contemnentes temporalia,ſolùm ad vitæ neceſsitatem ea habentes,tanquàm non habentes per affectionē, mundus & caro mirabiliter,& exemplariter debelletur. Ideò enim tot conditiones voluit B. P. N.Franciſcus eſſe requiſitas in venientibus ad ordinem,adeò vt dicat ſanctus Bonauentura, quòd deberent tales eſſe parati ad martyriū,de quo infra cap. 2.latius dicetur. Sed interim dum prædicta non fiunt ad communem ordinis reformationem,quia etiam(de quo ſunt gratiæ Deo agendæ)nondum eſt tota noſtra religio deformata: ſunt enim in qualibet prouincia conuentus multi,& fratres particulares in omnibus conuentibus quàmplurimi, & multo plures, quàm olim obſeruantiſsimi & religioſi, ad regulæ puritatem anhelantes,atque viuentes, & de aliorum abuſionibus quibus prouidere non poſſunt coram Deo gementes:qui non inuoluū tur vllo modo peccatis aliorum, vt latiùs de hoc dicetur infra cap.10 quæſt.7.An ſubditi maculentur ex abuſu aliorū & Prælatorum:nam de Prælatis,an maculentur ex abuſu aliorum, & ſubditorum,ſi officia Prælationis acceptant,etiam dicetur ibidem cap.10.quæſt.7.Ideò tales boni fratres ſupra dicti regulæ puritatem obſeruantes inter alios peccatores non ſolùm non reportant damnum ex hoc,ſed etſi volunt cautè viuere,magnū emolumentum habent:quia ad Rom.8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,&c.* Ideó,vt ait Bonauentura quæſt. 19. ſuper regulam,quòd non fit in communi, poſſunt tales facere in particulari:& quilibet proficere volens in religione,conuertit ad lucrum ſuum detrimentum aliorum: & ſicut electorum gloria ex hoc maior erit,quòd malorum admiſti ſocietati, eorum non imitantur exemplum,qui ſunt ipſis materia tentationis,& virtutis exercendæ;ita boni religioſi,nunquàm tanti meriti fuiſſent apud Deum,ſi non á tepidorum fratrū defectibus ad multiplicis virtutis luctam expediti fuiſſent aſsiduè. Vnde Apoſtolus inter cætera virtutum ſuarum merita,quibus ſe miniſtrū Chriſti excellenter eſſe gloriatur, enumerat pericula in fallis fratribus,eoq; ei,& alijs bonis,multiplex fit occaſio virtutis. Scilicet,quòd primò eorū praua exēpla ſunt bonis materia tentationis,& per cōſequens cauſa victoriæ. Secūdò,quia zelo iuſtitiæ cōtra eorum vitia accenduntur,& vruntur ſcandalis infirmorum. Tertiò,quia eorum miſerijs cōpatiuntur,ſicut mater filio

Indic.7.

Ad Rom.8

Bono inter improbos ſe gere multiplicis meriti occaſio eſt.

August. in Psalm. 54. amus malus, ideò vixit, vt corrigatur, aut vt per illũ bonus exerceatur.

filio ad perditionem properanti. Quartò, quia magis laborant bonis exemplis eos corrigere, & monitis, & orationibus, & beneficijs. Quintò, quia distortos mores patienter tolerant, & iniurias eis propter iustitiam illatas. Sextò, quia ex eorum cõtubernio despectiones sustinent ab extraneis, quasi & ipsi sint tales. Septimò, quia timidiores, ac per hoc humiliores fiunt, & ne cadant sunt solicitiores. Octauò, quia magis Deo referũt gratias, quòd eos ne tales essent, benignè defenderit. Nonò, quia ex malis iuxta se positis, virtutes iustorum clariùs & pulchriùs elucent. Ista, & alia bona sunt, quæ Deus elicit ex consortio malorum cum bonis. *Sicut enim accidentale gaudium bonorum cumulat visa pœna damnatorum, ita etiam in Ecclesia, quodammodò decorat rectitudinem iustorum deformitas iniquorum, disponente hoc diuina sapientia, quæ nihil inordinatum in omni regno dimittit:* hæc Bonauentura.

Aurea verba D. Bonauenturæ.

Quæstum.

Sed si adhuc vrgeat quis quærens, si tot boni sunt inter religiosos, quare ergo tam studiosè abscondunt facta sua, & celantur à sæcularibus? suspectum est enim apud eos non esse bona occulta, quæ sic celantur; cur enim sic celantur cùm bona non sint necessaria celari?

Respondetur.

Respondeò secundum Bonauenturam quæst. 21. super regulam. Primò, ne de singulari bono laudati in vanam gloriam incidant, & meritum perdant. Secundò, ne vitia aliqua, & peccata (quæ fragilitas humana omnino vitare non potest) scandalizent aliquos, præsertim infirmos. Tertiò, quædam solẽt abscondi à non intelligentibus, qui ea iudicarent mala esse ex sua stoliditate, seu infirmitate animi, cùm tamen coram Deo licita sint, vel etiam meritoria: non propter hypocrisim, sed ne illi scandalizentur, qui non possunt omnium corda videre, & omnibus satisfacere, quare hoc vel hoc fiat, cùm sæculares communiter rudes sint, & proni sæpiùs de religiosis finistrè suspicari, & interpretari: quia cùm vident eos refectionem accipere, iudicant eos carnales; cùm eos viderint humiliter, & temperatè iucundos, iudicant dissolutos; cùm zelo iustitiæ carpere eorum vitia, iudicant superbos & iracundos, & huiusmodi: ideò oportet ab eis abscondi, & bona quæ agunt, vnde probabiliter scandalizabuntur infirmi, Corinth. 8. *Videte ne hæc misericordia vestra offendiculum fiat infirmis*. Ideò in aliquibus nos sumus sine culpa, quando scilicet de bonis nostris ex genere illi scandalizantur, aliquando indigemus bona cautela, scilicet in actibus indiffe-

Serio, & prudenter plura religiosorum facta à sæcularibus celantur.

Ad Cor. 8.

indifferentibus, ne illi scandalizentur; aliquando nos sumus in culpa, quando scilicet ex ipso opere, seu circunstantia eius damus eis causam scandali, & male de nobis iudicandi: quia per nos tunc nomen religionis blasphematur inter eos, & vituperabile facimus ministerium nostrum apud eos, quibus debemus esse lumen sanæ doctrinæ, & forma rectè videdi. Cùm autem despicimur ab alijs, sine causa, sine culpa nostra, tunc cedit ad multiplicem profectum nostrum. Primò, quia peccata nostra per hoc purgantur. Secundò, bona nostra magis tuta sunt à vana gloria, & laude humana. Tertiò, humiliores reddimur coram hominibus. Quartò, cautiores sumus verbis & factis, ne opinionem eorum confirmemus. Quintô, minus sumus eis familiares, ac per hoc magis in cella cũ Deo quieti. Sextò, patientiam magis discimus ex tali despectione. Septimò, interna consolatio spiritus impenditur quærentibus pro exteriori subtracta. Octauò, maius meritũ pro his omnibus coram Deo accrescit, & alia huiusmodi: hæc Bonauentura.

QVÆSTIO IIII.

Vtrùm ignorãtia regulæ, & declarationum excuset transgressores à mortali?

Conclusio. *Ignorantia crassa regu læ nõ excus mortali.*

REspondeò, quòd quamuis aliqualiter minuatur peccatum propter ignorantiam, tamen ignorantia notabilis, supina, seu crassa (quæ est, quando quis ex notabili negligentia inquirendi, & sciendi ignorat, quod scire tenetur) non excusat à *sat trã gres sorem à mor* peccato. Ratio est, quia quilibet tenetur scire illa, quæ tenetur adimplere, & ea quæ statui suo sunt necessaria, quomodò enim quis seruare potest, si ignorat, quod seruandum est? qui enim tenetur ad aliquid, ex consequenti tenetur ad id, sine quo illud impleri non potest, ex necessitate enim finis oritur necessitas mediorum necessariorũ ad finem, vt est communis regula Aristot. & Theologorum; sed omnis Religiosus professus tenetur suam regulam & professionem seruare, ergo & scire, ita quòd notabiliter non ignoret obligatoria, & modum impletionis eorum; sicut & nullus Christianus excusatur ob ignorantiam legis

gis Christianæ, scilicet mãdatorum,& fidei, &c. & multò minùs excusat ignorantia affectata,quando scilicet quis non vult inquirere,aut scire,vt benè agat, sed potiùs vult ignorare ; vt quasi sic sine remorsu peccet,putans etiam se sic posse excusari in diuino iudicio,cùm tamen istè plùs peccet voluntarius, incurrendo tenebras ignorantiæ,de quo Psalm. *Noluit intelligere, vt benè ageret;* & Iob 22. *Qui dicũt Deo,recede à nobis,scientiam viarum tuarum nolumus*:cuiusmodi sunt,qui nolunt audire de regula,aut de lege,ad quam tenẽtur, ne posteà habeant remorsum conscientiæ,seu(vt ipsi dicunt)scrupulum.Et hoc est signũ satis vrgens ad probandum quòd regula scilicet lex Christi nõ seruatur,quãdo fugitur sermo prudens,& loquela opportuna,collatioq; de ipsis,& attinentibus ad ipsam regulam, scilicet legẽ Christi,Ioan.8.*Sermo meus non capit vos,&c.*& ibidẽ:*Qui ex Deo est,verba Dei audit,&c.* similiter, quando zelatores regulæ appellantur scrupulosi:& cũ his concordant communiter Doctores,loquentes de ignorantia,vt est videre in 2.d.22. & alibi, & in summistis,tit.*Ignorãtia*,de qua latiùs egimus in tractatu,quẽ de ignorantia compegimus. Vnde,& quatuor magistri in prologo super regulam dicunt idem aperte, similiter Hugo in prologo, dicit:*Non excusat ignorantia regulæ professores eiusdem, si quis nescit,tenetur inquirere diligenter,non ambulat simpliciter,qui ambulat insipienter,vnicuique suus status curandus est, nunquam in Ecclesia collatio prouida, sed assertio contentiosa reprobatur*:hæc ille.Et vt etiã frater Ioannes Pirrinus vbi supra:& habetur in tertio tractatu lib.ordinis,fol.167. Beatus pater noster Franciscus valde affectabat,vt omnes regulam scirent, & de ea confabularentur prudenter,tamen sine contentione,vt patet in fine primæ regulæ,aliàs ignorans culpabiliter,ignorabitur iuste. Matth.25. *Nescio vos;* & Rom.2.*Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.* Et quia declarationes domini Nicolai III.& Clement. V. sunt necessariæ ad verum regulæ intellectum habendum,vt habetur infra 4.cap.q.11.& latius cap.10.q.3.ideò ignorantia earũ non excusat,vt dictum est. In hoc tamen attendendum est,quòd licet nulli liceat notabiliter ignorare regulam,& declarationes, nõ tamen omnes tenentur ex æquo scire omnia,& omnes subtilitates tangentes articulum de pecunia & paupertate,& huiusmodi,sed quilibet secundũ statum,& qualitatem personę tenetur diligenter scire,vel laborare vt sciat,ita quòd non notabiliter negligat:nã iuuenis,& indoctus nõ tenetur tot scire,quod aut

Ioan.8.

Ignorantia regulæ non excusat professores eiusdem.

Matth. 25.

Ad Rom 2.

Nota.

aut quantum pater antiquus, aut doctus, aut Prælatus; similiter qui est hebes à natura, non tenetur quantũ ingenioſus, & huiuſmodi; ſufficit enim omnib' fratribus laicis & iuuenibus, vt ſciãt ea, quæ communiter tractantur per eos, & pertinentia ad pecuniam, & paupertatem, & huiuſmodi generalia documẽta, & modificationes ſine alijs ſubtilitatibus, dũmodo humiliter ſubiaceant iudicio maiorũ. Prælati autem, præſertim docti, tenentur ſcire omnia, etiam ſubtilitates, quæ communiter contingunt in ſuo officio, & caſus cõmuniter accidentes & frequenter: immò, & tenentur docere alios opportune, ideò quãdo viderint, quod ex ignorantia cõmuniter culpabiliter peccatur contra regulã, aut contra ius diuinum tenentur Prelati procurare, vt per doctos doceantur: & ſimiliter ipſi docti tenentur ſtudere, vt ſciãt ad debite docendũ, ignorantes indigentes tali doctrina, ſicut & pro releuanda extrema neceſsitate corporali proximi tenetur quis laborare, aut ſolicitare, vt habeat vnde pro tunc illi proueideat, vt ait Adrianus in 4. de correctione fraterna: & de hoc infra c. 10. q. 7. habetur latè. Alioquin excuſantur, ſed plùs, vel minus peccant, ſecundũ quod magis, vel minus tenentur ſcire, & docere, attentis omnibus circũſtantijs perſonę, ſtatus vel officij, & caſuũ cõmuniter accidentiũ, vel è contra: vt de his latiùs agunt Doctores in ſuis ſententijs, & ſummiſtæ in ſuis ſummis.

Non omnes æqualiter tenẽtur ad regulæ ſuæ obſeruantiã, ſed Prælati ſtrictius omnibus.

Quòd ſi contra prædicta arguatur, quôd qui ſequitur vitam Doctorum, & Prælatorum in ordine non videtur peccare, etiã ſi ignoranter tranſgrediatur regulam, vt ſunt ſimplices religioſi, qui viuunt, ſicut vident viuere literatos, & Prædicatores in ordine, quia non eſt iudicãdum illos cõmuniter, ſic eſſe immemores ſuæ ſalutis, non obſeruando ea, ad quæ ſciunt ſe teneri, alioqui totus ordo poſitus eſſet in ruina: præcipuè cùm ſic etiam verbo docent, ſicut & viuunt. Et facit ad hoc Gregorius 1. Moralium, ſuper illud Iob 1. *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta illos:* quòd ſcilicet ſimplices iuxta doctrinam & vitam maiorum, ac Doctorum debent viuere, ex quibus videtur, quód fratres ſimplices per ſuam ignorantiam excuſantur, ſequendo vitam communem, & doctrinam Prælatorum ſuorum, & literatorum, ſeu Prædicatorum ordinis.

Obiectio prima.

Iob 1.

Reſpondeo primò, quód multi ſunt docti ſimpliciter, qui nõ ſunt docti ſecundũ quid, ſcilicet in regula, & pertinẽtibus ad religionẽ, ideò in pertinẽtibus ad regulam, de illis non eſt curandum, ſed tanquam indocti in hoc negotio habendi ſunt: ex quo

Soluitur.

de

de tali materia non gustauerunt, neque se exercuerunt. Alij etiam sunt docti in pertinentibus ad regulam, & religionem suam, quales debent esse omnes Prælati, & Prædicatores, & literati ordinis: & de his dico illud Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dixerint vobis facite: secundũ autẽ opera illorũ nolite facere.* hoc est, quod doctrina illorũ sequẽda est, dũ non constat quòd cõtra regulam, aut veritatẽ docent: & sic excusantur simplices eorum doctrinam sequendo bono simplici, & humili animo parati obedire veritati, dum constiterit sufficienter: nam contra veritatem cognitam sufficienter non est eis obediendum, ex quo tunc non docent, neque præcipiunt, secundum cathedram veritatis, sed secundum cathedram pestilentiæ & erroris: quando autem quis non est certificatus de veritate, stare debet iudicio Prælatorum suorum, & literatorũ aliorum: de quo latiùs infra cap. 10. quæst. 2. dicetur. Sequendo autem vitam, seu mores eorum literatorum, seu Prælatorum, non excusantur à regulæ transgressione per ignorantiam: *Quia opera eorum nolite facere*; nam non vouerunt fratres vitam, & mores illorum, sed regulam Minorum: nam & multi multa sciunt, se autem ipsos ignorant: & multæ literæ multos ad insaniam vertunt. Tamen si quis ignorans veritatem de aliquo, bono animo sequatur vitam illorum Doctorum & Prælatorum, quos rationabiliter æstimat bonos, solicitos de sua anima, & memores suæ salutis, putans, quòd illi sciunt benè quid faciunt, & quòd non ita viuerent, nisi essent certificati, quòd est licitum sic agere: tunc excusantur simplices sequendo vitam & exemplum illorum: quia in dubijs vita & exemplum bonorum sufficit pro regula viuendi simplicibus, vt est regula Augustini, quã & Gerson maxime commendat, & Gregorius vbi supra innuit.

In dubijs sufficit vita & exemplũ bonorũ pro regula viuẽdi simplicibus.

Obiectio secunda.

Secundò si arguatur, quòd nemo obligatur ad aliquid, nisi intendat se obligare ad id, sed multi vel omnes, non intendunt se obligare, nisi ad regulam secundum quòd est in consuetudine, quòd obseruetur, seu ad vitam communem, quæ est in consuetudine religionis, ergo non amplius tenentur ad regulæ obseruantiam, neque aliud tenẽtur scire, nisi prout communiter obseruatur in consuetudine.

Soluitur.

Respondeo, quòd quilibet (nisi aliud exprimat specialiter) intendit se saltem virtualiter obligare ad obseruantiam regulæ, quando talem vouet, quia sic vouet, & ideò priùs instruitur

de

de illa,licèt fortè non ita plenè,vt debetet:quod præsertim ac cidit,quando quod docetur ore,non firmatur opere,seu exemplo.Igitur cùm quilibet absolutè voueat libenter regulam fratrum Minorum,non excusatur per ignorantiam,neque per cõ suetudinem,si eam non seruat,cùm scire teneatur eam regulam quã vouit:nam vt ait Alexan. Alens.regulam fratres vouerunt, non consuetudinem.Si tamen esset aliquis ita simplex , quod non caperet,neque intelligeret,talis posset aliquo modo excusari, quia non intellexit quod vouit,possetque talis præsertim de licentia,seu dispensatione Papæ,transire ad laxiorem religionem:attamen si vult in ordine manere quem vouit,tenetur regulæ puritatem obseruare,ex quo acceptat votum: & concordat cum prædictis expressè sum.Ang.tit.*Religiosi*,§.32.

Non excusat ignorantia religiosum. Sufficit regulam substantialem scire. Secus de consuetudine. Declaratio Papæ quid ipsam, quid non consuetudinem. Si quis non posset excusandi quod fari, quia non intellexit quod vouit, communiter seruatur.

QVÆSTIO V.

Vtrùm viuere secundum declarationes, seu determinationes Ecclesiæ, & summorum Pontificum; & secundum glossas Doctorũ approbatorum, sit viuere secundum regulæ puritatem; An necessariò sit ad literam viuendum?

Conclusio. Viuere secũdũ declarationes Pontificũ est viuere secundum regulæ puritatem. Sãmus Pontifex potest omnes regulas religionũ interpretari, limitare, arctare, aut mitigare.

REspondeo,quòd viuere secundum illas declarationes est viuere secundum regulæ puritatem,& non est standum ad literam.Pro cuius probatione prius sunt notanda aliqua, quorum primum est, quòd vt latè habetur in tractatu de officio contra deuiantes nota prima,&c. Ecclesia,& Papa simul,& per se potest omnes regulas & religiones,seu ordines in Dei Ecclesia approbare,confirmare,vel infirmare,& eas declarare , limitare,& determinare,seu mitigare,& etiam arctare,vt patet expressè:quia circa maiores fidei causas,& morum,& negotia potest Papa prædicta facere(vt habetur 24.quæst.1.cap. *Hæc est fides*,& cap.& gloss.*Quòd trãslationem de officio lega.*& cap.*Maiores de baptismo*;& cap.*Per venerabilem*, *extra qui filij sint legitimi*; &cap.*Palam* 11.dist.cum sequentibus,& cap.*Non nos* 40.dist.& 12.dist.

12.dist.cap.*Non decet*,& cap.19.cap.*Si omnes sanctiones*, & 24.q. 1.*quoties*,& cap.*Non turbatur*. Ergo a fortiori id potest circa causas religionum,& earum negotia: vt specialiter de hoc habetur,cap.fin.*de religiosis dom.*& cap.vnico,eod.tit.lib.6. & cap. *Cùm ad monasterium*,cum sequentibus,*de statu regul.* & in Clementin.*cùm agro*,eod.tit.& cap.*Exit,& exui,de verb signific.* Nã cùm Papa supremum gradum perfectionis in Ecclesia teneat, ipse solus habet alijs ostẽdere viam perfectionis, & ad eum est in his recurrendum, & in hoc est eius decretis standum circa prædicta omnia.Et quod hoc voluerit B.Franciscus,patet quia ipse voluit habere pro fundamento suo,& suæ sacræ religionis obedientiam Papæ,& Romanæ Ecclesiæ(vt patet primo cap. & vlt.)& per consequens regulam non nisi approbatam,& confirmatam per Papam & Ecclesiam,sicque non nisi determinatiorem,subiectioni,declarationi,& dispositioni sedis Apostolicę subiectam,tam regulam,quàm religionem,quàm seipsum:nam neque ipsa regula esset vera regula,neq; obseruabilis, neq; obligatoria,sine auctoritate,confirmatione,& declaratione,seu dispositione sedis Apostolicæ:immò(etiamsi oppositũ vellet, quod absit)non poterat B.P.N.Franciscus imponere legem domino Papæ,& Ecclesiæ,quoad prædicta:vt 21.dist. cap. *Inferior*, & *de vele totuis*.

Gregorius IX. in expositione regulæ, quæ incipit, quo elõgati à seculo determinauit non solũ dictum esse declarationẽ regulæ à sede Apostolica petere, sed etiã per quã necessarium, neque oppositũ voluisse B.Frã ciscum, aut eius, aut maiori.& obedientia,cap. solite.

Nota secundò.

Secundò notandum,quòd Doctores possunt etiam glossare, seu interpretari regulam,sicut & Sacram Scripturam:& eorum glossis,seu interpretationibus est standum(dummodò non cõtraueniant iuri diuino,naturali & humano,seu regulæ, seu declarationibus Pontificalibus)vt sunt expositiones Bonauenturæ,Hugon.&c.huiusmodi,quia nullus debet proprio sensui inniti temerariè,& viuere,& intelligere regulam,prout sibi videbitur,sed secundũ patrum,magistrorumque fidei morem,& regulæ sensum,& traditiones est sentiendum,& viuendum. Sunt enim multa verba,quæ possunt trahi ad sensum,quẽ sibi vnusquisque sponte præsumpserit,sed non oportet: & ita discẽdum est à maioribus secundũ veritatem traditam,vt habetur 37.dist. c.*Relatum*.Ideò habetur Deut.32.*Interroga patres tuos, & maiores tuos.& dicẽt tibi*,& cap.17.*Si difficile & ambiguũ apud te, &c. Veni es ad sacerdotes,&c.*& Prouerb. 22. *Ne transgrediaris terminos,quos posuerunt patres tui*:super quæ Hieronymus, & habetur 24.quæst. 3. cap. *Transierunt*, dicit: *Transierunt terminos, quando Principes Iudæorum aliud prædicant, quàm à patribus acceperunt:*

Fossũt Doctores glossare,& interpretari regulam,sicut & Sacram Scripturam.

Deut.32.& 17. Prou.22.

vnde

vnde Leo Papa, & habetur 25. quæst. 1. cap. 3. *Ea quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter sunt ordinata, nulla commutatione varientur, neque ad priuatum commodum trahantur, &c.* & sic non secundū suum proprium sensum, sed sensum Doctorū est sentiēdum de lege Christi, & de regula nostra, non enim est maioris authoritatis regula nostra, quàm Euangeliū, quod tamen glossas Doctorum rationabiliter admittit, non distrahentes, neque minuentes, aut addentes, aut mutantes verum sensum eius, sed exponētes latentem sensum: nam vt ait Augustinus, *Euangelium non stat in soris, & cortice verborum, sed in medulla sensus & veritate: alioqui littera occidit, spiritus viuificat*. Et quòd B. P. N. Franciscus sic voluerit, patet, vt ait Hugo in prologo super regulam, dicens: *Glossas super regulam non prohibet necessarias Beatus pater Franciscus, sed quæ extra rationem literæ, & iuxta intellectum alium, quasi aliud tradiderit, & aliud intenderit, fabricantes sic debere, vel sic intelligi (vt ipse apertè in suo testamento ait) licèt etiam sint multi, qui sibi patere omnia clament, & expositione regulam non indigere, sed ad literam esse intelligendam clare, & obseruādam vociferētur*: hæc ille. Facit ad hoc, quod sanctus Bonauentura, & sanctus Bernardinus, & alij sanctissimi Doctores, qui regulam exposuerunt, certè id non fecissent, si contra intentionem B.P.N. Francisci id cognouissent: si etiam non esse necessarias tales expositiones non vidissent, ergo.

Tertiò notandum, quòd est magna differentia inter dispensationem, interpretationem, limitationem, & declarationem: nam vt ait Angelus in Moralibus cap. 14. *Dispensatio propriè est iuris (alias obligantis) relaxatio ab auctoritatem habente (quæ si pro semper fiat, & totaliter, vocatur abrogatio, si ad tempus, vel si pro parte, dicitur derogatio)* dixi (*alias obligantis*) per quod ab interpretatione differt: nam legum conditores certis emergentibus causis leges suas pro tunc obligare non intendunt, in quibus casibus, is qui indicat hanc, vel illam talē legē non obligare, non per hoc dispensat, sed potiùs talem legem interpretatur. Dispensat igitur quis, quando legis aliàs pro tunc obligantis obligationē tollit, seu quo ad culpam tantū, seu quoad pœnam tantū, seu quoad vtrumque simul. Interpretatio itaque est discretio casuū, in quibus lex obligat, & in quibus nō: aut eorū, ad quæ & quomodo extēditur, & illorū ad quæ non. Exemplū primi, vtpotè quādo quis indicat præceptum ieiunij, aut votū non ligare in casu extremæ necessitatis. Exemplum secundi, vtpotè

Nota tertiò. Magna differentia est inter dispensationē, interpretationē, limitationē, & declarationē legis. Quid sit dispensatio. Quid sit interpretatio.

vtpotè docere nomine furti prohiberi reliquas damnificationes in bonis fortunæ, nomine autem homicidij, alias in bono corporis læsiones, & ita in reliquis præceptis Decalogi. Declaratio autem est iuris obscuri elucidatio, seu obscuritatis eius enodatio claram rei præbens intelligentiam. Limitatio verò eius est obseruantiæ legis iam datæ pro tempore, loco, modo, aut alia circunstantia determinatio, siue institutio. Dei enim & iuris naturalis præcepta affirmatiua sunt tradita in genere, & plerumque absque speciali temporis loci, vel modi determinatione, ideò ne obseruatoribus sit confusio, ius humanum præfigurat tempora, lóca, modos, & aliàs circunstantias; quarum institutio propriè dicitur iuris limitatió. Sæpè tamen vocabula cõfunduntur, vt interpretatio, declaratio, expósitioque pró eodem accipiantur; communis tamen iam declaratio, dicitur Papalis, expositio autem Doctoralis.

Quid sit declaratio.

Quid sit limitatio.

In quo differat interpretatio Papalis ab expositione Doctorali.

Differt etiam interpretatio, seu declaratio, seu expositio Papalis à Doctorali: in hoc non faciendo vim in vocabulo, sed in re: nam secundum August. de Anchona in lib. de potestate Papæ, quæst. 67. art. 1. licèt Magistri, & Doctores valeant canones, leges, & alia Apostolica priuilegia interpretari, sed interpretationes eorum non coguntur iudices, nec nos obseruare in foro conscientiæ, & iudiciario. Secus est de interpretatione Papæ, seu declaratione, quã iudices compelluntur obseruare, & magistri tenẽtur in scholis docere & prædicare, quia eis est in vtroque foro humiliter standum, sine contradictione vlla, nisi fortè (quod absit) aliquando appareat error manifestè. Insuper quia interpretatio, seu declaratio Doctorum est per modum disputationis, & expositionis tantum perquirendo sanum intellectũ verbórum legis, seu regulæ, sine additione & diminutione, aut limitatione aliqua, sed interpretatio Papæ est per modum determinationis, eoquòd sua determinatio ligat omnes ad tenendum ipsam (non sic interpretatio magistrorum.) Similiter interpretatio, seu declaratio Papæ potest esse cum additione, diminutione, seu limitatione sensus, & verborum legis & regulę, super quam ad prædicta, seu ad aliqua eorum habet auctoritatem, quales sunt omnes regulæ, & religiones super quas, quoad omnia supra dicta Papa habet auctoritatem supremam, super Euangelium autem, an habeat tantam auctoritatem, alibi est disputandum.

Probatio cõclusionis.

His ergo suppositis probatur supra dicta respõsio ad quæstionem;

nem. Nam regula seruatur secundum suam puritatem, quãdo seruatur, & viuitur secundum eius verũ sensum principaliter intẽtum à B.P.N. Francisco eius institutore: hoc autem fit, quando seruatur & viuitur secundum declarationes eius Papales, & secundum veras Doctorum expositiones, vt patet ex notabilibus præcedentibus: ergo in tali obseruantia & vita, secundum regulæ declarationes, & expositiones prædictas, est paritas, salus, & perfectio vitæ in regula promissa, neque per eas deroga tur vllo modo ipsius regulæ perfectioni, aut puritati.

Item secundò probatur, quia si in prædictis declarationibus aliquid perfectioni, aut puritati regulæ promissæ derogaretur, hoc esset, aut quia Ecclesia errauit ipsam regulã, si erat inobseruabilis, approbando: vel ipsam obseruabilẽ relaxãdo per declarationem ex errore factam contra mentem regulæ (quod est impium asserere simul & erroneum) aut quia de ipsa regula obseruabili aliquid de eius perfectione, & puritate promissa per suas declarationes Ecclesia non ex errore, sed ex proposito subtraxit, sine aliqua rationabili causa, quod etiam est impium dicere, scilicet, quòd Ecclesia dedit nobis causam recalcitrandi à perfectione in regula promissa; contra illud, *Nemo mittens manum ad aratrum, &c.* & per consequens, quòd Ecclesia daret leges, & declarationes iniquas, & retrahentes à perfectione, & puritate promissa, sicque Ecclesia non semper esset sancta. *Probatur secundò.*

Item tertiò, quia in prædictis declarationibus, præsertim in declaratione Nicolai III. sæpiùs dicitur, quòd prædicta declaratio est ad puritatem, & perfectionem in regula promissam omnino & plene obseruandam: & quòd per eam nullo modo regulæ puritati subtrahitur, sed quòd intentioni B.P.N. Francisci talis declaratio conformatur, vt est videre, præcipuè in prologo, & in articulo tertio, & in alijs articulis eiusdem declarationis aperte: quæ verba propter vitandam prolixitatem hic omittuntur, & in declaratione Clementis V. idem etiam patet; sicut enim multa recepit sancta mater Ecclesia per Apostolos, & alios sanctos viros, quæ in Euangelio non habentur, non tamen ideò derogatur Euangelio, sed Christi intentioni per hæc Ecclesia cõformatur, vt habetur 11. dist. *In his*, & cap. *Ecclesiasticarum*, & cap. *Cũ Marthæ, de celebrat. miss.* Sic in proposito de intentione B.P. Francisci dicendum est cũ domino Nicolao III. & Gregorio IX. in sua declaratione, & de B. Bonauentura, &c. ejusmodi sanctis regulæ expositoribus. *Probatur tertiò.*

Quæstio quinta introductoria.

Restat ergo, quòd in viuendo secundum huiusmodi declarationes regulæ à summis Pontificibus per Ecclesiam editas est vera regulæ perfectio, & ipsius puritatis promissæ plena obseruantia: licèt in aliquo videatur rigor literæ ipsius regulæ rationabiliter mitigatus: sic enim voluit & intendit B.P.N. Franciscus obseruare. In prædictis omnibus supponitur Ecclesia determinare, quod in prædictis declarationibus Nicolai III. & Clementis V. determinatur, tũ quia sedes Apostolica id fecit, tum quia in Cõcilio Viennensi est vtraque declaratio approbata, vt in tit. eiusdẽ declarationis Clementis V. habetur, quæ etiam approbat declarationem domini Nicolai III.

Declaratio nostræ regulæ est per Ecclesiam determinata.

Nota. Optimè stat, quòd vnus seruet regulam puriùs, & strictiùs alio, & tamen vterq; viuat, secũdum regulæ puritatẽ, sicut optimè stat, quòd vnus ieiunet quadragesimam cũ piscibus, & leguminib⁹ alius verò cũ leguminibus solũ; & tamẽ vterq; ieuniũ quadragesimale perfectè seruat.

Notandum etiam ad prædicta, quòd benè stat, quòd vnus seruet strictius, & puriùs alio regulam, & declarationes, & tamen vterque puritatem regulæ seruet, seu declarationum, vt tenetur. Sunt enim gradus latitudinis in pura regulæ obseruantia; sicut & in obseruantia legis Euangelicę, & consiliorum, & mandatorum. Item notandum, quòd semper dictum est, quòd seruãdo regulam secundum declarationes, & dispositionem Papæ, & Ecclesiæ, & expositiones veras Doctorum, seruatur puritas regulæ & perfectio: non autem quando viuitur secundum dispensationes aliquas relaxantes regulam à quibusdam impetratas, seu potiùs extortas à sede Apostolica per veras, seu falsas relationes: tunc enim non seruatur puritas regulæ. An autem qui sic viuunt, secũdum tales dispensationes, sint in malo statu? Dic quòd non: si rationabiliter ex rationabili & vera causa sunt concessæ, seu habitæ tales dispensationes, alias sic: vt de hoc latiùs dicetur infra cap. 10 q. 4. ibi videatur, & secundum hoc piè interpretetur, aut refutetur dictum quod habetur in quoddam Enchiridio fratrum Minorum, fol. 78. dubio 18. vt habetur infra cap. 10. q. 5. in 2. notabili.

Obiectio.

Quòd si contra prædicta quis arguat, quòd B. Franciscus noluit glossas mitti in regulam, sed ad literam obseruari, vt patet in eius testamento, & vt refert auctor conform. conf. 9. vt habetur supra q. 1. quòd Christus ei dixit, quòd ad literam volebat regulam obseruari. Item quia Hugo dicit, quòd omnes declarationes super regulam factæ fuerunt condescendentes imperfectioni, & prouidentes transgressioni.

Item ad hoc faciunt multæ reuelationes factæ B. Francisco, de hoc ad literam, &c. vt legitur in Floreto & alibi: ex quibus omnibus videtur concludendum, quòd viuere secundum declaratio-

clarationes,& gloſſas præfatas,non eſt viuere ſecundum mentem & intentionem B.Franciſci,neque ſecundum regulæ puritatem,neque ſecundum eius perfectam obſeruantiam:quamuis benê ſit ſalus viuendo, ſecundum prędictas declarationes, & expoſitiones benè intellectas & obſeruatas.

Reſpondeo,negando conſequentiam,& ad primam proba- *Soluitur.*
tionem antecedentis,cùm allegatur illud de teſtamento B Frãcis.dico,quòd nullius ſunt obligationis illa verba, vt declarat Gregorius IX.& Nicolaus III.Item,quòd per id non potuit, nec voluit B.Franciſcus leges ponere Eccleſiæ, & domino Papæ,ne diſponeret,ſicut videret expedire:immò nec ſucceſſoribus ipſius B.Franciſci,vt declarat dominus Nicolaus III.ſed voluit ibi prohibere gloſſas extortas,vt ſupra in 2.notabili dictũ eſt;& diſpenſationes generales relaxantes,vt proxime dictum eſt,& nil aliud ibi intendit,vt patet ex dictis. Immò,nec credẽdum eſt prohibere etiam diſpenſationes aliquas,aut relaxationes aliquando circa aliqua præcepta regulæ concernentia, & exteriores aliquas obſeruantias corporales: nam in diuerſis locis regulæ id concedit,non dico per Papam,ſed etiam per Prælatos ordinis,vt de equitando,& habendo calciamenta, & de non ieiunando in neceſsitate, vt patet in regula de ſimilibus: immò hoc eſt regulare in omnibus regulis, quòd fiat diſpenſatio in huiuſmodi,prętерquàm in eſſentialibus, dum talis diſpenſatio deſeruiat neceſsitati & charitati, ſecundum S.Bernardinum, de quo latiùs infra cap.10.q.4.

Ad aliud de auctore conform.ad literam ad literam, &c. Reſpondeo,quòd intelligitur ſecundum ſenſum literalem principaliter intentum, cuiuſmodi eſt,qui ſecundum declarationes, & expoſitiones prædictas habetur,vt dictum eſt,non autem intelligitur (ad literam) Iudaicè,id eſt,ad corticem & ſonũ verborum:nam plerumque dum proprietas verborum attenditur ſenſus veritatis amittitur,vt in cap. *Præterea,de verborum ſignif.* & ibi gloſſa dicit,quòd verba á ſua ſignificatione cadunt,cùm res ſalua aliter eſſe non poteſt:quia ſecundũ Hilarium, & habetur *de verb. ſign.*cap. *Intelligentia*, *Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi,quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus*: & idem aperte dicit Nicolaus III.in ſua declaratione art. 1. & Clemens V.in ſua.Quod etiam patet in propoſito:quia ſi ad literam,vt ſonat tantũ regulæ eſt ſtandũ,ergo non liceret Guardianis recipere aliquos ad ordinem de licẽtia ſpeciali miniſtrorum

Regula noſtra non eſt intelligenda ad literam iudaicè. ſed ad veram ſenſum ipſius à P.N.Francisco intentum.

rum,sed deberent ad literam mitti ad Prouinciales ; vt habetur cap.2.Similiter,neque Guardiani possent fratrum necessitatibus induendorum,& infirmorum prouidere:quia 4.cap. habetur,quòd ministri tantum & custodes id faciant;custodes enim ad literam alij sunt à Guardianis.Item , quòd nisi à solo Ministro Generali examinetur quis,non potest prædicare, vt cap. 9. Item,quòd nō liceret habere Guardianos,ex quo de eis in regula non fit mentio.

Ad aliud dictum Hugonis dico,quòd intelligitur sic, scilicet quòd propter infirmos sancti patres & Doctores Ecclesiæ, & ordinis decreuerūt regulæ mitigare,& temperare rigorē,secūdum mentem B.P.Francisci.Nec propter hoc credūtur destruxisse regulam,& eius puritatem,& perfectionem,neq; ei in aliquo derogasse, vt etiā B.Bernardus in sua apologia contra quēdam,qui istiusmodi dicebat velle regulam ad literam obseruare,sine aliqua dispensatione,dicit sic:*Si regulam ab omnibus, qui eam profes i sunt,ad literam censes esse tenendam,vt nullā omnino dispensationem admitti patiaris,audacter dico,quòd nec tu,nec ille eam tenetis : nam etsi ille quantum quidem pertinet ad obseruantias corporeas in pluribus offendit , impossibile est te quoque,vel in vno non transgredi; scis autem,quòd qui in vno offendit,omnium est reus.Si verò concedis aliqua posse dispensatiuè mutari , proculdubio & tu illam tenes & ille,quamquàm dissimiliter: nam tu quidem districtiùs,at ille fortasse discretiùs*:hæc Bernardus,& idem in sententia. Hugo in 2. cap. vbi de calciamentis agitur,dicit, vt infra patebit cap.2.q.23.igitur,sic ipse Hugo intelligendus est,vt dictum est.

D. Bernardus in apologia ad Guillermū Abbatem.

Obiectio. Neque obstat,quòd in prædictis declarationibus Papalibus sunt aliquæ dispensationes,relaxationes,mitigationes, aut extensiones,de quibus nil in regula habetur, neque eis B. Franciscus vsus est.

Soluitur. Dico enim,quòd in eis nil agitur,aut habetur contra regulæ puritatem obligatoriam,aut promissam : sed solùm ibi ponuntur declarando & determinādo, seu disponēdo, quòd nō aliter per regulam obligamur,vt sic sciatur, quomodo quisque suam debeat intelligere professionem,& ad quæ teneatur, & quomodo;neque tales dispensationes prædictæ discrepant á regulæ puritate,& intentione Beati Francisci, & regulę fundamentis directè,vel indirectè,vt dictum est , & patet per singula discurrere volenti,quòd si aliquæ extensiones, vel modificationes fiunt in prædictis declarationibus circa aliqua , hoc fit ex necessitate,vel vtilitate instante , & vt melius charitati,

& eius profectui deseruiatur, neque in his etiam fit contra regulæ puritatem, aut contra intentionem B. Francisci, vt dictum est. Et licèt Beatus pater Franciscus rigorosiùs illa, vel alia seruauerit nos tamen non tenemur ex nostra professione ad illũ gradum puritatis, seu perfectionis Beati Francisci circa hæc, sed ad ea, quę in regula continentur secundum eius verum sensum supra dictum, & non ad supremum gradum puritatis obseruãtiæ, vt dictum est.

Illæ verò reuelationes, quæ habentur in Floreto & alibi, quę videntur aliud dicere, dic quòd debent secundum prædicta intelligi & moderari, si obligatoriè loqui videantur, & vniuersaliter. Et tandem tenendum est, quòd viuendo secundum prædictas declarationes, & expositiones, est viuere secundum regulæ puritatem promissam, & secundum intentionem B. Francisci, qui voluit nos esse in omnibus subiectos pedibus sanctæ Ecclesiæ, stabiles in fide catholica, & humilitate, quia & sic viuendo sunt multi sancti in ordine etiam canonizati; sicque in omnibus ferè Capitulis Generalibus & Prouincialibus est determinatum, & oppositum tenere, erronea superbia est. Sed an nunc communiter secundum eas viuatur, examinet qui volet per singula discurrẽdo, de quibus in hoc tractatu latiùs agitur, potest ibi videri secundum subiectam materiam.

Viuere secundum declarationes Pontificum, & Doctorũ expositiones, est viuere secundũ regulæ puritatem.

QVÆSTIO VI.

Quæritur, quæ declarationes sunt tenẽdæ, & seruandæ; secundum quas viuendo regulæ puritas obligatoria seruabitur? Similiter, quæ statuta tenenda sunt & seruanda?

RESpondeo primò, quoad delarationes Papales, dico quòd declaratio domini Nicolai III. quę habetur in libro ordinis fol. 8. in 2. tractatu: & declaratio D. Clemẽt. V. quæ habetur fol. 12. in 3. tractatu, & lib. 6. in Clemen. tit. de verb. signif. quæ

Conclusio. Declarationes Nicolai III. & Clemẽ

mentis V. & Ioannis XXII. sunt præcipuè secundæ.

sunt approbatæ in Concilio Viennensi. Similiter & declaratio D. Ioannis XXII. *Quorundam exigit*, quæ habetur in 3. tractatu lib. ordinis, fol. 16. quoad illa, de quibus agunt, omnes prædictæ tres declarationes sunt tenendæ & seruandæ; (& secundum eas viuendo seruatur puritas regulæ) quia illæ declarationes sunt approbatæ in omnibus fere Capitulis Generalibus ordinis, vt patet in tribul. 16. & 19. Vicarij Generalis, & in constitutionibus generalibus ordinis: præsertim Nicolaj III. & Clemẽtis V. Ideò de declarationibus priorib⁹ factis à D. Gregorio IX. Innoc. IIII. Alexand. IIII. & Gregorio XI. non est curandum, quoad ea, de quibus tractant prædictæ tres declarationes supradictæ. Tũ quia quicquid bonum erat in illis, melius est positũ in declaratione Nicolaj III. & Clemẽtis V. Tũ etiam, quia sic voluit D. Nicolaus III. in sua declaratione, quòd scilicet, quoad ea, quę in sua declaratione continentur, sua tantũ declaratio seruetur, cæteris reiectis, vt patet in fine ipsius declarationis Nicolai III. Et quamuis in aliquibus videri possit, quòd quoad tres articulos, scilicet quoad recursum fratrum peccantium in reseruatis ad suos Ministros Prouinciales, & quoad formandum secum alijs in officio diuino, & quoad expulsionem incorrigibilium, possimus sequi declarationes prædictas Gregorij IX. Innocenc. & Alexand. ex quo de istis articulis nihil loquuntur declarationes Nicol. III. & Clement. V. tamen adhuc, quoad hos tres articulos, iam de nihilo, vel parũ, seruiunt nobis prædictæ declarationes Gregorij, Innocentij, & Alexand. tũ quia ipse D. Nicolaus III. in fine suæ declarationis ex præcisa cæterorum articulorum taxatione, quam in sua declaratione facit, videtur nobis prohibere, ne scilicet iam possimus vti præfatis declarationibus suorum prædecessorum, tanquam iam ab eodẽ annullatis: tùm etiam, quia iam aliter prouisum est circa prædictos articulos per priuilegia, & per cõstitutiones generales auctoritate Apostolica confirmatas (vt infra patebit in suis locis, quando de ipsis agendum erit) & sic tenet Speculum fratrum Minorum, ff. 2. & 3. Sed notandum, quòd prohibitio, & censuræ latæ à Nicolao III. in fine suæ declarationis contra glossantes, & legentes aliter eam, quàm ipse ibi decernit, iam sunt reuocatæ per Ioannem XXII. vt de hoc habetur latius infra cap. 12. quæst. 3. in fine huius tractatus, ibi vide. Declaratio autem alia, seu decretalis D. Ioannis XXII. quæ ponitur in extrauaganti; quæ incipit, *Ad conditorem*, in quantum tangit statum fratrum Minorum,

Nota.

Minorum,& in quantum contrariatur prædictis declarationibus Nicolai III.& Clement.V.est nullius valoris: tum quia ipse sic reuocauit prope mortem,vt habetur in tab.19.Viregeneralis fol.227.sic declaratum;tum etiam quia post ipsum alij Pontifices confirmauerunt,& reualidauerunt prædictas declarationes Nicolai III.& Clemētis,non obstante prędicta extrauagante Ioānis XXII.vt patet in constitutionib..Martini V.& earum reualidatione,vt habetur in libro ordinis 2.tractat. fol. 231.& 1.tractat.fol.38.& fol.36.& Alexan.VI. fl. 71.vt latius habetur in compendio priuilegiorum ordinum mēdicantium, tit.*Paupertas*:& in hoc tractatu infra secundum subiectam materiam ponentur omnia.Tum etiam,quia maioris auctoritatis sunt illæ declarationes D.Nicolai III.& Clem.V.quæ in Cōcilio Viennens.cōfirmatæ sunt & approbatæ,quàm illa extrauagans,*ad conditorem*,domini Ioannis XXII.quæ non sic est in Concilio edita,neque approbata.

Valer. tract. 11. 2. par. Viren. ordinis lib. 7.cap.42.

Notandum,quòd constitutio & priuilegium Martini IIII. & V.dispensans quoad syndicum,vt infra 4.cap.q.16.habetur, potest seruari licitè,&seruatur in multis partibus,nō obstantib' prædictis declarationibus Nicolai III.& Clementis V.Sed & notandum,quòd Sixtus IIII.in priuileg.*circumspecta sedis*,fol. 22.in lib.ordinis statuit & decreuit, quòd fratres ordinis subditi,& Prælati quicumque,qui pro tempore fuerint, nulla Ecclesiastica censura,nulloque mortalis peccati vinculo ligari valeant ex statutis,consuetudinibus,vel declarationibus dicti ordinis(præter regulam) quomodolibet, & à quibuscumque editis,etiam confirmatione Apostolica,vel quauis alia firmitate roboratis,illis contra faciendo,nisi tales essent casus vel excessus,qui diuina lege,aut præcepto Romanæ Ecclesiæ merito inducerent ad mortale,ac etiam censuras,& pœnas aliter latas reuocauit,& annullauit,illasque ad vim comminationis pœnarū comminatoriarum,& inferendarum,seu ad corporales,& temporales pœnas per Prælatos supradictos omnes ferendas,& infligendas reduxit,voluitque similiter,quòd Ministri,& Custodes Guardiani,& alij Prælati possint ferre,& promulgare corporales,& temporales, seu alias pœnas pro non obseruatione dictorum statutorum secundum qualitatem personarum, locorum & temporum,ac alias secundum quod videbitur saluti animarum fratrum eorundem in Domino expedire,ac etiam delinquentes ab illis absolui,hęc ille.Ex quo videtur aliquibus,quod

Nota.

iam non ligant ad culpam declarationes D.Nicolai III. & Clémen.V.&c.quoad ea,quę præcipiuntur præter regulam, vtpotè accessus ad monasteria,ad loquendum cũ monialibus : & alia eiusmodi,quæ in regula non continetur formaliter , & expressè,seu virtualiter,aut implicitè:& eorum ratio est,quia de omnibus declarationibus dicti ordinis nostri,id est,pro nostro ordine tantum specialiter factis , á quibuscumque videtur loqui Sixtus IIII.vbi supra,vt patet ex dictis , & patet ex relatione contenta in ipso priuilegio,vbi dicitur, *Quòd quia nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri,ac alij etiam Generales, & fratres ipsius ordin s feruore deuotionis accensi,vltra dictam regulam nonnulla statuta,& ordinationes fecerunt,&c.*& infra dicitur ibidem:*Non obstantibus statutis,& ordinationibus , & declarationibus præmissis quibuscũq;,ac constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, &c.* ex quibus videtur intentum.Sed Collector compendij,tit.*Statuta ordinis*,tenet oppositum, quòd scilicet prædictum priuilegium Sixti IIII.intelligitur tantũ de declarationibus factis per fratres,aut per ipsum ordinem,& per ipsum Papam approbatis: quia dicitur (*Vel declarationibus dicti ordinis*) id est , in dicto ordine factis à quibuscumque intra ipsum ordinem existentibus, & non intelligitur de declarationibus regulæ à summis Pontificibus factis,præsertim D.Nicolai III.&Clemen.V.quæ existunt in corpore iuris,ad quarum reuocationem oportebat fieri mentionem specialem earum , aut poni clausulas sufficienter derogatorias,quæ non ponũtur in dicto priuilegio Sixti IIII. Sed lector prudens eligat,quod melius videtur & verius : nam si Sixtus IIII.loqueretur de declarationibus Papalibus, etiam Nicolai III.& Clement.V.vt dicunt illi de prima opinione, certè salubriter esset prouisum,& videtur , quòd pro nunc illa prima opinio sit probabilior, quòd si non sic loquitur de illis, planè non videtur contra regulæ puritatẽ, quòd à D.Papa procuraretur id quod Sixtus IIII.in prædicta bulla disponit,quòd disponeretur etiam circa declarationem D. Nicolai III. & Clem.V.circa ea,quæ continent præter regulã, vt sic tollantur tot peccata : nam & sic consulit , & optat fieri auctor tractatus decem plagarum paupertatis, in 8.plaga 10.& post 10.plagam iterum: immò,& absolutè videtur dicendum , quòd declaratio Nicolai & Clemẽtis non obligat ad culpam,ex vi declarationis:vt de hoc latiùs agitur infra c.10. q.3. ibi videatur. Quoad ad verò,quæ in dicto priuil. Sixti IIII. continentur,

Eandẽ etiã amplectitur auctor in additionib⁹ ad compendium , tit. Statuta ordinis , quem sequitur F. M. Rodriguez tomo 1.qq.reg.q. 10.ar.8.

Licèt in virtute concessionis prædictæ à Sixto IIII.

quoad

quoad constitutiones ordinis infra c. 10. q. 3. & cap. 7. quæst. 1. dicetur, cũ de ipsis agetur. Patet etiam ex dictis, quòd de Doctoribus aliquibus, seu expositoribus regulæ, aut de eorum dictis non est curandum, quando contra aliqua contenta in prædictis tribus declarationib. Nicolai III. & Clem. V. & Ioannis XXII. *quorundam exigit*, aliquid loquuntur: quia aliqui eorum, vtpotè Bonauentura, Hugo, & quatuor Magistri, & alij fuerunt ante prædictas declarationes, ideò non mirandum si aliter aliquando loquantur, antequàm esset per Ecclesiam aliter dispositum, aut declaratum. Alij autem Doctores fuerunt post prædictas declarationes, & fortè ex inaduertentia sequendo priores expositores, aliquando aliter loquuti sunt contra prędictas declarationes, ideò vt dictum est, de eis non est curandum contra prædictas declarationes, quæ habent primũ locum, vt patet ex dictis hic, & in quæstione præcedenti.

Secundò, quoad constitutiones ordinis. Dico, quòd standum est eis, quæ pro tempore viguerint, quæ autem sunt, quæ vigorem habent, dico quòd de hoc non potest dari certa doctrina, (cum quotidie ferè varientur) modo talis variatio fiat rationabiliter, modo non, meum enim non est hoc nunc curare, sed admonere: nam Cismontani, id est, Hispani, habent suas constitutiones. Barchinonenses Vltramontani autem, scilicet Itali, & eiusmodi habent suas Martinianas, & sæpè, vt dictum est apud vtrosque, vtraque variantur. Tabulæ autem diffinitionum cap. 9. semper videntur manere in suo robore: quia & sic semper ferè (quantumcumque varienter statuta generalia) decernitur, quòd maneant tabulæ prædictæ, in quantum non contrariantur) statutis generalibus roboratis, vt patet, tandẽ in tabula Capituli Generalis Tolosani, anno Dñi 1532. celebrati, sic dicitur. *Statuta Barchinonens. iuxta ordinationem Capituli Generalis Parisiẽ quæ nasis mutatis mutandis obseruẽtur, omnibus aliis statutis reuocatis, & de nullat s. demptis tabulis diffinitionum, in quantum præfatis statutis non contrariantur*, hæc ibi. In tabul. autem 17. Vicarij Generalis habetur fol. 236. declaratum, quòd per ea, quæ in tab. 16. Capituli Generalis præcedẽtis scribũtur sic, scilicet (*Omniũ aliorũ statutorum obligationem quoad culpam auferimus*) non intelligũntur alia statuta generalia, vel per vim fuisse reuocata, quin ea, quæ cõsequuntur ad vtilitatem morũ, & correctionem delinquentiũ (exceptis censuris, & suspensionibus, seu priuationibus, quę ipso facto inferuntur) debeant seruari; ac malitiosè transgredientes, fra-

IIII. *editam non possit obligare fratres ad pœnas spirituales per constitutiones generales, quæ à sede præcesserũt, possunt tamen obligare per constitutiones generales auctoritate Apostolica factas, quæ post ipsã sub secutæ sunt, vt docet Collector in statuta ordinis 15. §. 1. ibidem, an Pontifices præcedentes aequiparentur, quia non videntur reuocare, nisi quatenus illis aliquid contrarietur. Ex quo infertur colligi videtur, dum reuocationem huius priuilegij non constat, quod non cessat, quod fratres Mi-*

nores non li gantur pœnis spiritua libus, per quascumq; constitutiones peculiares, sed generales, nisi auctoritate Apostolica fiant: Videatur Manuel Rodriguez loco citato.

vt expedire videbitur, debeant propterea priuari, hæc ibi. Immò, vbi constitutiones generales prædicta non sufficerent recurratur ad alias constitutiones ordinis & Papa pro manutenentia ordinis, vt habetur in tabulis 6. Vicarij Generalis, & in tabul. 18. fol. 227. & 19. Vicarij Generalis habetur, quòd vnaquæque prouincia maneat in suis constitutionibus, dummodò non repugnent legi diuinæ, vel naturali, vel regulis Ecclesiæ, vel declarationibus Nicolai III. & Clementis V. & constitutionibus generalibus Barchinonens. Notandum etiam, quòd alia statuta, etiamsi non valeant ad obligandum aliquo modo ad eorum obseruantiam, possunt tamen valere ad notitiam aliquorum dubiorum & huiusmodi, vt bene notatur in 2. lib. ordinis, ff. 294. Quomodò autem talia statuta obligent ad culpam, quomodò non, & quomodò ad pœnas ibi contentas, & censuras ipso facto, quomodò non, latiùs agendum est infra cap. 10. quæst. 3. & cap. 7. quæst. 4. ibi enim agendum est de obedientia debita regulę, Prælatis, & statutis exhibenda, & qualis, & quanta sit eorum transgressio: & quomodò ad ea omnia subditus obligatur, nunc autem solùm dictum est, quibus declarationibus, & constitutionibus ad puram regulæ obseruantiam tenemur.

Nota.

Hæc de quæstionibus introductorijs.

IN

IN NOMINE DOMINI, INCIPIT Regula & vita Minorum fratrum.

CAPVT PRIMVM.

REGVLA, & vita Minorum fratrum, hæc est, scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam, & reuerentiam D. Papæ Honorio, ac successoribus eius, canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ. Et alij fratres teneantur fratri Francisco, & eius successoribus obedire. Textus.

GLOSSA.

GLOSSA.

NOtandum in hoc capitulo, vbi incipit *Regula tradita per B.P.N.Franc ſcum* cuius ſunt hęc & omnia verba ſequentia, vſq; ad illud, *Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.* quod non eſt hìc aliquod ſpeciale præceptum diſtinctum ab alijs, quæ infra ponuntur, ſed vt ait Speculum fratrũ Minorum, ff. 2. totũ hoc eſt, quidam prologus regulæ virtualiter, & in ſumma cõtinens omnia, quæ in ipſa regula conſequenter traduntur, & imponũtur obligatoriè, ſicque hìc ponuntur per modum prologi, tria fundamẽta ſubſtantialia noſtræ regulæ & religionis.

Fundamentum noſtræ regulæ eſt ſeruare Euãgeliũ, quoad ſupererogatoria in illo contenta.

Quorum primum eſt (*Regula & vita Minorum fratrum, &c.* quòd eſt ſeruare Euangelium, quoad ſupererogatoria in Euãgelio contenta, & in regula tradita eo modo, quo traduntur (vt ait Expoſitor ſine titulo) & ideò ſic definit vitam, & regulã fratrum Minorum, per obſeruantiam Euangelij anthonomaticè, vt dictum eſt, quoad ſupererogatoria intellecti, ideò ſequitur (*Viuendo in obedientia, &c.*) per quæ iam aliquantulò magis explicatur, id quod dictum eſt (*Sanctum Euangelium obſeruare*) quia à generalioribus ad magis particularia procedit, ſeu vt ait Bonaventura ly. (*Sanctum Euangelium obſeruare*) ponitur quaſi materiale, & per modum generis, & ly. (*Viuendo in obedientia, ſine proprio, &c.*) ponitur quaſi formale, & ſpecificatiuum per modum differentiæ: & per hoc conſtat (vt ait prædicta expoſitio ſine titulo) quòd hæc tria vota licet alijs etiam religionibus conueniant, tamen anthonomaticè, & abſolutè accepta ſignificant eminentem eorum gradum perfectionis continẽtem, virtualiter in ſe perfectionem vitæ Euãgelicæ ſtatui religionis perfectiſsimè conuenientem: qualis eſt noſtra religio Minorum, vt patet ex dictis ſupra in introductione q. 2. Notandum etiam, quòd in prædictis verbis continentur virtualiter omnia, quæ in regula explicite habentur: quia ſcilicet ad Euangelium Chriſti, & ad tria vota prædicta reducuntur omnia directè, aut indirectè; quia conferunt ad eius debitam & regularem obſeruantiam, aut quia ſunt ſubdeterminationes generalitatis conſiliorũ Chriſti, quas Spiritus Sanctus per B. Franciſcũ opportunè tradendas inſpirauit. Ait ergo (*Regula & vita*) id eſt, certa lex, & forma viuendi: regula ſecundum quam eſt viuendum, & regula viuificata ad Chriſti vitam viuificãs & inducens Item ait (*vita*) quia conſiſtit in opere, non lingua, vel intellectu tantũ; ideò ait,

etiam

ętiam quod eſt, *Euangelium obſeruare viuendo in obedientia, &c.* non in loquendo tantum, & quia non ad tempus, ſed ad totam vitam vſque in finem perſeuerando, vt ſic ſalubriter peruenia- tur ad vitam æternam promiſſam in hac vita ſecundum hanc re gulam Minorum fratrum. Item vocantur fratres Minores, quia ſecundum expoſ. ſine tit. principalior virtus, & ratio regulæ conſiſtit in ſumma ſubiectione, & humilitate exterioris, & inte- riori, quæ notatur in nomine Minorum, & in intima charitate, & vnitate, quæ notatur nomine fratrum. Item, quia nomen Minorum eſt nomen Euangelicum, cui etiam in omnibus, & ad literam voluit Beatus Franciſcus coaptare ſe, & fratres, & regu lam ſuam, ſeu religionem: nam nomen Minorum elicitur ex illo Matth. 24. *Quod vni ex minimis* (alias ſecundum Bonauentu ram) *ex minoribus meis feciſtis, &c.* Matth. 11. *Qui minor eſt in regno cœlorum*, id eſt, ego qui minor æſtimor inter homines, ſecundum gloſſam ibidem, & Matth. 11. *Et reuelaſti ea paruulis.* Nam ſecundum auctorem conform. conform. 9. Beatus Franciſcus fundauit hanc regulam in ſancto Euangelio, & inde eam omnino extraxit partim ad literam, & de verbo ad verbum (vt hoc clarius patet in prima regula) partim ſententialiter, vt patebit in ſingulis capitulis diſcurrendo. Vnde & illud, *Viuendo in obedientia*, ſumitur ex Matt. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget, &c. ſine proprio*, ex Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende, &c. & ecce nos reliquimus omnia, &c. & in caſtitate*, ex Matth. 18. *ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt, &c.*

Quare B. P. N. Franciſcus fratres ſuos Minores appellauerit.

Matth. 24.

Matth. 11.

Matth. 16.

& 19.

Matth. 18.

Secundum regulæ fundamentum eſt, (*Frater Franciſcus promittit obedientiam, &c.*) pro ſe, & pro toto ordine ſpecialiter promittit obedientiam Papæ, & Eccleſiæ: vt dicetur infra q. 4. in hoc 1. cap. (*domino Papæ Honorio*) tunc præſidenti, *& ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus*, hoc ideò additur, licèt nullus ſit verus ſucceſſor D. Papæ, niſi canonicè intret, ſicque eò ipſo, quò eſt verus ſucceſſor, eſt canonicè intrans; tamen ideò ſic explicatur (ſecundum expoſ. ſine tit.) vt per hoc innuatur, quòd non ſufficit nobis veritatem Eccleſiæ Romanæ, & D. Papæ obediētiam tenere ſolùm in generali: ſed requiritur determinatè ad hanc, & ad hunc: alioqui non eſſet homo in ſpeciali membrum veræ Eccleſiæ ſui temporis, & vt ex modo canonicæ electionis ab omni fallitate diſcerneretur veritas ſucceſſoris eius, cui fratres obedire tenētur, vt nō [illegible]

Quomodò intelligatur exhibuiſſe obedientiam B. P. N. Franciſcus Papæ, & ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.

vacante Cardinalibus,& alijs huiuſmodi,vtpotè concilio,&c. tenentibus locum ſedis Apoſtolicæ,& Eccleſiæ, & qui habent vim eligendi Papam,vt ait Hugo cap.1.quia de Papa, & Ec-
Matth. 16. cleſia Romana dictum eſt ſpecialiter Matth.16. *Tu es Petrus, &*
Ioan 20. *ſuper hãc petrã,&c.*& Ioan.20. *Paſce oues meas.*Et Luc.22. *Ego pro*
Luc.22. *te rogaui Petre,vt non deficiat fides tua*: & illud (*ſucceſſoribus eius*
Ioan.10. *canem cè intrant*) elicitur ex Ioan.10.*Qui aſcẽdit aliũde,fur eſt,&c.*

Tertium regulę fundamentum eſt,*Et alij fratres teneantur fratri Franciſco,&c.*& eſt obligatorium,vt patet,quia dicit, *Teneãtur*: ſed quia includitur in obedientia debita Prælatis omnibus ſecundum regulam,in illo obligamur quod habetur infra cap. 10. (*Obediant ſuis miniſtris,&c.*ideò tanquam non diſtinctum ab
Nota. illo hic omittitur,de quo 10.cap.latiùs agetur. Sed notandum, quòd licèt ex hoc,quod dicitur hîc ſolũ(*Fratri Franciſco,& eius ſucceſſoribus obedire*) poſsit videri alicui,quòd nomine tenus reliquos tantũ Miniſtros Generales futuros deſignet ex relatione ſucceſsionis ad ipſum,cùm ipſe B. P. Franciſcus fuerit Miniſter Generalis ordinis,tamen omnes alij Prælati in hoc ſignãtur,vt dicetur infra 10.c.q.2.ſed ideo ſpecialiter ſuos ſucceſſores expreſsit ſecundũ expoſ.ſine tit.vt per hoc ipſe B.P. Franciſcus inſtitutor,& caput ordinis principale, ac Chriſto vnitiſſimũ,& tota ſucceſsio continua ordinis ad ipſum immediatè in ſubiecta regulæ arcana quadã ordinatione,Spiritus Sãcti ponetur,vt ſic innuatur,quòd ſi aliqua ordinis cõgregatio reliqua omnia huius regulæ ſeruans,ſtatuerit aliquẽ pro ſupremo capite,vel Miniſtro Generali,qui non ſit etiã de regulari ſucceſsione B.Frãciſci,eo ipſo à ſuo ſtatu,& ordine in vno notabili ſubſtantiali differet.Notandũ etiã,quòd B.P. Franciſco ſpecialiter; & primo omniũ promittitur hic obedientia,vt innuatur, quòd ipſe pater Spiritus Sancti plenitudine,& cũ bulla ſacrorũ ſtigmatum factus eſt à Domino Ieſu Chriſto hierarcha ſtatus Euãgelici,& omniũ ſub ipſo militantiũ ab apertione ſeptimi ſignaculi, de quo habetur Apocalypſis 6. vſq; ad finem mũdi: in quo etiam renouatore,ſeu reſtauratore vitæ Chriſti,tanquã in angelo ſexti ſignaculi ſextũ tempus Eccleſiæ,in quo ſingulariter ſtatus Euangelicus per ſpecialem votũ florere debebat,inchoabatur:de quo etiam vide 12.caput ibi enim de hoc etiam aliquid habetur,& pro maiore declaratione ponuntur quatuor quæſtiones ſequentes.
Apoc.6.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Quoad illud: *Regula & vita fratrum Minorum, hæc est, Sanctum Euangelium obseruare.*

QVÆSTIO I.

Vtrùm fratres Minores, ex vi sui voti, seu professionis regulæ, teneantur ad omnia contenta in Euangelio, & in regula sua, sub pœna peccati mortalis, seu ad quæ, & quomodo?

REspondeo primò, secundum speculum fratrum Minorum, ff. 2. & 14. quòd ante tempora Clementis V. nondum constitit clarè ad quę consilia Euangelij fratres ex regula tenerẽtur: nam Gregorius IX. in sua declaratione primus regulæ declarator solũ hoc dixit: fratres scilicet teneri non ad alia consilia Euangelij, quàm ad ea, ad quæ se in regula obligarunt. Innocentius IIII. postea dixit, quòd non tenebantur, nisi ad ea dumtaxat consilia, quæ in regula præceptoriè, vel inhibitoriè erant expressa: & idem dixit Alexand. IIII. vnde sanctus Bonauentura hus dictis motus dixit, cap. 12. quòd nostra regula est plena præceptis, & quod omnia, quę in ea continẽtur, sunt præcepta, sed postea D. Nicolaus III. volens super hoc prouidere, declarauit in primo art. §. *In primis*, fratres ex regula, & professione sua ad ea tantum Euangelica consilia esse obligatos, quæ in ipsa regula præceptoriè, vel inhibitoriè, vel sub verbis æquipollentibus exprimuntur; sed cùm non declarasset, quæ & quot sunt ista æquipollentia, hinc fratres in maiorẽ ambiguitate remansẽrũt, quidam dicentes esse plura, quidam pauciora. Et hinc Hugo de

Ante tempora Clemẽtis V. nõ claruit, ad quæ consilia Euangelij fratres tenerẽtur.

Innocentius IIII. declarauit, fratres non teneri nisi ad ea dumtaxat consilia, quæ in regula præceptoriè, vel inhibitoriè erant expressa.

Alexand. IIII. idem dixit.

Bonauentura hus dictis motus dixit, regulam esse plenam præceptis.

Nicolaus III. declarauit in primo art. §. In primis, fratres ex regula, & professione sua ad ea tantum Euangelica consilia esse obligatos, quæ in ipsa regula præceptoriè, vel inhibitoriè, vel sub verbis æquipollentibus exprimuntur.

Dina in cap.2.dixit,quod probatiſsimi dixere Doctoreſ,quòd multa ſunt obligatoria in regula,quibus nec præcepti, nec tentionis,nec prohibitionis nomen additur, ideò & in expoſitione ſanctorum patrum ordinis, & in expoſitione,ſine titulo, multa numerantur inter obligatoria,quæ nunc poſt D. Clemẽtem V.non ſunt obligatoria,ſed conſilia,ſeu monitiones tantũ: ideò non eſt mirandum,ſi aliqui Doctores ante declarationem Clementis V.dixerunt eſſe alia obligatoria ab his,quæ nunc habentur poſt præfatam declarationem,& adhuc aliqui poſt declarationem Clement. V.ipſam non bene aduertentes,ſimiliter errauerunt,conformantes ſe alijs Doctoribus præcedentibus,& ſequẽtes antiquas declarationes & expoſitiones:& ideò nunc nullus moueatur propter dicta talium Doctorum, ſi repugnauerint declarationi Clementis V. cuius declarationem dumtaxat,quoad hoc ſequi debemus,vt patet ex dictis in introductione q.6.qui quidẽ Clemens V.ad tollendos præfatos ſcrupulos declarauit ſolũ eſſe duodecim illa æquipollentia præcepta,ad quæ dixerat D.Nicolaus III.nos teneri, vltra ea quæ in regula ponuntur præceptoriè,vel inhibitoriè,& vltra habẽtia vim præcepti. Vnde iam pro concluſione tenendũ eſt certiſsima,quòd nil nos obligat *in* regula virtute ipſius regulę,niſi ſit poſitum in regula præceptoriè,ſcilicet ſub verbo(præcipio) vel(obedientiam iniungo) vel ſub verbo habente vim præcepti,vt dicendò(teneantur)vel ſub verbo inhibitorio, ſeu prohibitorio:vt habetur 6.c.dicẽdo(*Fratres nil ſibi appropriẽt,&c.*) vel niſi ſit de illis duodecim ſpecificatis per Clementẽ V.(vt hic paulò infetiùs explicantur)nam hæc ſunt illa æquipollentia,ad quæ dixerat Nicolaus III.nos teneri vltra illa iam prædicta præceptoriè,vel inhibitoriè; vel habentia vim præcepti impoſita. Quòd autem ad nulla alia teneamur ſub mortali; ex vi regulæ in prædictis declarationibus dantur rationes,& cauſæ manifeſtæ;& quòd ſic fuit intentio B.Franciſci,& regula ipſa, ſic oſtendit ſimul,& ratio efficaciſsima, ibi videantur hæc omnia;nobis autem ſufficiat ſcire,quòd ſic eſt iam per Eccleſiam declaratum.

Quæ præcepta nos obligent ad mortale, ex vi regulæ.

Concluſio.

Ad alia autem conſilia Euangelij regulæ & Prælatorum, & admonitiones,& ad ſtatuta,quomodò teneamur latiùs infra q.2.& cap.10.q.3.dicendum eſt, & an religioſus teneatur eſſe perfectus,& quomodò hìc infra dicetur q.3.& ſupra in introductione q.2.dictum eſt.

Secundò

Secundò notandum, quòd omnia prædicta contenta in regulis obligatoria hic subnectuntur & ad maiorem declarationem distinximus ea, quæ sunt præceptoriè, & inhibitoriè imposita per se; æquipollentia autem per se, & habentia vim præcepti per se, & præceptoria, & inhibitoria simul ponuntur, quæ omnia sunt tantum octo: æquipollentia sunt duodecim, habentia vim præcepti, vbi ponitur hoc verbum (teneãtur, sunt, seu potius reducuntur ad quatuor, vt subsequuntur, & sic omnia simul sunt vigintiquatuor.

Præcepta & inhibitoria, quæ sequuntur, sunt octo.

PRimum non licebit eis de ista religione exire, &c. cap. 2. inhibitorium.

Secundum, quòd nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel interpositã personam, 4. cap. præceptum.

Tertium, quòd nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, scilicet nec in particulari, neque in communi: 6. cap. inhibitorium.

Quartum, obediant suis Ministris, & Prælatis in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, & regulæ nostræ, 10. cap. præceptum.

Quintum, quòd non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos, quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis, 11. cap. præceptum.

Sextò, quòd non habeãt suspecta consortia,

vel consilia mulierum, 11. cap. præceptum.

Septimò, quòd non sint compatres virorum vel mulierum, cap. 10. præceptum.

Octauò, quòd Ministri petant à domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Protector, &c. cap. 12. præceptum.

Sequuntur Æquipollentia, & sunt duodecim.

PRimum est, quòd non habeant fratres plures tunicas, quàm vnam cum caputio, & aliam sine caputio, æquipollens, cap. 2.

Secundum est, quòd fratres omnes vestimẽtis vilibus induantur, cap. 2. æquipollens.

Tertium, quòd non possint portare calceamenta, nisi manifesta necessitate cogantur, cap. 2. æquipollens.

Quartum, quòd clerici faciant diuinum officium secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ: & laici dicant tot Paternoster, cap. 3. æquipollens.

Quintũ, quòd ieiunent à festo omnium sanctorum, vsque ad Natiuitatem Domini, & qualibet

qualibet sexta feria totius anni, cap. 3: æquipollens.

Sextum, quòd non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur, cap. 3. æquipollens.

Septimum, quòd Ministri, & Custodes solicitam curam gerant pro infirmis, & fratribus induendis per amicos spirituales, sicut necessitati viderint expedire: eo semper saluo, quòd denarios, vel pecuniam non recipiant, 4. cap. æquipollens.

Octauum, quòd si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres ei seruiant, cap. 6. æquipollens.

Nonum, quòd non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum, cap. 9. æquipollens.

Decimum, quòd nullus fratrũ penitus prædicet, nisi à Generali Ministro ordinis fuerit examinatus, & approbatus, cap. 9. æquipollens.

Vndecimum, quòd vbicumque sunt fratres, qui scirent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos Ministros recurrere possint, & debeant, cap. 10. æquipollens.

Caput primum.

Duodecimum, omnia quæ ponuntur in regula, quæ ad formam habitus, tam nouitiorũ, quàm etiam profeſſorum: necnon ad modum receptionis, ac ad profeſsionem ſpectãt; in quo tamen multa obligatoria includuntur, cap. 2. æquipollens.

Sequuntur habentia vim præcepti, & ſunt quatuor.

PRimum, quòd ſi qui fratrum inſtigãte inimico, mortaliter peccauerint, ſcilicet in ali quo reſeruato Miniſtris, teneantur ad illos recurrere, quàm citius poterunt ſine mora, cap. 7. habens vim præcepti.

Secundum, quòd vniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius religionis teneantur habere Generalem Miniſtrum in cap. 8. habens vim præcepti.

Tertium, quòd Miniſtri, & Cuſtodes, ſi viderint Generalem Miniſtrum non eſſe ſufficientem ad communẽ vtilitatem fratrum, teneantur alium eligere in Capitulo Generali Penteco ſtes, & quod idem etiam teneantur facere Generali Miniſtro decedẽte, cap. 8. habens vim præcepti.

Quar-

Quartum, quòd Minores Prouinciales teneantur ire ad Capitulum Generale, cap. 8. habens vim præcepti.

Et notandum, quòd omnia obligatoria in regula contenta ratione & virtute regulæ obligantia, sunt viginti & septem, secundum præfatas declarationes Nicoli III. & Clement. V. sed reducuntur ad vigintiquatuor supra dicta tantum: quia reliqua tria habentia vim præcepti, quæ hîc non ponuntur, includuntur in prædictis: nam quod dicitur primo capit. quòd fratres teneantur obedire successoribus Beati Francisci, & quod dicitur 8. cap. quòd tenemur obedire Generali Ministro, includitur in illo decimi capitis, quòd scilicet obediant suis Ministris, & Prælatis, quod est præceptum, vt supra positum est. Illud autem, quod dicitur 3. cap. de ieiunio sextæ feriæ, & est sub verbo (*teneantur*) quod habet vim præcepti, iam ponitur in æquipollentibus. Et illud 12. cap. de non eundo inter Sarracenos sine licentia, & non mittendo nisi idoneos, potiùs videtur præceptum iuris communis, quàm particulare regulæ nostræ, vt ibi videbitur 12. cap. ideò hîc non ponitur; immò, & illud, quòd scilicet Ministri Prouinciales teneantur ire ad Capitulum Generale, quod habetur 8. cap. & hic vltimo loco inter habẽtia vim præcepti positum est, non numeratur per Speculum fratr. Minor. inter obligatoria, quasi vel non sit obligatorium, vel quasi non sit distinctum ab alijs, sed potiùs inclusum in aliquo, seu aliquibus pręcedẽtibus habentibus vim pręcepti contentis in cap. 8. vtpote in eo, quod dicitur, quòd teneantur omnes fratres habere Generalem Ministrum, & quòd Ministri & Custodes teneantur deponere insufficientem, & eligere alium sufficientem, vt dictum est in duobus penultimis habentibus vim præcepti. Nos autem tanquam speciale distinctum ab illis obligatiuis, habens vim præcepti posuimus; tum quia non satis sufficienter includebatur in prædictis, tum etiam ad maiorem claritatem.

Licèt omnia præcepta, ex vi regulæ obligantia sint 27. secundum declarationes Nicolai III. & Clementis V. reducuntur tamen ad 24.

QVÆSTIO II.

Vtrùm fratres Minores teneantur ad testamentum B. P. Francisci, & ad alia consilia Euangelij & regulæ, & monitiones, quomodò tenẽtur, & quot sint regulæ consilia, monitiones & libertates?

Conclusio. Non obligãtur fratres ad testamentũ B. P. N. Francisci.

REspondeo primò, quoad testamentum B. P. N. Francisci, quòd non obligamur: quia sic declarat Nicol. III. in declaratione art. 10. §. *Cæterum*, & concordat Gregorius IX. in sua declaratione, potest tamen conducere ad intelligendũ aliquod punctũ regulæ, seu ad aliquã aliam instructionem, vt elicitur ex expositione 4. Magist. cap. 5. & vt patet ex ipsa ratione.

Secunda cõclusio. Non tenemur ad cõsilia Euangelica, quæ in regula non præcipiuntur, sed solũ ex quadã congruitate, & decentia rationẽ status.

Secundò dico, quoad consilia alia in Euangelio contẽta, quæ in regula non ponuntur, patet ex dictis, quòd nõ tenemur obligatoriè, plusquàm alij Christiani (vt est illud, *Nil tuleritis in via, &c.* huiusmodi) tamen per statum perfectionis religionis, in quo sumus, decet congruo ea magis obseruare, quàm cæteros Christianos, quò magis nos obtulimus Deo in sacrificium, & holocaustum medullatum, & in quantum magis conferunt ad perfectionem intentam assequendam, vt patet in prædicta declaratione D. Nicolai III. cui S. Bernardus in sua epistola, & Barthol. Pisan. in sua expositione, cap. 1. & alij Doctores concordant.

Tertia conclusio. Ad cõsilia, & monitiones in regula positas nõ tenemur sub peccato mortali ex vi regulæ.

Tertiò dico, quòd ad consilia & monitiones, seu exhortationes positas in regula, non tenemur ex vi regulę obligatoriè; sed tanquam ad consilia, seu monitiones tantũ, vt iacent in ipsa regula, & non amplius, ideò eorum transgressio non habet culpam, saltem mortalem, quantum est ex vi regulæ, de quo latiùs infra cap. 10. q. 3. dicetur, quæ culpa sit transgressio consiliorum, & monitionum, &c. huiusmodi, tamen de condecentia debemus ea sequi præ cæteris Christianis (vt dictum est) quo imitatores tanti patris effecti Christi semitas arctius elegimus, vt habetur in prædictis declarationibus Nicol. III. &c. Et notãter

semper

semper dictum est, quòd ex vi regulæ non tenemur ad ea sub peccato: nam virtute alterius iuris naturalis diuini vel humani, ea vel aliqua eorum præcipientis, vel prohibentis, benè tenemur sub peccato ea seruare, vt est illud cap. 3. *Non litigent, neque contendant verbis, neque alios iudicent, &c.* & illud cap. 10. *Moneo verò, & exhortor, vt caueant ab omni superbia, &c.* huiusmodi, quæ ex iure naturali, & diuino cauere, & alia facere tenemur aliquando sub peccato mortali, aliquando sub veniali, sicut & alij Christiani attentis circunstantijs personæ, & scandali, & huiusmodi. Immò (vt ait expos. sine tit. cap. 2. in illo serè loco regulæ ponitur verbum consulendi, vel monendi, nisi in his, quæ alias lege Dei sunt prohibita cõmuniter omnibus, vel præcepta, ad quæ per regulam singulariter, vt dictum est, non obligabamur, sufficit monitoriè, exhortatoriè, vel consultoriè memorari, & vt ex modo consulendi innuenetur, quòd in illis cõmunibus præceptis est quædam supereminẽs perfectio, ad quam homo non sic semper sub mortali tenetur omittẽdo, vel committendo: & ideò pro tanto cadunt sub consilio, licèt hoc sit alterum genus consiliorum ab illis præcipuis ex genere suo, ad quæ nullus, absque voto nullo modo tenetur: qualis est virginitas, castitas, obseruantia regularis, & paupertas, & vt similiter innueretur nos præ cæteris ad huiusmodi eminentias, seu monitiones, & consilia debere conari: ita, quod ex eorum omissione culpabili, grauius cæteris peccaremus propter circunstantiam personæ, & status, seu scandali, vt dictum est: & ideò hæc illa consilia, & exhortationes specialiter in regula B. P. N. Francisci cæteris omissis expressit.

Quartò dico, quòd vltra prædicta continentur in regula alia, quæ dicuntur libertates, seu concessiones quas dat, seu concedit ipsa regula volentibus, quæ licitè fieri possũt, & licitè omitti, quin aliunde ex alio præcepto regulæ, vel diuino, vel humano ad aliud quis obligetur, vt dictum est: quod ideò dico, quia aliqua est libertas à regula concessa, quã omittendo quis peccaret: vt est illud 10. cap. quòd ad suos Ministros possint recurrere pro pœna obseruantiæ debita regulę, ad quod tamen tenentur, quia ibidem dicitur, quòd debeant recurrere, quod est obliquorum, vt patet ex dictis, ideò illa est libertas: non quidem, quòd eam quis possit licitè omittere; sed quòd contra eam nullus possit præcipere, aut impedire: vt 10. cap. latiùs dicetur. Et pro maiori declaratione hîc omnia prædicta distinctè

Quarta cõclusio.

Libertates in regula cõtentæ.

Vocatus est hic venerabilis pater fr. Gundisaluus Balbon, qui cũ esset Minister prouinciæ Castellæ, anno Domini 1304. temporibus Clemẽtis V. P. M. electus est Minister Generalis totius ordinis in capitulo apud Assisium celebrato, edidit compendiosam, satis tamen eruditam regulæ explicationem, quæ in prædicto libro ordinis continetur.

ponẽtur secundum quod per reuerendum patrẽm fratrem Gundisaluum in lib. ordinis fol. 99. in quodam tractatulo explicantur.

Consilia vel admonitiones, ad sequẽdum bonũ, sunt vndecim; quæ sequuntur.

QVarum prima est, quando vadunt per mundũ, sint mansueti & humiles, c. 3.

Secunda, in quamcumque domũ intrauerint, primum dicant, Pax huic domui, c. 3.

Tertia, fratres quibus dedit Dominus gratiam laborandi, laborent fideliter & deuotè, cap. 5.

Quarta, quãdo vadunt pro eleemosyna, vadant confidenter, cap. 6.

Quinta, hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, cui totaliter inhærentes, &c. cap. 6.

Sexta, vbicũque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inter se, &c. c. 6.

Septima, Ministri verò, si presbyteri sunt, cũ misericordia iniũgant illis pœnitentiã, 7. c.

Octaua, quòd in prædicatione sint examinata, & casta eorum eloquia ad ædificationẽ, &c. cap. 9.

Nona, quòd Ministri visitent, & moneant fratres;

fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos, &c. 10. *cap.*

Decima, subditi recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, 10. *cap.*

Vndecima, fratres attendant, quòd super omnia desiderare debent habere spiritum Domini, &c. 10. *cap.*

Admonitiones ad vitandum malum, sunt sex, quæ sequuntur.

PRima, quòd fratres non sint soliciti de rebus intrantium ordinem, 2. *cap.*

Secunda, quòd non despiciant quos viderint mollibus vestimentis, & coloratis indutos, &c. cap. 2.

Tertia, quòd quando vadũt per mundũ, non litigent, &c. cap. 3.

Quarta, quòd Ministri non turbentur, propter peccatum alicuius, cap. 7.

Quinta, quòd fratres caueant ab omni superbia, inuidia, &c. cap. 10.

Sexta, quòd non curent nescientes literas eas addiscere, 10. *cap.*

Liber-

Caput primum.

Libertates vel conceſsiones regulæ, ſunt ſex, quæ ſequuntur.

SCilicet, quòd fratres poſsint repetiare veſtimenta ſua, &c. 2. cap.

Secũda, ſanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania, &c. cap. 3.

Tertia, tempore verò manifeſtæ neceſsitatis non teneantur fratres ieiunio corporali, 3. cap.

Quarta, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare, 3. cap.

Quinta, quòd Miniſtri & Cuſtodes ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, poſsint in ſuis Cuſtodijs conuocare ad Capitulũ, cap. 8.

Sexta, ſi qui fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, vadant: ſed cum limitatione illis poſita, 12. cap. hæc ibi.

Inter has autem libertates non ponitur illa, quę habetur cap. 10. quòd ſcilicet pro ſpirituali regulæ obſeruantia poſsint ſubditi ad ſuos Miniſtros recurrere: quia vt dictum eſt, iſta non eſt libertas pura, & conceſsio, quæ liberè omitti poſsit, de quibus hìc agitur, ex quo etiam ibi præcipitur: ſed eſt libertas ad hunc ſenſum, quòd per neminem poſsint impediri, vt dictum eſt, & dicetur infra in ſuo loco, 10. cap.

QVÆS-

QVÆSTIO III.

Vtrùm religiosus, præsertim frater Minor, teneatur esse perfectus, seu potiùs tendere ad perfectionem, & quomodò, & in quibus, & per quæ media?

REspondeo primò, quòd non tenetur esse perfectus, vt dictum est latiùs supra in introductione quæst. 2. secundum cõmuniter Doctores ibidem, & Thom. 2.2. quæst. 186. & quæst. 184. licèt sint in statu perfectionis acquirendæ, quia non profitentur se esse perfectos, sed dare studium ad perfectionem acquirendam, in cuius schola sunt, quia & operanti ad finem non conuenit ex necessitate, quòd iam statim assequutus sit ipsum finem, sed quòd per aliquam viam intendat ad ipsum finem. Similiter eadem ratione non tenetur implere ea, quæ perfectionem charitatis consequuntur, sicut nec ad ipsam perfectionem charitatis; immò, neque tenetur actu tãdem ad ipsam perfectionem charitatis; alioquin quando desinit actu tendere omittendo, vel committendo veniale peccatum, peccaret mortaliter, faciens contra finem religionis, seu contra professionem, quæ est tendere ad perfectionem, vt dicetur, sicque religio esset laqueus animarum: ergo patet ex dictis, quòd religiosus ex vi professionis, quantumcumque altissimæ, & Euangelicæ, neque tenetur sub peccato nouo esse perfectus, aut habere perfectionem charitatis, neque implere ea, quæ perfectionem charitatis consequuntur, neque actualiter tendere, & operari ad perfectionem.

Conclusio primi. *Fratres Minores nõ tenentur esse perfecti, nec tenentur esse perfectionem acquirendam, quo speciali præcepto, quia finis legis nõ cadit sub lege.*

Secũda conclusio. *Religiosus tenetur tendere ad perfectionẽ ad perfectionem virtualiter ac habitualiter ad implendo præcepta suæ regu'a.*

Secundò dico, quòd religiosus tenetur tendere, seu intẽdere ad perfectionem, & hoc in intentione virtualiter, seu habitualiter, & secundum vias, seu modos in sua regu'a, seu religione taxatos: & non amplius probatur, quòd teneatur tendere, seu intendere ad perfectionem, quia eo ipso, quo statũ religionis, qui est status perfectionis acquirendę profitetur, eo ipso se obligat ad dandum studium, & ad debitè intendendum ad perfectionem acquirendam, vt patet; alioquin ridiculum esset se scholasticum intra

intra ſcholam Theologiæ profiteri,& velle manere vt talis; & non ſtudere,neque intendere dare operam tali ſcientiæ acquirendæ:ergo ſic in propoſito. Debite autem, & ſufficienter religioſus ſtudet,& operatur ad perfectionem, quando ſecundũ vias,& modos taxatos in ſua regula & religione, quã profeſſus eſt,viuit,& operatur,& eo modo dumtaxat, quo ad talia tenetur:non enim quilibet religioſus tenetur ad omnes vias,& modos viuendi aliorum omnium religioſorum,ſeu regularum,ſeu religionum;ſed ad vias & modos ſuæ regulæ & religionis, & eo modo,quo ibi ei proponuntur,ſcilicet obligatorie,vel conſultoriè,vt dictum eſt q 1.& 2.præcedentibus:ideò dictum eſt, quòd non amplius tenetur religioſus. Igitur patet ex dictis, quòd religioſus ex ſua profeſsione tenetur tendere,& intendere in intentione ſaltem virtualiter,& efficaciter ad perfectionẽ acquirendam,per vias,& modos dumtaxat in ſua regula,& religione taxatos,& eo modo,quo taxantur, & proponuntur,vt dictum eſt;ad alia autem tenentur,vt alij Chriſtiani.

Tertia concluſio. Peccat religioſus mortaliter contra ſuã profeſſionem, quando ex intentione actuali, vel habituali animi auertit ab acquirenda perfectione.

Tertiò,dico(& patet ex dictis ſecundũ D.Thom.vbi ſupra, à quo in ſententia hæc omnia ſumuntur)quòd tunc directè peccat religioſus mortaliter contra ſuam profeſsionẽ,ſeu contra ſtatum ſuæ religionis,non quidem quando non eſt perfectus, ſed quando ab intentione perfectionis animum reuocat.ſeu quãdo proponit actualiter,ſeu virtualiter, iam de cætero non ſtudere perfectioni acquirendæ per vias & modos ſuæ regulæ & religionis,vt dictum eſt:quia iam iſte talis directè obuiat propoſito ſuæ profeſsionis:& hic etiam directè iam contẽnit ſuam profeſsionem per tale propoſitum,ex quo eam iam nõ appretiat, nec æſtimat vt tenetur,ſicq; perfectionem iam contemnit, ex quoad eam,quã profeſſus eſt,tendere non intẽdit per tale propoſitũ contrarium;& quamuis non peccet cõtra eam ex contẽptu,ex quo non agit contra eam ex hoc,quod ei ſubijci renuit; benè tamen eam per tale propoſitum contemnit,vt dicetur infra 10.c.q.3.quid ſit contemnere,aut ex cõtemptu peccare, ibi videatur.Ille verò,qui adhuc intendit tendere ad perfectionẽ ſecundum ſuam profeſsionem,tamẽ ex aliqua cauſa iræ, auaritiæ,delectationis,& huiuſmodi aliquando facit contra votum caſtitatis,obedientiæ,paupertatis,aut cõtra alia obligatoria, licèt peccet quidem contra regulam,aut aliud præceptũ venialiter,vel mortaliter,non tamen contra ſuam profeſsionẽ,ex quo eam non contemnit per propoſitũ contrarium,quod nõ habet,

vt supponitur, sicque non peccat alio nouo peccato contra statum suæ professionis.

Vnde resolutorie secundum Caietan. 2.2. q.186.art.9.dic, quòd religiosus præ cæteris Christianis non aliter tenetur ad perfectionem tendere, quàm seruando regulam suam, & obseruantias, & statuta sua eo modo, quo imponuntur, quia hæc omnia ad regulam pertinent: & ideò hæc duo, scilicet contemptus regulæ professionis, & contẽptus perfectionis simpliciter semuicem concomitantur: ita quod impossibile est contemnere vnum, & non aliud: & è contra non cõtemnere regulã, & quod contemnat perfectionem, quia si non contemnit regula, & pertinentia ad illam, vt sunt statuta, &c. iam permanet in professione tenendi ad perfectionem illam, seu illo modo secundum illam regulam, & pertinentia ad illam, & per consequens non contemnit perfectionem, quamuis non ad omnem perfectionem, seu perfectionis modum tendat, quia non tenetur, nec se obligauit ad hoc, sed solùm ad tendendũ ad perfectionem hoc modo, scilicet per hanc regulam, & per pertinentia ad illam, vt patet: quia non est professus aliam religionẽ, nisi hanc, & similiter non contemnit perfectionem: ergo vult subijci regulæ, & pertinentibus ad eam, per quã tenetur ad perfectionem tendere. Vnde B. Dionysius, & alij Doctores dicẽtes, quòd religiosi specialiter tenẽtur tendere ad perfectionẽ, non addiderunt aliã obligationem vltra obligationẽ nostri status & regulæ, sed potius explicuerũt id quod cõuenit religiosis præ cæteris Christianis ex voto suæ professionis, ex auctoritate Domini dicentis, Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c.* vt dictum est: vnde patet, quòd voluntas tendẽdi in perfectionẽ, debet esse principium voluntariæ paupertatis, & per consequens reliquarum partium religiosorum. Et idem Caietanus 2. 2. q. 184. art. 5. dicit, quòd tunc religiosi habent animum & intẽtionem tendendi ad perfectionem (vt tenentur) quando inrendũt viuere secundum regulam, & constitutiones suas: quamuis interdum in multis delinquant, aliquando mortaliter, aliquando venialiter, alias si deponunt, saltem virtualiter talem animum, quamuis actu non peccent contra aliquod præceptum regulæ, & constitutionũ; tamen talis intẽtio non viuendi secundũ regulam, & constitutiones est cóntemptus mortalis, & contra professionem suam, ad quam tenentur, vt dictum est.

Religiosus nõ magis obligatur ad perfectionẽ alterius, quàm alij Christiani, nisi secundo suam regulam, & statuta ad eius obseruationem facta.

Matth. 19.

Sed vtrum similiter nouo peccato contra suã professionem,

&c. eius

& eius ſtatum peccet religioſus, qui licèt ſeruans, & viuens ſecundum regulam, & id intendens agere, intendit tamen non attingere perfectionem vitæ religioſæ, neque finem intentum religionis. Reſpondeo, credo quòd ſic, quia licèt non teneatur attingere finem prædictum, tenetur tamen non habere actum contrarium, ſcilicet propoſitum non attingendi per talia media, alioqui fruſtra intenderet medijs, cum intentione repugnante fini, ad quem talia media ordinantur, vt patet ex infra dicendis in dubio ſequenti. Vnde illud, quod dicit ſumma Syluestr. tit. *Religio*, 1. quæſt. 3. & in quæſt. 12. part. 4. quòd ſi quis religioſus intendit ſeruare vnum modum, ſeu medium, ſeu vnũ ſtatutum, per quod tendat ad perfectionem, vtpotè per humilitatem habitus, aut per eius aſperitatem, & veſtium, licèt non velit, neque intendat ſeruare alia ſtatuta ipſius religionis, ſed potiùs ea tranſgredi velit ex infirmitate, ſeu alia cauſa, ſeruando tamen vnum ſtatutum, vt dictum eſt: quòd non peccat mortaliter contra ſuam profeſsionem, neque eſt in ſtatu damnationis, benè tamen eſſe in ſtatu damnationis, & in mortali, ſi nil illorum omnino ſeruare intẽderet, hæc Syluester. Hoc inquam eius dictum, vel ego non intelligo, aut ipſe nil, aut falſum dicit: *Nam qui delinquit in vno* (ſcilicet eorum ad quæ tenetur) *factus eſt omnium reus*, Iacob. 2. vt patet, quòd ſi quis iam non intendit viuere ſub voto obedientię, & paupertatis, &c. quamuis velit viuere ſub voto caſtitatis, certè peccat nouo peccato contra ſtatum profeſsionis promiſſæ, & ſic de alijs, ſi poteſt ea ſeruare. Et certè videtur Syluester deceptus ex verbis Thom. vbi ſupra, non benè intellectis: dicit enim B. Thomas, quòd ſufficit, quòd quis per vnam viam, ſeu modum intendat, ſeu tendat ad perfectionem; non enim tenetur ad omnia exercitia, &c. vt ſupra in 2. propoſitione dictum eſt. Ex his verbis putauit Syluester (vt videtur) quòd per vnum numero, ſeu ſpecie exercitiũ vnius conſtitutionis ſuę religionis ſufficit, quòd viuat religioſus: cùm tamen B. Thomas loquatur, & intelligat per vnũ modum, vel per vnam viam, ſeu ſtatum, & per vnam regulam, ſeu religionem, & pertinentia ad eam, vt capiatur ſpecificè per vnũ modum viuendi, ſeu per vnum ſtatum, ſeu ſecundum vnam religionem, vt patet ex ratione, quam ſubiungit, quia religioſus vnius religionis non tenetur ad omnia exercitia aliarum religionũ, quibus peruenitur ad perfectionem, ſed ſolùm ad exercitia ſuæ religionis, vt ſupra quia tunc viuere intendit ſecundũ ſuam

Peccat mortaliter religioſus, qui intẽdens ſeruare regulam intendit non ſeruare perfectionem, ad quam ipſa ordinatur.

Iacobi 2.

ſuam regulam, ad quam tenetur. Sed occaſione prædictorũ poteſt dubitari, an quilibet Chriſtianus: etiam nõ religioſus, teneatur tendere ad perfectionem charitatis, & ad intentionem proficiendi in melius; & an contemnens hanc intentionem, & operis exequutionem, peccet, & quomodò? *Dubium.*

Ad quod reſpondeo, ſecundum Caietan. 2.2. quæſt. 186. art. 2. quòd hic ſunt tria notanda. Primum eſt exequutio, ſecundum intentio, tertium contemptus: & de exequutione quidem tam interioris, quam exterioris, profectus in hoc, vel in illo ſingulari actu, ſeu opere occurrente, conſtat, quòd ſi omittatur, non ideò eſt peccatum: quia nulla lex obligat ad tale bonum exercendum (vt ſupponitur) nam ſufficit, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, Matth. 19. ergo, licèt quis poſsit orare, & dare eleemoſynã, ſi nõ dat pauperi huic occurrenti, non peccat, alioquin nullum eſſet conſilium, ſed omnia eſſent præcepta, quod abſit, ſecundum communiter Doctores: ideò quoad hoc dicit Gerſon 3. part. tractat. de perfectione cordis, Alphab. 68. litera F. G. H. &c. quòd non peccat, neque ad aliud tenetur Chriſtianus, ſed ſufficit dum cauet offendere Deum, & gratias agit, eo quòd noluit hominem obligare ad amplius, niſi ad præcepta, & non laguet circa impletionem præceptorum, ſed diligenter, & ſtrenuè, integrè ea exerceat, & quaſi ſupererogat aliquid aliquando in tali impletione, hæc ille. Et hoc vltimum, ſcilicet (& *quaſi ſupererogat aliquid, &c.*) pro tanto dicit Gerſon, quia licèt nullus teneatur ad conſilia, ſeu ſupererogatoria, tamen vix cõtingere poteſt, vt homo præcepta ſtrenuè, & debitè adimpleat, quin quodammodò aliquid aliquando ſupereroget, & miſceatur cõſilijs, ſaltem quoad intenſionem, ſeu conatum voluntatis, ſeu quoad aliquem gradũ eius, vt ait ibidem, idem Gerſon, & Angeſt. in moralibus cap. 8. fol. 61. quod notandum, quia & propter hoc credo dicere Beatum Bernardum in epiſtola 91. & 253. & Ricardum de S. Victore, vbi infra habetur, quòd non proficere in via Dei, eſt deficere, & in via Dei non progredi, regredi eſt: quia ſcilicet, qui ſic eſt durus, vel limitatus cum Deo, vt non faciat, niſi quod & quantum punctualiter ſcit ſe teneri, & non ſuperaddit aliquo modo, ſeu aliquando, cùm facile poſsit: certè hic vix benè ſeruabit præcepta: quia tãdem Deo permittente occaſionaliter ruet quando non putat, & non meretur adeò abundanter, ſeu ſpecialiter iuuari, qui eiuſmodi ſic eſt limitatus cum gratia Dei in eius ſeruitio; ideò dicta Gerſonis ſunt

Matth. 19.

Quomodò intelligatur quòd in via Dei non progredi regredi eſt.

sunt notanda, quia & concordant, & ampliùs declarant ea, quæ dicta sunt secundum Caietanum, quoad hoc primum, scilicet, quoad exequutionem: & notandum, quòd qui sic facit, vt dictum est, secundùm Gersonem, iam ille proficit, & progreditur in via Dei seruando mandata, vt tenetur, quia & ampliùs meretur sic viuendo: & notandum, quòd ille proficit, & progreditur in via Dei, qui perseuerat in gratia, & impletione mandatorum, talis enim ampliùs meretur opportune.

Saltem venialiter peccat, qui expressè intendit non proficere in charitate, & bonis operibus vltra, id quod illi præcipitur.

Quoad secundum autem, scilicet quoad intentionem agendi, quod melius est, seu perfectius, seu proficiendi, &c. dicitur vbi supra, secundum Thomam, quòd qui habet hanc intentionem non proficiendi ampliùs, nec faciendi id quod melius est, & perfectius: seu qui intendit non proficere in charitate, aut bonis operibus vltra id quod præcipitur, sed solùm intendit, & proponit mandata seruare communi modo, ne peccet; hic peccat: non quidem quia proponit seruare mandata; sed quia proponit non facere aliud melius. Ratio est, quia firmare animum contra spiritualem profectum est; quantum est de se, & directè ponere obicem Spiritui Sancto, & gratiæ, & per consequens est peccatum; sicut iurare, seu vouere se non facturum tale bonum, seu non intrare religionem, & huiusmodi est peccatum; qua firmatur animus contra spiritualem profectum, quamuis non sit peccatum omittere tale bonum, secundū cōmuniter Doctores, vt tractatur in materia de iuramento & voto, sic in proposito licèt quis sine peccato possit vèlle non facere tale bonum, & illud omittere, ad quod aliàs non tenetur, vt dictum est: non tamen potest firmare animum contra illud bonum, seu non potest intendere non facere in futurum, quod idem est. Verum est tamen, quòd non est tam graue peccatum firmare animum contra spiritualem profectum sine iuramento, seu voto, sicut esset, si cum iuramento, vel voto firmaretur propter maiorem animi firmitatem, contra gratiam Spiritus Sancti, & propter maiorem irreuerentiam, quando est cum voto, seu iuramento; ideò ille, qui sic simpliciter intendit nunquā proficere vltra obseruantiam mandatorum, solùm peccat venialiter: quia non exit limites præceptorum necessariorum ad salutem, & ibi saluatur dilectio Dei super omnia, & debita sufficiensque intentio progressus ad vitam æternam, & per consequens charitas necessaria ad salutem.

Secundum hæc videtur intelligendus Bernardus in epistola 94. secun-

94.secundum Gregor.in pastorali, *Iustus qui r stit à lono pr posito peccat*, similiter hac ratione videtur summa Ang. tit. *Votum*, 1.§.7.dicere secundum glos.17. quæst. 1. & quæst. 2. *Nos volumus, quòd violans propositum firmum non peccat, nisi venialiter:* quòd solum videtur habere veritatem, quando quis pœnitens de bono proposito semel habito, iam è contrà statuit proponit se non facere in futurum tale bonum, vt dictum est: nam si solùm cessat ab exequutione eius, quòd benè proposuerat, seu si iam non vult pro tunc exequi, quòd benè proposuerat, tantum sine promissione: certè nullum videtur peccatum, ex quo nulla lege tenetur id exequi, quòd virtuosè proposuerat bonum supererogatorium, & hoc est verum de proposito nudo, vel propriè sumpto, sine promissionis obligatione. Neque illa lex scilicet, (*Quòd qui retrocedit à bono incepto mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, non est aptus regno Dei*) non valet ad hoc, quod talis peccet: quia intelligitur de retrocedente ab eo, ad quod iam est, vel fuit obligatus per promissionem, votum, & huiusmodi: quod non est in puro proposito alicuius boni faciendi, vt dictum est: per propositum enim purum boni nullus obligatur, sed laudatur: ergo.

Quoad tertium verò, scilicet de contemnente prædictas exequutiones, & proposita, seu intentiones melioris boni, an peccet & quomodo? Dico, quòd aliquãdo talis cõtemptus est mortalis, aliquando venialis, aliquando nullũ peccatum. & similiter omnis ex tali contemptu procedens; ideò Caiet. vbi supra secund. Thom. de veritate q.15.art.5.ad 2. dicit, quòd cõtemptus consiliorũ propositorum, & executionum eorũ est aliquando mortalis, aliquando venialis. Similiter, & omissio inde procedens, intelligitur de contemptu proprie, seu strictè accepto, qui semper est culpabilis, si eorum dictum cõtinet veritatem, aliqui contemptus large, seu impropriè acceptus pro sola omissione consiliorum, & aliorum supererogatoriorũ, seu inquantũ sunt supererogatoria, nullum peccatum est, sicut nec ipsa omissio, vt patet ex supra dictis, &c. & dicẽdis infra cap.10.q.3. vbi latius agitur de contemptu, ibi videatur.

Qui non attendit ad manus bonorum, neque illud exequitur ex contemptu formali, peccat quandoque mortaliter, quãdoqui venialiter.

Et secundum prædicta omnia distinguẽdo intellige proportionabiliter omnes Doctores de hac materia loquentes, vt Bernard. vbi supra in epist.91.& 293.& Ricard. de Sancto Victor. part.2 similiter Cant.3.c.9.& 1.& Cant.4.c.25, vbi per multas rationes, & similitudines probat, quòd tenemur niti in melius, &

quòd non proficere,& progredi in via Dei est deficere & regredi,& quòd sic tenemur Deum toto corde diligere,& æmulati charismata meliora,& lucrari cum credito talento,non illud abscondendo,&c.huiusmodi: & idem iterum facit super Psalmos exponens Canticum Abacuc cap.3. *In medio annorum notum facies,&c.*fol.2.& alibi.

Item notandum,quòd omnia hæc ex æquo tangunt omnes Christianos etiam sæculares,vt dictum est;religiosi autem vltra suum statum tenentur ad alia,ad quæ etiam cæteri Christiani tenẽtur,vt patet ex dictis supra q.1.ideò religiosi vltra hoc,quòd tenentur tendere ad perfectionem specialiter per suæ regulæ & professionis obseruantiam,vt paulò superiùs in hac 3.q.dictum est,tenentur etiam,sicut & alij Christiani non firmare animum contra profectum spiritualem:& non contemnere,neque ex contemptu omittere consilia,seu alia bona, inquantum supererogatoria,quia peccabunt ipsi,sicut & alij Christiani,si intendunt nunquam proficere,seu non facere alia bona, neque alio modo meliori,quàm in sua regula, & constitutionibus taxantur:peccabunt inquam,& eò grauiùs,quò magis eos deceret intendere perfectioni,& melius operari, quàm alios Christianos sęculares. Similiter peccabunt,si culpabiliter contemnant intentiones,& exequutiones melioris boni:quamuis simpliciter omittendo prædicta supererogatoria non peccent, vt dictum est,de quo latiùs infra 10.cap.dicendum est.

Quoad illud, *Frater Franciscus promittit obedientiam,&c.*

QVÆSTIO IIII.

Vtrùm fratres Minores ampliùs,seu maiori vinculo obligentur obedire D.Papæ,& Ecclesiæ Romanæ,quàm alij Christiani, etiã quàm alij religiosi?

Conclusio. REspondeo,quòd sic,ex speciali voto regulæ,seu professionis,ita quòd qui non esset subiectus,& obediens Papæ, & Roma-

Romanæ Ecclesiæ peccaret grauiùs, quàm alij, quia faceret cõtra hanc obligationem ex vi regulæ superadditam communi obligationi ex iure diuino, & hoc expressè dicunt omnes regulæ expositores hìc, & infra 12. cap. ibi, *Vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ*: ideò ait expos. fine tit. cap. 1. & Barthol. Pis. quòd hìc B. P. Franciscus in persona sua, & omnium fratrum sui status, & ordinis totius promittit hoc: aliter enim non spectaret hoc, quod dicitur (*Frater Franciscus promittit obedientiam, &c.*) nõ inquam hoc spectaret ad institutionem regulę, ideò ipse tanquam caput ordinis pro se, & pro toto ordine hoc specialiter promisit.

Fratres Minores stricti sunt Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ.

Si dicas, quomodò B. Franciscus potuit pro nobis promittere, cùm ordo ei in hoc vices non commiserit, aut consenserit, præsertim fratres futuri. *Obiectio.*

Respondeo, quòd rationabiliter in hoc consentire tenebantur, & tenentur, si ab eis quæreretur actualis consensus: sicut cõmuniter dicunt Doctores in secundo sentent. quòd Adam accepit, & perdidit pro tota sua posteritate donũ iustitiæ originalis, & in eius peccato virtualiter omnes, qui in eo; & ab eo erant, consenserunt, & peccauerunt; sic in proposito dicendum, præsertim quia in professione huius regulæ, tale votũ, seu promissio iam actualiter acceptatur. Ideò etiam Bonauentura cum prædictis concordans cap. 1. ait: *Ex quo apparet, quòd nulla regula, sic suum ordinem subiecit, sicut ordo Minorũ est Papæ & Ecclesiæ subiectus: nam etsi totus clerus, & religiosorum vniuersitas, teneantur firmiter Apostolico domino obedire: tamen sanctus huic debito votum adijcit speciale. Perfectus igitur Euangelij obseruator se, suosque in se speciali obedientiæ, ac reuerentiæ promissione subiecit: nam sic vouendo factus fuit totius ordinis procurator, vicem gerens omnium fratrum, tam præsentium, quàm futurorum; vnde summo Pontifici, sanctæque Romanæ Ecclesiæ sunt fratres Minores specialiter, tam ex singulari hac sponsione, quàm etiam ex speciali eius ad ipsos cura, & defensione astricti*, hæc Bonauentura. Tandem Clemens V. in prologo suæ declarationis, ait conformiter ad prædicta, quòd fratres Minores etiam per ipsam regulam sunt subiecti pedibus Apostolicæ dignitatis; ergo patet responsio: nam quod hic vice omnium fratrum Beatus pater Franciscus promisit infra 12. cap. amplius explicauit dicens, in fine regulæ; *Quòd petant à D. Papa vnum Cardinalem, &c. vt semper subditi, & subiecti pedibus, &c.* & hoc est vnũ principale obligatoriũ regulæ, quod *Dilnitur.*

quidem, quia eſt fundamentum vnum de tribus poſitis in hoc 1.cap. per modum prologi, non computatum eſt inter ſpecialia alia obligatoria, ſicut nec illud votum caſtitatis ibi, (*Viuendo in caſtitate.*)

Qui autem contendere voluerit hoc eſſe computandum inter præcepta obligatoria regulæ ſpecialia, non multum contradicam. Notandum etiam, ſecũdum expoſ. finetitulo, quòd obedientia hîc D. Papæ promiſſa, eſt in omnibus, quæ non ſunt contra animam, aut contra legem Dei, vt patet: aut contra perfectionem Euãgelicam in regula promiſſam: cũ hoc tamen ſtat eius auctoritas diſpenſandi, & diſponendi; vt oportet: de quo latiùs cap. 10. quæſt. 4. dicetur: & etiam ſupra in Introductione, quæſt. 5. dictum eſt.

DE IIS QVI VOLVNT VITAM iſtam accipere: & qualiter recipi debeant.

CAPVT SECVNDVM.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales, quibus ſolummodò, & non alijs recipiendi fratres licentia concedatur. Miniſtri verò diligenter examinent eos de fide Catholica,

lica, & Eccleſiaſticis ſacramentis. Et ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter conſiteri; & vſque in finem firmiter obſeruare, & vxores non habent, vel ſi habent, & iam monaſterium intrauerunt vxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate diœceſani Epiſcopi vnà cum continentiæ iam emiſſo: & illius ſint ætatis vxores, quòd de eis non poſſit oriri ſuſpicio, dicant eis verbum ſancti Euangelij; quòd vadant, & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerint; ſufficit eis bona voluntas. Et caueant Fratres; & eorum Miniſtri, ne ſolicitè ſint de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciat de rebus ſuis, quicquid Dominus inſpiraucrit eis. Si tamen conſilium requiratur; licentiam habeant Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deũ timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſteà concedant eis pannos probationis: videlicet, duas tunicas ſine capucio, & cingulum, & brachas, & caparonem vſque ad cingulũ: niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundum Deum aliquando videatur. Finitò verò anno probationis, recipiantur ad obediẽtiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & re-

Inhibitorium. gulam obseruare. Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, iuxta mandatum domini Papæ: quia (secundum sanctum Euangelium) nemo mittens manum ad aratrũ, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui voluerint habere, & qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & possint ea repetiare de saccis, & alijs petijs, cũ benedictione Dei. Quos moneo, & exhortor, ne despiciãt, nec iudicẽt homines quos viderint mollibus vestimentis & coloratis indutos: vti cibis & potibus delicatis; sed magis vnusquisque iudicet & despiciat semetipsum.

A Equipollens.

GLOSSA.

NOtandum, illud de mittendo venientes ad ordinem, sumitur exemplo Christi mittentis leprosos mundandos ad sacerdotes ab eis examinandos, &c. vt habetur Matth. 8. Marci 1. Lucæ 5. & nomen Ministri ex Matth. 20. *Qui maior est vestrum, erit Minister vester.* Et Luc. 22. *Ego in medio vestrum sum sicut, qui ministrat:* & illud, *Examinent eos de fide Catholica,* ex Ioan. 9. *Tu credis in filium Dei, &c.* (Et illud, & *vxores non habent*) ex Luc. 19. *Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, & vxorem:* & Matth. 19. Et illud, (*Vadant & vendant omnia sua*)

Matth. 8. *Luc.* 5. *Matth.* 20. *Luc.* 22. *Ioan.* 9. *Luc.* 19. *Matth.* 19.

sunt) ex Matth. 19. *Vade & vende, &c.* Et illud (*Postea concedent eis* Matth. 19.
p annos probationis) ex Matth. 26. *Exuerunt eum vestimentis suis, & Matth. 26.*
induerunt eum purpura, vt scilicet ad imitationem Christi asperitatem vestium, & crucis sequelam pro nostris peccatis assumamus: & illud, *Finito verò anno probationis, &c.* ex Luc. 13. à figura Luc. 13.
ficulneæ vno anno expectatæ ad fructum. Et illud (*Et nullo modo licebit eis de ista religione exire*) ex Luc. 9. *Nemo mittens manum* Luc. 9.
ad aratrum, &c. & illud (*Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam, &c.*) ex Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9. *Neque* Matth. 10.
duas tunicas, &c. Et illud (*Et qui necessitate coguntur, possint por-* Marc. 6.
tare calciamenta) ex Matth. 10. *Neque calciamenta, &c.* & Mar. 6. *Sed calciati sandalijs*. Et illud (*Vilibus induantur*) ex Matth. 10. & Luc. 7. *Qui mollibus vestiuntur, & pretiosis, in domibus regum sunt*, cætera patent ex Euangelio. Vbi notandum, quòd in hoc capite agitur de tribus, primo de receptione ad probationem, & professionem, & habitum nouitiorum: & quoad hoc est vnum obligatorium æquipollens præcepto ex vi regulæ, secundum declarationem Clement. V. quod continet in se multa obligatoria æquipollentia, seu multas conditiones obligantes: nam omnia hic contenta ab eo loco (*Si qui voluerint hanc vitam accipere, &c.* vsque ly. *Et nullo modo licebit, &c.* pertinentia admodum receptionis ad nouitiatum, & ad professionem, & ad formam habitus eorum, & professorum sunt obligatoria, secundū Clemen. V. vt patet ex dictis supra cap. 1. q. 1. in æquipollentibus. Ideò ait Speculum, ff. 11. quòd quasi omnia contenta in hoc 2. cap. in quantum tangunt materiam de nouitijs, sunt obligatoria: & ideò secundum Expositores est intelligendum omne id quod Nicolaus III. & Clemens V. circa hoc, & circa alia non declarauerunt. *Omnes conditiones in isto capite appositæ ex Euangelii textu de præceptis sunt.*

Secundò agitur in hoc capite, quòd iam professi non possunt exire, & quoad hoc est vnum obligatoriū inhibitorie, ibi, (*Et nullo modo licebit eis, &c.*)

Tertiò agitur de vestitu, & de calciamentis iam professorum, & quoad hoc sunt tria obligatoria æquipollentia præceptis, vt patet supra cap. 1. quæst. 1. secundum Clementem V. Quorum primum est, de non habendo plures quàm duas tunicas, vnam cum caputio, &c. ibi (*Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam, &c.* Secundum est de non portandis calciamentis, ibi (*Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta.* Tertium est, de vestimentis vilibus induendis,

ibi (*Et fratres omnes vestimentis vtiliùs inuantur*) Reliqua ab illo loco, *Et possit earepetiare, &c.* vsque in finem, non sunt obligatoria ex vi regulæ, vt patet ex dictis supra cap. 1. quæst. 1. & 2. &c. Ideò solùm sunt quinque obligatoria modo supra dicto in hoc 2. cap. quamuis in illo primo obligatorio multæ cõditiones, seu circunstantiæ obligantes includantur: nam vt bene ait Gerson Alphab. 24. litera E. in regulis Moralibus, cap. de pœnitentia; quamuis circa vnum obiectum, seu materiam, de qua agitur, seu circaquã est actus, sint & requirantur multæ cõditiones seu circunstantiæ obligantes necessariò, non ideò dicuntur esse tot præcepta, seu obligatoria, quot conditiones, & circunstantiæ, sed vnicum præceptum, secundum vnicam materiam, seu obiectum principale, aliqui in quolibet præcepto essent multa præcepta, ex quo in quolibet requiruntur multæ conditiones, seu circunstantiæ necessariò, vt bene fiat, vtpotè quis? vbi? per quos? quomodò? quando? &c. ergo patet intẽtum; ad quorum omnium maiorem declarationem quæruntur 23. quæstiones.

In hoc cap. ite secundo sunt quinque præcepta obligatoria.

Quoad illud; *Si qui voluerint hanc vitã accipere, & venerint ad fratres nostros, &c.*

QVÆSTIO I.

Vtrùm venientes ad ordinem, omnes sint mittendi ad Ministros Prouinciales de necessitate, an possint aliqui dimitti, vel repelli sine hoc, quòd mittantur ad Ministros Prouinciales?

Conclusio. Non omnes venientes ad ordinem necessariò sunt mit-

REspondeo, secundum quatuor magistros, cap. 2. & expositionem sanctorum patrum ordinis cap. 2. & Speculum, ff. 11. quòd solùm est instructio vtilis, & non necessaria, quoad hoc, scilicet, vt sciamus, quid agere debeamus circa eos tãtum, qui nobis videbuntur idonei, vt scilicet mittantur ad Ministros secun-

secundum debitas circumstantias, secundum locum & tempora, prout erit vtile. Solent constitutiones obligatoria, quod scilicet, quòd admittant idoneos, & non eos retrahant amore carnali, vel odio, & huiusmodi, sed potius inuent. Sed an hæc obligatio recipiendi, & iuuandi, & non retrahendi idoneos sit solum ex iure diuino, seu alio alias obligante, an etiam superaddita hic ex regula, potest dubitari: nam aliquis, vt expost. sine ut. 2. cap. videtur dicere, quòd solùm est obligatio cõmunis omnibus ex alio iure; omnes enim Christiani tenentur non retrahere sine causa rationabili idoneum à religione, vt proximè dicetur q. 2. & si quid obligationis hic est per regulam superadditum, ioluin est quoad hoc, quod subditur in regula, scilicet, quòd mittantur, vt per solos Ministros Prouinciales recipiantur idonei: & cum hac opinione videtur etiam concordare fr. Gunsalvus, vt habetur in suo tract. in lib. ordin. fol. 93. dicens, quod illi, qui voluerint hanc vitam accipere, mittantur ad Ministros, vt scilicet inde licentiam accipiant ad intrandum religionem, hæc ille. Alijs autem videtur, quòd etiam ex vi regulæ sit obligatorium non repellere idoneos; & cum hoc concordare videntur quatuor magistri, & alij communiter expositores; & Clemens V. in sua declaratione videtur ex suo tenore hoc approbare, quia generaliter, sine exceptione dicit, quòd omnia hic contenta, quoadmodũ receptionis. &c. sunt æquipollentia præceptis ex vi regulæ. Quid horum sit verius, meliori iudicio relinquitur examinandum, interim eligatur securius. Illi autem, qui omnino apparent probabiliter inepti, aut non idonei ad religionem hãc, facilè possunt, immò & debent statim dimitti, & expelli. & de hoc non est dubiũ, quia patet ex declarationibus Nicolai III. ar. 7. & ex infra dicendis in quæstionibus seq.

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

Dabam.

QVÆSTIO II.

An liceat cuilibet Christiano, præcipuè fratribus Minoribus, inducere, aut retrahere aliquem à, seu ad religionem, præsertim ad hanc religionem Minorum?

Ratio dubitandi est, quoad nos præcipuè, quia regula dicit, *Si qui voluerint, &c. & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad*

suos;

nos *Ministres, &c.* Ex quibus videtur, quòd non licet inducere eos, aut aliquos retrahere à meliori bono: sed quòd solùm sponte sua, non inducti à nobis venientes sunt, & possunt admitti.

Conclusio prima. Licitum, & sanctum est inducere ido neos, & benè dispositos ad religionem reformatam.

REspondeo primò, quòd licitum, & sanctũ est inducere per bona media dispositos probabiliter, & idoneos ad religionem reformatam, in qua regulariter, & benè viuitur, aliàs illicitum est. Notentur particulæ: nam est promouere eos ad bonum sibi conueniens, & proportionatum, & ad consilia Euãgelica, & in hoc omnes Doctores concordant, quòd tales tali modo inducere est bonum, vt patet ex B. Thom. 2.2. quæst. 189. Notandum tamen, quòd nõ est bonum inducere quemlibet, etiam idoneum, ad faciliter vouendum religionem, vt benè ait Caietanus 2.2. quæst. 189. art. 2. licèt sit bonum inducere ad religionem, quia in illo voto facilè facto est periculum, hìc autem non. Dictum est, quòd aliàs est illicitum inducere ad religionem, si deficiat aliqua conditio de supra dictis, vnde inducere in dispositum tali religioni reformatæ, ad quam inducitur, non est licitum: immò, & vix excusatur à peccato aliquando veniali, & sæpe mortali, quia est inducere ad indiscretè assumendum statum altiorem respectu personæ assumentis indispositæ, vt supponitur: opus enim vt sit bonum, debet proportionari facienti, sicut & indiscretè facerent, si omnes statum, & votum virginitatis, & prælationis sine differentia sumerent, seu si ad id inducerentur, quod non est expediens personæ sic indispositæ. Quòd autem aliqua persona sit, & possit esse indisposita ad alia consilia Euangelica pro semper, vel ad tempus, patet ex Luc. 14. *Quis volens ædificare turrim, &c. nonne computat prius*: & Matth. 19. *Sunt eunuchi, qui se castrauerunt, &c. non omnes capiunt verbum hoc: qui potest capere capiat*: & Eccles. 3. *Altiora te ne quæsieris, nam non omnia possumus omnes*, neque omnibus omnia bona conueniunt, vt patet, neque est temerè, & indiscretè de Dei gratia & fauore fidendum: sed discretè, & debite, alioqui nulla posset esse stulta promissio Deo facta ab eo, qui in Deo confidens voueret, aut promitteret, aut aggrederetur, quodcumque bonum opus arduum consilij, seu supererogationis, vt virginitatis votum, & martyrium, &c. huiusmodi: quod clarè patet esse falsum, & contra illud Eccles. 5. c. *Displicet Deo infidelis & stulta promissio*, infidelis, quæ scilicet, non seruatur; & stulta, quæ scilicet discretionis

Luc. 14. *Matth. 19.* *Eccles. 3.* *Eccles 5.*

tionis salè non conditur, vt ait Gerson in regulis moralibus, Alphab. 24. litera K. Ideò secundum eum, stultum est dicere, quòd de ingrediendo religionem non sit consiliandū sed quèd ad primam inspirationem ingrediendum sit, similiter quòd omnes passim liceat ad hoc inducere. Et Caietanus 2.2. qu. 1. 189. cum hoc concordans, dicit, quòd qui debita dispositione carent, non debent ingredi, neque induci ad religionem, vtpote indispositi, & non habentes sumptus ad ædificandum turrim in statu religionis, aut priùs debitam dispositionem mentem acquirere, seipsos vincere procurando, & à Deo adiutorium impetrando, per orationes, & eleemosynas, & purificando conscientiam per lectionem scripturarū, per prædicationes, & huiusmodi bona opera, vt oportet: vel etiam ingredi, & induci possunt, si habetur spes bona, & rationabilis, quòd iam ingressis dabit Deus hanc bonam voluntatem, & dispositionem habentibus bonam intentionem, & voluntatem humilem faciendi humiliter quæ regula requirit, & status religionis, quam assumunt: hæc ille.

Non sit omnibus ad religionem inducere, sed quibusdam, & quibus non, & quibus præambulo.

Quòd si quæratur, quæ & qualis sit bona dispositio hominis ad statum religionis sumendum? Respondeo secundum Caietanum vbi supra conformiter ad B. Thom. quòd est hæc, vt scilicet omnem affectum suum ad mundana, & carnalia relinquere velit efficaciter honores, diuitias, &c. cum proposito humiliter seruiendi Deo; quòd si talem abrenuntiationem homo perfectè non habeat, sed aliqualiter, sufficit ei, vt omnem suam fiduciam sustinendi in religione ponat in Deo, & cum tali fiducia, & intentione bona humiliter ingrediatur, vt probet, & probetur: hæc ille. Sed vltra hoc dicit Gerson Alphab. 73. lit. I. K. tractat. de passionibus animæ consideratione 18. & 19. quod debet attendi, ne talis habeat complexionem, & inclinationem nimis notabiliter oppositam obseruantijs religionis: & ne sit à natura leuis, & inconstans nimis, quia tales complexiones, & inclinationes nimis fortes, & habitus, & huiusmodi, licet nō necessitent hominem, tamen valde mouent ad malum, & impediunt à bono; communiter autem homo sequitur inclinationes naturales, & habitus nimis fortes, & vehementes, vt patet experientia: & ideò isti nisi magno feruore constanti moueretur ad religionem, & probabiliter speraretur de eorū perseuerantia, & quòd à Deo, & eius gratia mouentur, non deberent se religioni oppositæ suæ forti inclinationi tradere, neq; eos quis

Quæ sit cōgrua hominis dispositio ad statū religionis sumendum.

deberet

deberet inducere ad eum, ex quo in alio statu possunt benè salvari; in religione autem illa ex inclinatione sua & fragilitate, & temeraria confidentia in Deo probabiliter imminet periculum damnationis, ibi manendo in religione, aut inde male egrediendo: unde & vult idem Gerson Alphab. 70. littera H. &c. tract. de diuersis diaboli tentationibus sæpè diabolus immittit propositum boni, scilicet de bonis ex genere operibus, & consilijs aggrediendis, ab ijs, quos ex sua fragilitate, seu indispositione fuit tandem inde male casurus. Et secundùm prædicta omnia debet intelligi sensu etiã limitato. B. Thom. vbi supra, licèt videatur oppositum dicere: nam intelligitur, quòd fuerit, quantũ est ex genere operis, cùm sit bonũ, & consilium Christi, non est deliberandũ, sed potius est homo inducendus ad introitũ religionis, dũmodò ipse alias debitè dispositus, vt cũ gratia Dei debitè prosequatur consilia Christi: quia talis habens bonam dispositionẽ, benè habet sumptus ad turrim spiritualis ædificij, & sufficienter abrenuntiat omnibus, vt sit discipulus Christi, & non aliter, vt dictũ est, quamuis Sylvest. aliter intelligens, tit. *Religio*, 2 q. 1. & aliter, & male dicat, similiter & aliqui alij, nisi vt dictum est, intelligantur, & limitentur: & sic patet, quare dictum est quòd liceat inducere dispositos & non alios.

Per quæ media sint homines inducendi ad religionem.

Secundo dictũ est, quòd liceat inducere eos, sed non qualitercumque; sed per media licita, non violenter, non minis inducendo, vt quis intret votum, aut profiteatur religionem (an autem votũ metu extortũ valeat, vide lectas alibi in materia de metu, voto, & iuramẽto, vt in fan. rursus facile liberi potest) quo rõ obligãti (vt ait Gerson in regulis moralibus) bene licet nonnunquam aliquem ex demeritis, seu ex causa fugiente compellere, vt viuat intra monasterij septa, vt profiteatur, & sit religiosus, vt patet ex practica Ecclesiæ, regulariter antè ad monachi et imponere manus. Item, in minacibus, & precibus licet aliquẽ inducere ad religionem, & an sit finis mali videatur lectas in materia subiecta in summistis. Item, non licet inducere per mẽdacia, laudando, vituperando, &c. huiusmodi, vt patet, quia Deut. 16. *Iustè quod iustum est exequeris*, & propter omnia prædicta ait regula, *Si qui voluerit, & venerint ad fratres &c.* non quia nõ possumus debito modo inducere, & attrahere dispositos, & idoneos ad religionem, sed (vt ait Bonnuẽt. expos. super tit. cap. 2.) vt per hoc innuatur, quòd ex parte intrãtem ingressus sit omnino voluntarius, & præsentialiter requisitus.

Dicitur

Dicitur tertiò, quòd generaliter loquendo, non licet inducere nisi ad religionem reformatam, & vbi regulariter viuitur: nam secundum Caietan. 2.2. quæst. 189. ex D. Thom. requiritur ex parte religionis, ad quam quis inducitur, quòd in ea viuatur ita regulariter & exemplariter, vt habeat inductus occasionem in melius proficiendi: nam si maiores tepide viuunt, & inter minores est multa relaxatio, iam certe imminet periculum scandali ipsi inducto, dum aliud videt, quàm putabar, & quàm sibi dicebatur: & quamuis non mendacio inducentis, quia scilicet simpliciter induxit eum, extollens religionem in generali: tamen ipso actu inductionis, quo tantũ extulit inducens ingressum ad illam religionem, videtur sic inductus deceptus esse. Vnde quando inducitur quis ad religionem, exponẽda est etiam ei difficultas, quæ erit ex imperfectione consortum, si ita est; vnde inducere aliquem ad religionem deformatam, in qua viuitur in mortali transgressione regulæ, aut legis diuinæ, est actus de suo genere malus, quia inducitur quis ad vitam reprehensibilem ex se, vel ex circunstantijs probabilibus: talis autem vita mala est, quia exorbitat à vita regulari. Ideò vituperabile est inducere, & etiam ingredi talem religionem deformatam, & irregularem, & etiam recipere personas ad talem religionẽ, vel vitam deformatam: quia est eorum peccato directè cooperari, & ad eorum scandalum probabiliter imminens causam præstare, quamuis Ecclesia toleret permissiuè hæc sicut & alia mala, vt lupanaria, & huiusmodi. Vnde etiam non licet inducere obligatum in minori religione ad maiorem, & perfectiorem religionem, nisi ipsa maior & perfectior religio sit reformata, & regulariter in ea viuatur de facto, licèt ex se, vel ex debito, seu de iure sit absolutè maior, hæc Caietanus.

Non licet inducere ad religionem, in qua viuitur regulariter, & deformate viuitur.

Et facit ad hoc illud Matth. 23. *Væ vobis Pharisæi, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cùm fecerit, facitis eum filium gehennæ, &c.* ex quo innuitur peccatum mortale committere Prælatum recipientem, vel alium inducentem aliquem ad religionem, vbi deformatè viuitur, & ad statum periculosum, vbi regula promissa non seruatur: nam communis regula Doctorũ est quòd vbi in Sacra Scriptura ponitur ly (*væ*) significatur pœna inferni, & peccatum mortale transgressoris. Et ratione patet exemplari, quia si quis à me peteret cibum, quem ego scio esse venenatum, putans bono animo per illum cibum sanitatem consequi posse, nonne ego si tacerem & darẽ, essem.

Matth. 23. Exẽplis declaratur quòd peccatum mortale committit inducẽs aliquẽ ad religionẽ deformatã, quia cõcurrit ad peccatum alterius manifesto, ac proximo.

essem reus mortis illius, vel damni inde prouenientis? Nonne si quis petat aperiri sibi ianuam domus, vbi ego scio esse leonem sæuum percitum deuorare, vel esse ibi inimicum illius absconditum ad illum occidendum, si ego illi ianuam aperio, non reuelans pericula sibi parata, nonne ero in culpa mortis, vel periculi inde probabiliter sequuturi? Ergo similiter si quis veniens ad religionem deformatam, vbi sunt innumera pericula peccatorum mortalium, propter communem, ac multiplicem regulæ transgressionem, veniens inquam ad talem religionem bono animo, vt quærat salutem animæ suæ, si ignoret deformitatem eius, ac pericula, quæ illic sunt, qualiter excusabitur ianitor, scilicet Prælatus introducens illum, vel alius illum inducens ad talem religionem mortiferam? Nullo certe modo excusatur talis Prælatus recipiens, & multò minus, qui tales inducit ad religionem deformatam: neque illi, qui per suffragia suorum votorum talem venientem admittunt: sed omnes involuuntur peccato maiori, vel minori, secundum quòd quisque tenebatur scire, & prouidere tali periculo proximi, bono animo pro salute animæ suæ ad eos venientis. Prælatus enim, & is qui inducit, ad plùs tenetur, & minus excusatur, quàm alius simpliciter admittens per suffragium sui voti; dico regulariter, quòd non excusantur a peccato, præsertim si non informant eos verè, clarè, & nudè de suo statu, & obligatione, ac difficultate obseruandi, quam habent, vt supra secundum Caietanum dictum est: nam benè excusantur, si inducant, & recipiant dispositos, & aptos religioni tali, & spiritu feruentes; eos informãdo de promittẽdis, & de periculis, & qualiter illa debent cauere, & vitare vt saluentur: nam & hoc modo inducere, & recipere licitum est, & bonum, etiam ad religionem deformatam: præsertim eos, de quibus speratur probabiliter, quòd iuuante gratia Dei, & saluabuntur, & proficient ad religionis obseruantiam, multos enim Deus suscitat ad reformationem Ecclesiæ, & religionum quotidie labentium, per quos & vitam regularem Deus sustentat, vel in toto, vel in parte: & hoc intuitu modo prædicto eos informando, benè licet eos recipere, & inducere, vt dictum est, circa quæ omnia examinanda magna, & cauta discretio habenda est, & requiritur.

Secũda cõclusio. Ex dictis patet primò, an liceat retrahere aliquẽ ab ingressu huius, vel illius religionis, vel etiam religionis, cuiuscumq; in generali? Et dicẽdum est, quòd sic, attentis prædictis circunstã-

tijs

tijs aliquando,& aliquando non:& expressè,quod hoc etiam concordat Gerson in regulis moralibus,Alphab.24.litera k. & Alphab.67. B.tractat.de religionis perfectione,considera.dicens, quòd potest syncero, & recto consilio religionis ingressus dissuaderi, quibusdam ad tempus,alijs in æternum,sicut de Prælaturæ susceptione, aut statu virginitatis diceretur: quamuis modestissima cautela in dissuadendo adhibenda sit, hæc ille.

Licet in aliquibus casibus retrahere aliquem ab ingressu religionis.

Ad quid autem teneatur,& quomodò is, qui malè retrahit aliquem à religione,cui non tenebatur, vel cui iam tenebatur, videatur latiùs in summistis,tit.*Religio*,& tit. *Restituere*, præcipuè Sylvest.tit.*Restitutio*,3 q.1.an teneatur ad aliquam restitutionem secundum aliquos,videatur ibi. Patet etiam secundo ex dictis,quòd si communiter in hac nostra religione Minorū viueretur deformatè secūdum regulam,habendo nimiam distractionem, solicitudinemque,& nollent esse contenti vtu moderato rerum,& præceptum de pecunia non debitè seruaretur,vt tenentur fratres secundum regulam,& declarationem, seu dispositionem Papæ,& Ecclesiæ,& huiusmodi,quòd tunc non liceret inducere,neque recipere aliquos ad tales prouincias, seu familias,nisi vt dictum est:quia talis status,& modus viuēdi deformatè est multò imperfectior,quàm alia religio laxior, vbi tamen viuitur reformatè cum redditibus,vt latiùs dicetur infra cap.6.quæst.16.& cap.10.q.5.& ibi videatur. Patet etiam tertiò,ex dictis,quare nostra regula tot conditiones recipiendorum explicuit,vt dicetur,& secūdum constitutiones ordinis requiruntur,& quales deberent esse recipiendi ad nostrā religionem.quia vt communiter videmus,recepti sunt peiores quotidie,& posteriores prioribus,& multiplicatis talibus, multiplicantur transgressiones,& ordine dilatato dilatatur relaxatio, & scandala crescunt,veteribusque noua superadduntur. Ideò *Augustin.* ex talium receptione multiplicata contingit aliquibus magis *est nobis* clausa via salutis in religione secundum Augustinum, & alibi *ritem me-* quando euenit, vt difficilius aliqui saluentur in religione, *liores*, quā quàm forte in sæculo saluarentur, quia non omnibus conge*unt quam in* religio, præsertim hęc nostra, vt dictum est supra, & etiam in *gne profes-* int oductione,quæst.3. & infra quæstione 3. sequenti habetur *cūl tunc se-* cundum Bonauent. & ad prædicta omnia fauet valde *Pius qui parces,* nus Nicolaus III.in sua declaratione.art.7. dicens: *Ne omnia quæ qui in diuerse procedant, nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, illa dep.56.*

sed

ſed illi tantum, qui ſuffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circunſtantijs ſoſs nt̃ tiles eſſe oran, ſ. liqi e pti vitæ meritum, & alijs proficere per exemplum, hæc ibi. Patet tandem quartò, ex omnibus ſupra dictis, quàm ſtultè, & infideliter contra animam ſuam & proximi, & contra religionẽ matrẽ ſuam agit is, qui vel amore carnali, vel aliàs recipit ad ordinem eum, qui aliquo modo notabiliter eſt indiſpoſitus, vel inutilis, ſeu non idoneus tali religioni, vel retrahit, ſeu repellit diſpoſitum, vtilem & idoneum, ſimiliter qui ex quacumque cauſa irrationabili, aut inaduerenter, ſeu indiſcretè ad aliquod prædictorum ſuffragatur, quantò magis qui inducit, & qui temerè, & pertinaciter conatur?

QVÆSTIO III.

Quoad multitudinem venientium repellẽdam.

An ratione multitudinis poſsit aliquibus iuſtè negari receptio ad ordinem, etſi aliàs ſint apti ad religionem?

Concluſio. *Non omnes paſsim, & indifferenter ad religionem admittẽdi ſunt*

DIco ſecundum Bonauent. in quæſt. 10. ſuper regulã, quòd non expedit nobis, nec Eccleſiæ Dei, recipere omnes paſsim. Non nobis, quia ſunt variæ hominum conditiones, qualitates, & mores, quæ omnia non poſſumus bene examinare in tam breui tempore: ſicque multos reciperemus imbecilles, qui non poſſent rigorem ordinis ferre, multos pauperes, qui non pro Deo, ſed pro vitæ ſuſtentatione viuere deſiderarent nobiſcum; multos incompoſitos moribus, quos vix corrigere ab inſolita conſuetudine poſſemus: & per tales diſſolueretur ordinis diſciplina, & impediretur profectus aliorum, & non ſufficerent eos omnes alij paſcere, nec eis ſeruire; neque inuenirẽtur tandem, qui poſſent eis benè præeſſe; ſicque omnes ſimul, & corpore & ſpiritu quaſi confuſa multitudo periret, quæ nec benè regi valet, nec commodè ſuſtentari. Eccleſiæ ſimiliter nõ expedit, quia cùm ſit ordo ad Eccleſiæ ædificationẽm conſtitutus, & multitudo receptorum magis confuſionem induceret, nec de conuerſione multorum exemplum ædificationis, ſed potiùs ſcandalum

dalum acciperet, vbi religiositatis excepto solo habitu nil ferè inueniretur; minus enim malum est non esse religiosos, vel nomine, vel habitu, vbi non viuunt sicut religionis eorum forma requirit, quàm vt sint, & per vitam eorum peruersam alios scandalizent: sicut melius est lucernam non esse in domo, quàm esse ibi tantum fœtidam, & non lucentem; nimis etiam foret oneroſum fidelibus tot mendicantes vnius ordinis pascere, à quibus nullum, vel modicum haberent ædificationis præsidiũ. Sed tot, & tales recipi expedit, qui sine onere Ecclesiæ pasci possint, & qui valeant Ecclesiæ in spiritualibus respondere ijs, quæ ab ea in temporalibus recipiunt pro corporali sustentatione, hæc ille. Et faciunt ad hoc multa iura ad propositũ, quæ adducit Glossa in dist. 23. cap. *Talis*. Faciunt & ea quæ in fine quęstionis præcedentis, & supra in introductione quæst. 3. dicta sunt, quòd multitudo intrantium est vna causa periclitationis religionis, & quòd non omnibus expedit nostra religio, & ibi præcipuè esset prouidendum.

Quod si contra hoc obijciatur, cũ multitudo sit occasio confusionis, & mali regiminis, &c. vt dictum est. Quare ergo multiplicamus numerum recipiendo multos, præcipuè inutiles, & oneramus nosipsos & alios? *Obiectio.*

Respondeo secundum Bonauenturam q. 15. super regulam, inutiles omnino scienter non recipimus, sed præter spem nostram aliquoties casu sic contingit, sicut natura non dicitur generare monstrũ, quia non à proposito, sed casu producitur mõstrum ex errore naturę, sic in proposito. *Dissoluitur.*

Quatuor autẽ de causis solemus recipere superueniẽtes. Prima est, compassio perditionis eorum, qui vix extra ordinem in sæculo saluarentur: sicut qui de igne, vel aqua periclitãtem, vel de alio periculo rapit. *Quatuor causæ, propter quas veniens ad ordinem recipitur.*

Secunda, propter profectum ordinis, qui ex scientia, morum honestate, & quorundam reuerentia futurus præsumitur.

Tertia, propter aliorum ædificationem, vt multi de taliũ cõuersione, qui aliquo modo sunt famosi in sæculo, emendẽtur, & eorum prouocentur exemplo.

Quarta, propter precum instantiã, quã ipsi faciunt pro se, & alij pro eis nimia importunitate obtinent aliquos recipi, quibus denegari non potest. Et sicut agricola sæpè seminat, & plantat in ipe, quòd omnia benè conualescent ad fructum: quod tamen plerumque in aliquibus non euenit, ita cõtingit & in religiosis

Luc.8. ad ordinem receptis, Luc.8. *Aliud cecidit secus viam, &c.* semi-
nantur autem plures sulci, vt si aliqua grana perierint, alia pro
illis Deo iuuante, & omnia prouidente cõualescant; nos autem
Sap.9. omnibus prouidere non possumus: quia Sap.9. *Timidæ & inser-
ta sunt prouidentiæ nostræ.*

Quoad id, *Etsi hæc omnia credant, & vxores non habent, &c.* & illud, *Examinent eos de fide Catholica.*

QVÆSTIO IIII.

Quæ conditiones requiruntur ex regula, & ex iure communi, & ex statutis nostræ religionis in recipiendis ad ordinem, & quomodò intelligantur?

Conclusio. Duæ conditiones requiruntur ex vi regulæ in venientibus ad ordinem, vt ad ipsum recipiantur.

RESpondeo primò, quòd ex regula requiruntur duæ, quę in hoc cap. 2. tanguntur obligatorie: quarum prima est, quòd sit fidelis, catholicus, & de nullo errore suspectus: & hoc est, quod dicitur (*Etsi hæc omnia credant, &c.*) vt in 1. cap. constitut. generalium statuitur & declaratur, quòd hoc intendit, & docet regula; ergo requiritur ex speciali præcepto regulæ, quòd non recipiatur nisi fidelis, catholicus, & nullo errore suspectus. Fidelis, id est, quòd habeat rectam fidem & firmam, vt tenetur, ad quam fidem pertinent omnia, quæ ipsi obsequuntur, secundum sanctum Bonauenturam 2. cap. Catholicus, id est, quòd fateatur se vsque ad finem fidem catholicam & Ecclesiastica sacramenta velle obseruare, vt ait fr. Gundisaluus fol. 99. vnde licèt in hoc, quòd dicitur, quód sit fidelis habens fidem veram, includatur hoc, quod est esse verum catholicum, & sacramenta Ecclesiastica, quæ veram fidem consequuntur, tamen ideò explicantur hæc, vt non solùm corde, sed & ore, & opere, & signis veram fidem profiteantur, vt oportet, & reuerenter conserent, seu cõseruare efficaciter velint. Item de nullo errore suspectus, hoc

hoc non ponit regula, sed ordo in constitution. generalibus, secundum ius diuinum & regulam, vt ait expos. fine tit. Iam requiritur testimonium etiam ab his, qui foris sunt, & coram hominibus, ad quorum ædificationem est specialiter nostra religio. Ideo requiritur remotio cuiusque praux suspicionis de aliquo errore: quia si quis esset taliter suspectus, non potest licitè recipi, etiamsi in se esset verè fidelis, catholicus, quousque talis suspicio decidat ab eo apud homines; voluit enim ordo etiã scandalo prouidere fidelium ex tali suspicione prouenienti, sicut regula infra 11. *Ne habeant suspecta consortia, &c.* Et quamuis de iure diuino & Ecclesiastico requiratur hæc conditio, quòd scilicet sit fidelis & catholicus, tamen ex speciali vinculo imponitur obligatoriè per regulam, vt secundum Clemen. V. vbi supra in gloss. habetur: quamuis quatuor magistri, & Hugo dubitasse videantur de hoc: sed vt dixi, standum est declarationi D. Clementis V. vbi supra.

Quomodo autẽ tales debeãt examinari, Resp. quòd per Ministros Prouinciales, ad quos ex regula pertinet auctoritas recipiendi, vel per eos, quibus ipsi commiserint receptionem eorum: & si nõ sunt iam per ipsos Ministros examinati, quia sic habetur in constitutionibus generalibus, quòd qui recepturus est aliquem ad ordinem, prius secundum regulam diligenter inquirat, quòd recipiendus sit fidelis catholicus, vt docet regula, &c. Notandum tamen circa hoc, quòd talis examinatio, an sit fidelis, catholicus, &c. tunc tantum est in obligatione ex vi regulæ facienda, quando & vbi contingit esse aliquos hæreticos secundum Bonauent. & expos. fine tit. & communiter omnes Doctores, seu quando talis omissio examinationis ex rationabilibus circunstantijs videretur damnosa, vel periculosa: alias autem non est necessaria talis examinatio, sed sufficit, quomodo communiter fit in receptione, quòd scilicet generaliter cum alijs interrogationibus quæratur à recipiendis, an sint & velint permanere in fide catholica, an ligati matrimonio, corpore sani, &c. & facit ad hoc gloss. in dist. 24. cap. *Nullus*. Et hic notandum secundum Bonauẽt. quòd in præfata examinatione de fide catholica intelligitur examinatio de alijs moribus ad fidem pertinentibus: modus enim regulæ est dare ex similibus similia intelligere, & minora in maioribus implicare.

Examen circa fidem catholicam in recipiendis, solũ obligat ex vi regulæ inter hæreticos, aut infideles.

Secunda conditio ex vi regulæ est, *Et vxores non habent, vel si habent, &c.* id est, qui non sint iam matrimonio ligati per copulã

Secunda cõditio ex vi regulæ in recipiendis.

carnalem superuenientem sponsalibus, vel matrimonio rato, ita quòd non consummauerint matrimoniũ: tunc enim est matrimonium consummatũ, quando post cõsensum de præsenti, vel post sponsalia superuenit copula: nam si copula præcedit, & post sequitur consensus, non est matrimonium consummatum, sed solum matrimonium ratum, & potest bene dissolui per ingressum religionis cuiusque, vt communiter habetur apud summistas, tit. *Religio*, & tit. *Matrimonium*, quia hoc est de iure communi. Et insuper regula nostra imponit hoc nobis obligatorie secundum Clementem V. vbi supra, & sic statuitur, & declaratur in constitutionibus generalibus Martini V. c. 2. & exposi. sine tit. (*Si vxores non habent*) *vel si habent vxores*, scilicet post matrimonium iam consummatum, non possunt recipi sine peccato transgressionis regulæ, nisi concurrant conditiones sequentes, scilicet, quòd vxores intrent monasterium, vel quòd viris dent licentiam intrandi religionem, faciendo votum continentiæ de auctoritate diœcesani Episcopi: & quòd tales vxores sint illius ætatis & qualitatis, quòd de earum incontinentia non habeatur probabilis suspicio. Et notandum, quòd omnes istæ conditiones sunt etiam de iure communi, vt expressè habetur cap. *Cùm sis*, de conuersione coniugatorum; ideò videatur in summistis, præsertim summa Syluestr. titulo *Religio*, 2. quæstione 9. & latius, tit. *Matrimonium*, 8. quæstione 12. & alibi: hoc tamen semper notato, quòd quamuis circa hæc, quomodò debeant fieri necessario ex iure communi sint opiniones Doctorum canonistarum, vt patet ibidem, tamen nos fratres Minores tenemur tales non aliter recipere, quàm hic etiam per regulam imponitur obligatoriè; voluit enim Beatus pater Franciscus, quòd teneremus modum securiorem, & veriorem in receptione talium coniugatorum, ita quòd si aliqua conditio de suprapositis deficiat, vtpotè quia vxor iuuenis est, præsertim si propter adulterium cogitur ad diuortium, vt det viro licentiam intrandi religionem, ipsa faciens votum continentiæ, manendo in sæculo: quamuis secundum ius commune hoc fortè sufficiat, vt vir intret religionem, & vt maneat religiosus, etiam vxore reclamante, secundum aliquos Doctores, & valeat talis professio; tamẽ nos fratres Minores peccaremus talem recipiendo, ex quo inuita tali vxore, etiã ex culpa sua vir suus ingreditur religionẽ, est enim suspicio de incõtinẽtia talis vxoris in sæculo remanẽtis, quãuis professio sit valida

onditiones positæ in regula circa receptionẽ cõiugatorum sunt etiã de iure communi.

Strictius obligat regula circa receptionẽ cõiugatorum, quã ius cõmune.

valida de iure: nam totum hoc hic contentum, quoadmodum receptionis ad novitiatum, & professionem est etiam obligatorium ex vi regulæ, secundum Clemen. quamuis alij Doctores de his quondam dubitauerint, ideò seruandus est modus nobis ex regula taxatus, quamuis aliud quoad aliquam conditionem possit licitè fieri de iure communi in alijs religionibus: & quamuis professio sit valida, etiam in nostra religione, si prætermisso modo regulę nostræ fiat secundum ius commune, vt dictum est.

Septem cõditiones requiruntur de iure communi in recipiẽdo ad religionem.

De iure autem communi requiruntur sepem conditiones. Prima, quòd non sit matrimonio ligatus, is qui ingreditur religionem: de qua iam dictum est, quòd etiam imponitur per regulam, videatur in summistis vbi supra. Secunda conditio est, quòd sit conditione liber. Tertia, quòd non sit dignitati astrictus, quia Episcopi, & superiores non possunt fieri religiosi, sine speciali licentia Papæ. Quarta, quòd non ingrediatur quis coactus metu, vel violentia, sed volũtariè. Quinta, quòd non sit mẽte captus, furiosus, aut impubes: nam requiritur ætas debita, præsertim vt ingrediatur nostram religionem. Requiritur de iure communi, quòd compleuerit annum 14. vt incipiat sic annum probationis, & completo anno 15. potest profiteri, & non ante, quamuis etiam secundum alios Doctores, ante 18. annum non potest quis profiteri in nostra religione, sicut nec in alijs religionibus existentibus in insulis multum rigidis. Requiritur etiam, quòd sit rationis, aut mentis capax & vtens, nam furiosus, & huiusmodi, non possunt esse religiosi secundum ius. Sexta conditio est, quòd non sit obligatus ratiocinijs publicis & perpetuis, de quibus etiam videatur in summistis vbi supra, & de eo, qui tenetur ad aliquid faciendum, vtpotè ad legẽdum, curandum & huiusmodi: vbi notandum, quòd licet humana lege non prohibeatur ingredi religionem, is qui est obligatus priuatis, seu temporalibus ratiocinijs, sicut obligatus publicis prohibetur, tamen aliunde, scilicet lege diuina, & naturali potest obligari non intrare, antequàm se sufficienter expediat, ne huius ingressus sit causa proxima malorum: nam Deut. 16. *Iustè, quod iustum est exequeris*: & faciunt ad hoc, quæ sequuntur.

Hæc opinio sustineri non potest post Concilium Tridẽtinum, quod sess. 15. de regul. c. 15. decreuit, ne professio fiat ante sextũdecimũ annum expletum, consequenterque determinat hanc ætatẽ esse sufficiẽtem ad professionem emittendam.

Septima cõditio est, quòd non sit debitis obligatus, qui enim est debitis obligatus, non potest fieri religiosus, vt habetur in prædictis summistis. Sed de hac conditione similiter, & an possit intrare religionem, is qui habet patrem in necessitate,

larius infra quæstione 5.& 9. sequentibus agendum est,ibi videatur.

Ex præscripto nostrarum constitutionum generalium aliæ sex conditiones vltra præfatas requiruntur.

Conditiones autem requisitæ ex vi nostrarum constitutionum ordinis sunt omnes supradictæ, insuper aliæ sex, quarum prima est,quòd sint animo prompti,& sic scilicet secundum Bonauenturam,quòd sint parati ad martyrium:quod videtur intelligendum de congruētia:vel si de necessitate intelligitur: quòd sint prompti ad martyrium per fidem, sicut alij Christiani tenentur esse in animi præparatione: & similiter isti pro fide,& pro regula postquàm eam promiserint,sicut pro lege Dei servanda,ad quam tenentur:& sic hoc includitur in illa conditione quòd sint fideles,catholici, & velint confiteri, & firmiter obseruare,&c. Vel dic,quòd requiritur,quòd sint animo prompti,ita quòd omnino voluntariè,& non coacte veniant ad religionem:& sic reducitur ad aliam conditionem iuris communis & regulæ,quòd scilicet,qui voluerint hanc vitam accipere,&c. vt supra q.2.dictum est.



Secunda conditio, quòd sint corpore sani, non infecti lepra, aut alia infirmitate contagiosa, aut morbo caduco, vt habetur in constitution. ordinis, vt etiam habetur in tabul.21. Vicarij Generalis.

Tertia cōditio,quòd sint legitimè nati:sed hæc conditio cōmuniter non seruatur,& non est cōsuetudo tales repellere propter illegitimitatem:ideò consuetudini stetur.

Quarta conditio,quòd non sint aliqua vulgari infamia in seculo notati.

Quinta,quòd sint sufficienter literati,vel ad alios labores ordinis fratribus honestos & vtiles,apti.

Ista conditio post Cōcilium Tridēntinū non obseruatur.

Sexta,quòd ad nouitiatum non recipiantur ante 17.annum inceptum,nec ad professionem,ante annum decimumoctauum etiam inceptum. Sed istæ conditiones ex vi statuti ordinis nō obligant ad culpam,quantum est ex vi statuti, bene tamen ex alio iure diuino,vel humano, præsertim quia sic præcepit D. Nicolaus III.in sua declarat.art.7.quòd non omnes passim recipiantur,&c.vt supra in fine 2.quæst. dictum est. Item, quia si contra conditiones requisitas quis recipitur,vltra peccatum, quod incurritur,sæpè non valet receptio, neque professio, & manent multi laquei,& obligationes,tam ipsi recepto,quàm religiosis recipiētibus,de quibus omnibus in supradictis summistis videatur:hic enim de duabus tantum conditionibus ex iure

communi

communi requisitis, quæ non bene videntur tractari à sommistis, agendum censui in quæstionibus duabus subsequentibus. De religiosis autem aliarum religionum, an & quomodò liceat recipere, vel non, latius infra q. 17. &c.

QVÆSTIO V.

Vtrùm liceat grauato debitis intrare religionem, aut ipsum recipere?

REspõdeo, quòd in hoc sunt duæ opiniones solennes, quarum prima videtur verior, quã tenet Gerson Alphab. 39. litera X. Y. &c. in 2. part. summæ, & supplementum Gabrielis in 4. dist. 38. q. 1. bb. & alij Doctores, vt Medina de restitutione fol. 19. 20. quòd si est obligatus debitis alicui personæ, vel communitati certæ, & determinatæ, ratione furti, mutui vel contractus, non potest intrare religionem, vel reddere se voluntariè absolute imponentem ad soluendum, nisi priùs satisfecerit debitè ipsi creditori, vel alio modo ipse, vel alius pro illo, vel conuentus satisfaciat, vel alio modo sufficienti pateat probabiliter modus ad satisfaciendum, alias peccat, qui contra facit, & qui ei cooperatur ipsum recipiendo, & huiusmodi, & vterque manet obligatus ad prædictam satisfactionem modo possibili. Notentur particulæ. Pro cuius declaratione dico, quod illa opinio stat in septem punctis.

Prima opinio verior.

Quæ est obligatus debitis alicui personæ, vel communitati certæ, & determinatæ, ratione furti, mutui vel contractus, non potest intrare religionem, vel reddere se voluntariè absolute imponentem ad soluendum, nisi priùs satisfecerit debitè ipsi creditori, vel alio modo ipse, vel alius pro illo, vel conuentus satisfaciat, vel alio modo sufficienti pateat probabiliter modus ad satisfaciendum, alias peccat, qui contra facit, & qui ei cooperatur ipsum recipiendo, & huiusmodi, & vterque manet obligatus ad prædictam satisfactionem modo possibili.

Primũ punctum.

Primò, quòd si quis est obligatus debito certo, scilicet contracto ex furto, mutuo vel alio cõtractu facto determinatè alicui personæ, vel cõmunitati, & intrat religionem, & hoc ignorantibus ipsis religiosis, qui ei fecerũt debitas interrogationes consuetas & solitas fieri secundum statuta, scilicet si erat conditione liber, & à debitis expeditus, &c. & ipse hoc celauit, tunc vltra peccatum mendacij ipse peccauit peccato furti, quantum in se est sic volens intrare, & reddere se impotentem ad soluendum prædictã debitum. Ratio, quia non sunt facienda mala, scilicet furti, vel huiusmodi, vt veniant bona quæcumque, etiam bona consilium, & eorum impletio, nõ ideò est faciendũ contrà præceptã.

Si intrat religionẽ occultando debita, quæ solvere poterat, peccat peccato mẽdacij, & furti.

Dei: sed iste sic facit, ergo. Ideò tenetur, vel sua industria, vel labore, etiã cũ diminutione sui status, prius satisfacere prædicto debito, & non reddere se impotẽtem, nec religionẽ intrare, sed differre, quousque satisfaciat per se: nisi per alium, vel alio modo pateat probabilis, & sufficiens modus satisfaciendi, etiam post ingressum: sicut qui habet patrem in necessitate constitutum, cui prius tenetur filius prouidere de necessarijs, tenetur differre ingressum, quousque compleat debitum patris (vt in q. 6. sequenti dicetur latius) sic in proposito.

Secundum punctum.

Secundum punctum est, si iste, sic obligatus alicui personæ, vel communitati ex furto, vel contractu (vt dictum est) nõ potest in toto, vel in parte de suis bonis, neque de sua industria, vel labore satisfacere: & hoc probabiliter appareat, ipse tunc potest auctoritate, seu de licentia iudicis publici cedere bonis, & sic potest licitè, & libere intrare religionem: nam talis princeps, vel iudex, si aliàs aliqua lege particulari non prohibetur, potest cogere creditores etiam particulares, vt acceptent bona in æquitatem hanc cessionis bonorum in casu prædicto, & sic licentiẽt ad ingressum religionis. Et hoc ait Gerson expresse verum in casu, quo probabiliter apparet, quòd talis debitor non potest in toto, vel in parte de suis bonis, vel de industria sua, vel labore satisfacere, secus si posset aliquo modo, maximè vbi est lex, sicut in regno Castellæ, quòd cedens bonis tradatur creditori ad laborandum, vel seruiendum, donec sit ei satisfactum de debito: & hoc etiam ait Gerson, quod est intelligẽdum vbi persona est libera (de quo non est dubium) & vbi non currit lex, vel consuetudo, quòd non habentes vnde, soluant in corpore. Ego verò salua veritate, credo, quod etiam vbi currit talis lex, & consuetudo, potest de licentia iudicis quis intrare religionem, vt dictũ est: nam solùm remittitur ei pœna legis, quæ optimè recompensatur in religione, & quãtum est ex hoc, nullum præiudicium fit creditori, aut communitati, si non soluatur priùs talis pœna legis ex tali causa: immò & propter honorem religionis, quã ingressurus est, videtur non conueniens, immò & fortè, quòd non liceat priùs talem pœnam infamem exigere ab eo qui licentiatur ad ingrediendum religionem modo suprà dicto, quia nec reciperetur in religione, tanquàm infamia publica notatus: sicq; per hanc pœnã esset reddere illũ indispositũ, seu inhabilem ad religionem, ad quã licentiatur, sicq; videtur implicare, quòd inhabilitetur ad id, ad quod licẽtiatur, ergo.

Qui non potest in toto, vel in parte de suis bonis creditori solucre, potest de licentia iudicis publici cedere bonis, & sic religionem intrare.

Tertiũ

Tertium punctum est, quòd obligatus reipublicæ ratione, vel vsurarum, vel huiusmodi, seu aliunde, potest in casu agere officium reipublicæ absolui, vel licentiari. Similiter potest fieri de obligato sub incerto seu indeterminato, vbi restitutio vaga, quæ in pios vsus habet fieri sola requiritur: quia quoad hoc is, qui gerit curam reipublicæ, & boni communis, potest pro bono spirituali communi ex tali ingressu religionis resultante, secundum æquitatem disponere, multo magis quàm debito alicui personæ certæ determinatæ exoluendo: de quo in secundo puncto præcedenti dictum est: quamuis hoc videatur alicui scrupulosum, quomodò potest absolui per iudicē à præcepto diuino, quamuis sit restitutio vaga & incerta: sed credo sententiam Gersonis piam & veram.

Tertium punctum.

Qui est obligatus reipublicæ, vel sub indeterminata quātitate, vel vbi interuenit restitutio vaga, potest à gerente curā reipublicæ licētiari ad religionem.

Quartum punctum, si quis esset obligatus alicui personæ, vel communitati determinatæ ex solo voto, vel iuramento, & non ex debito ratione furti mutui, aut cōtractus iustitiæ cōmutatiuæ: vt si quis iurasset sponte dare alteri centū florenos, & vellet intrare religionem, posset hoc facere non soluendo florenos illos centum, quia commutauit iuramentum, vel votum in melius. Secus vbi obligatio aliunde consurgit ex furto, vel mutuo, &c. vt dictum est: & quamuis hoc non videatur verum, quando tale iuramentum fit parti, scilicet soli Deo, tu tamen generaliter dic esse verum, vt ait Gerson, quia sic debet interpretari tale iuramentum, etiam parti factum sine dolo: vt de hoc latius Syluest. tit. *Iuramentum* 3. per totum, *& iuramentum* 4. quæst. 18. quæst. 20. & tit. *Religio*, 2. quæst. 5. & tit. *votum*, 4. quæstione 7. part. 2. &c.

Quartū punctum.

Qui est obligatus alicui personæ ex voto, & non ex debito potest ingredi religionem, absque hoc, quod persoluat.

Quintum punctum, si talis sic obligatus alicui personæ, vel communitati determinatæ ex furto mutuo, vel contractu iustitiæ commutatiuæ, illicitè intraret, & profiteretur sine prædicta licentia, & auctoritate iudicis, aut principis, vt dictum est in secundo & tertio puncto, & hoc ignorantibus religiosis, seu cōuentu, vt in primo puncto dictum est: tunc vltra peccatum ipsius profitentis, ipse professus manet adhuc obligatus satisfacere creditori modo sibi possibili. Sed quomodò? Certè sic, quòd religiosi possunt eum libere eijcere ab ordine ad tempus, vel ad semper, quia ex quo ex ignorantia non consenserunt in talem eius receptionem, non tenentur eum tenere: & ipse sic eiectus, in sęculo vel alibi, tenetur satisfacere creditori ex sua industria, vel alias, modo sibi possibili, vt ante tenebatur. An autē teneatur

Quintū punctum.

Qui obligatus ex debito alicui personæ intrat illicitè religionem, & profitetur in ea manet, post professionem obligatus

tur.

gatus ad satisfaciendū modo sibi possibili.

tur ad vota religionis, quæ professus promisit; paulò infe-
rius dicetur. Quod si non ejicitur à religione, tunc ipse tene-
tur petere licentiam ad satisfaciendum suo creditori, laboran-
do intra vel extra ordinem: etsi licentiatur eum ad laborandum
intra ordinem, tenetur ibi manendo laborare, seruando sua vo-
ta, vt possit religiosè, laborando. Similiter si licentiant illum
extra ordinem, etiam tenetur ibi procurare satisfactionem cre-
ditori, laborando, & huiusmodi: quia omni modo possibili te-
netur secundum diuinum præceptum satisfacere. Quòd si non
ejicitur, nec datur ei licentia laborandi intra, vel extra ordi-
nem, tunc ipse conuentus tenetur satisfacere, ex quo retinet
eum, & impedit, ne satisfaciat creditori: etsi vult tunc ipse po-
test exire ab ordine, vt laborando, vel alias procuret satisfac-
tionem. An autem tunc ipse possit licitè permanere in ordine,
faciendo requisitionem ipsi Prælato, vel conuentui, quòd det
licentiam laborandi intra, vel extra ordinem: & quòd si nolūt,
quòd ex tunc ipse exonerat suam conscientiam in illis, & quòd
illi ex tunc teneantur satisfacere pro illo: & per consequens,
an sit securus sic faciendo, rejiciendo suam obligationem in
conuentum, vel Prælatum taliter se habentem: videtur dicen-
dum (ait Gerson) quòd si conuetus, vel Prælatus acceptat obli
gationem satisfaciendi pro illo, quòd est securus, & tenetur
ibi manere sub obedientia, modò conuentus, vel Prælatus be-
nè satisfaciat, modò non, quia ipsi reddent rationem de hoc: si
verò nolunt acceptare hanc obligationem, videtur, quòd te-
neatur exire inde, quia ex quo istè tenetur satisfacere modo
possibili & licito, & potest exire si vult, ergo tenetur exire dū
alius modus non apparet. Et notandum, quòd istè sic erectus,
vel licentiatus extra ordinem, vel quomodolibet egressus ipō-
te, vel aliàs ad satisfaciendum creditori, tenetur obseruare,
quàm commode potest, omnia vota & cætera obligatoria il-
lius religionis, quā professus est: quia quantum in se est, se obli-
gauit ad illa, ideò quantum potest, tenetur seruare.

Nota.

Nota. Item tenetur habere animum redeundi ad religionem facta
satisfactione debita, & ea facta, tenetur statim procurare humi-
liter, & efficaciter quantum in se est, regressum ad illam reli-
gionem. An autem interim, quòd est sic obligatus debitus, pos-
sit hæres esse, & succedere in hæreditate (ex qua soluat debitū)
postquàm non est perfecta professio absolutè, videtur quòd
sic, secundum Gersonem vbi supra litera Z.

Sextum

Sextum punctum est, si verò scienter conuentus prædictæ obligationem, recipit talem ad professionem, tunc nec potest eum ejicere, nec ipse potest egredi: sed conuentus vltra hoc, quòd si conuentus peccauit, si eum recipit cum animo non satisfaciendi, tenetur vel ejicere vel dare illi licentiam laborandum intra ordinem, salua regulari disciplina, vel satisfacere pro illo, ex quo licentiam recipiendo suscepit in se obligationem tenendi illum cũ suo onere, hoc est, cum obligatione ad satisfaciendum: quòd si conuentus nõ satisfecerit, nec dederit licentiam laborandi intra ordinem, tam ille professus securè manet in ordine, faciendo quod ibi potest, salua ordinis disciplina & regula, laborando vt sibi permittitur ad satisfaciendum, & sic tenetur ibi manere: de reliquo autem, cõuentus & Prælati reddent rationem Deo, & hominibus. Multæ aliæ circunstantiæ possunt esse in casu præsentis quæstionis, vtpotè si insuper habeat vxorem talis, si potest succedere in hæreditate, si sufficit simpliciter cedere bonis, & relinquere curam satisfaciendi alicui amico, vel fratri, &c. huiusmodi, & quomodò hæc fieri debeant, de quibus omnibus latius Gerson vbi supra, de quo etiam vide in compendio priuileg. mendicantium, tit. *Hæreditas*. Et cum prædicta opinione concordat etiam Caiet. in 3. quodlib. quæst. 3. prope finem, dicens: *Non satisfit pensioni debitæ Ecclesiæ cathedrali, si debitor ingreditur religionem, nec ab obligatione soluendi legati, aut contractus ingressus religionis absoluit*: & 2.2. quæst. 189. art. 6. etiam cum prædictis concordat, dicens etiam: quòd sic sensit B. Thomas ibidem, & quòd præsertim loquebatur in casibus de quibus in tertio & quarto puncto supradicto habetur, quamuis non satis se explicauerit. Sed certè non ita sensit B. Thomas ibidem, si eius verba videantur, sed potius oppositum, vt dicetur; sed quia nõ potuit Caietanus rationabiliter defensare opinionem oppositam B. Thomæ, & aliorum Doctorum, ideó limitauit glossando dicta B. Thomæ, secundum veram opinionem supradictam, quã & ipse Caietanus tenebat.

Si conuentus peccauit, si eum recipit cum animo non satisfaciendi, tenetur vel ejicere vel dare illi licentiam laborandi intra ordinem, salua regulari disciplina, vel satisfacere pro illo, ex quo licentiam recipiendo suscepit in se obligationem tenendi illum cũ suo onere, hoc est, cum obligatione ad satisfaciendum: quòd si conuentus nõ satisfecerit, nec dederit licentiam laborandi intra ordinem, tam ille professus securè manet in ordine, faciendo quod ibi potest, salua ordinis disciplina & regula, laborando vt sibi permittitur ad satisfaciendum, & sic tenetur ibi manere: de reliquo autem, cõuentus & Prælati reddent rationem Deo, & hominibus. Multæ aliæ circunstantiæ possunt esse in casu præsentis quæstionis, vtpotè si insuper habeat vxorem talis, si potest succedere in hæreditate, si sufficit simpliciter cedere bonis, & relinquere curam satisfaciendi alicui amico, vel fratri, &c. huiusmodi, & quomodò hæc fieri debeant, de quibus omnibus latius Gerson vbi supra, de quo etiam vide in compendio priuileg. mendicantium, tit. Hæreditas. Et cum prædicta opinione concordat etiam Caiet. in 3. quodlib. quæst. 3. prope finem, dicens: Non satisfit pensioni debitæ Ecclesiæ cathedrali, si debitor ingreditur religionem, nec ab obligatione soluendi legati, aut contractus ingressus religionis absoluit: & 2.2. quæst. 189. art. 6. etiam cum prædictis concordat, dicens etiam: quòd sic sensit B. Thomas ibidem, & quòd præsertim loquebatur in casibus de quibus in tertio & quarto puncto supradicto habetur, quamuis non satis se explicauerit. Sed certè non ita sensit B. Thomas ibidem, si eius verba videantur, sed potius oppositum, vt dicetur; sed quia nõ potuit Caietanus rationabiliter defensare opinionem oppositam B. Thomæ, & aliorum Doctorum, ideó limitauit glossando dicta B. Thomæ, secundum veram opinionem supradictam, quã & ipse Caietanus tenebat.

Septimum punctum ex dictis elicitur secundum Caietanum in 3. quodl. q. 2. quod scilicet si quis emissurus professionẽ habeat hæreditatem vel bona, quæ probabiliter dubitat esse male acquisita, & obnoxia restitutioni, quòd potest talis nouitius absolutè renuntiare talia bona alicui, vel aliquibus propinquis vel amicis, &c. huiusmodi, dummodo illi sint tales, quòd indubiè credantur restituturi, quando, & quantum, & quibus, & quo-

Septimum punctum.

& quomodò oportet id quod debet, & dum modò ii sinuet illis dubitationem, quã habet de male acceptis bonis, & vnde eam concepit, & cætera huiusmodi ad hoc requisita, alias non licet, si hæc omnia non adsint: hæc Caietanus: alias si personæ, vel cõmunitati determinatæ debeantur certa, tunc est adhibenda diligẽtia iuridica, quã Gerson, vt dictum est vbi supra, præsertim litera Z. ponit: ibi videatur.

Secunda opinio minus probabilis.

Alia est opinio B. Thomæ, Palud. in 4. dist. 38. Raymundi, & aliorũ Doctorum, vt etiam referunt & tenent cũ eis summa Ang. tit. *Religio*, §. 67. & summa Sylvest. eodẽ tit. quæst. 4. quòd talis, debitis quibuscumque obligatus, potest licitè intrare religionem & recipi, & ibi non tenetur laborare pro satisfactione, etiamsi ad id se iuramento creditoribus astrinxisset: quod est difficilius, & magis alienum à veritate. Rationes quibus mouentur, tangũtur proximè in argumento sequenti, & ibi soluentur.

Argumentum primũ.

Contra supradictam opinionem primam Gersonis, præcipuè contra primum, & quintum, & sextum punctum, in quibus discordat B. Thom. à prima opinione Gersonis, sic arguitur: quòd qui vult ingredi religionem, mouetur consilio Spiritus Sancti ad consilia, ergo nõ tenetur alia lege: *Quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege*, Galat. 4. *Si spiritu ducimini, non estis sub lege*, & 2. Corint. 3. *vbi spiritus Domini, ibi libertas.* ¶ Itẽ secundò, quia in sæculò est periculum peccati mortalis, ibi manendo inter occasiones ad mortale, laborando pro satisfactione, &c. ergo licitum est fugere pericula mundi ingrediendo religionem.

Ad Gal. 4. 2. Cor. 3.

Secundũ argumentum.

Tertium argumentum.

Itẽ tertiò, quia persona hominis liberi non potest iam in lege gratiæ obligari pro pecunia, quia nec potest digne recompensari: dico notanter in lege gratiæ, quia olim in lege veteri benè licebat venundari hominem, & fieri seruum pro debito pecuniæ, vt patet 4. Reg 4. nunc autem in lege gratiæ, vbi abundat redemptio, & libertas per Christum id non licet. Leges etiam ciuiles sic misericorditer disponunt, quòd persona liberi hominis non possit obligari, nec venundari pro pecuniario debito, ergo.

Quartũ argumentum.

Item quartò, quia sufficit, vt homo faciat, quod pro tunc potest, scilicet cedere bonis secundum leges, nec ad amplius obligatur: & sic censetur satisfactum creditori, & per cõsequens iam libere potest intrare religionem.

Ad primum argumentũ.

Respondeo secundum Gersonẽ: ad hæc omnia, & primo, ad primum, negando antecedens: nam cum tali circunstantia non

est

est consilium Christi ingredi religionem, nec Spiritus Sanctus movet ad faciendum contra suam legem, & præcepta de lege communi, nisi constaret alicui pro casu per revelationem & miracula, vt est declaratum per Ecclesiam, extra de hered. ap. *Cùm verum*. Quia neque enim melior est vita facere male, vt veniant bona, seu exequi consilia cum violatione præceptorum, non habens, vt est in casu, ergo. Et sic intelligitur illud Gl. Lat. 5. & 2. & Cajetan. Et aliter etiam intelligitur secundum Glossam Doctorum, videatur in Nicolao Lyra: dictum est enim, quantum ad id quod ad propositum. ¶ Ad secundum negatur etiam antecedens & consequentia: nam non est periculum propinquum ad mortale in sæculo, si homo velit facere, quod in se est, & debitè, & cautè viuere, vt patet, quia filius potest licitè manere in sæculo pro succurrendo necessitati patris, quòd vtique non posset, si ibi esset periculum propinquum ad mortale, vt dicetur latius quæst. 6. sequenti: patet etiam, quia dicere, quòd in sæculo est periculum mortale, communiter est etiam damnare omnes status mundi manentes in sæculo, seu extra religionem, quod est erroneum. De periculo autem remoto, & occasione remota ad mortale, non est facienda vis, ex quo potest optimè caueri, & in quolibet statu sunt similia pericula remota in hac vita. ¶ Ad tertiũ respondeo, quòd licet non possit venundari, aut fieri seruus pro debito pecuniario, sic quòd simpliciter nõ possit obligari, potest tamen obligari secundum quid: quia & potest incarcerari, vt patet, & aliquando in corpore puniri, & aliquando occidi propter furtum, &c. sic etiam potest detineri pro debito, licèt non fieri seruus omnino; & ratio quæ ibi tangitur, scilicet, quòd non est digna compensatio hominis pro pecunia, nil valet: quia licèt quoad valorem naturalem sit ita, non tamen quoad valorem vsualem & vtilitatem, quoad hoc enim benè est digna compensatio hominis ad pecuniam, vt patet: quia licite vnus homo seruus venditur, sicut vnus equus, pluris aut minoris, vbi est licitum vendere seruos secundum vtilitatem maiorẽ vel minorem, quæ exinde sperantur. ¶ Ad quartum dico quòd sufficit quidem cedere bonis secundum leges, vt sic censeatur satisfactum creditori: sed negatur, quòd qui sic inuito creditore ingreditur religionem, quòd ille cedat bonis eo modo, quo leges dicunt sufficere ad satisfactionem: nam qui cedit bonis secundum leges tenetur iurare, sicut & iurat, quòd si venerit, aut venire potuerit ad pinguiorem fortunam, soluet in toto,

Ad secundum d. m.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

toto, vel in parte: ita quòd quicquid lucrari, vel habere potuerit deinceps (reseruando sibi conuenientem sustentationē, quæ etiam aliquando á iudice taxatur) sit acquisitum suo creditori, ergo si talis sponte se reddat impotentem ad lucrandum & soluendum, vt ingrediēdo religionem, patet quòd peierat & peccat. Hæc Gerson.

QVÆSTIO VI.

Vtrùm is qui tenetur seruire, seu prouidere parētibus propter eorum necessitatem, possit intrare religionem, & postquàm intrauit, & professus est, an teneatur potiùs egredi, seu prouidere eorum necessitatibus, & eis obedire: quàm manendo in religione obedire Prælato oppositū præcipiēti?

Prima conclusio. *Si remediū paternæ necessitatis pē det ex filio, nō potest religionem ingredi, vsq; quo parentibus sufficienter prouideat.* *Matth. 15.*

REspondeo, hîc sunt duo articuli. Primus, est an possit intrare. Secundus, postquàm professus est, an potiùs teneatur patri, quàm Prælato. Quoad primum omnes Doctores cōmuniter concordant (vt etiam referunt summa Sylvest. tit. *Religio*, 2. q. 7. & summa Angelica eodem titul. §. 11.) quòd si parentes sunt in magna necessitate; cui per alium subueniri non potest, vel non speratur probabiliter, quòd eis per alium prouidebitur in tali necessitate magna, dummodo ex tali eorum seruitio, vel prouisione non immineat filio dispēdium salutis, id est, periculum probabile, seu propinquum ad mortale, tunc tenetur filius non intrare religionem, quousq; sit debitè prouisum prędictæ necessitati parentum. Ratio est, quia opera præcepti non sunt omittenda propter opera consilij: vt patet ex dictis per Gerson. supra in 5. q. præcedenti, ergo: & facit ad hoc Matth. 15. *Qui dixerit patri, munus quodcumque ex me est, tibi proderit, &c.* & ibi Nicol. Lyran. & Gloss. Doctorum, & sic intelligitur secūdum Doctores, illud cap. *Si qui filij*, 30. dist. & prædicta sunt vera secundum Thom. etiamsi filius vouisset ingressum religionis, quia

quia si vouit ante talem parentum necessitatem, iam est illi cita voti redditio, seu adimpletio: tum quia obligatum vni ne promittatur alteri, ei tradi non debet, cum in promissione non transferatur dominium rei promissæ, & obligatio posterior non potest præiudicare priori, vt patet, ex cap. *Veniens*, & c. *Intellecto de vtrisque simul*: tum quia mutata est conditio vouentis, & venit ad casum, in quo vouere non poterat, cum ei superuenit noua obligatio. Si autem vouit tempore prædictæ necessitatis parentum, iam fuit illicitum tale votum, & per consequens non debet stante tali casu, & obligatione prouidendi parentibus adimpleri, quę necessitas si nunquàm cessauerit, etiam voti adimpletio est ex toto dimittendi, & religionis ingressus, quousque cesset prædicta obligatio prouidendi parentibus, vt tenet Ioan. de Neapoli in quodlibet. &c. Quod si ex tali prouisione prædicta, seu seruitio parentum imminet probabiliter dispendium salutis, & peccati mortalis, tunc relicta tali necessitate parentum, potest quis suæ animæ prouidere intrando religionem, vel alias, immò & ad id tenetur, scilicet saluti animæ suæ potius prouidere: quia secundum Ambros. super Luc. *Necessitudini generis pietas religionis antefertur*, & sic loquitur Hieronymus in epistola ad Helyodorum, quòd genus pietatis est in hac parte esse crudelem: & Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, &c.* secundum Gregorium in homilia. Item si tali necessitati probabiliter speratur, quod per alium debitè prouidebitur, vel si non sint parentes in tali magna necessitate, tunc etiam ipsis inuitis potest filius intrare religionem, etiamsi cum ipsis possit manere sine dispẽdio propriæ salutis, vt probatur cap. 1. & 2. 20. q. 2. quia in hoc non subiacet filius, nec tenetur patri. Et notandum secũdum Thom. in 3. quodl. q. 16. quod per magnam necessitatẽ, cui filius tenetur potiùs prouidere, vt dictum est, intelligitur non solùm necessitas extrema, sed etiam maxima, seu magna necessitas, non solũ personæ, sed etiam decentiæ status: putà quia oportet parentes mendicare, vel seruire alijs cũ notabili, siue magna indecentia status, aut conditionis suæ: quia pro ea subleuanda tenetur filius dimittere ingressum religionis, vt dictum est. Et cum prædictis expressè concordat Alexand. in 3. part. summæ q. 33. membro 4. & Richard. & Thom. vbi supra, & etiam 2. 2. quæst. 101. artic. 4. quæst. 189. artic. 6. vbi etiam B. Thomas à fortiori probat, quod non liceret alicui filios habenti religionem ingredi,

Filius tenetur prouidere patri, cũ prouidere dispendium animæ suæ.

omnino

omnino præte missa cura filiorum, id est, non prouiso qualiter debitè possint educari.

Secundus articulus quæstionis.

Quoad secundum articulum huius quæstionis, vtrum iam professus teneatur potiùs patri, quàm Prælato obedire, & quomodò. Notandum quòd sunt hic quatuor opiniones solennes, quarum prima est, quòd magis, seu potius tenetur parentibus, quàm Prælato in his, quæ pertinent ad necessariam obseruantiam illius præcepti, *Honora patrem tuum, &c.* vtpotè ad subueniendum necessitati vitæ naturalis parentum, & ad eos reuerendum, & huiusmodi ratio est, quia tale præceptum de honorando parentes, sicut *non occides*, est de iure naturali, & diuino, obligans fortiùs & priùs, quia de per se, & simpliciter: ergo nõ debet absolui, seu derogari per id quod est per accidens, qualis est obligatio voti, aut professionis superuenientis: nam consilia seruantur, vt præcepta melius impleantur: neque per consilia derogatur præceptis, ergo. In alijs autem, in quibus non obligantur parentibus ex vi prædicti præcepti, *Honora patrem tuum*, magis tenetur religiosus professus Prælato suo, quàm patri. Hanc opinionẽ tenent Richar. in 4. & Henric. de Gandauo in 6. quodl. quæst. 18. & August. de Ancona de potestate Papæ, q. 5. art. 1. & Adrian. in 2. quodl. quæst. 1. sine argumentis & latius in 1. quodl. artic. 3. in respons. ad 7. argumentum concordat cum illis.

Secũda opinio.

Secunda opinio tenet oppositum, dicens quòd potius tenetur Prælato quàm patri. Ratio, quia iam ex quo mortuus mundo per professionem factus est non suus per talem mortem spiritualem, sicque factus est impotens ad obediendum, seu subueniendum patri contra voluntatem, seu sine voluntate Prælati; ideò iam est deobligatus à cura impendenda parentibus, sicut etiam per mortem deobligaretur corporalem, aut per carentiam bonorum: sicque non peccat contra aliquod præceptum, si in claustro remanet sub præcepto Prælati sui, prætermissa ministratione parentum, ex quo iam est factus impotens ad reddendum debitum ministerium, absque propria culpa: hoc tamen non obstante tenetur talis filius professus inquantũ potest, salua ordinis obedientia & disciplina regulari, satagere vt per se vel per alium suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint constituti. Similiter tenetur exhibere parẽtibus eà omnia, quæ potest religiosus sine detrimento sui ordinis regularis, vtpote orare, consulere, honorare, procurare remedium eorum necessi-

necessitatum per se, vel per alios, vt decet religiosum talis religionis, vt dictum est. Hanc opinionē tenet Alexander Al. 3. part quæst. 33. membr. 4. & B. Thom. 2. 2. quæst. 101. art. 4. in 3. quodl. art. 6.

Tertia opinio tenet distinguendo, scilicet sic; quia si parentes erant in tali necessitate, antequàm filius ingrederetur religionem, tunc filius peccauit intrando, vt supra art. 1. dictū est: & consequenter post ingressum, & professionem magis tenetur patri, quàm Prælato. Et ratio est, quia actio competens alicui contra aliquem ex contractu, vel quasi, non extinguitur per ingressum religionis, sed suspenditur tantum, sicut debitum vassalli domino suo excommunicato existente, aut si extinguitur, vt aliqui volunt, ex quo talis pro mortuo iam habetur, C. *de Episcopis & Cler. l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum*: tamen adhuc secundum eos ex edicto capitis diminutione restituitur, *l. tutela, §. iniuriarum, ff. de capitis diminutione*; vt dicunt Doctores, quod post ingressum poterit ex actione, vel obligatione, qua prius tenebatur, conueniri, sed per Abbatem, vel per syndicum respondebit: ergo multò fortius ex obligatione diuini præcepti, immò etiam iuris positiui, quia filius tantum patri tenetur, quod potest eum pater etiam vendere pro necessitate famis, secundum leges in tali patria vigentes: ergo sine causa pater iure suo priuari non potest, scilicet iure suo, quod habet in filium: vt not. cap. *Satis peruersum*, dist. 56. & cap. *vlt.* 19. q. vlt. & facit text. 30. dist. *Si qui fi ij.* *Tertia opinio.*

Immo videtur, quòd si ex ingressu sit inhabilis ad subueniē dum patri, monasterium teneatur, quia est loco hæredis, & filij ingredientis (vt in authent. *De sanctis Episcopis, §. sed hoc præsenti de probat. in præsentia in fine*) hæredes autē, licet extranei, præstare tenentur alimenta secundum ius, ergo.

Si autem pater nō erat in tali necessitate, quòd filius teneretur ei subuenire, sed in eam deuenit post filij ingressum, tunc non potest ei filius subuenire contradicente Prælato: quia iam est ei obligatus, & consequenter Deo per votum, & per consequens maiori vinculo: quia præceptum obseruandi votum est de prima tabula, honorandi autem parentes, est de secunda.

Item, quia semel Deo iustè dedicata contra eius voluntatem vsurpari non possunt, facit regula *semel de regul. iuris.* Item, quia iam suum velle iustè factum est alterius 19. q. vlt. *Statuimus*, 12. q. 2. *non dicatis*: ergo non tenetur talis filius, nisi quantum

vult ille, qui habet eius velle, cùm inanis sit actiõ, quã excludit inopia debitoris, *l. in his ff. de dol.* Nec obstat, quòd præceptũ diuinum erat ante ingressum, quia tunc non obligabat, & õsequenter postea non tenet per regulam factam legitimè, *de regul. iur. lib.* 6. sicut si patre non ingrediente filius dispensasset bona sua pauperibus, iam patris necessitate repetere non posset. Hæc sunt motiua huius opinionis, quã tenet Nicol. Lyra super Matth. 15. & latiùs eam roborant summa Angel. tit. *Religiosus*, §. 31. & Syluest. tit. *Religio* 6. *q.* 9. dicẽs Syluester, quòd secundũ hanc distinctionem est limitanda & intelligenda opinio 2. B. Thomæ, & quòd sic intellexit B. Thom. quod ex eius dictis aliqualiter apparet.

Quarta opinio.

Quarta opinio stat in tribus punctis: quorum primũ est, quòd si pater est in extrema necessitate, tunc tenetur filius religiosus ci succurrere etiam contra obediẽtiam Prælati: sicut & alij cuicumque existenti in extrema necessitate, & multò magis patri: & si est necesse exire claustrũ pro ei succurrendo, potest exire petita humiliter licentia Prælati, licèt non obtenta: & similiter facere omnia alia requisita, quæ possũt benè fieri de se pro releuanda extrema necessitate alicuius, etiam extra obedientiam Prælati: addc quòd & contra regulam, vt accipiendo pecuniam si est frater Minor, si aliter non potest tali necessitati extremæ succurri: quia hoc ius naturale de succurrendo extremę necessitati cuiusque prævalet voto obedientiæ, & huiusmodi; sicut & possum rapere alienum pro succurrendo necessitati extremæ, vel alterius, dum aliàs non patet remedium.

Secundum punctum est, quòd si pater non est in tali extrema, sed in magna necessitate personæ, vel status, quia oportet eum mendicare, & viuere cum magna iactura decentiæ status, & in erumnoso labore, in carcere, & huiusmodi: cui necessitati non patet probabiliter remedium per se, vel per alium, nisi per filium religiosum prouideatur: tunc modò venerit pater in talem necessitatem ante, vel post ingressum, seu professionem filij, talis filius potiùs tenetur suam seruare regulam in obligatorijs, & statum suæ professionis, quàm aliter viuẽdo succurrere patris necessitati. Itaque quòd solũ potest, & tenetur ei succurrere quantum potest, salua semper sua professione, & secundum modum decentem suo statui, & suæ regulæ conuenientẽ, vtpotè procurando religiosè remedia per se, vel per alios, dũmodò non faciant quid contra regulam, aut contra decentiam

sui

sui status religionis(vtpotè si est frater Minor, non potest acci-
pere pecuniam per se,vel per alium, neque alijs negotijs sibi
per regulam virtualiter,seu per declarationes prohibitis se in-
tromittere. Ratio huius puncti est, quia solùm tenetur modo
sibi possibili de iure, seu licito aliàs secundum suum statum
in quo est; nunc autem aliàs,vel de se solùm est sibi licitus mo-
dus prouisionis, qui non est contra statum religionis suæ, cui
est iam obnoxius per validam professionem (modò peccaue-
rit profitendo,modò non)ergo. Discursus est bonus,& minor
patet,& maior probatur: quia sicut filius, qui iam est in statu
clericali, solũ tenetur succurrere tali magnæ necessitati patris
secundum modum,qui non repugnat suo statui,seu non nisi se-
cundum suum statum clericatus, & non amplius: quia pro re-
leuanda tali necessitate magna patris sui, non potest vti armis,
nec fieri miles,vt patet;neque enim necessitas illa facit esse li-
citum modum,qui aliàs sine tali necessitate esset contra statum
suum clericatus: ergo, similiter in proposito de religioso dic
quòd non tenetur per modum indecentem statui religionis suę,
aut contra regulam:neque propter necessitatem talem fit lici-
tus modus,qui aliàs sine tali necessitate esset illicitus, aut con-
tra statum suum. Similiter filius vxoratus,solùm tenetur succur-
rere patri in tali necessitate,saluo statu matrimonij: non enim
tenetur commanere cum patre relicta vxore,ergo. Et licèt an-
tè assumptionẽ talis status clericatus,matrimonij,aut religionis
posset,& teneretur filius succurrere patris necessitati prædic-
tæ aliquo alio modo,vtpotè militando, mendicando, vel alio
modo huiusmodi: nunc autem post assumptum talem statum
clericatus,religionis, &c. culpabiliter,seu inculpabiliter, hoc
enim parum refert ad propositum: non licebit iam illo modo
succurrere,ex quo talis modus iam dedecet statum clericatus,aut
religionis assumptum,cui validè tenetur astrictus: & sic patet
probata maior,& etiam minor, & per consequens hoc secun-
dum punctum,in quo stamus.

Tertium punctum huius quartæ opinionis est,quando pater *Tertiũ pũc-*
est in prædicta magna necessitate, de qua in secundo puncto *tum.*
immediate dictum est,sicut non potest filius ei succurrere cõtra
statum suæ religionis,vt dictum est,ita nec potest contra obe-
dientiam superioris sui,nisi quantũ ei à Prælato conceditur:ita
quòd potiùs tenetur obedire Prælato,sicut & regulæ suæ, &c.
propter eandẽ rationẽ,quia scilicet est obnoxius iam Prælato,

cuius obedientiæ se valde subiecit per professionem : & talis obedientia spectat ad tuam professionem & regulam; ideò non potest contra eam, neque contra obedientiam Prælati succurrere patri; sed si Prælatus malè prohibeat, quòd ipse portabit onus suum, & reddet rationem pro obligatione, cui filius tenebatur. Hanc opinionem quartam, sic declaratam, tenet Caietan. 2.2. q. 101. art. 4. & dicit, quòd sic intellexit, & intelligēdus est B. Thomas, & 2. opinio supradicta.

Prima conclusio. Sed quia quælibet harum opinionum non videtur sufficiēs, aut non sufficienter omnino se explicare; ideò propter earum concordiam, & plenam veritatem habendam, videtur quòd ex eis possit conflari vna alia opinio, seu resolutio, quæ mihi, saluo meliori iudicio, videtur probabilior. Igitur resolutio, seu opinio illa quinta, stat in quatuor punctis: quorum primum est. Si pater est in extrema necessitate, tunc filius religiosus potiùs tenetur patri, quàm Prælato obedire, & potest ei succurrere, etiā contra obedientiam Prælati, exeundo claustrum, & facere omnia, quæ requiruntur, &c. etiā contra professionē seu regulam accipiendo pecuniam, si est frater minor, si aliter non potest tali extremæ necessitati succurri, sicut dictum est in quarta opinione, in primo eius puncto de necessitate extrema, & in hoc concordat, tam ipsa quarta opinio, quàm prima opinio supra posita propter rationes ibi contentas.

Si pater est constitutus in extrema necessitate, filius tenetur ei succurrere, licet opus sit exire claustrum extra obedientiam Prælatorū.

Secunda cōclusio. Secundum punctū est, Si pater est in magna necessitate, tunc filius potest, & tenetur ei succurrere per modos non contrauenientes statui religionis & regulæ, seu professioni suæ, & non aliàs, vt dictū est in quarta opinione, in secūdo puncto, propter rationes ibi contentas: concordat 2. opin. Alex. Al. & B. Tholus per rationes etiam ibi contentas, conceditur tamen, quòd tunc est iusta causa, vt Papa dispenset cum filio ad egressum religionis, vt aliàs debitè patri prouideat, nisi ex hoc immineat scandalum, vt ait Adrianus in 1. quodl. vbi supra.

Si pater est in magna necessitate tantū, filius ei succurrere tenetur, & non aliàs, contra regulæ, & professioni suæ.

Tertia conclusio. Tertium punctum est, Si pater est in prædicta magna necessitate tantū, tunc licēt filius non possit ei prouidere contra regulam, aut professionem, vt dictum est in secūdo puncto, potest tamen & debet ei succurrere contra Prælati præceptum, per vias, laboresque, aut media aliàs licita, & non dedecentia talem statū suæ religionis, aut regulæ suæ: etiam potest exire claustrum cōtra præceptum Prælati, vbi aliàs sibi non permitteretur succurrere patri, si est necessarium sic exire ad ei prouidendū, potest

in

inquàm tunc exire priùs petita licẽtia, & notificata causa, seu necessitate, licèt non sit obtenta licentia, dummodò ex hoc nõ sequatur, aut immineat graue scandalum, aut maius malum, vt benè dicit Adrianus in 1. quodlib. art. 3. respondendo ad septimum argumentum; non tamen potest auctoritate sua dimittere habitum, neque facere aliud contra statum suæ religionis, aut professionis, neque contra regulam, vt dictum est, & sic faciendo non peccat: immò debitè facit, vt tenetur patri suo; neque incurrit vllam censuram à iure inflictã contra exeuntes claustrum sine licentia Prælati, neque talis est apostata, neque inobediens præceptis rationabilibus Prælati, ex quo si Prælatus præcipiat contra, aut prohibeat etiam sub censuris, non facit id rationabiliter, sed contra ius diuinum præcipit, aut prohibet: & ideò eius præceptum, aut censura non ligat. Ratio huius tertij puncti est, quia filius tenetur succurrere patri in tali necessitate, saluo statu suæ religionis (vt supra probatũ est) sed talis modus de se (vt supponitur) non est contra regulam, aut statũ professionis, sed licitus: ergo ad id tenetur filius de iure diuino & naturali, ergo non potest oppositum præcipi, aut id prohiberi per Prælatum: sicut nec potest prohiberi, quòd filius non reuereatur patrem suum occurrentem, aut quòd nõ oret pro eo, aut pro eius salute spirituali, &c.

Filius exire potest extra non obtenta licentia Prælatorum, licet non obtenta ad subuenẽdum necessitati patris maximè indigentis.

Si dicatur ad hoc, quòd supposita prohibitione Prælati non est sibi licitus talis modus: quia iam est cõtra regulam, seu professionem agere contra præceptum Prælati, ex quo promisit obedientiã, sicut & alia vota paupertatis, &c. sicque agere contra præceptum Prælati, est agere contra obedientiam promissam: & per consequens contra regulam & professionem, vt in secundo puncto dictum est. *Obiectio.*

Respondeo negando assumptum: & ad probationem dico, quòd talis religiosus non facit contra obedientiam promissam, neque per consequens contra regulam, aut professionem: quia religiosus non promisit obedire Prælato simpliciter in omnibus, etiamsi sit arctissima obedientia, qualis est in regula fratrũ Minorum, sed cum limitatione, scilicet in omnibus quæ aliàs, scilicet si non sint præcepta à Prælato, seu de se, non sunt contra præcepta, aut legem Dei, aut contra regulam & professionem, aut contra animam (vt patet secundum communiter Doctores in 2. dist. vlt. & infra cap. 10. q. 2. latiùs de hoc habetur. Nunc autem de se est contra præceptum Dei, & naturale de *Dissolutio.*

hõnorando parentes,non ſuccurrere illis in magna neceſsitate ſupradicta per modos alios licitos compoſsibiles religioni promiſſæ,vt dictum eſt,ergo Prælatus nõ poteſt religioſum in hoc prohibere ab impletione præcepti diuini,& naturalis: vnde ſi prohibeat,aut oppoſitũ præcipiat,etiã ſub excõmunicatione, nihil facit,& nihilominꝰ poteſt,& tenetur filius petita licẽtia,humiliter,licet non obtẽta,ſuccurrere patri debitè,vt dictum eſt. Caueat tamen filius religioſus,an ſit vere magna neceſsitas patris,cui teneatur & ipſe ſuccurrere,ita etiam,quòd ſine ipſo nõ pateat probabiliter remedium aliunde,ſeu per alium: & quòd non plùs ipſe faciat contra præceptum Prælati, quàm requiritur ad eam ſubleuandam ſufficienter: nam in his poteſt facilè decipi culpabiliter ex propria affectione: ideò in his iudicandis non innitatur præpriæ prudentiæ, aut affectioni, ſed vel iudicio Prælati, quia eſſet tutius ei hoc iudicandum committere, vel alteri, ſeu alijs prudentibus, & bonis viris non affectis, facta vera relatione de omnibus, quando probabiliter præſumitur de praua affectione, ſeu ignorantia Prælati circa hæc. Et cum hoc tertio puncto huius reſolutionis concordat prima opinio ſupra poſita, & rationes ibi poſitæ faciunt ad hoc: ſimiliter Gerſon vbi ſupra in 5.quæſt.præcedenti, & Abulenſ. ſuper Matth.cap.6.quæſtion.79.quamuis,quoad hoc diſcordat 2.& 3. & 4. opinio ſuprapoſita, ſed certe non videtur, quòd rationabiliter, vt patet ex dictis,& dicendis in reſponſo ad argumentum.

Quarta concluſio. Filius religioſus tenetur, quomodocumq; implere præceptum de parentibus honorãdis,ſaluo ſtatu ſuæ profeſſionis & regulæ.

Quartum punctum eſt, quòd modò pater ſit in neceſsitate, modo non,quomodocũque tenetur filius religioſus ei obedire, inquantum requirit præceptum de honorando parentes (ſaluo ſemper ſtatu ſuæ religionis & regulæ,vt dictum eſt) vtpotè tenetur reuerentiam,& honorem exhibere,corde, ore, opere, ſeu ſigno exteriori, & orare pro eo, & conſilium dare, &c.huiuſmodi etiam contradicente Prælato,quia præcepto diuino ad id tenetur filius,contra quod Prælatus nil poteſt: dictum eſt (ſemper ſalua ſua regula,& profeſsione) ſimiliter ſalua obedientia Prælati præmiſſa in his quæ præcipere poteſt, quæ non ſunt contra prædictum præceptum, quod dico propter hoc, ſcilicet, quia ſi Prælatus præcipiat ſubdito ire ad alium locum, vel non exire, ſeu non ire ad viſitandum parentes non indigentes tali viſitatione, pro releuanda magna neceſsitate, in qua non ſunt,ſeu ad quam non expedit talis viſitatio,ſed

ſolum

solùm ad aliquàm consolationem eorum,& huiusmodi: certè tunc subditus tenetur potiùs obedire Prælato,quàm patri præcipienti oppositum,quia in hoc iam nõ est sub potestate patris, neque tenetur patri, sed potiùs Prælato, sub quo est astrictus per votum obedientiæ:ex quo tale præceptum Prælati nõ est contra alias debitum patri ex iure diuino. Occurrente autem patre,non potest Prælatus prohibere,ne filius debitam ei reuerentiam exhibeat,vt oportet religiosum,secundum illud, *Honora parentes*:vt dictũ est.Et in hoc quarto dicto omnes supradictæ opiniones concordant,& expressè prima opinio,& sic patet resolutio huius 2. articuli.

Quòd si contra hanc resolutionem,præcipuè contra eius secundum punctum,vbi dictum est,quòd quando pater est solùm in magna necessitate, filius non potest ei succurrere, faciendo contra regulam, aut professionem, si arguatur primò sic, Per statuta religionis,& consiliorum Christi non deobligatur quis à præceptis Dei, & legis naturalis, vt patet, quia in extrema necessitate non tenetur quis etiam religiosus ad consilia, seu regulam suam: & quia ideô est religio,vt perfectius seruentur præcepta charitatis Dei, & proximi; ergo non debent statuta religionis contra charitatem militare in casu magnæ necessitatis patris: ergo non impedit religio,quin magnæ necessitati patris,cui filius alias succurrere tenetur, etiam nunc ei succurrere teneatur,etiam contra modum,status, vel religionis, vbi aliter non posset. *Primum argumentum.*

Item secundò ad idem:quia obligatio ex cõtractu,vel quasi, non extinguitur per ingressum religionis,vel saltẽ potest restitui & repeti,vt supra probatũ est in tertia opinione,ergo professus filius manet adhuc obligatus succurrere patris necessitati sicut ante:maximè,si quando ipse ingressus est religionem, mansit pater in tali necessitate, quia tunc filius secum detulit talem obligationem non extinctam. *Secundũ argumentum.*

Item tertio ad idem (quia secundum Thom.in 4. dist. 38.q. 3.in resp.ad 1.& communiter Doctores) votum non tenet, neque obligat,neque promissio,quando accidit casus,in quo licitè voueri de nouo non poterat,vt si quis sit infirmus, sic quòd egeat carnibus benè potest eas comedere, etiamsi vouisset tali die, vtpotè sexta feria,vel Sabbato,non comedere carnes, etiã in perpetuum,vt est casus de Chartusiens.in extrema necessitate:de quo latè Gerson Alphab.39.K.L.& Doctores cõmuniter: quia *Tertium argumentum.*

quia in tali casu si non esset votum, non poterat de nouo vouere, quia illicitè voueretur, & inualide contra legem naturalem, vel diuinam: ergo nec eius obseruatio obligat in eodem casu occurrente post votum iam factum: vt etiam late hoc tractatur à summistis, tit. *Votum*, & 2.2.q 88.art.3.& ibi Caietan. Sed in causa magnæ necessitatis etiam non extremæ in patre, filius nõ poterat de nouo vouere religionem, neque intrare, aut profiteri eam, vt supra art.1.dictum est, in hac quæstione secundum communiter Doctores, ergo post votum, & professionem factam aduenięte eadem causa necessitatis magnæ in patre, filius non tenetur voto, neque professioni. sed potius necessitati patris subuenire etiam contra modos suæ professionis, vbi aliter non posset ei prouidere sufficienter & debitè. ergo.

Ad primũ argumentũ. Respondeo ad primum concesso antecedente, vt tamen iacet, & negatur consequentia. Dico notanter vt iacet: nam cõceditur quidem, quòd non obstat status religionis obseruantiæ præcepti de honorandis parentibus: & quod non obstante religione tenetur honorare parentes, & prouidere eorum necessitati religiosus filius; sed negatur, quòd teneatur *filius religiosus eos honorare, & eis prouidere quomodocumque, sed eo dumtaxat modo, qui non contradicat suo statui regulæ, aut religionis, cui iam ex professione valida tenetur*, vt dictum est latius supra, & per hoc patet responsio ad motiua primæ opinioni supra positæ, inquam tum huic puncto contraire videtur.

Ad secundũ argumentũ. Ad secundum respondeo concesso antecedente, & consequentia, vt iacet, quia solùm concludit, quòd non obstante religione filius tenetur patri succurrere (modò intrauerit culpabiliter relicto eo in necessitate, modò non) non tamen probat, quòd quomodocumque sicut antea id est, non per quemcumque modum, per quem poterat ante: sed per modum non contrauenientem suæ religioni, cui tenetur, vt dictum est, necdum quòd filius non tenetur patri ex contractu, vel quasi propriè loquendo, sed aliunde ex vi beneficij recepti, seu aliàs ex iure diuino & naturali (quòd parum refert ad propositum) sufficit enim scire, quòd filius religiosus adhuc obligatur patri secundũ modos non contrauenientes religioni.

Ad tertiũ argumentũ. Ad tertium respondeo concedendo maiorem, solùm in votis propriè dictis, vbi scilicet soli Deo acquiritur obligatio, vt in casu de voto non comedẽdi carnes, & huiusmodi, vt ibi exemplificatum est, sed negatur illa maior in voto, seu potiùs promissione

missione, vbi non solum Deo, sed & homini, seu Ecclesiæ acquiritur obligatio, quia tunc si obligatio ex tali voto acquisita homini, vel Ecclesiæ est valida, & tenet, licèt sic vouendo, seu promittendo quis peccet, tamen ex quo votum iam semel valuit, quoad obligationem homini acquirendam, licet nõ quoad obligationem Deo acquirendam ex vi voti tantum; in tali casu si post votum tale factum aduenit idem casus, dico, quòd tenetur vouens seruare votum, seu promissionem quoad obligationem prædictam validam respectu hominis, vel Ecclesiæ, ex quo ad talem obligationem valuit votum, seu promissio facta in principio etiam existente tali casu. Patet exemplo, si quis in magna necessitate parentum suorum vouit stulte dare centum ducatos propter Deum alicui, vel aliquibus, seu ingredi religionem relicta necessitate patris. nondum tamen dedit, nec adhuc intrauit religionem, sed solùm promisit, aut vouit se daturum, aut intraturum. tunc ex quo soli Deo est acquisita obligatio valida voti, aut promissionis, homini autem nondum est ius acquisitum super ducatos promissos homini, vt patet in materia de promissione apud summistas & Doctores, tunc dico, quòd ex quo Deo (cui soli est acquisita obligatio) non placet in tali casu tale votum culpabile: quòd neque valet, neque obligat ad exequutionem voti, quousque sit debitè satisfactum patri, cui filius tenetur in tali necessitate prouidere, & per cõsequens si vouit ante casum prædictæ necessitatis patris, & antequàm exequatur votum, aduenit prædicta necessitas patris, in qua à principio vouere non poterat Deo: dic quòd non tenetur pro tunc seruare votum tale soli Deo factum, quousque sit debite satisfactum patri. Sed idem homo ante prædictam necessitatem patris, vel post, exequitur votum, aut promissionem prædictam, vtpotè quia iam erogauit prodigè & malè, seu culpabiliter illos centum ducatos suos; sed & talis erogatio fuit valida, quamuis culpabilis, ex quo lege diuina, & naturali tenebatur de illis ducatis succurrere magnæ necessitati patris. seu si ingressus est religionem profitendo. Itaque professio fuit valida, licet culpabilis relicto patre indicta necessitate, tunc licèt male fecerit filius sic se impotentem faciendo ad succurrendũ patri, abdicando a se ducatos, & potestatem sui ipsius valde (vt supponitur) alteri tradendo ius in illos ducatos, & in seipsum: tamen ex quo iam est valde obligatus homini, vel Ecclesiæ per prædictum contractum, vel quasi contractum donationis, vel

profes-

profeſsionis:qui contractus obligatio fuit valida,& rata de iure facta,non ſolùm Deo,ſed etiam Prælato,ſeu Eccleſiæ(vt ſuppo nitur)iam ergo non poteſt retrahere datum,neq; profeſsionẽ, quia iam nõ habet ius in illo,quòd à ſe abdicauit,vt ad hoc ſunt multa iura,quæ cõſultò propter breuitatem omitto:quorũ aliqua habentur ſupra in tertia opinione,quoad ſecundã eius partem;ergo aduenięte de nouo neceſsitate patris,ſeu caſu,in quo non poterat licitè fieri prædicta obligatio, ſi iam eſt contracta obligatio valida homini,ſeu Eccleſiæ acquiſita, non poteſt inuito domino creditore,vel Eccleſia,ſeu Papa retrahere aliquid ab eo,quòd per profeſsionẽ promiſit:& per conſequens nõ poteſt contra ſuum ſtatum religionis, aut contra regulam promiſſam, ſuccurrere patri in tali magna neceſsitate:niſi rationabiliter, vt oportet,ad hoc diſpenſetur per habentem poteſtatem ad id.

Ex hoc autem nõ ſequitur,quòd nec contra præceptũ Prælati(cui ſe tradidit per profeſsionem)poſsit ſuccurrere patri per modos non contrauenientes ſtatui religionis & regulæ:nam vt dictũ eſt,in voto obediẽtiæ promiſſo non ſe obligauit Prælato obedire in his,quę aliàs eſſent cõtra præcepta Dei,vt in caſu præſenti,vt dictũ eſt ſup. in 3.puncto huius reſolutionis noſtræ.

Similiter in caſu extremæ neceſsitatis,nulla eſt valida obligatio;ideò tunc non obſtat obligatio facta Deo,vel homini in his, quæ ſunt neceſſaria ad releuandũ patrẽ,vel aliũ ab extrema neceſsitate,vt ſupra in primo pũcto dictũ eſt,ſecundũ tertiã opinionem.Et per hoc patet reſponſio ad tertiũ,& ad motiua, ſeu argumenta aliarum opinionũ,in quantum huic contrariantur.

Quoad id, *Quibus ſolum modo, & non alijs recipiendi fratres, licentia concedatur.*

QVÆSTIO VII.

Quis poßit recipere veniẽtes ad ordinem noſtrum?

Concluſio. REſpondeo,quòd Miniſter Generalis, & Prouincialis poſſunt recipere fratres ad ordinem: quia ſic declarauit Nicolaus

colaus III.ar.7.& hoc possunt ex officio suo, & habent auctoritatem ordinariam ad hoc, vt aiunt Hugo,& Barthol. Pis. cap. 2.cæteri autem non,nisi delegatam, quod patet ex eo, quòd Nicolaus III.vbi supra dicit consequenter,quòd Vicarij Prouinciales ex suo officio non possunt recipere fratres, nisi speciali licentia ab ipsis Ministribus Prouincialibus, vel Generalibus concedatur. Ergo videtur, quòd ex officio habeant Ministri Prouinciales prædictam auctoritatem.

Minister Generalis, & Prouincialis habet ex iure communi ordinar ã auctori atẽ recipiendi fratres ad ordinem.

An autem prædicta auctoritas cõueniat prædictis Ministris Prouincialibus ex regula,an ex auctoritate Apostolica,seu Ecclesiæ;dico,quòd ex auctoritate Apostolica,sic decernente, vt patet in Nicolao III.vbi supra,quia sic voluit statuere & decernere:nunc autem ius cõmune dat auctoritatem ordinariam, vt patet:nam ante prædictam declarationem,neq; ex auctoritate Apostolica,neque ex regula illam auctoritatem habebãt Ministri Prouinciales ex officio suo:vt patet ex declarat. D.Gregorij IX.art.7.dicentis,quòd neq; hoc ipsis Ministris Prouincialibus permittitur,nisi eis super hoc specialis licentia concedatur à Ministro Generali, cũ iuxta eandem regulam alijs quã Ministris Prouincialibus fratrũ receptio committi non valeat: ad hoc facit text.regulæ,dicens,*Quibus solummodo,& non alijs recipiendi fratres licentia concedatur*,vt ait expos.sine tit.ergo patet, quòd nunc habẽt auctoritatem ordinariam Ministri Prouinciales, datam eis ex officio, non per regulam,sed per sedẽ Apostolicam,seu per Ecclesiam,quę in hoc potest disponere contra tenorem regulæ,vt supra in introductione q.5.& 6.&c.

Secundò notandũ,quòd licèt ex officio cõueniat Ministris Prouincialibus hæc auctoritas recipiendi fratres,vt dictum est, potest tamen arctari per Ministrum Generalem, sicut ei videbitur expedire,quia sic statuit Nicol.III. vbi supra.

Tertiò notandum,quòd Vicarij Prouinciales nõ habent vllo modo ex officio hanc auctoritatem,vt dictum est secũdum Nicolaum III.& hoc est intelligendum de Vicarijs Prouincialibus,Ministrorum Prouincialiũ,quos ipsi Ministri Prouinciales substituunt, quãdo vadunt ad Capitulũ Generale,seu quãdo ex alia causa exeunt de prouincia,aut relinquunt pro suis cõmissarijs aliquando ex aliqua causa,vt habetur in declarat. Gregor. IX.quæ quoad enodationem alicuius dubij benè valet,sicut & testamentum B.P.N.Francisci,vt supra introductione quæst.6. dictum est,non autẽ intelligitur de Vicarijs Prouincialibus & Gene-

Generalibus, qui quondam fuerunt in obſeruantia loco Miniſtrorum, in omnibus habentibus auctoritatē Miniſtrorū Prouincialium, & Generalium propter nomen tantum Miniſtri, quod eſt conmutatum in nomen Vicariorū turc. Nunc autem redijt nomen Miniſtri cum auctoritate in obſeruantia, ſicut tempore Nicolai III. erat, vt dictum eſt.

Miniſtri Generales, & Prouinciales poſſunt committere alijs fratribus auctoritatem recipiendi venientes ad ordinem.

Quartò notandum, quòd prędicti Miniſtri Generales & Prouinciales poſſunt committere hanc facultatē recipiendi fratres alijs fratribus ex ſuo officio, vt decreuit D. Nicol. III. vbi ſupra addens, *Caueant tamen ipſi Miniſtri Prouinciales, quòd hoc non indiſcrete, nec paſsim, ſed ſic conſideratè committant: ſicque illes, quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſilijs faciant, quòd per omnia diſcrete procedant*, hæc ibi. In hoc valde peccatur: quia Miniſtri Prouinciales committunt ſuis ſocijs examinandos ſolū ſi ſciunt legere, omiſsis alijs conditionibus ſupra requiſitis, vt ſint idonei ad religionem, vt ſupra q. 2. & 3. & q. 8. ſequente. Similiter & Vicarij Generales & Prouinciales, qui olim erāt pro Miniſtris in obſeruantia, id poterant, vt declaratū eſt in tab. 2. Vicarij Generalis, & ſimiliter abſolutionē, & diſpēlationē recipiendorū ad ordinē. Vicarij autē Prouinciales ſupradicti, de quibus D. Nicolaus III. & Gregor. IX. dicūt, quòd non habēt auctoritatem recipiendi fratres, niſi hoc eis ſpecialiter cōmittatur: multò minus poſſunt cōmittere alijs, niſi ad cōmittendū habuerint licentiā, etiam ſpecialem à Miniſtris prędictis. Commiſſarius enim particularis & temporalis, committere non poteſt de iure.



Quoad id, *Dicant eis verbum ſancti Euangelij, quòd vadant, & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare, &c.*

QVÆSTIO VIII.

An recipiendis debeat dici verbū ſancti Euāgelij, q vadant, & vendāt. &c. & per quē hoc debet dici, & quomodò? & an illi ſimiliter tenēatur bona ſua pauperibus erogare, & quomodò debeāt diſponere de rebus ſuis?

Reſpondeo

RE. Respondeo per duo puncta, quorum primum est, quòd hoc est obligatoriũ ex regula, quòd scilicet Ministri, seu illi qui recipiunt fratres ad ordinem, dicant per se, vel per alũ eis verbũ sancti Euãgelij, *Quòd habẽt & vendant. &c* quia sic declarant Clemens V. quòd scilicet omnia hic contenta in 2. cap. quoadmodum receptionis ad ordinem, sunt æquipollentia præcepto, vt supra dictum est in glossa. *Primus conclusio.*

Sed quomodò debeat intelligi? Respondeo secundũ expos. sine tit. quòd non simpliciter est obligatorium, sed attẽtis quibusdam circumstantijs, scilicet tunc est obligatorium hoc dicere, quando videt Prælatus, seu recipiens nouitium; quod hoc est necessarium ad hoc, quod nouitius non intret religionem nimis indebitè, si prius non eroget sua pauperibus, alias erit supererogationis hoc dicere: quia secundum exigentiam debiti finis, seu finalis vtilitatis, tam intrantis, quàm ipsum recipientis, debent huiusmodi posita præcepta & non aliter adimpleri: vt latiùs Adrian. in 1. quodlib. art. 3. resp. ad 5. argument. & in 2. quodlib. q. 2. sine argument. secund. Thom. in 4. dist. 17. & 2. 2. q. 33. art. 2. facit arg. *de pœn. dist. 7. Si quis*, & illud Bernardi, *quòd pro charitate est institutum, non debet contra charitatem militare.* *Non obligãtur simpliciter fratres ad ordinẽ, vt illis dicãt præfata verba sancti Euangely.*

Sed si quæras, quæ & qualis erit indebita dispositio ad intrãdum hanc religionem propter hoc, quòd talia bona intrantium non prius pauperibus erogata fuerunt? Respondeo, hoc patebit ex proximè dicendis in 2. puncto sequenti.

Ideò secundum punctum est, quoad ipsos intrantes, an teneantur necessariò bona sua pauperibus erogare, & quando. Ad quod dico, quòd ex declarationibus Clemen. V. vbi supra; bene videtur obligatorium ipsis intrantibus religionem, præsertim quia regula id innuit, dicens, *Quòd si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas.* Ergo si commodè possunt erogare, non sufficit eis si aliter disponant bona sua eo modo, quo infra dicetur: & hoc etiam dicit frater Gundisaluus in suo tractat. fol. 100. & etiam videtur concordare Barthol. Pis. dicens in cap. 2. quòd B. Franciscus repulit quendam in Marchia volentem ingredi religionem, quia bona sua non pauperibus, sed parentibus distribuerat, & Serena conscientia, quæst. 26. est ad idẽ. Nam (vt etiam ait expos. sine tit. cap. 2. cum prædictis concordans) aliquando quis ad aliquid conditionaliter, seu ex suppositione tenetur, ad quod non tenetur absolutè & simpliciter, vt patet. *Secunda cõclusio. Intrãtes ordinem tenentur bona sua pauperibus erogare, præsertim quia regula id innuit. Secus si excusentur.*

patet. Sic in propoſito, licèt ante votum quis nõ teneretur ſimpliciter renuntiare bona ſua pauperibus: tamen quando vult ad votum regulæ noſtræ aſpirare, vbi de eleemoſynis pauperum viuere debet: debet etiam obligatoriè præcedere prædicta bonorum ſuorum pauperibus erogatio, ſi commode fieri poteſt, vt proximè dicetur.

Sed ad quem ſenſum intelligatur, & quomodò ſit obligatorium ipſis intrantibus, quòd diſtribuant bona ſua pauperibus? Reſpondeo (ſecundum prædictam expoſ. ſine tit.) quòd hic eſt aliquid obligatorium, & aliquid ſupererogatorium, neceſſitatis quidem, ſeu obligatoriũ eſt, quòd nullus profiteatur, neque ad profeſſionem recipiatur, niſi ſit primo ab omnibus temporalibus bonis expropriatus (de quo dicetur quæſt. 9. & q. 11.) neque ad probationem, niſi quando debito tempore profiteri voluerit, ſit paratus ſe expropriare. Item ſi in ſui expropriatione, ſola carnali cauſa ductus, non det bona ſua pauperibus (vt fecit ille, quem B. P. N. Franciſcus expulit in Marchia) tunc creditur a quibuſdam, quòd non implet id ad quod profeſſores huius regulæ neceſſariò tenentur, quia vnam de principalibus partibus Euangelici conſilij hic contenti, ex ſolo carnali affectu omittit. Si verò ex rationabili cauſa relinquat ea parentibus diuitibus, & præcipuè liberis ſuis, quibus hæreditandis iure naturali etiam ciuili tenetur, aut aliquibus alijs, vtpotè propinquis amicis, propter vitandum ſcandalum, vel ad magis attrahendum eos ad Deum, vel ad deuotionem ad ordinem, vel quia non poſſet ea ſine litigio rehabere, vel quia ex huiuſmodi diſtributione animæ intrantis immineret periculum in mora, tum quia ab amicis ſumi poſſet occaſio retrahendi ipſum à ſuo propoſito, tum quia firmiter præſumitur, quòd poſt ingreſſum purius, & perfectius, & diſcretius, & perfectiori animo ſua diſtribuet, vel tandem ſi ex aliqua alia cauſa pia, ſeu rationabili quis non diſtribuat ſua bona pauperibus ante, vel poſt primum ingreſſum ad annum probationis, ſed alijs propinquis, vel amicis, vt dictum eſt, tunc non peccat: immò facit, quòd debet, niſi fortè pro quanto aliqua carnalis affectio his eſſet annexa. Et ſic creditur, quòd frater Ioannes ſimplex ex conſenſu B. P. N. Franciſci ex pia cauſa licitè reliquit ſuis parentibus pauperibus bouem hæreditarium ſuum, vt habetur in legenda apud auctorem conformitatum. Hæc in prædicta expoſitione: & cũ hoc vltimo dicto concordat tabul. 3. Vicarij Generalis, vt habetur

betur infra quæst. 9. & sic intelligitur illud regulæ, quòd hic habetur, scilicet (*quòd si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas*) secundum Barthol. Pis. id est, si non potuerunt commode distribuere bona sua pauperibus ante ingressum, vipotè propter distantiam loci, vel quia litigijs inuoluta, vel quia in alterius potestate, & huiusmodi: vel quia ex rationabili causa oportet ea alijs distribuere, non pauperibus, vt dictum est, sufficit eis bona voluntas faciendi debitè, si commode possunt. Et sic patet resolutoriè, quòd ante præmissum ingressum non est necessarium distribuere bona sua pauperibus, vel alijs, sed ante professionem: quamuis sit perfectionis id facere ante ingressum, si commode fieri potest.

In rẽtes ordinem non tenẽtur bona sua pauperibus erogare ante ingressum, sed ante professionem.

Secundò patet, quòd solùm est obligatorium pauperibus ea erogare (quando eroganda sunt talia bona) ad hunc finem, scilicet, ne carnali animo, seu causa non rationabili, sed potiùs mũdana alijs distribuat intrans, seu profitens: alioqui ex causa pia, seu rationabili, licitè & debitè relinquuntur alijs, vt dictum est.

Ferra conclusio. Eo modo tenentur Prælati intimare intrantibus religionẽ, quod erogẽt bona sua pauperibus, quo ipsi intrantes tenentur erogare.

Tertiò patet, quòd tunc tantum est obligatorium Prælatis recipientibus eos, dicere eis, quòd vadant & vendant omnia sua, &c. quando & quomodò est necesse ipsis ingredientibus, seu profitentibus sic facere, aliàs supererogatorium est ipsis, sicut & illis, vt dictum est. Et secundum prædicta omnia in hac 8. quæst. limita & intellige omnia dicta aliorũ Doctorum, & expositionem aliorum, quæ videtur dicere oppositum, vt Hugo cap. 2. dicens, quòd priùs debent expediri bona, & negotia omnia, quàm intrẽt ad religionem, seu ad annum probationis, &c. quia aliquando est necessarium, aliquando supererogatorium, vt dictũ est. Similiter & statuta aliqua circa hoc loquẽtia, vt habetur in tabul. 3. Vicarij Generalis, quòd priùs exproprientur, & dicatur eis verbum sancti Euangelij, quàm induantur ad annum probationis, &c. An autem per talem expropriationem ante annum probationis factam inducatur tacita professio, an non, & quod remedium est tunc adhibendum, latiùs infra q. 12. habetur, ibi videatur.

Quoad id, *Et caueant fratres, & eorum Ministri, ne soliciti sint de rebus suis temporalibus.*

QVAESTIO

QVÆSTIO IX.

Vtrũ liceat fratribus Minoribus solicitudinẽ habere, seu se intromittere; seu dare consilium de distributione bonorum temporaliũ intrantium ordinem. Similiter petere, vel inducere ad dandũ sibi ipsis aliquid de prædictis bonis, vel accipere oblatum?

Prima conclusio. Solicitudo efficax circa bona tẽporalia intrantium ordinem prohibetur fratribus ex vi regulæ.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, quòd omnibus fratribus prohibetur virtute regulę, habere solicitudinem efficacem, vel se intromittere similiter, & dare consilium de distributione talium bonorum intrantium ordinem: etiamsi ab ipsis requiratur consilium, & adiutorium ad talia bona expedienda. Ratio, quia sic declarat Clemens V. dicẽs, quòd omnia hic contenta in hoc secundo capite, quoad modum receptionis, &c. sunt obligatoria: & similiter art. 3. dicit idem, scilicet, quòd expresse regula hoc prohibet ibi (*Et caueant fratres, ne sol. cui sint. &c.*) vbi regula intendit obligatorie elongare fratres omnes totaliter ab affectu bonorum temporalium ipsorũ ingredientium ordinem: & sic patet, quòd solicitudo efficax, seu effectualis intromittendo se per facta, aut per consilium in dispositione ipsorum bonorum, prohibetur per regulam: & in hoc conueniunt etiam omnes expositores regulæ: quamuis vt ait frater Gundisaluus in suo tractatu folio 99. quoad non habendum solicitudinem solùm in animo interius de talibus bonis intrantium ordinem, solùm sit admonitio ex virtute regulæ ad vitandum malum ex iure diuino, & naturali prohibitum Sed obligatorium est ex regula, quoad vitandũ solicitudinẽ effectualem, seu affectũ à bonis temporalibus ipsorũ, vt dictũ est secundũ declarationẽ Clemen. V. ar. 3. vt quantũ est ex parte ipsorum fratrũ receptio ad ordinem, appareret sancta, & nõ infecta vitio cupiditatis: ideò dictũ est, quòd solicitudo efficax, & intromittere se, seu dare consilium de modo distributionis prædictarum rerum, prohibetur ex regula omnibus fratribus.

Secun-

Secundum punctum est, quòd si consilium requiratur; tunc ipsi Ministri Prouinciales, & ipsi quibus ipsi commiserint hoc, seu receptionem ad ordinem, & nō alij fratres, possunt hoc dūtaxat facere, scilicet dare illis consilium, non quidem de modo distributionis rerum suarum, vt dictum est, sed de consiliario, id est, possunt eis eligere, vel assignare aliquam, seu aliquas personas Deum timentes, quæ non sint de ordine nostro, de quorū consilio bona ipsorum veniētium ad ordinem, pauperibus erogentur, vel alijs rationabiliter distribuantur (vt in q. 8. præcedenti dictum est) & sic declarat Clem. V. art. 3. & omnes communiter expositores. In quo puncto est notādum primò, quòd solùm possunt hoc facere Ministri, & alij, quibus competit recipere fratres ex commissione, seu ex priuilegio: quia commisso principali, committitur & accessorium, sine quo id exequi cōmode non potest. Secundò, quòd debent mitti pro prædicto consilio ad personas **Deum timentes**, quæ non sint de ordine nostro, vt ait regula & declaratio. Ideò non ad syndicos, neque ad consanguineos fratrum, seu ipsorum venientium ad ordinē, nec alios huiusmodi, qui probabiliter sunt magis affecti ad ordinem pro commodo eius temporali, putantes in hoc se benè facere ordini, & nobis; neque ad affectos magis ad sua temporalia, quàm ad vtilitatem animæ venientis ad ordinem: ideó nō ad cupidos, sed ad aliquos Deum timētes: ideó non ad aliquos jam præuentos per ipsos fratres, quomodò scilicet consulere debeant talibus missis ad eos pro consilio prædicto, quasi ipsi te intelligant, & non reputent te cupidum talium rerum: nam is committit in legem, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem, & quando quid vna via prohibetur, ad id alia non admittitur, vt habetur in regula iuris. Regula autem dicit, quòd non sint solliciti de rebus suis temporalibus, vt liberè faciant de rebus suis, &c. & vt fratres careant nota cupiditatis apud homines, vt ait Clemens V. & Hugo vbi supra: ergo sicut nec per se est licitum se intromittere, & habere notam cupiditatis procurando, ita nec per alios supradictos: nam ex quo in consilio dando de consiliario secundum Deum tantum licentia datur: ergo & in omni alio denegatur, vt ait Bonauent. Et ideo cauendum à supradictis, quia non propterea maiora suffragia facit pro te religio, quia plura bona procurasti, extorsisti, vel surripuisti contra regulam: immò potius irrideberis, vt ait Speculum, ſ. 11.

Secunda cōclusio. Ad quas personas mittēdi sint venientes ad ordinem, vt eorum consilio bona sua pauperibus distribuant.

Tertia concluſio.

Fratres non poſſunt inducere venientes ad ordinem, vt eis de bonis ſuis aliquid impertiantur.

Tertiũ punctũ eſt, quòd fratres Minores ſubditi, ſeu Prælati quicumq; non poſſunt petere, aut inducere ipſos venientes ad ordinẽ, ſeu iam ingreſſos, quòd eis detur aliquid de ſuis bonis, quia ſic declarat Clem. V. vbi ſupra, alias eſſet cõtra regulã, propter rationes ſupradictas, concordant cõmuniter expoſitores.

Quarta cõcluſio.

Fratres Minores poſſunt recipere bona, quæ ab intrãtibus ordinem liberè offerũtur.

Quartum punctum eſt, quòd ſi liberè aliquid ſibi datum fuerit, ſicut & alijs pauperibus (abſque inductione & petitione) bene licet fratribus recipere, ſicut & aliam eleemoſynam liberaliter oblatam, dũmodò caueant fratres ex notabili quãtitate receptarũ rerũ, ex qua præſumi poſſet ſiniſter oculus cõtra ipſos fratres, vt ait Clemens V. vbi ſupra. Nam tunc ratione ſcandali peccarent contra ius naturale, vel diuinum, magis vel minus ſecundum ſcandali grauitatem: nam oportet teſtimoniũ habere bonum, etiam ab hominibus de iure naturali & diuino, licèt tunc non peccetur forte contra regulam, & hoc modo per indirectum ratione ſcandali, quantitas notabilis facit illicitum, quòd aliàs de ſe eſt licitum. Ideò ad prædicta omnia habetur ordinatũ in tab. 3. Vicarij Generalis, quòd huiuſmodi induẽdi, vel iam induti, non informẽtur per fratres de Breuiarijs pro ſe, vel conuentu dandis, vel emendis, nec de alijs quibuſcũque; ſed dicatur ab illis, qui auctoritatem habent illos recipiendi, quòd vadant & vendant omnia ſua, & pauperibus erogent (vt ſupra dictum eſt, quæſt. præcedenti) *ita quòd de bonis ſuis*, vel de conſilio eis dando fratres nullatenus ſe intromittant, & niſi ſua propria voluntate & ſponte, non fratrum informatione pannum pro ſua prima indutione portauerint, concedantur eis à fratribus panni probationis; etſi ante indutionem ex cauſis neceſſarijs, & rationabilibus hoc facere non poſſint, ſaltem ante ſuam profeſſionem ſint expropriati, nihil pro ſe in teſtamento, vel alias facientes reſeruari: hæc ibi. Et notandũ prædictis omnibus non obſtantibus, quòd Sixtus IIII. *In mari magno regimini, &c.* fol. 58. concelsit Miniſtris, & Cuſtodibus, & eorũ Vicarijs, vt ſinguli eorum in locis ſibi commiſsis poſsint vertere in pios vſus fratrum bona intrantium ordinem, diuerſis perſonis reſtituẽda, quæ ſciri, & inueniri nõ poſſent. *Et in mari magno Carmelitarum*, ff. 14. extenditur, & conceditur prioribus conuẽtualibus: & per conſequens propter communicationem priuilegiorum, etiam id noſtris Guardianis conceditur, vt de hoc habetur in compend. priuilegiorum mendicantium, tit. *Communicatio priuileg.* & tit. *bona.*

Priuilegio Sixti IIII. poſſunt in pios vſus fratrũ conuerti bona intrantium ordinem diuerſis perſonis reſtituenda, quæ ſciri nõ poſſunt.

Si

Si autem nouitij iam sint professi, & de suis bonis nihil disposuerunt ante professionem propter quamcumque causam, quid de eis esset faciendum, & an possint tunc disponere, videantur summistæ, præsertim Syluest. tit. *Religio*, 6. q. 4. dicens, quod talis non potest condere, aut reuocare, seu mutare testamentum, & in hoc benè dicit; sed statim subdit, quòd professi ordinis Minorum, possunt mutare testamentum potiùs, quàm alij professi aliarum religionum in casu de quo agitur: & ratio eius est, quia quo minus potest monasterium quoad hoc, eo magis potest professus: quia quo minus potestatis transit in monasteriũ, eo plùs manet apud professum: hæc ille. Sed hoc eius dictum, & eius ratio nil valent, quia in rebus; quæ omnino ex iure, vel facto renunciantur à professo, nil valet eius ratio, neq; probatio, vt patet in proprietate: nam ex quo quilibet in particulari tenetur omnino renuntiare proprium in particulari, nõ sequitur, quòd eo magis remaneat de proprietate apud professum: quia hoc specialiter illi est interdictum, in rebus autẽ, quæ possunt manere apud professum, vt est aliquis vsus alicuius rei in aliquibus religionibus, tunc forte esset verum, quod ait Syluest. Nunc autem ad nostrum propositum dico, quòd non potest apud fratrem Minorem manere aliqua proprietas; neque per consequens, dispositio aliqua de temporalibus, quæ fuerant sua, tum ratione paupertatis, tum ratione declarationum Papæ & Ecclesiæ, Nicol. III. & Clem. V. vt benè in hoc dicit Bartholus & Zabarella, de quo infra cap. 6. quæst. 18. secundum Petrũ Ancarranum, quòd post professionem non potest diuidere bona inter filios, nisi consulẽdo tantum: qui quidem Zabarella super dicta Clemẽtina, *Exiui de verborum signific.* §. 5. dicit, quòd si quis ingreditur nostrã religionẽ, absq; dispositione bonorum suorũ, tunc fratres de cætero non possunt aliquid de suis bonis habere. Sed talia bona venũt ad succedẽtes ab intestato, vel ad pauperes: quia solũ vnus modus fratribus permittitur per Clement. V. per modũ eleemosynæ: ergo alij prohibẽtur, vt dictum est. Hæc Zabarella. Sed si per eum, qui haberet ius in illis bonis, vel in distributione eorum daretur nobis quid per modum eleemosynæ, benè videtur, quòd fratres possint recipere, sicut ab ipso, cuius erant ante professionem, prouidendo semper, vt caueatur scandalum, & finister oculus, vt supra dictum est.

Nulla proprietas remanet apud fratrem Minorẽ de bonis, quæ ante professionem non erogauit.

Caput ſecundum.

Quoad id, *Poſteà concedani eis panni probationis, &c.*

QVÆSTIO X.

Quomodò ſint intrantibus concedendi panni probationis, & quoad caparonem; quomodò poteſt cum eis diſpenſari?



Prima concluſio. Circa habitū nouitiorum.

RESpondeo per duo puncta: quorum primum eſt, quòd hoc eſt obligatorium ex regula, ſecundū Clementē V. ad hunc ſenſum, quòd ſcilicet ſi intrantes ſua ſponte, & propria voluntate, non autē fratrum inductione, aut informatione pannū pro ſua prima indutione non portauerunt, quòd tunc concedantur eis panni probationis, ſcilicet duæ tunicæ ſine caputio, *brachæ* & caparo, vſq; ad cingulū circiter, vt habetur *in tabul. 3. Vicarij* Generalis. Aliū ſenſum dant alij expoſitores: vt expoſitio ſanctorum patrū, & Vbertinus, vt habetur in Serena conſcientia q. 29. quòd ſcilicet *de rebus intrātis nil aliud permittatur eis adducere*, &c. qui ſenſus quia mihi non placet, neq; videtur ſupradictis, aut regulæ intentioni in hoc loco quadrare, ſi bene aſpiciatur, ideò omittatur: mihi autem potiùs videtur obligatoriū, quoad qualitatē habitus nouitiorū, eiuſque diſtinctionē ab habitu profeſſorū, vt explicat regula, pānos probationis portare, modò dentur eis ab ordine, modò adducantur ab ipſis nouitijs: quod nil refert ad præſens propoſitū, & ſic videtur regula ſubſequenter ſignificare. Ex dictis patet, quòd habitus nouitiorū noſtri ordinis (vt habetur in tab. 9. Vicarij Generalis) eſt diſtinguendus ab habitu profeſſorum: in hoc ſcilicet, quòd diſſutū ſit caputiū ab habitu, & quòd portent caparonē, vel aliam petiam panni ante pectus, niſi quoad aliquas notabiles perſonas recipientibus aliud ſecundum Deum videatur: hæc ibi.

Secunda cōcluſio. Miniſtri Prouin. alis.

Secundum punctū eſt, circa illud (niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundum Deum aliquando videatur) eſt intelligendū, quoad diſpēnſandum circa prædictum caparonem, ſeu petiam panni, ſeu circa habitum nouitiorum, ſecundum Clementem V. &

ſecundum

secundum Barthol.Pis.& Serenam conscientiam,quæst. 30. & alios communiter expositores,quòd si quis intrans, seu nouitius petat sibi dari habitum professorum, sine caparone, quod tunc Ministri Prouinciales, aut alij eos recipientes de eorum licentia speciali possunt in hoc dispensare, & concedere habitum prædictum,& hoc secundum Deum.

les possunt dare habitũ sine caparone ex rationabili causa.

Vbi notandum primò,quòd soli Ministri Prouinciales, hoc possunt ex officio,alij autem non,nisi ex commissione speciali: & credo saluo meliori iudicio,quòd in licentia concessa alicui Guardiano,vt possit recipere fratres,nõ conceditur; quòd possit dispensare cum eis in habitu nouitiorum, seu caparone non portando;nisi & hoc ei specialiter exprimatur; quia licet accessoria,& ea quæ consequuntur principale,intelligantur cõcessa,concesso principali,generaliter loquendo, non tamen in casu particulari,in quo non est verisimile, quòd concederetur, nisi ex valde speciali commissione,quia in generali concessione non veniunt ea,quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus,præsertim in materia odiosa; quæ militat contra ius,qualis videtur esse in proposito.Sed in hoc,& alijs similibus,standum est consuetudini,quæ est optima interpres legũ, & voluntatum superiorum.

Nota primò.

Secundò notandum circa hæc,quòd non quomodotumque, sed secundum Deum debet tunc dispensatiuè concedi habitus professorum nouitijs petentibus,quia sic ait regula: secundum autem Deum tunc conceditur, quando ex causa rationabili conceditur petenti:dico semper petenti, quia non petentibus non debet dari nisi habitus nouitiorum propter periculum tacitæ professionis,vt infra dicetur. Causa autem rationabilis est,vel propter honestatem ordinis, vel propter vtilitatem,vel conditionem recepti,seu propter reuerẽtiam eorum, qui sunt notabiles personæ,aut propter euidẽtem stabilitatem ipsius intrantis,aut huiusmodi,vt ait Barthol.Pis.& alij expositores,& tabul.3.Vicarij Generalis vbi supra,vel etiam propter erubescentiam,non quidem superbam,sed sensualem aliquorũ nobilium de huiusmodi caparone portando: quia istæ omnes, & similes sunt causæ rationabiles ad secundum Deum eis dispensatiuè concedendum habitum sine caparone; vt ait expos. sine tit.non autem secundum propriam voluntatem intrantis, aut recipientis,sed ex causa rationabili,seu honesta, vt dictum est secundum omnes expos. quôd si necessitas nouitij aliud requirat,

Nota secundò.

requirat,vt cum eo diſpenſetur in alijs,tunc aliunde ſecundum ſubiectam materiam habebitur diſpenſatio,vt etiam poteſt videri in compendio,tit. *abſolutio,diſpenſatio,nouitius,&c.*

Nota tertiò. Tertiò notandũ,ſecundũ Barth.Piſ.& alios expoſitores vbi ſupra,quòd quãdo intrans petit talem habitũ ſine caparone ſibi concedi,quòd priùs debet informari de hoc, ſcilicet; quòd per talẽ ſuſceptionẽ habitus profeſſorũ diſtincti modo ſupradicto ab habitu nouitiorũ,niſi primũ proteſtetur,vt 1.q. 12.habetur; efficitur tacitè profeſſus,& obligatus alicui religioni in genere,quamuis nõ noſtræ religioni:vt de hoc latè agitur à Doctoribus,& poteſt facilè videri apud ſummiſtas:quia hoc eſt de iure cõmuni:& exponatur ei priùs periculũ,quòd ei *imminet* ex tali tacita profeſsione ſecundũ ius:quòd ſi omnino vult *habere*, concedatur ei,vt dictũ eſt,ſecundũ Deũ.Et notandũ,quòd habitus profeſſorũ,per cuius delationẽ inducitur tacita profeſsio in ordine nro,eſt habitus integer cũ caputio cõſuto,& ſine caparone,vel ſine petia panni,vt habetur in tab.9.Vicarij Generalis.

Nota quartò. Quartò *notandum*,vt habetur *in conſtitutionibus* generalibus ordinis,quòd ſi ſecundũ quod regula cõcedit(vt dictũ eſt) *Miniſter Prouincialis* cũ aliquibus clericis,aut *laicis* diſpenſaret,vt probationis caputium nõ portarent,tunc fiat eis iuridica proteſtatio coram teſtibus per illos,qui eos recipiunt,quòd ex tali conceſsione habitus profeſſorum nullum ius acquiretur in ordine,licèt annus probationis tranſierit,donec expreſsè profeſsionem fecerint,iuxta noſtri ordinis inſtituta.

Quoad id,*Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam,promittentes vitam iſtam,&c.*

QVÆSTIO XI.

Quando,& quomodò debet nouitius recipi ad profeſsionẽ;& an poſsit expelli,& quomodò?

Prima concluſio. REſpondeo per quatuòr puncta,quorum primum eſt, quòd ante finitum annum probationis nullus poteſt recipi ad profeſsio-

professionem, quia hoc prohibetur à iure cõmuni omnibus religiosis mendicantibus sub grauibus pœnis & censuris, & sub peccato, vt videre est in summistis, tit. *Religio.* Ideò hic omittitur, quia cõmune est omnibus. Item, id nobis specialiter prohibetur, tum per literas Papales, tum per statuta ordinis nostri, tum per regulam, vbi dicitur, *Finito anno probationis, &c.* per quod videtur excludi, quod non recipiantur aliqui ad professionẽ, licèt circa hoc sint aliqua priuilegia, tum quoad breuitatem temporis anni, quoad religiosos aliorum ordinum veniẽtium ad nostram religionem, quàm quoad modum computationis anni interciſi, & huiusmodi, de quibus latiùs in compendio priuileg. tit. *Nouitius.* Similiter non potest prohiberi nouitius ante lapsum annũ probationis, quominus exeat ad aliam religionem, seu etiam ad sæculum, sicut de sua processerit voluntate, sub grauibus pœnis, & sub peccato: vt habetur in cõpendio, tit. *Nouitius*, potest tamen charitatiuè moneri, & doceri, ne resiliat à bonis inceptis; non tamen violenter detineri, vel per minas, & huiusmodi.

Ante finitum annum probationis, nullus nouitius ad professionẽ recipi potest.

Secundum punctum est, quòd finito iam anno probationis, si nouitius est dispositus, & idoneus; & habet laudabile testimonium à fratribus, cum quibus conuersatus est, & habet conditiones requisitas, de quibus supra, quæst. 4. & 5. latè dictum est, tunc si vult profiteri; tenentur fratres eum admittere ad professionem, & recipere; ita quòd nec odio, vel amore carnali repellendus est, neque malitia retardandus ampliùs est, & hoc est obligatorium etiam ex regula, ibi (*Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, &c.*) vt patet ex declarationibus Clemẽtis V. vbi supra in glossa dictũ est, & concordat expos. sanctorum patrum & alij. Annus autem probationis, tunc dicitur finitus, quando finitus est annus nouitiatus, & insuper tempus maius ei concessum ad probandam religionem, & vt probetur ab ea. Nam vt habetur in summistis, potest annus probationis prolongari de consensu nouitij, & Prælatorũ, licet non possit abbreuiari apud mendicantes, ibi videatur, & in compendio, tit. *Nouitius.* Hic tamen nota secundum Gersonem Alphab. 34. lit. S. quòd si quis petit probationem religionis, & tunc inuenitur strabo, aut debilis, aut inscius, aut in aliquo inhabilis, aut carens conditione aliqua requisita: & hoc bene notatur: permittitur tamen sic per annum, & post hoc petit professionem, & nullum aliud habet impedimentum, quàm

Secũda conclusio.

Finito anno probationis tenẽtur fratres nouitiũ ad professionem recipere.

priùs,quòd benè potest repelli,etiam gratis,nõn assignata alia iatione.

Tertia cõclusio. Ministri Prouincialis, qui possunt Guardianis committere auctoritatẽ recipiendi ad ordinẽ, possunt etiam committere auctoritatẽ recipiẽdi nouitios ad professionem.

Tertium punctum est,quòd Minister Generalis & Prouincialis, quibus ex officio competit auctoritas ordinaria recipiendi fratres ad ordinem,& ad professionem,vt supra q.7.dictum est: possunt etiam hoc alijs committere,vt etiam habetur in tabul. Vicarij Generalis, & communiter in expositoribus regulæ. Sed vtrum eo ipso,quòd concedunt Guardianis licentiam recipiendi nouitios,concedant etiam licentiam recipiendi eos ad professionem finito anno probationis: videtur dubium. Nam Hugo 2.cap.& 4.magistri dicunt,quòd finito anno probationis,idoneitate nouitiorum exigente,absente Ministro Prouinciali per inferiores,nisi prohibeantur, fit receptio, & maximè per Custodes:& sic Prælatus recipit, quia de eius auctoritate recipitur professus:& hoc inquiunt esse intelligendum,quãdo Minister Prouincialis agit in remotis,ita quòd haberi non potest ad dandã professionem elapso iam anno probationis, quæ secundum regulam tunc dãda est. Hæc illi.Sed in constitutionibus generalibus habetur, quòd si nouitij habeant laudabile testimonium,tunc de licẽtia Ministri Prouincialis possunt recipi per suos Custodes,vel Guardianos ad professionem expleto anno probationis.*Hæc ibi.*Ex quo videtur,quòd requiritur licentia specialis ad hoc.Sed tandem in hoc credo standum cõsuetudini,quæ vt dixi superiùs,est optima interpres legum, & voluntatum,seu licentiarum Prælatorum.Hoc tamen notetur, quòd si per alios,quàm per Ministros Generales, vel Prouinciales,sine eorum licentia tacita,vel expressa, seu sine eorum auctoritate,saltem implicita quis recipiatur ad professionem, talis professio non est valida,saltem in foro Ecclesiæ,vt est videre apud summist.tit.*Religio*:& recipientes peccant, & secundum ius puniri debent, ibi vide.

Quarta cõclusio. Nullus potest professionem, neque à fratrib⁹ admitti ad professionẽ,nisi promittat vitam nostrã, & regulam obseruare.

Quartum punctum est, quòd professus tenetur promittere vitam istam,& regulam obseruare: & hoc est obligatoriũ,tam fratribus,quàm professis secundũ Clementem V.ad hunc sensum,quòd qui professus,tenẽtur promittere vitam istam, & regulam obseruare,per hæc,seu alia æquiualentia verba, vt moris est secundum statuta ordinis.Alioqui non licitè professus, si vellent professi partem regulæ,& partem non: vel si non intenderent se obligare ad obseruantiam regulæ secundũ declarationes Papales.Est etiam obligatoriũ fratribus ad hunc sensum,

sensum, quòd non aliter recipiant ad professionem, nisi vere promittentes, vt dictum est, & quòd non admittant fallacem promissionem, seu professionem dimidiatam.

QVÆSTIO XII.

Quibus modis inducatur tacita professio, & obligatio ad religionem?

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, quòd tacita professio differt ab obligatione ad religionem, sicut inferius à superiore: nam omnis tacitè professus est obligatus ad religionem, & non è contra: & quia qui est tacitè professus, est astrictus ad plura, quàm qui solùm est obligatus religioni: quia non potest contrahere matrimonium, & alia huiusmodi, de quibus infra, quæst. 13. dicetur: qui autem solùm est obligatus religioni, potest de facto, licèt non licitè contrahere, &c. Item, quia tacita professio non inducitur, nisi per aliquid vnũ de dicendis infra in 3. pũcto: obligatio autem ad religionẽ potest induci, tam ex illis causis, quam ex alijs, vtpote ex voto intrandi religionem, seu aliunde; ideò de requisitis, aut de causis, per quas inducitur professio tacita, sex expressa, hìc agendum est. *Prima conclusio inferius à superiore: Tacita professio differt ab obligatione ad religionem, & non è contra.*

Secundum punctum, ad expressam professionem requiruntur quinque conditiones. Prima, quòd profitens sit debitæ ætatis. Secunda, quòd fiat professio ei, qui potest religioni approbatæ incorporare, vel de licentia eius, vel nomine eius sequente ratihabitione. Tertia, quòd fiat alicui religioni approbatæ. Quarta, quòd fiat capitulariter, nisi vbi ex priuilegio, seu statuto, vel consuetudine aliter fieret. Quinta, quòd fiat de tribus votis substantialibus, vel de obedientia secundum regulam; de quibus omnibus, quomodò debeant intelligi, latius videatur in Sylvest. tit. *Religio*, 3. q. 18. & in alijs summistis. *Secũda conclusio. Ad expressam professionẽ requiruntur, quinque conditiones.*

Tertium punctum, Professio tacita inducitur ex aliquo quatuor modorum. Primò, quando nouitius scienter, & sponte se ingerit actibus, qui solùm professis de iure, aut consuetudine conue- *Tertia conclusio. Professio tacita vno ex quatuor modis inducitur.*

conueniunt,putá electionibus,& huiusmodi : si etiam triduo perseuerauit in proposito , aut loco perseuerantiæ tridui hoc fecit,cum habitu professorum distincto in colore , scissura , vel forma. Secundò,quando quis scienter,& sponte defert habitum professorum distinctum in colore, scissura, vel forma datum ei ab eo,qui potest ipsum incorporare religioni , vel eo consentiente,intra monasterium in tali delatione per triduum perseueret , nisi protestetur semper non intendere vllo modo profiteri,vt infra habetur in hac quæst.& supra quæst.4.vbi agitur de caparone . Tertiò , quando quis intra monasterium defert per annum habitum nouitiorum non distinctum patenter in colore,scissura,vel forma ab habitu professorum, non protestãdo se per hoc nolle profiteri. Quartò,quando quis suscipit habitum nouitiorum in religione approbata , cũ proposito mutandi vitam omnino,& absolutè:quod est intelligendũ de proposito habente implicite promissionem, vt est votum expressum de perseuerando in religione factum,quando quis assumit habitum nouitiorum,seu intra annum probationis , vel vt est votum interpretatiuum,vtpotè cùm quis se offert professioni, nec tamen fit professio,quia aliàs non subito acceptat : & tandem,quando est in eo talis voluntas perseuerandi post completum annum probationis,quod tunc fit,quando is qui intrat religionem,statim intra annum nouitiatus,renuntiat anno probationis concesso illi in suum fauorem:& ex tunc facit,quantũ in se est,quod facturus erat,postea completo anno probationis:quia tunc est tacitè professus,vt matrimonium contrahere non valeat etiam de facto,& de hoc loquitur *cap.consulti , extra de regularibus*,quia & hoc innuitur,ibi,*Et statuimus de regul.* Propositum autem nudum mutandi vitam,quando non habet promissionem implicitam,vt dictum est,non inducit tacitam professionem suscipienti habitum nouitiorum cum tali proposito, nec dirumpit matrimonium : quia tale propositum in cap. *Non solùm de regula*,lib 6. distinguitur contra casum professionis expressæ, vel tacitæ,vt patet per illam disiunctionem, *vel*, quæ ibi ponitur: ergo non habet vim professionis tacitæ ad dirimendum matrimonium . Et si contra hoc arguatur , quòd illud capitulum,*Non solùm de regul. iur. lib.* 6. concedit fratribus,quòd impediant talem ingredientem cum firmo proposito omnino mutandi vitam , ne ingrediatur ad seculum , &c.

Propositum nudum mutandi vitã, quando non habet adiũctam promissionem, saltim implicitam,non inducit tacitã professionẽ, nec dirimit matrimonium.

Respondeo,quòd hoc conceditur in fauorem animæ nouitij,

& propter

& propter ius religionis : quia etsi fecisset votum simplex de ingressu religionis, dum esset in sæculo, iam religio illa, cui votum specialiter fecit de intrando, posset agere contra ipsum, non tamen ideò ille est religiosus. Sic in proposito dicendum est: & quamuis etiam ex tali proposito nudo nouitij, quantumcumq; firmo, sine promissione implicita sufficiat secūdum ius, vt eius beneficiū, si quod habet, possit alteri cōferri (vt de hoc agit Sylvest. tit. *Religio*, 5. *quæst.* 12.) non tamen sufficit ad professionem etiam tacitam, vt dictum est. Immò, quoad vacationem beneficij, non omnino sufficit hoc nudum propositum: nam in professione expressa, vel tacita est vera renunciatio : in proposito autem nudo, quantumcumque firmo volentis omnino, & manifeste vitam mutare, ingrediendo religionem, non est nisi præsumpta renunciatio: & sic patet iste quartus modus tacitæ professionis, quomodò est intelligendus, vt dictum est secundum Caiet. 2, 2. quæst. 88. art. 1. & in quodl. latiùs de hoc, & sum. Ang. & latè Sylvest. tit. *Religio*, 3. quæst. 19. & *Religio*, 5. q. 8. quamuis multi Canonistæ, quos etiam sequi videtur Adrianus in 2. quodlib. art. 2. dicant oppositum, quòd scilicet per nudum propositum vitam omnino mutandi ingrediens religionē efficitur tacitè professus, vt prima facie sonare videntur verba, cap. *Consulti*, & cap. *Statuimus*, *extra de reg.* & cap. *Non solùm eodē tit. lib.* 6. Sed non debet intelligi, nisi de proposito habente promissionem implicitam, vt dictum est, quantò magis, quòd licèt in alijs religionibus induceretur tacita professio suscipienti habitum nouitiorum cum firmo proposito nudo, omnino vitam absolutè mutandi (vt dicunt illi de oppositā opinione) tamen in nostra religione, qui ingreditur condito iam testamento, & bonis pauperibus erogatis, aut etiam in hæredes, aut legatarios translatis, cum firmo proposito nudo perseuerandi omnino, non est per hoc tacitè professus, vt ait Monaldus in summa: & habetur in Serena conscientia q. 29. & concordat Alexand. de Arioſtis in suo interrogat. prope finem, vbi agit de nouitijs religionem egredi non valentibus: & ratio est, quia sic approbat specialiter Ecclesia nostram religionem, sic disponentem, quòd tales ingrediantur ad nouitiatum ad probandum animo syncero, nisi ex causa aliter fiat, vt supra q. 8. habetur, quia hoc est speciale in nostra religione. Immò etiam si habitum professorum petant, & illis concedatur per Prælatum intra annū nouitiatus, protestando, quòd per hoc non intendunt se velle profiteri, vt dictum

Aliquæ ex his professionibus tacitis sublatæ sunt iam per Concilium Trid. sess. 25. de regular. c. 15. præsertim si professio fiat ante 16. annū expletū, & nouitius nō portauerit habitum per annum probationis integrum, videatur Navarrus tom. 1. consil. de regularibus cōs. 35. nu. 5. & Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. c. 4. dubio 6.

dictum est,non inducitur tacita professio in nostra religione, quantumcumque iam bonis pauperibus erogatis ingrediatur, vt dictum est:quia hoc est speciale in nostra religione,vt supra habetur,quòd sic potest intrare,& manere nouitius ad probandam religionẽ,sine professione tacita,vel expressa.Ideó propter maiorem securitatem,& declarationem est statutũ in constitutionibus generalibus ordinis,vt habetur in tabul.3. Vicarij Generalis, quòd quando quis iam bonis pauperibus erogatis, seu aliàs distributis intrat nostram religionem, moneatur talis, quòd per hanc expropriationem non erit ei ordo obligatus, immò de hoc propter periculum tacitæ professionis taliter intrans cautiùs informetur,quòd tantũ probare, & nullatenus se ordini in genere,vel specie obligare proponat,hæc ibi. An autem sit alius modus inducendi tacitam professionem, dic quòd non de iure communi:neque fortè etiam per susceptionem ordinum intra annum nouitiatus:quamuis id iure prohibeatur, vt ait Syluest tit. *Religio*,5.q. 10. tamen per speciale priuilegium concessit,& statuit Iulius II.in priuileg. *Etsi ad benè merendũ*,& habetur,ff.67.& in compendio,tit. *Nouitius*,§.24.quòd quicumque nouitius in religione eremitarum sancti Augustini promotus fuerit ad sacros ordines,habeatur pro professo, vt ibidem habetur,videatur & notetur,an nobis communicetur hoc priuilegiũ,& an sit moribus vtentium approbatum, quoad hoc de tacita professione,& an ignorantia illius priuilegij, seu statuti excuset à tacita professione in foro cõscientiæ,& Ecclesiæ.Ad prædicta etiã notãdũ, quòd in omnibus modis supradictis, quibus dictum est tacitam professionem induci,intelligitur, quando scienter quis facit id ex quo inducitur tacita professio: nam si quis ignorans talia iura se intromittat actibus professorum, vel deferat habitum eorum,non protestando, &c. non putans se per hoc effici tacitè professum,certè coram Deo non est tacitè professus,neque obligatus religioni,vt ait Henricus Gandauensis in quodl.& Syluest.tit. *Religio*,3.*q*.19.& in sua aurea rosa in quæst.impertinentibus,calu 64.& concordant communiter Theologi, & ipsa ratio, quamuis in foro Ecclesiæ iudicãtis de exterioribus,& præsumptiue,dum oppositum non constat sufficienter,talem compellat ad religionem, & inhabilitet ad matrimonium,& ex hoc inualidetur tale matrimonium, non solùm in foro Ecclesiæ,sed etiam in foro Dei,de quo latior disputatio requiritur,ideò omittitur.

Iulius II. concessit ordini eremitarũ D. Augustin. quod quicumq; nouitius suos ordinis usceperit tacitè professus redditur.

QVAES-

QVÆSTIO XIII.

Queritur ad quid obligatur, & ad quid inhabilitatur is, qui est expressè, vel tacitè professus aliquo prædictorum modorum.

RESpondeo per sex puncta, quorum primum est; professio expressè facta ab habente legitimam ætatem in non mendicantibus, obligat profitentem illi religioni, quã professus est: & est valida professio, etiamsi fiat expressè ante completum annum probationis iuridicum: ita quòd si contrahat, dirimitur matrimonium, vtpotè inualidum, de quo latiùs apud Syluest. tit. *Religio*, 3. q. 3. & 4. & q. 20. *Prima propositio.* *Professio emissa ante completum annum probationis est inualida in omnibus religionibus post Concil. Trid.*

Secundum punctum, professio expressa ante perfectum annum iuridicum probationis in religionibus mendicantibus nõ est valida, ita quòd matrimonium posteà contractum benè valet, licèt contrahendo peccet: vt de hoc Syluest. tit. *Religio*, 3. q. 5. & q. 20. secundum alios Doctores est valida, ita quòd dirimit matrimonium, vt ibidem Syluest. recitat, & tenet Hadrian. in 2. quæst. art. secundum Paludem, & communiter canonistas. *Secũda propositio.*

Sed si sic professentes inualide (& loquor semper de habente legitimam ætatem) teneantur ad religionem in genere, sicut qui simpliciter vouit intrare religionem secundum opinionẽ, quã tenet Syluest. vbi supra, vel saltem valet pro voto simplici castitatis, secundum alios Doctores, & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 9. latiùs alibi in materia de voto notatur.

Tertium punctum, Professio tacitá, quæ fit per susceptionẽ habitus professorum intra iuridicum annum probationis, tam in religionibus mendicantibus, quàm in non mẽdicantibus, obligat religioni in genere: sed religio ipsa in specie, in qua sic ille professus est tacitè, obligatur illi sic tacitè professo: insuper talis professio tacita inualidat matrimoniũ: vt de hoc Syluest. tit. *Religio*, 3. quæst. 20. *Tertia propositio.*

Quartum punctum, Professio tacitá, quæ inducitur per delationem habitus nouitiorum indistincti ab habitu professorum in forma, scissura, vel colore, per annum in mendicãtibus, & in *Quarta propositio.*

non

non mendicantibus obligat sic tacitè professum illi religioni; in qua talis tacita professio inducta est: vt habetur in Clement. *Eos qui de regula*, sed in foro animæ non tenetur, nisi religioni in genere, si modo per talem delationem habitus non habuit animum se obligandi illi religioni in specie; & talis tacita professio inualidat matrimonium, vt de his latè Syluest. tit. *Religio*, 3. q. 20. & q. 5. Et sum. Ang. tit. *Nouitius*, §. 14. concordando, & supplendo dictum vnius cum dicto alterius.

Quinta propositio.

Quintum punctum, Professio tacita, quę inducitur per propositum absolutè mutandi vitam, quando in tali proposito est promissio, seu votum implicitum, vt supra q. 12. talis professio tacita obligat religioni in genere, vbicumque talis professio sit contracta, tam in mendicantibus, quàm in non mendicantibus: & insuper inualidat matrimonium, vt latè Syluest. tit. *Religio*, 3. q. 20. q. 5. q. 19. & *Religio*, 5. q. 5.

Ista omnia quinque pũcta, ideò breuiter, & summatim posui, vt caueant fratres recipiẽtes, & intrãtes à periculo tacitæ professionis inducendæ ipsis intrantibus, & quia videbatur difficilè colligere in summã ea, quæ sparsè, & confusè circa hæc ponuntur à Doctoribus, & summistis secundũ varietatem opinionũ: quia per hanc distinctam breuitatem potest quis facilè intelligere ea, quæ diffusius habẽtur in locis allegatis apud summistas. Etsi quæ *habentur in libris ordinis in aliquo tractatu*, seu expositione, quæ *videntur his* obuiare *in aliquo*: vt *in* Serena conscientia, q. 29. & Barth. Pis. c. 2. & alibi in cõpendio priuil. tit. *Nouitius*, potiùs attendat ad ea, quæ hic, & in q. 12. præcedẽti exactius tractata, & consummata sunt; de alijs autem, ad quæ tacitè tenentur professi, hìc non curo, tum quia facilia, tũ quia in summistis, vbi supra, præsertim Syluest. tit. *Religio*, 3. q. 20. secundum B. Thomam in 4. dist. 38. reperiuntur.

Sexta propositio.

Sextum punctum est, quando quis legitimæ ætatis post annum probationis est expressè professus in religione approbata, cuius professio á iure, vel statutis religionis ipsius irritatur, seu annullatur propter defectum alicuius conditionis requisitę: tunc tenetur religioni in genere, vel saltem castitati, nisi opposítum ille, sic profitendo intenderet actualiter, vel virtualiter, scilicet, nisi intenderet se nolle manere obligatũ ad aliquid, nisi mediante religione, seu nisi esset vere professus: vt de hoc dictum est supra 2. puncto secundum Caiet. 2. 2. q. 88. art. 9. & Syluest. ibidem, & tit. *Religio*, 2. q. 3. & tit. *Matrimonium*, 8. quæst. 12.

part.

part.5 dixi notanter,si profitens est legitimæ ætatis, quia si nō, tunc in mendicantibus ante legitimam ætatem, scilicet ante 15.annum profitens expressè,inualidatur eius professio omnino,itaque & contrahere potest,& non manet obligatus religioni,aut castitati propter prædictam professionem, nisi ipse aliàs intenderet vouere castitatem,vt ait Caietanus vbi supra secundum Thomam;quamuis Syluest.tit.*Religio*,3.q.2.tenet oppositum,quòd scilicet obligatur ad castitatem,quòdque sic tenent B. Thomas. An autem ille expressè professus habens legitimam ætatem,&c.sic inualidetur eius professio:quòd si de facto contrahit, teneat matrimoniū,an non:non facilè potest dari certa regula generalis,tum propter casuum, tum propter opinionū varietatem, sed secundum diuersitatem casuum & opinionum est diuersimode dicendum, de quibus omnibus videatur Syluest.vbi supra,& alij Doctores summistæ. Si autem non inualidatur talis professio,sed solùm prohibetur,aut non acceptatur propter aliquam conditionem deficientem,seu existētem,quæ si sciretur à Prælato,vel recipientibus, non reciperent illum sic profitentem,vtpotè illegitimum,strabonem, vulgari infamia notatum,&c.huiusmodi: tunc quantum est ex parte ipsius profitentis,professio est valida,& habet vim voti solennis ad dirimendum matrimonium,& tenetur illi,vel alteri religioni, si in illa religione non recipitur,vel si ab ea postea cognita cōditione eijcitur,quamuis ipsa religio non teneatur illi,quia non consensit in talem conditionem ex ignorantia : ipse autem sic consensit,& voluit illi obligari,vel alteri , modo prædicto : ex quo sciens,& etiam fraudulenter cum tali conditione se voluit profitendo obligare religioni:vt de hoc potest videri in Syluest.vbi supra,tit.*Religio*,2.q.3. & alibi secundum communiter summistas,& Doctores,& facit ad hoc Gerson Alphab. 39. litera e.9.vt habetur supra q.5.in 5.puncto illius quæstionis de intrante grauato debitis. An autem liceat,& expediat tales eijcere cognita fraude,& conditione prædicta,vid.infra quęst. 21. hic enim vt dixi,ista tacta breuiter sunt,nō vt omnino hāc omnem materiam tractarem,quæ nimis longa, & pertinens ad ius commune est;sed vt admonerem periculum, & difficultatem huius negotij,ne temere,sed potiùs matureè, & prudenter circa hæc vtrinque scilicet,tam exparte recipientium, quàm intrantium,& profitentium

Procedatur.

QVAES-

QVÆSTIO XIIII.

Vtrùm in professione peccata omnia, & pœnæ remittantur, & æquiualeat, seu sit alter baptismus?

Prima conclusio Per professionem debitè factam in statu gratiæ cõsequitur quis plenariam remissionẽ peccatorum.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, quòd propter professionem debitè factam in statu gratiæ cõsequitur quis plenariam remissionem peccatorum, quoad pœnas debitas Deo pro peccatis, secundum Thomam 2.2.q.vlt.art.3. ad 3. & Palud. ex Bernardo de præcept. & dispen. & sumitur ex vitis patrum in 2.part. in lib. vel tractat. de prouidentia & contemplatione prope finem: & ideò dicitur alter baptismus, quia tunc iterum moritur propriæ voluntati & mundo ciuiliter per tria vota, sicut in baptismo moritur peccato: quia nulla maior eleemosyna, & holocaustum ad remissionem peccatorum, neque maior pœnitentia in hac vita potest alicui imponi, quàm sit religio, secundum Thomam in 3.quodlib.q. 13. vt innuitur in decreto 33.q.2. *admonere*, & supplementum Gabrielis in 4. dist. 38. quæst. 1. aa. concordat cum dictis. Sed vt ait idem supplementum ibidem litera bb. & 45 dist. q.2. litera t. videtur, quòd prædicta debent limitari ad hunc sensum, scilicet, quòd nõ ipsa professio solùm ex se habet hanc gratiam, sed si ei adiungatur vita regularis, quã quis ibi profitetur, vt sentire videtur Bernard. supra & innuitur 33.q.2.cap. *Admonere*, vbi dicitur, *Si sic, & sic egerit, fortè peccata remittẽtur, &c.* vbi patet, quòd peccatorum remissio non solùm ex ipso ingressu, & professione videtur concedi, sed ex adiuncta vita regulari sequente ex opere operantis, ex quo ipsa professio non est opus priuilegiatum, vt est indulgentia; neque est quid sacramentale, vt baptismus: & ad hoc videtur facere de pœnitentia, dist. 1. cap. *Quis aliquando*, §. *his auctoritatibus*: vbi videtur innui, quòd professio deducta in opus, actu vel voluntate bona, est quę hanc prærogatiuã habet, & dicitur vita pœnitentiæ, non autem ipsa professio sola ex se actualiter, vel formaliter facit prædictam remissionem, sed virtualiter, tanquàm radix, & causa operum subsequentium, per quæ

Quando dicitur professionem æquiualere baptismo, nõ intelligitur de nuda professione per se, sed de professione additã vita regulari, quæ promittitur, licèt oppositum etiam pium sit, & probabile.

quæ fiat prædicta remissio actualiter. Et quamuis iste sensus illi Doctori videatur opinatiue, non tamen hoc asserit: nam potest dici (sicut communiter alijs videtur, secundum Thom.) vbi supra, & in tract. de excellentia religionum, in apologia, quæ habetur in eis opusculis, & in 2.2.q.vlt.art.2. & alibi secundū cōmuniter Doctores, quòd in professione, ex quo ibi voluntariè, & firmiter homo se omnino Deo tradidit, quoad animam & corpus, & corporalia in holocaustū perfectissimum, quòd ideò ex hac voluntate prouenit ibi magnum meritum, sicut in eleemosyna omniū bonorum, & per consequens remissio pœnarū, ex quo ibi virtualiter, etsi non actualiter tota vita, & pœnitētia subsequens ibi offertur Deo, sicut qui dat arborem, dat ibi virtualiter & fructus eius: quamuis etiam postea ex actuali subsequenti bona vita, & pœnitentia magis accrescat meritum, & remissio pœnarum, & hunc modum videtur probare Caietan. 2.2.q.18.art.3. tanquàm magis pium, & fauorabilem: & vitas patrum vbi suprā, id videtur sentire potiùs quàm aliud.

Secunda cōclusio.

Si quis in professione ponat obicē peccati mortalis posteà, quando conteritur, non lucratur remissionē pœnarum, quā in professione ad quā tenetur.

Secundum pūctum, Si quis in professione ponat obicē peccati mortalis, postea quando conteritur, nō lucratur easdem indulgentias, aut remissiones pœnarum, quas lucratus fuisset in professione facta in statu gratiæ, quia professio solū habet ex opere operantis conferre illas gratias (vt piè communiter creditur à sanctis, vt dictum est) & non ex opere operato, ex quo non est sacramentum: ergo nihil relinquitur, ratione cuius postea ablato obice sortiatur effectum; & si post in statu gratiæ renouat, vel ratificat professionem, licèt mereatur gloriam, sicut quando de nouo professetur, non tamen præmium accidentale pœnarum purgatorij, vt prius, quia non habet in sua potestate, quòd offerat nouiter.

Tertia conclusio.

Per professionem in religione approbata liberatur homo à pœnis debitis in foro mun-

Tertium punctum, secūdum supplem.d.38.q.1.bb. quòd per professionem religionis approbatæ liberatur homo etiā à pœna debita in foro mundi (vt potè à carcere, flagellis, morte, &c.) quam non à debitis, vt supra q.5. dictum est: quia secundum Panorm. ibi q.d.38. si malefactor professetur religionē, non degradatur, nec, traditur iudici sæculari, vbi alias de iure deberet sic fieri: quia plus est fieri religiosum, quàm confugere ad Ecclesiā. sed tales defendit Ecclesia à morte, ergo & religio per professionem, etiamsi extra monasterium tales iam professi deprehendantur: & patet etiam, quia in professione non statuit Ecclesia, vel religio, vt interrogentur de his criminibus: ergo ab

mundi, licet ni à debito, neque ab irregularita-te.

ipsis liberantur per professionē. Multi autem Doctores tēnent oppositū circa aliqua crimina. Ab irregularitate autem non liberat professio, nisi dispensetur ab eo, qui potest; post professionē autem malefactor potest puniri secundū statuta, & priuilegia per suos Prælatos. Quomodô autē possit dispēsari, & absolutio fieri à censuris, & peccatis cum talibus, videatur latiùs in compendio priuileg. tit. *Absolutio, dispensatio, nouitius, &c.*

Quoad id, *Promittentes vitam istam, & regulam obseruare.*

QVÆSTIO XV.

Vtrùm promittens profitendo regulam intelligatur secūdum consuetudinem, an secundū quòd debet fieri ex ipsa regula? Et quid faciendum, si quis intrauit monasterium, seu religionem relaxatam, si non reformatur, vel si reformatur?

Prima conclusio. Qui intelligēs, & scīs substātialia regulæ profitetur illam spōtanee, tenetur ad obseruantiam eius.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, qui volens esse frater Minor sciens & intelligens substantialia, profitetur regulam fratrum Minorum simpliciter, & animo bono, & simplici, modo videat vel sciat, modò nesciat multiplices abusus regulæ esse in cōmuni fratrum consuetudine, tamen adhuc tenetur ad obseruantiam regulæ ipsius, quoad eius obligatoria ex vi talis professionis, & non excusatur ab eorū transgressione. Ratio huius est, quia quilibet tenetur ad id, ad quod per votum suum intendit se quomodolibet, explicite, vel implicite obligare, & ad nihil aliud, vt patet secundum communiter Doctores in 4. dist. 38. quia hoc est de ratione voti, scilicet, quòd sit voluntarium, saltem implicite: & sufficit talis implicita voluntas, seu intentio virtualis: quia qui vult principale, vult & necessariò ei annexa, seu accessoria, seu ibi necessariò inclu-

sa;sicut qui vult esse clericus,vult actu, aut velle tenetur consequenter tali statui obligatoriè annexa, vtpotè castitatis statum,& puritatem debitam habere; &c. Et qui vult esse vxoratus,vult & filios habitos educare debitè;& familiam sustentare.& cætera huiusmodi necessariò annexa:ergo similiter, quimodo prædicto simpliciter regulã profitetur,volens esse frater Minor, iamse obligare vult saltem implicite, aut actu debito ad obligatoria regulæ,& ad necessariò annexa statui fratrũ Minorum,ergo non excusatur ex hoc,quòd aliud sit in communi consuetudine:regulam enim vouit frater, non consuetudinem, 20.quæst.3.*Const tuit,quid metus causa,cap.cùm dilectus, & cap.final*,& de hoc est cap.*ex parte,de regula*;& ita tenet Alexan. Al. & communiter Doctores,& Summistæ, vt patet in summa Ang.tit.*Religiosus*,§.32. secundum Innocent. & Hostiens. licèt dicat,quod Panormit.aliter sensit aliqualiter,sed non sensit,vt patebit infra in 2.puncto: concordat etiam summa Sylvest.tit.*Religio*,3.q.12.

Quod si contra hoc quis obijciat, dicens, quòd secundum Thomam in 4.dist.38.quæst.1.art. 3.ad primum, & communiter Doctores omne illud, quod impediret votum fiendum si præsens esset, etiam iam voto facto,aufert voti obligationem, sed si quis quando profitetur, sciret tot casus obligantes sub mortali esse in tali regula,vt in articulo de paupertate,de pecunia,& huiusmodi,de non equitando,&c. & tot difficultates in eorum obseruantia: quæ omnia si quis tunc sciret, certè non vellet,neque intenderet ad talem regulam se sic absolutè obligare,præsertim quia videbat aliud seruari in communi consuetudine:ergo ex quo videtur regulam ignorasse, videtur etiam, quòd talis ignorantia tollat voluntarium, & quod non mere voluntariè voluerit aut intenderit profiteri regulam absolutè:sed solùm prout ipse putabat tunc: & prout videbat apud alios communiter seruari,quia sic,& non amplius,putabat obligare regulam suos professores:ergo & nunc non tenetur amplius iam illam regulam sic simplici animo professus, nisi quãtum teneretur tunc si illam profiteretur sciens eius obligationem:& quantum pro tunc volebat, aut tenebatur obligari, si illam sciret,vt dictum est. *Obiectio.*

Respondeo,negando consequentiam, & dico ad Minorem (vbi est difficultas) quòd aliud est dicere,si talis conditio esset quando quis vouet,votũ non esset validum; aliud est dicere si *Dilnitur.*

talis conditio esset, quando quis vouet, non voueret, aut non vellet vouere, aut profiteri: nam de primo modo bene est verum, & intelligitur illud commune dictum B. Thomæ, & cõmuniter Doctores, quòd scilicet quicquid impediret votum faciendum, &c. vt assumptum est in maiori, quia loquitur de impedimento voti ipsius, vtpote quando id quod vouetur, est iam redditum impossibile, vel illicitum, vel quando est omnino ignoratum, & per consequens inuoluntarium tunc quando vouebat, &c. huiusmodi, vt patet ex ipsorum Doctorum exemplis: non autem loquitur B. Thomas, & alij Doctores de secũdo modo, scilicet de impedimento voluntatis vouendi, aut de conditione impediente, seu quæ impediret voluntatem vouentis, ne voueret: quia non dicit, quod quicquid impediret voluntatem ad vouendum, si adesset, &c. sed quicquid impediret votũ, &c. Nunc autem multæ conditiones sunt, quæ benè impedirent voluntatem vouentis, ne voueret, si adessent, quæ tamen non impediunt, neque impedirent ipsum votum factũ à sic vouẽte, cũ tali, vel sine tali conditione, vt patet, quia si quis esset præscius sui casus, vel mali euentus apostasiæ futuræ, & huiusmodi, non vouisset tale votum castitatis, aut religionis, aut non professeretur, & tamen votum sine, vel etiam cũ tali præscientia sui casus benè tenet & professio: constat enim innumera pacta, & contractus esse validos, quamuis sint tales, quæ, si à principio quis sciret, seu prouideret futuros euentus, & difficultates ibi latentes, certè non fecisset tales contractus, seu pacta, seu vota, vt patet de matrimonijs, & professionibus multorum, quæ certè sunt valida, licèt non fecissent, neque professi fuissent, si præscirent particulariter omnes euentus, & difficultates ibi latentes: nam hæc omnia spectant ad excitationem voluntatis ad votum faciendum, & non ad conditionem obligationis ipsius voti, seu professionis, seu contractus. Non enim ex his conditionibus fit votum, professio, seu contractus conditionatus; sed incitat talis conditio ignorata ad faciendum votum absolutè, & simpliciter: quæ si præcognosceretur, fortè non vellet vouere, profiteri, seu contrahere, saltem sic simpliciter, sicut voluit iam & fecit. Et cum prædictis concordat Gerson 1. parte summæ Alphab. 11. litera k. dicens, quòd error est dicere, quòd nullus ligatur virtute iuramenti, seu voti, nisi ad illud tantum, quòd tunc aduertebat actualiter volens se obligare: sicq; patet, quòd votum nõ obligat vltra

intẽ-

intentionem vouentis actualem,seu virtualem,vel implicitam; b enè tamen obligat,quamuis incitantes conditiones, seu mouentes intentionem ad vouendum aliter se habeant:& per cõsequens obligat vltra tales conditiones,quæ si affuissent quando quis vouit,aut professus est, certè non voluisset sic saltem simpliciter vouere,aut profiteri,vt dictum est , & sic patet responsio.In quo etiam est notandum , quòd quando quis vouet, aut profitetur regulam,seu aliud huiusmodi votum , & vouentis intentio non se determinat ad hoc,vel illo modo vouendũ, seu profitendum,sed simpliciter vouet,vt dictum est in hoc primo puncto,tunc intelligitur,quòd vouere intendit,prout à iure communi,& secundum intentionem statuentis, & approbãtis regulam,seu religionem,seu tale votum, intelligitur,prout interpretatur secundum ius,præsertim si tale votum sit cõmunitatis,vt est professio regulæ,cuiusque religionis approbatæ, quę intelligitur secundũ quòd Papa,vel Ecclesia,& ius, seu cõmuniter Doctores intelligunt,& secundum mentem statuentis, ad quod probandum sunt multa iura,& rationes, quæ breuitatis causa omittuntur,de quo latiùs supplementum Gabriel. in 4.dist.38.q.1.art.3.propositione 6.prope finem secundum Gerson.& communiter Doctores vtriusque iuris.

Quãdo quis absolute profitetur regulam, neque intentionem restringit ad vouendũ talis, aut talimodo, præsumitur vouisse secundum intentionem statuentis, & approbantis talem regulam.

, Secundum punctum principale huius quæstionis est, quòd quimodo supradicto simpliciter profitetur regulam nostram volens esse frater Minor,sciens,vel nescius abusus, circa quæ non sunt obligatoria,non tenetur ad illa,quæ non sunt obligatoria,nisi secundum,quod est in consuetudine in foro conscientiæ. Ratio,quia secundum Panorm.in cap.*Super eodem de regul.* cùm votum debeat esse voluntarium, de regul.*cap.licèt*, si iste non habuisset animum se obligandi,nisi respectu regulæ , quæ ibi seruabatur,ergo non obligatur ad accidentalia non obligatoria regulæ,nisi prout inuenit consuetudinem, & non tenetur ad alias maiores austeritates religionis, quæ imponuntur; cùm ista accidentalia non obligatoria possint adesse & abesse sine præiudicio obligatoriorũ regulæ promissæ: maxime si per tempus,de cuius initio memoria non habetur,talia obligatoria non seruabantur,vt etiam abstinentia à carnibus,&c. huiusmodi.Et sic patet,quòd Panormitanus loquitur non de obligatorijs regulæ promissæ , sed de alijs non obligatorijs ex regula: quia potest licite quis ibi viuere secundum consuetudinem, vt dictum est:seruando tamen obligatoria regulæ , de quibus in

Secunda cõclusio.

Qui simpliciter profitetur regulam fratrũ Minorũ, sciens, vel nesciens abusus circa non obligatoria, non tenetur ad illa, nisi prout sunt in consuetudine.

primo puncto dictum eſt:concordant expreſsè Doctores vbi ſupra,& ſummiſtæ,præcipuè Sylueſtrina.

Nota. Hic tamen notandum,quòd licèt ſumma Angelica vbi ſupra, & tit. *Diſpenſatio*,§.8.dicat,quòd prohibitio de non accipiendo pecuniam ſit nobis fratribus Minoribus quid accidentale ex regula noſtra,ſicut eſus carnium,quoad monachos, licèt ſit ſub præcepto:& per conſequens,quód in articulo de pecunia poſſunt noſtri Prælati diſpenſare, & ſic ſtandum ſit conſuetudini, ſicut de eſu carnium quoad monachos dicit; tamen in vtroque non benè dicit,ſalua eius reuerentia:tum quia regula ſancti Benedicti non prohibet ſub præcepto eſum carnium monachis,vt ait Beatus Thomas in 1.quodl.quæſt.9.art.4. & Florentinus in quibuſdam reſpõſis:& Sylueſtrina,tit *Religio*,7.q.14.& Prælati ipſorum bene poſſunt diſpenſare cũ ſuis monachis in eſu carnium.Receptio autem pecuniæ eſt prohibita in noſtra regula fratri Minori ſub præcepto eminenti, & nullus Prælatus poteſt in hoc diſpenſare,vt infra cap.4.& 10.q.3.dicetur, ideò nõ eſt hoc computandum inter accidentalia regulæ, ſicut neque alia contenta obligatorie,vt dictum eſt: quod aduertat legens ſummam Ang.ne decipiatur.

Tertia concluſio. Si quis poſt profeſsionẽ vult in religione manere tenetur ſeruare regulã, quoad obligatoria, modò ſit deformata religio, modò non.

Tertium punctum, ſi quis iam profeſſus hanc noſtram religionem,ſeu regulam Minorum quomodocumque, ſcilicet,vel ſimpliciter,vel abſolutè,vel ſimplici animo,ſeu ignoranter,ſeu ſcienter,modò ſit religio deformata, quando & vbi profeſſus eſt,modo non,tamen ſi vult in religione manere, & eſſe frater Minor,tenetur ſeruare regulam,quoad obligatoria,vt in 1.pũcto dictum eſt,niſi quoad aliquid habeatur diſpenſatio rationabilis à Papa,vel Eccleſia. Similiter ſi religio reformatur quoad obligatoria,ſeu quoad alia quæcumque,ſi vult ibi manere,vbi fit talis reformatio,tenetur viuere reformate, conformando ſe cũ alijs:vt de his ait latiùs Panorm.& Sylueſtrina,vbi ſupra ex directorio:quia ex quo talis vult ibi manere, volens eſſe frater minor,iam acceptat votum,& profeſsionem debitam,& vitam regularem & reformatam, ſicque tenetur, vt dictum eſt. An autem is,qui ſimplici animo ignorans regulam,& eius obligationem,omnino ſic profeſſus eſt: vel ſi intendebat ſpecialiter non ſe obligare ad tot,quot regula continet, an talis poſsit tranſire,vel licentiari ad aliam religionem laxiorem latiùs dicetur infra q.16.&c.

Quartum punctum eſt, quòd omnia ſupradicta habent veri-

tatem

item in foro conscientiæ: nam in foro contentioso aliud dicendum est secundum Panorm. & Raymund. & Hostiens. & Canonistas, vt refert Syluest. vbi supra, & supplementum Gabrielis vbi supra, & dubio 1. eiusdem quæstionis, ibi videatur.

Quoad id, *Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, &c.*

QVÆSTIO XVI.

Vtrùm possit transire, vel licentiari, id est, dispensari ad laxiorem religionem, is qui non capiens, neque intelligens sufficienter saltem implicite regulam, eam professus est sic simpliciter. Similiter, is qui intendebat specialiter non se obligare ad tot, seu ad aliqua obligatoria regulæ, sed solùm ad tria vota essentialia religionis, an possit licentiari, vel trãsire ad aliã religionẽ laxiorẽ?

Prima conclusio: De licentia Papæ potest transire ad laxiorem religionem, is qui non capiens regulam, quam professus est, non vult in nostra religione manere,

REspondeo per duo punta, quorum primum est, quod de licentia, seu dispensatione Papæ potest transire ad laxiorem religionem, is qui non sufficienter capiens, aut intelligens, saltem in generali, regulam ad quam se obligabat in professione, propter suam simplicitatem, postea non vult in hac nostra religione manere, sed vult laxiùs sine tanta difficultate viuere in alia laxiori reformata religione: quia ex quod nõ satis intellexit quod vouit, non videtur omnino voluisse se obligare ad tantam perfectionem, seu arctitudinem, ergo solùm tenetur ad quantum volebat se obligare, vt patet ex dictis supra q. 15. in 1 puncto vide, quia facit ad hoc. Expressè hoc dicit summa Ang.

re,

tit. *Religiosus*, §. 32. Nam si quomodocũque ipse intelligens obligationem regulæ, tamen volebat se omnino obligare ad regulæ obseruantiam, & omnino esse frater Minor, sicut & alij, etiamsi non caperet obligationem regulę, putans, quòd postea professas edocebitur, & sic vult seruare, sicut postea cognouerit: tunc non potest transire ad laxiorem, sicut neque alij absolutè professi. de quibus 1 q. 17. habetur latius. Sed vt supradictus trãsitus ad laxiorem, debitè fiat & secure, est valde decens, & opportuna licentia seu dispensatio Papæ: maximè cum de tali ignorantia profitentis non constat, quod sit sufficiens ad transeundum ad laxiorem, vt dictum est.

Secunda cõclusio. Qui professitur nostram regulã, absque animo obligandi se ad perfectionem illius, licèt peccet mortaliter, non tamen tenetur in religione manere.

Secundum punctum, Qui specialiter, quando professus est hanc regulam, intendebat se non obligare ad tantam perfectionem, seu arctitudinem (tunc licèt sic absolute profitendo regulam non explicando suam intentionem peccauit fraudulenter, & mendaciter profitendo in facie Ecclesiæ, quam intentionem si explicuisset, non reciperetur) tamen ex quo non se obligauit coram Deo, nisi ad id quod & quantum voluit, ideò non tenetur manere in religione hac seruando nostram regulam, vt patet ex dictis supra quæst. 15. Et per consequens potest transire ad laxiorem, vbi seruentur tria vota substantialia religionis, quæ professus est. Et vt id faciat sine scandalo & debitè, oportet declarare fraudem, quam habuit in profitendo, & quia in foro Ecclesiæ ei nõ credetur, oportet habere licentiam, seu dispensationem à domino Papa, vt de hoc latiùs habetur apud Canonistas & Summistas: ideo Syluest. tit. *Religio.* 3 q. 12. dicit secundum directorium, quòd si quis ingreditur monasterium, seu religionem, vbi antiqua regula non seruatur, etiam quantum ad habitum, nec obligauit se ad illam, sed ad aliam, quæ ibi de facto tunc seruatur, etiamsi pluribus annis ibi sit, non censetur religiosus: hæc ibi. Adde & tu, quòd non censetur religiosus, scilicet illius religionis, ad quam nõ intendebat se obligare, vt dictum est. modo etiam deformata, modò reformata sit, aliàs enim bene censetur religiosus simpliciter, ex quo voluit profiteri saltem tria vota substantialia religionis: sicque tenetur intrare aliam, saltem laxiorem, si ibi non vult manere, nam si vult ibi manere, tenetur viuere secundum regulam promissam debitè, ex quo sic iam acceptat votum & regulam, volendo ibi manere, vt dictum est supra q. 15.

Concilium Trid sess. 25. de regular. c. 10. sanciuit, vt ille qui prætendit se non professũ esse defectu intentionis, vel alia ex causa, teneatur intra quinquẽniũ à die professionis reclamare, & causas nulli-

QVAES-

QVÆSTIO XVII.

An vere, & absolutè professis hanc nostram regulam & religionem, liceat transire ad aliam religionem?

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, In foro conscientiæ nullus vere, & absolutè expressè professus nostram religionem, potest de ea ad aliam quamcumque trãsire, nisi ex dispẽsatione rationabili Papæ, vel Ecclesiæ. Probatur prima pars, quia de religione altiori ad infimam non licet transire: quia hoc esset mittere manum ad aratrum, & retro aspicere, & non soluere votum debitè, vt patet etiam ex iure Canonico positiuo; sed nostra religio est altior cæteris & perfectior, vt supra in introduct. quæst. 2. probatum est, ergo. Et hoc idem aperte docet Bonauent. quæst. 12. & 13. super regulã, dicens, quòd impossibile est professo huius religionis ad aliam transire (secundum regulam & Deum, & veritatem) quia nulla altior, aut æqualis huic reperitur, & idem dicit in 2. cap. addẽs, quòd professo hanc religionem est impossibilis transitus ad aliam: quod nisi Papa supponeret, non approbaret regulam dicentem, *Et nullo modo licebit eis de ista religione exire: quia secundum sanctum Euangelium, nemo mittens manum ad aratrum, &c.* ex quo patet (vt ait Bonauent.) quòd si non licet exire, quia non licet retro aspicere: ergo omnis alia religio est huic retro, & apostatæ sunt omnes ab hac religione post professionẽ ad aliam quãcumque transeuntes: hæc ille. Et omnes expositores regulę cap. 1. & 2. concordant, vt est videre in Hugone, & 4. Magist. Barthol. Pis. &c. nemine discrepante. Ex quo patet, vt habetur in Specul ff. 14. & docet Brulifer. super prolog. S. Bonauent. in lib. sentent. quòd ad Carthusienſ. minime licèt nobis transire coram Deo, vt patet ex dictis, quamuis in foro Ecclesiæ aliud sit iudicium, de quo infra 3. punct. dicendum est (nisi ex dispẽsatione rationabili Papæ, vel Ecclesiæ) nam secundum Bonauent. q. 13. super regul. per dispensationem Papæ licitè quis potest transire ad aliam religionem. Notãdum autẽ, quòd nomine dispen-

nullitatis de iure corã superiore, & ordinario, quod si antea habitam religionem exuerat, nullatenus ad allegandam aliquam causam audiatur.

Prima conclusio.

Nullus professus religionẽ, potest aliã transire, nisi ex dispensatione Papæ.

Quæstio ista de transitu ad Carthus. dubia sunt, habetur pro vtraque parte.

Manuel Rodriguez 3. tom. reg. q. 52. ar. 18. licet liceat nobis in foro conscientiæ ad Carthus. transire ar-

gu-

gumẽtaque contrariæ partis dissoluit. Ex alia verò P. Hiero. à Tolletogeneralis Cappuccinorum in expositione regulæ c. 2. num. 87. docet extrauagãtẽ Martini IIII. quæ incipit viam ambitiosæ, &c. nõ obstare: nã Innocent. VIII. qui post ductos ferme annos Martino successit, teste Platina prohibuit sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrende, vt nulla religio, quæcumque illa sit, possit fratres Minores recipere.

dispensationis, intelligitur, quòd sit rationabilis, & secundum Deum, vtpote quòd fiat ex causa legitima sufficiente ad id, vtpotè ex necessitate, infirmitate, debilitate, delicatæ cõplexionis personæ, vel vtilitate communi, & huiusmodi causis veris sufficientibus, & requisitis ad talem dispensationem, vt Syluest. tit. *Religio*, 4. q. 1. & 2. tangit, & benè secundum Thom. Supponitur enim hic ex communi doctrina Doctorũ, quòd Papa potest in toto, vel in parte dispensare in omni voto ex causa vera rationabili, & sufficiente ad id, vt patebit infra cap. 10. q. 4. & notanter dictum est ex causa vera, & rationabili, seu sufficiente: nam si sit causa ficta, seu insufficiens, aliquo modo non excusatur à culpa is, qui est causa talis dispensationis, vt patebit cap. 10. An autem possit esse aliqua causa rationabilis ad talem trãsitum, hoc consistit in facto, & pertinet de hoc iudicare ad Papam dispensantem, facta vera relatione. Ideò dicit Bonauent. cap. 2. quòd si de licentia Apostolica glorientur aliqui aliter facere, pro certissimo sciant contra hanc domini sententiam Papam nihil facere, *Nemo mittens manum ad aratrum, &c.* quòd si mendacijs interuenientibus aliquid contingat per tales à sede Apostolica interpretari, non est eis excusatio, sed accusationis duplicatio: hæc ille. Ideò quamuis Syluest. tit. *Religio*, 4. q. 6. secundum Florent. 3. part. summ. tit. 16. c. 4. §. vlt. oppositum dicat, scilicet, quòd sua religio Prædicatorum est altior, & per cõsequens, quod ad eam potest transiri: nil probat, neq; valet eius dictum, vt patet ex dictis supra in introduct. q. 2.

Secunda cõclusio. Qui vouit, vel iurauit nostram religionem, quòd peccat aliã profitendo

Secundum punctũ est, Non est licitum in foro conscientiæ obligatis per votũ, vel iuramentum ad nostram religionem, intrare vel profiteri quamcumque aliam. Ratio patet ex dictis, & hoc ait Bonauent. An autem si tales iam sint professi aliam religionem, peccent mortaliter ibi manendo, & teneantur exire ad hanc nostram religionem, dicit Bonauent. ibidẽ c. 2. quòd sic, sed oppositum habetur in cap. *Qui post de regul. lib. 6.* quia ex solo voto, & promissione intrandi non est acquisitum ius religioni, & per consequẽs si se traddit alteri efficaciter, & in ius alterius, licèt cũ peccato, iam ibi manendo, non manet in mortali, sicut supra q. 6. dictũ est, de filio profitente culpabiliter eius patre relicto in magna necessitate: & sicut qui vouit castitatem, si ducat vxorem culpabiliter, non manet in statu mortalis peccati: sic in proposito dicendum est secundũ dictum cap. *Qui post votum*, de vouẽte intrare nostram religionem, quòd peccat aliã

profitendo,sed non manet in mortali ibi manendo. Recipientes autem illum,peccant,tanquàm illius apostasiæ, seu peccato cooperantes,vt ait benè Bonauent. vbi supra.

† Tertium punctũ est,In foro Ecclesiæ possumus de hac nostra religione transire ad Carthusiens. per extrauagan. *Viam ambitiosæ de regulari.* Ratio,quia Ecclesia,quæ iudicat de exterioribus,iudicat Carthusiensem esse altiorem, de quo est strictior in exterioribus obseruantijs quibusdam: & per consequens, quòd ad illam liceat transire,vt patet in summa Angelica, tit. *Religio sus*,§.34.& Florent.3.part.Summæ,tit.16.c.1.§.2. ex Ioanne Andrea,&c.& cap.2.§.vlt.quamuis Sylvest.tit. *Religio*,4.q.6.& 8.oppositum dicat,sed non satis benè,vt alibi in annotationibus super Sylvestrinam,ibidem latiùs egimus.

Quartum punctum est,quòd quamuis de qualibet religione possit quis,quantum est ex iure diuino & cõmuni licitè trãsire ad nostram,vtpotè ad altiorem secundũ Deum, similiter & nos accipere quemlibet sic transeuntem : tamen quia per substantialia indulta aliter est rationabiliter ordinatũ,& prohibitũ per Papam,vel Ecclesiam,scilicet per pacem,vel propter cauendã iacturã,vel confusionem aliquarũ religionũ,& huiusmodi,ideò non licet etiam in foro conscientiæ,nisi secundũ talia substãtialia indulta,exire,vel recipere transeuntes,secundũ cap. *Licèt de regularibus*,quod vide,quia valde facit ad propositum. Et quia circa hoc sunt multa priuilegia,quoad omnes ordines mendicãtes,ne scilicet inuicẽ recipiant transeuntes sub grauibus censuris,ideò illis est in hoc standum: & ideò videatur forma priuilegiorũ circa hoc,vt habetur in cõpendio fratrũ Minorum, tit. *Apostata*,tit. *Nouitius*,&c. Et secundũ talia priuilegia,quę debent salua manere,intelligãtur,& moderẽtur ea omnia,quæ tractãtur à summistis,circa hoc præsertim Sylvest.tit. *Religio*,4. Et secũdũ prædicta priuilegia notetur quis Prælatus debeat,& possit cõcedere licentiã talis transitus,& quomodò? Et quomodò est in practica,& consuetudine talis religionis? Nã priuilegia, & statuta,& leges positiuæ moribus vtentiũ,& cõsuetudine approbantur,roborãtur,& interpretãtur: quãuis Sylvest. vbi supra q.3.& alibi dicant oppositũ: de quo non est curandũ,sed quod dictum est,est attendendũ circa hoc. Omnia hìc dicta in hac quæstione intelligũtur suppositò quòd nostra religio non sit notabiliter deformata: nã si alicubi esset deformata,an liceat de ea transire ad aliam,& quomodò, latè dicetur infra q.19.ibi videatur.

ligionem tuè gredi, peccat mortaliter ingrediẽdo aliã, postquã verò in illa professus est, iam nõ manet in peccato mortali, sed tutus in conscientia.

† *Tertia cõclusio.*

In foro Ecclesiæ potest frater Minor ad Carthusias trãsire.

QVAES-

QVÆSTIO XVIII.

Vtrùm professis in obseruãtia liceat transire, & licentiare eos ad conuentuales nostri ordinis Minorum, & quomodò, & an conuẽtuales sint in bono statu, & quomodò conuẽtuales sint recipiendi ad obseruantiam?

Prima conclusio. Non licet in foro conscientiæ fratrib⁹ de obseruantia ad conuẽtualestrãs ire, sine dispẽsatione sedis Apostolicæ.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, In foro conscientiæ, & coram Deo non licèt obseruantibus transire ad conuentuales, nisi ex dispensatione Papæ rationabili. Ratio, quia non licèt ad laxiorẽ modũ viuendi trãsire, qualis est in conuentualibus, qui sunt dispẽsati circa pecuniã, & redditus, & paupertatem, modò sint dispensati rationabiliter, modò nõ, de quo infra 3. puncto: etiamsi ipsi conuentuales sic rationabiliter dispensati, viuant aliàs debitè, & non deformatè, quoad alia in regula contenta, non licèt ad eos transire ratione supradicta, faciunt ad hoc dicta in quæst. 17. præcedenti. Dico nisi ex dispensatione Papæ: nam si adsit causa rationabilis, & sufficiens ad transeundum ad laxiorem modum viuendi non deformatum, tunc ex dispensatione Papæ potest fieri talis transitus, vt supra quæst. 17. dictum est: dummodò in familia conuentualium circa alia non viuatur communiter deformatè: quia si sic, tunc non liceret tali periculo se exponere, vt latè dictum est supra quæst. 2. & infra quæst. 19. & cap. 10. quæst. 4. latiùs dicetur de his. Et cum prædictis omnibus concordat latè differens fr. Ioannes Pirrinus in tract. super dispensatione fratrum Minorum concluf. 3. corol. 2. & 3. in 1. respons. ad argumenta. Vnde in tab. 19. Vicarij Generalis sic habetur, *Declaratur, quòd fratres nostræ familiæ obseruantiæ non possunt salua conscientia, etiam quantũcumque discoli fuerint, licẽtiari vt Ministris (scilicet conuentualibus, qui tunc erant) se subijciant, etiamsi in obseruantia stare voluerint: sed à suis insolentijs coerceantur pœnis debitis, vsque ad carceres. Professi autem sub Ministro, scilicet conuentuali, & posteà nobis adiuncti, cùm à suis insolentijs resipiscere noluerint, & licentiam postulauerint, licentiari*

possunt,

possint, dummodò in obseruantia sub Ministro, sicut conuentuales fa-ciè voluerint, aliàs non: hæc ibi. Ex quibus patet intentum, præsertim quia in dicta tabula dicitur, *declaratur*, & non dicitur, *ordinatur*. Vnde si aliquando secundum aliqua priuilegia, seu statuta aliqui transeunt, seu licentiantur, seu admittuntur ad conuentuales, id potius est permissio ad tollendum malum minus malum, & in foro Ecclesiæ: sicut de ejectione incorrigibilium dicetur infra quæstione 21. & etiam proximè dicetur in secundo puncto sequenti.

Secundum punctum, quòd in foro Ecclesiæ potest de obseruantia transire quis ad conuentuales, secundum modos, & dispositiones Apostolicas. Similiter, & potest talis transitus permitti, & licentiari. Quis autem modus sit per Papam circa hoc datus, dico, quod multipliciter est circa hoc per multos Pontifices diuersis temporibus prouisum. Sed tandem in his temporibus standum est dispositioni D. Leonis X. in Bulla vnionis, statuentis, quòd de cætero nullus frater reformatus, vel de obseruantia possit per quemcumque Prælatum ordinis, etiam Ministrum Generalem mitti ad morandum ad aliquem conuentum non reformatum, aut pro reformato non habitum: excepto, quòd si Capitulo Prouinciali videbitur minus malum aliquem fratrem licentiare ad nondum reformatos, seu conuentuales, quàm cum reformatis, vel obseruantibus ipsum retinere: tali casu possunt Prælati mittere fratrem, seu fratres ad conuentuales, & sub excommunicatione latæ sententiæ prohibetur ibidem conuentualibus omnibus, ne aliquem de obseruantia alio modo transeuntem recipiant, & ipsis obseruantibus sub eadem pœna. Similiter prohibetur, ne aliq. modo ad conuentuales transeant. De conuentualibus autem ad obseruantes possunt transire, etiam in foro Ecclesiæ, petita licentia à suis superioribus, licèt non obtenta, vt habetur per eundem Leon. X. ff. 30. & 32. &c. Et in compendio priuileg. tit. *Conuentuales fratres*, ibi latiùs videatur: quomodò etiam liceat, vel non liceat reformationes fratrum, & domorum conuentualium facere, & procurare.

Sed hæc conclusio.

In foro Ecclesiæ possunt fratres de obseruantia transire ad conuentuales secundum modos, & dispositiones Apostolicas.

Sed hic posset dubitari, an fratres conuentuales transeuntes ad nostram obseruantiam debeant necessariò iterum stare per annum probationis, vt nouitij, & iterum profiteri simpliciter, & absolutè regulam fratrum Minorum, sicut alij de alijs religionibus transeuntes ad nostram religionem; Ita quod si aliter fiat

Dubium.

fiat professio non valebit in nostra religione, aut quòd petebitur ab ipsis, & à recipientibus, tanquàm ij, qui recipiunt, & recipiuntur contra ius?

Conuentuales transeũtes ad obseruantiã non indigẽt anno probationis, vt nouitij, aut noua professione.

Respondeo, saluo meliori iudicio, videtur, quòd non est necesse iterum profiteri, si iam semel absolutè regulam professi sunt fratrum Minorum sine vlla exceptione, aut limitatione, vt patet: quia transeundo ad obseruantiam melius obseruant regulam iam semel professam, & non aliam regulam: secus videtur dicendum, si cum aliqua exceptione, vel limitatione tacita, vel expressa professi fuissent: tunc enim oporteret intendere se obligare, & profiteri simpliciter, & absolutè regulam fratrum Minorum, sicut & alij profiteri tenentur: de quibus supra q. 12. q. 15. Similiter videtur ex hoc inferri, quòd quando non tenetur iterum profiteri, non est necesse, quòd iterum stet vt nouitius per annum probationis, aliàs autem sic: quia annus probationis est solùm ad probandum religionem, quam quis professurus est: ergo cùm non est necessaria iterata professio, sequitur quòd neque iteratus annus probationis, quantum est de iure communi loquor: quo non obstante, potest statui, quòd nullus conuentualis recipiatur, nisi prius per annum probationis steterit, vt probetur, vt post sine, vel cum iterata professione recipiatur, & incorporetur.

Et ad prædicta videntur facere statuta generalia Burgen. c. 1. vbi statutum fuerat, quòd si quando conuẽtuales nostri ordinis transierint ad nostram obseruantiam, nullus conuentualis nobiscum incorporetur, nisi prius per annum probationis steterit, nisi sit Doctor, aut nobilis pater: hæc ibi. Ecce prædictũ statutum, licet iam non valeat vt statutum; valet tamen pro declaratione dubij præsentis, quia dicitur, quòd Doctor, aut notabilis pater potest recipi sine anno probationis, & dicit, quòd alij post annum probationis incorporentur, tanquàm iam professi, sicut de vna prouincia obseruantiæ incorporatur quis in alia prouincia eiusdem obseruantiæ post vnum, vel duos, vel plures annos secundum statuta ordinis, & prouinciarum: facit etiam ad prædicta statutum Capituli Generalis Burdegalensis anno Domini 1520. celebrati, vbi sic habetur, *Nullus conuentualis recipiatur ad obseruantiam, nisi a minus eius conuersatio, & vita per annum videatur: & tunc si Capitulo placuerit, possit incorporari: quòd si minus, remittatur ad propria, & incorporans careat voce activa per annum vnum post dictam incorporationem, & passiua per duos annos ad minus,*

minus, nisi sit aliquis conuentualis, cuius receptio cedat in ædificationem, & singulare exemplum: & hoc ad iudicium Ministri, & Custodũ, & Diffinitorum: hæc ibi. Ex quibus patet, quòd licet statuta disponant, quòd ante annũ non incorporentur, tamen non debent stare per annum, vt nouitij cũ caparone, seu habitu nouitiorum, sed vt veri professi, quorum conuersatio inspicitur, vt videatur an debeant incorporari in obseruantia, vt dictum est. Facit etiã ad hoc, quòd quando totus conuentus conuentualium reformatur, & fit de obseruantia secundum Leon. X. (vt habetur in cõpendio, titulo *conuentuales*) non fiunt nouitij, neque iterum profitentur: ergo ex dictis videtur, quòd sufficit, quòd quando incorporatur ante, vel post annum, quòd promittat obedientiam nostræ obseruãtiæ; & ante prædictam incorporationem potest ipse exire, & expelli, vt habetur in tab. Capituli Generalis Florentiæ, anno Domini 1493. celebrati.

Tertium punctum est, An fratres conuentuales nostri ordinis, sint in bono statu? Ad quod dicit fr. Ioannes Pitrinus, vbi supra, quòd non: quia non habent iustam causam suæ dispensationis, sed si etiam aliàs viuunt reformate, vt tenentur, secundum alia obligatoria regulæ, tunc bene sunt in bono statu, vt patet ex dictis supra quæst. 17. aliàs non, vt patet ibidem: & ex dictis supra quæst. 2. An autem sit iusta causa talis dispensationis, an non, hoc pendet ex facto, & pertinet ad Papam dispensantem iudicare facta vera relatione. Similiter videtur dicendum, quòd si quis non intendit se obligare in profitẽdo absolute, vel cum limitatione expressa, nisi ad regulam B. Francisci, seu fratrum Minorum dispensatam, sicut est apud conuẽtuales, quòd tunc ad nihil aliud tenetur, & est in bono statu, dũmodò aliàs, seu circa alia viuat debitè, reformate. Patet ex dictis supra q. 15. In foro Ecclesiæ dic, quòd cẽsentur esse in bono statu, nisi aliàs communiter viuatur deformate circa alia, quàm circa ea in quibus, & quomodò sunt dispensati, patet: quia sic Papa approbat talem statum dispensatum, ideò præsumẽdus est licitus: immò, & est prohibitũ nobis specialiter oppositũ dicere, vt patet: quia Pius II. *ad euellendas*, inhibet nobis sub excommunicatione ipso facto, reseruata Papę, vel Protectori, ne vocemus fratres conuentuales deficientes à regula, vel reprobos; & postea Iulius Secundus, *Visis & consideratis*, ff. 214. prohibuit, ne nos inuicem verbo, vel facto iniuriemus, vel lædamus, sub grauibus censuris: & tandem Leo X. in Bulla vnionis,

Tertia conclusio.

Fratres conuentuales, si sunt in bono statu, vt tenentur, secundum alia obligatoria regulæ, bene sunt in bono statu, vt patet ex dictis supra quæst. 17. aliàs non, vt patet ibidem: & ex dictis supra quæst. 2. An autem sit iusta causa talis dispensationis, an non, hoc pendet ex facto, & pertinet ad Papam dispensantem iudicare facta vera relatione. Similiter videtur dicendum, quòd si quis non intendit se obligare in profitẽdo absolute, vel cum limitatione expressa, nisi ad regulam B. Francisci, seu fratrum Minorum dispensatam, sicut est apud conuẽtuales, quòd tunc ad nihil aliud tenetur, & est in bono statu, dũmodò aliàs, seu circa alia viuat debitè, reformate. Patet ex dictis supra q. 15. In foro Ecclesiæ dic, quòd cẽsentur esse in bono statu, nisi aliàs communiter viuatur deformate circa alia, quàm circa ea in quibus, & quomodò sunt dispensati, patet: quia sic Papa approbat talem statum dispensatum, ideò præsumẽdus est licitus: immò, & est prohibitũ nobis specialiter oppositũ dicere, vt patet: quia Pius II. ad euellendas, inhibet nobis sub excommunicatione ipso facto, reseruata Papę, vel Protectori, ne vocemus fratres conuentuales deficientes à regula, vel reprobos; & postea Iulius Secundus, Visis & consideratis, ff. 214. prohibuit, ne nos inuicem verbo, vel facto iniuriemus, vel lædamus, sub grauibus censuris: & tandem Leo X. in Bulla vnionis,

ff. 28.

ff.98.sub excommunicatione ipso facto Papæ reseruata (præterquam in articulo mortis) præcipit, ne quis frater ordinis S. Francisci appellet alium fratrem eiusdem ordinis malitiosè, irrisoriè, vel improperiosè priuilegiatum, bullistam, collectaneum, Amadeitam, Clarenum, de Euangelio, de caputio, Bigotum, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, seu forte in futurum occasione priorum diuisionũ ipsius ordinis à quocumque imponendo, seu alio quouis irrisorio, iniurioso, seu improperioso nomine, aut quod pro imperioso à patientibus habeatur: necnon omnibus, tam clericis, quàm laicis prohibet, ne fratres huiusmodi, aut eorum fautores præfatis nominibus irrisoriè, vel malitiosè appellent: de quibus omnibus latiùs in cõpendio priuileg. vbi supra, tit. *Apostata*, videatur.

QVÆSTIO XIX.

Vtrùm si iam nostra obseruantia esset (quod absit) deformata, liceat nobis de ea ad aliã religionem, vel familiam etiam laxiorem, sed reformatam, transire. Similiter intra nostram obseruantiam de vna prouincia, vel conuentu deformato, ad aliam prouinciam, vel conuẽtum nostræ obseruantiæ reformatam transire, & quomodò?

Prima conclusio.

Nunc de obseruantia, vbi reformatè seruatur, non licet ad aliam religionem transire.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, quòd si in ordine nostro esset locus, vbi regula purè, & debitè, & reformatè seruatur, tunc constat, quòd non licet transire ad aliam religionem: quia omnis alia est laxior, seu inferior, vt patet ex te vltimo, dictis supra q. 17. constat autem esse plurimas prouincias, & in qualibet prouincia multos conuentus, & ferè omnes, vbi regula purè, & reformatè; in alijs purius in nostra obseruantia obseruatur & viuitur: ideò nunc simpliciter dic, quòd non licet ad aliam religionem de nostra obseruantia transire, & concordat apertè

pertè Ioannes Andr. in cap. *Sane de regulari*. vt patebit infra in 2. puncto secundum Sylvest. & in hoc non est dubium.

Secundum punctum, si in nostra obseruantia, & in tota nostra religione, seu ordine, non esset aliqua familia seu prouincia, seu conuentus reformatus, vbi tales reciperentur, vbi debitè regula promissa seruaretur cõmuniter (quòd videtur ferè impossibile) tota enim nostra religio est plena familijs, & prouincijs, quotidie magis ac magis se reformantibus, vt patet: tunc si talis casus accideret, dico, quòd liceret nobis transire ad aliam religionem etiam laxiorem reformatam, & vbi debitè secundum suam regulam promissam viueretur communiter, & hoc potest fieri præcipuè de dispensatione Papæ. Ratio, quia licèt nostra religio in se sit altior, tamen si esset deformata, tunc esset inferior alijs, vt dicetur infra 3. puncto sequenti. Non enim consideratur regula antiquitus instituta, sed communis modus viuendi de præsenti, ad hoc, quòd iudicetur religio altior, vel inferior alia, vt sic liceat, vel non liceat transitus ab ea, & sic cõmuniter dicunt Doctores Innocent. Panormit. Ioann. Andr. in cap. *Sane de regularibus*, quòd si in priori religione communiter regula non seruatur, bene licitum est transire ad aliam laxiorẽ reformatam: quando non est in prouincia aliud monasterium illius primæ religionis altioris, ad quod possit transiri, neque est spes vlla reformationis, seu monasterij reformati, vt dictum est: vt Sylvest. tit. *Religio*, 4. q. 2. etiam refert. Item quia vbi est communis deformatio, est periculum propinquum admortale, ergo licitum, immò, & debitum est illud fugere, prout homo potest probabiliter. Non autem potest tale periculum vitari probabiliter, manendo cum tali societate in religione deformata (vt patet ex dictis supra quæst. 2.) ergo licet ad aliam religionem, vbi non sit tale periculum transire, & cum ad altiorem non tenetur quis ex quo, vel non se obligauit ad altiorem, vel nulla est altior, quàm nostra, ergo licet ad laxiorem transire reformatam. Dico notanter, quod talis transitus potest fieri de dispensatione, vel licẽtia Papæ; nam tunc bene est causa rationabilis ad sic dispensandum, vt scilicet euitetur periculum transgressionis manendo in religione deformata, vt dictum est. & sic cum tali dispensatione in tali casu securus fieret prædictus transitus, sine dispensatione autem, nisi periculum esset in mora, non esset licitus, quia non potest quis auctoritate sua manus bonum debitum commutare in minus, etiam causa rationabili:

Secunda cõclusio.

Ex hypothesi, quod tota religio esset deformata, nec regula seruaretur, liceret ad laxiorẽ trãsire, vbi reformate secundũ suam regulam viueretur.

sed requiritur auctoritatiua dispensatio (dum non est periculum in mora) vt cõmuniter tractatur à Doctoribus in materia de votis, & de dispensatione: vt de hoc infra c. 10. q. 4. dicetur, quòd & supponatur. Melius autem esset in casu prædicto, quãdo accideret (quòd Deus auertat) recurrere ad Papam, vel cõcilium, vel protectorem ordinis, vt prouiderẽt de loco, & modo, vbi, & quomodó regula promissa à volentibus debitè posset seruari: sicut etiam factum est tempore reformationis, quãdo à conuentualibus obseruantia separata est in Cõcilio Constantiensi.

Tertia conclusio. Si tota nostra religio esset deformata, esset inferior alijs religionibus laxioribus, vbi reformatè viuitur.

Tertium punctũ, Restat nunc probare, quód si nostra religio esset deformata cõmuniter, quod tunc esset inferior alijs religionibus, de se laxioribus, sed berè regulatis, & reformatis. Patet: tũ quia talis vita deformata est culpabilis, ex quo habet deformitatẽ, qua degeneratur à debita vita regulari, & per cõsequens habet turpitudinẽ. Est etiã periculosa, ad ea quæ sunt mũdi & carnis proximè inducens, vt patet ex dictis supra q. 2. & potest per singula facilè deduci, & experiẽtia apparet: & specialiter, quoad paupertatẽ probabitur amplius infra 6. c. quæst. 16. &c. ibi videatur. An autem liceat fratri Minori de vno loco, seu prouincia, seu familia deformata, vbi regula non seruatur debitè secundũ suam puritatem, transire ad alium locũ, seu prouinciam, seu familiam eiusdẽ ordinis, vbi regula debitè, & purè obseruatur, petita humiliter licentia, licèt non obtenta, etiã contra obedientiam, & censuras prælatorum: dic, quòd sic, secundum ea quæ circa hanc materiam latiùs tractantur infra cap. 10. q. 6. &c. illuc enim hoc attinet differendum, ibi videatur.

QVÆSTIO XX.

Vtrùm fratribus Minoribus liceat transire ad Episcopatũ, & ad prælaturas extraordinem, & quomodò?

Prima conclusio.

REspondeo per tria pũcta, quorum primũ est, quòd si coacti ab Ecclesia ad Episcopatum assumuntur necessitate, seu

ad

ad regimen animarum, tunc non sunt reputandi in malo statu, neque quòd sint ab ordine egressi, si quantùm in ipsis est, semper appetant in ordinis sinu confoueri, quia ex regula non negatur nobis exire ad maiorem, & superiorē gradū melioris & perfectioris vitæ vel status, qualis est status Episcopalis, sed prohibetur exire ad inferiorē vitam, vel statum; quòd si non vocati, neque coacti aspirant fratres ad gradum, vel statum Episcopalem, vt fugiant erumnas paupertatis, & ordinis rigorem, & iugum obedientiæ: tunc ait Bonauent. cap. 2. *Credo illos in illius partem essuros, qui dixit, Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*, hæc Bonauent. Sed videtur clarius dicendum, quòd quamuis posset quis peccare exeundo ad Episcopatum, per prauas vias, aut intentiones, tamen quantum est ex parte talis exitus de statu ad statum, licitè quis de religione exit, & assumitur, & manet in statu Episcopatus perfectiori. Peccata autem ante, vel tunc commissa in tali exitu possunt facilè emendari per debitam pœnitentiam, manendo in Episcopatu.

Religiosi qui assumuntur ad Episcopatū, sunt in bono statu extra ordinem.

Secunda cōclusio.

Secundum punctum, Ad alias prælaturas, seu dignitates inferiores Episcopatu, non licet in conscientia transire, nisi ex rationabili dispensatione Papæ: patet primū, quia religio nostra est altior vita, & status strictior, secundū Thom. 2.2.q.84.art.8. ergo non licet sine rationabili dispensatione: patet ex dictis supra q.17. &c. Dico in foro conscientiæ: nam in foro Ecclesiæ fortè aliud aliquando diceretur secundum diuersitatem dignitatum, & prælaturarū, & opinionum: de quibus omnibus latius videatur in Syluestrina, tit. *Religio*, 7. per totum, vbi etiam videbitur, an religiosus possit, etiam simul præfici alijs Ecclesijs curatis, & habere alias dignitates Ecclesiasticas, & quomodò? Attēdant etiam circa prædicta omnia priuilegia particularia, tam pro ipsis electis, seu ingressis ad Episcopatum, vel alias dignitates, quàm contra ipsos, vt habetur in compendio, tit. *Episcopi*, tit. *Exempti fratres*, tit. *Apostatæ*.

Ad dignitates inferiores Episcopatu, nō possunt religiosi nostri rutò transire, absq; rationabili dispensatione Papæ.

Tertia conclusio.

Tertium punctum, religiosus iam factus Episcopus, tenetur ad tria vota substantialia, & ad alia obligatoria regulæ, inquantum suo statui, & officio Episcopali non dissonant: Similiter & alij ad inferiores dignitates assumpti, & ad habitum religionis deferendum, vt latius de his Syluestrina tit. *Religio*, 6. quæst. 110. & *Religio*, 7. quæstione 11. secundum Thom. 2.2. quæstione 185. ar. 8. & ibi Caiet. Qui quidem Caietanus latius in quodl. 2. q. 22. disputat quomodò ad id obligatur, videatur si placuerit,

Religiosus assumpt' ad Episcopatū tenetur ad tria vota substantialia regulæ, & ad illa omnia, quæ suo statui non dissonant.

quia ibidem limitat aliqua, quæ ipse secundum B. Thomam dixerat 2.2.q.185. quòd Episcopus regulariter non debetur ex regula: nam in quodlib. 4. limitat & contrarium oppositum, scilicet, quòd potest licitè retinere comedere carnes. Similiter, an is qui voverat prius esse religiosus, & postea eligitur in Episcopū, an teneatur prius ingredi religionē: vel postea iam factus Episcopus teneatur ingredi religionem, & postea redire ad suum Episcopatum, videatur idem Caietanus 2.2. quæst. 183. artic. 3. quo loco latè pertractat hoc, & illud cap. *Per tuas, extra de voto, & voti redemptione.*

QVÆSTIO XXI.

Vtrùm liceat eijcere à religione aliquos iam professos expressè, & quomodò, & quid sit faciendū ipsis sic electis, vt sint in statu salutis?

Prima conclusio. Incorrigibiles, discoli, & scādalosi licite possūt à religione expelli.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, quòd incorrigibiles, pestilentes, & scandalosi professi, possunt & debēt à religione expelli, etiam sine habitu per eos quibus, & quomodò hoc est per priuilegia vel statuta ordinis commissum, vel concessum, quando aliter intra ordinem, salua ordinis disciplina, & sine graui scandalo, & damno temporali magno, vel spirituali detineri non possunt. Ratio, quia bonum commune religionis præponendum est particulari: ergo quando vtrumque haberi non potest, postponendum est minus, scilicet particulare maiori communi. hoc autem fieri non potest in casu supradicto, nisi expellatur ouis morbida, alios inficiens exemplo prauo, & incorrigibilitate sua impunita: quia est causa dissolutionis religionis, etiam quoad alios, qui similiter volent nō puniri, vt patet experientia: ergo tollendum est malum, & scandalum de medio, & de loco sancto religionis modo prædicto, quando aliter prouideri debitè non potest regulari disciplinæ, & bono cōmuni supradicto, & honori religionis apud homines. Item, quia frangenti fidem fides frangenda est, vt habetur *de reg. iur.* ergo qui in scādalum, & dedecus religionis incorri-

corrigibilis est præuaricator voti, iam ordo non tenetur eum habere, neque ei seruare pactum de eum retinendo, quia sicut ipse poterat exire de religione deformata desperabiliter, vt supra q. 19. dictum est, ita similiter religio non tenetur illi, qui est notabiliter in dedecus, & scandalum, & destructionem religionis notabiliter deformatus, pestilens, & desperabiliter incorrigibilis: quia non est melior conditio vnius religiosi, quàm religionis, & multorum. Concordat expresse Bonauent. q. 14. super regulam, maximè quoad notoriè malos, & incorrigibiles, & scandalosos coram hominibus sæcularibus: nam de occultè, scilicet intra ordinem tantum pestilentibus incorrigibilibus sine scandalo sæcularium dicit, quòd non debent eijci propter cauendum scandalum sęcularium ex tali iectione eorum, quorum vita mala illis non apparebat: quòd si tales seipsos apostatando eijciant, gratiæ sunt Deo agendæ, non quia peccauit frater, sed quia oues suas à contagiosa peste liberauit, Galat. 5. *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant*, scilicet pacem vestram & famam. Crudelis enim est miseratio, vbi plures, & meliores grauiter offendunt, sicut qui furem liberaret, vnde pauperes spoliarentur, hæc Bonauent. Concordat etiam expos. sine tit. cap. 2. dicens, quòd regula non prohibet expulsionem prædictorum incorrigibilium, sed exitum eorum, vt patet etiam in prima regula B. P. N. Francisci cap. 13. vbi dicitur sic, *Si quis fratrum diabolo instigante fornicaretur, habitum, quem ex sua turpitudine amisit, deponat ex toto, & à nostra religione penitus expellatur; & postea pœnitentiam faciat de peccatis*: hæc ibi. Ex quo patet intentio B. P. Francisci, licet nunc non debeat seruari in tanto rigore, ex quo illa prima regula non obligat nos, sed per eam edocemur, quòd liceat, & debeat expelli incorrigibilis, vt dictum est. Et quatuor magistri cap. 2. licet de prædictis dubitent, tamen adhuc ad prædicta magis videntur declinare. Concordat & Innocent. IIII. in sua declarat. regulæ fol. 3. in 2. tractat. concedens, quòd Ministri eijciant ab ordine fratres secundum statuta Capituli Generalis in certis casibus, & idem in priuileg. *Iustis petentium*, & in priuil. *Pacis & tranquillitati*, & Alex. IIII. *Iustis petentium*, fol. 122. & Sixt. IIII. *In mari mag.* fol. 58. & multi alij Pontifices id concesserũt, & suppoſuerunt pestilẽtes posse eijci, quando in suis literis dant Ministris potestatẽ super tales iectos ab ordine: vt late in cõpendio priuil. tit. *Apostata*, & tit. *Eycere ab ordine* habetur: præsertim Pius, & Paulus II. id signifi-

Ad Gal. 5.

Minister Generalis per se solum, & Minister Prouincialis per Definitorium, possūt incorrigibiles habitu spoliare, & à religione expellere.

cant: vt habetur in prædicto tit. *Apostata*. Et tandem Alexand. VI. in priuileg. *cum sicut nobis*, ff. 56. concessit, vt Minister Generalis per seipsum tantum, & Minister Prouincialis cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis valeat eijcere ab ordine habitu expoliatos fratres incorrigibiles, &c. & ibi dat potestatem ad censuras contra resistentes, & sæculares, quôd priuilegium est secundum prædicta intelligendum.

Secundum punctum est, quòd prædicta expulsio incorrigibilium debet fieri secundum prædictū priuilegiū Alex. VI. ex quo finaliter circa hoc sic latiùs disposuit. Et sic patet, quòd iudicio Ministri Generalis per se, vel Ministri Prouincialis cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis relinquitur etiam iudicare, qui fratres censendi sint etiam pestilentes, & tãquam incorrigibiles eijciendi: quia cui conuenit principale, & accessoriū committitur: vt patet in dispensationibus, &c. huiusmodi, & quando de prædictis eijciendis agitur, debent Prælati considerare supradicta secundū Bonauenturam, & aliàs circũstantias secundū Deum: alioquin darent efficacem causam damnationis illius, qui sic eijcitur indebite. Et quando tales eijciuntur modo supradicto, possunt eis dari literæ, non quidem propriæ dimissoriç, sed notificatoriæ expulsionis eorum, licentiantes permisiuè eos, vt sic eis liceat ad aliam religionem, seu statũ, vt infra dicetur, conuolare, vbi possint saluari, vt aiunt quatuor magistri, & expos. sine tit. & Hugo 2. cap. Et secundū omnia supradicta intellige ea quç à Canonistis Doctoribus dicũtur, vt refert Florent. 3. part. Summæ tit. 16. cap. 5. & Sylvest. tit. *Apostata*, q. 5. 6. & 7. &c. qui vidētur etiam cũ prædictis concordare: & inquantum dissonare videntur, debent iuxta prædicta limitari, vt patebit respondendo ad obiectiones.

Nota.

Notandum etiam, quòd si quis iam iustè eiectus vt apostatans, redeat petens habitum, humiliter paratus corrigi secundū ordinis disciplinam debitè, debet recipi: quia cessat iam causa expulsionis in pœnam inflictæ, vt communiter dicunt Doctores. Florentin. & Sylvest. vbi supra, quod est verum, nisi aliud obstet: vt potè si sit probabile scandalum ex tali receptione, vel si redeat aliqua infirmitate contagiosa infectus, vel aliàs inhabilis ad ordinis officia, &c. huiusmodi: vel si tandem eius punitio ad terrorem aliorum rationabiliter id requiratur, ne scilicet iam recipiatur, in quo magna, & charitatiua prudentia requiritur: quis autem dicatur incorrigibilis, vide summ. Sylvest. tit.

Incor-

Incorrigibilis,& tit.*Abbas*,*q*.2.& concordat B.Thom.1.2.quodl. art.37.vt etiam refert,& probat Syluest.tit. *Religio*, 6.q.17.& tit. *Apostasia*,q.5.& 6.& concordat Bonauent. vbi supra. Quòd si contra prædicta obijciatur,*cap.fin.extra de reg.*vbi præcipitur, quòd fugitiui,& electi requirantur,& recipiantur, & intra ordinem puniantur,& compellantur seruare regulam,&c. Respõdeo primo.Quòd quantum est de iure humano positiuo,iam id per priuilegia supradicta non valet;quãtum est de iure diuino, dico,quòd in prædicto,*cap.fin.*id disponitur,quando sine maiori malo,vel sine aliorum damno, & scandalo fieri potest : non autem,quando non potest commodefieri (vt dictum est) quando sunt omnino incorrigibiles fratres, & in scandalum aliorũ, vt benè etiam dicit Florent.& Syluest.vbi supra.Et ratio patet ex dictis,quia salus proximi est procuranda , quantum potest, dummodò prouideatur maiori malo : præsertim quia tales vix corriguntur,& potiùs est,vt tales damnentur alibi,quàm in religione cum detrimento aliorum,vt de hoc latius dictũ est supra in introductione,q.3. & per prædicta patet responsum ad omnia,& ad Hugo.& Barthol.Pis.qui de hoc dubitãtes ad oppositum videntur declinare.Nam Bonauen.vbi supra cõcordat cum prædicta responsione,& cum supradictis omnibus. Sedes enim Apostolica,vel Ecclesia,quæ suum cuique iusobseruat,& vult ordinem in sua puritate consistere non cogit,neque intendit ordinem tenere,vel recipere illos,quorum conuersatio esset nociua,& dedecus ordini,tunc enim puniret innocẽtes, reosq; foueret,& occasionem daret ordinis corruptioni per tales pestiferos,si eos teneri,vel recipi oporteret,ergo.

Tost Gregorij IX. una est prædictũ c. final, extra de regu. extant plura priuileg.a concessa à summis Pontificibus,quæ Gregorio successerunt,vt est illud Alex. IIII. Iustis petentium,& illud Alexãdri VI. Cũ sint nobis,*aliaque plura, quæ possunt videri in cõpendio priuileg. tit. Apostatæ.*

Tertium punctum,tales sic electi,vel apostatæ redeuntes nõ recepti,tenentur totis viribus se humiliter disponere , vt sint apti ad hoc,quòd secundum ordinis disciplinam recipiantur in ordine nostro,à quo electi sunt,vel apostatauerunt,& procurare humiliter,quòd recipiantur sic debitè dispositi . Ratio,quia ex sua culpa non est sua conditio melior facta,vt iam sit deobligatus à voto,& à religione promissa,vt patet : electio autem ei inflicta est in pœnam confusibilem,vt sic redeat ad cor , vel vt maiori malo,& scandalo ordinis prouideatur,non autem,vt per hoc ipse liberetur ab obligatione redeundi ad cor, & ad religionem:quamuis religio nõ teneatur ei ex culpa sua:ergo. Cõcordat expresè Bonauent.vbi supra,& cap.2. super regulam. Quòd si iam dispositus non recipitur propter quamcumque

Tercia conclusio. Electus ab ordine tenetur, quantũ est in se,totis viribus agere melius viuendo , vt intra ordinẽ recipiatur.

causam ex supradictis, tunc ipse non potest auctoritate sua manere in sæculo, neque aliam religionem laxiorem, seu inferiorem intrare, quia nō potest auctoritate sua votum maius in minus commutare, neque ex culpa sua fit liberior, vt dictum est, tenetur ergo, & potest secure tunc sic huiusmodi positus, si non recipitur in sua religione (vt dictum est) de dispensatione, seu licentia Papæ intrare aliam religionem reformatam, licèt laxiorem, secundum quòd Papa rationabiliter dispensauerit, & ibi potest manere & saluari. In sæculo autem in statu clericatus potest etiã saluari, si adsit dispensatio Papæ specialis, & rationabilis ex causa ad id sufficiente, alias non: quòd si non inuenit religionem volentem illũ recipere, tenetur in clericatu viuere regulariter, vt potest, vt ait Syluest. tit. *Religio*, 6. q. 12. & tit. *Apostasia*, q. 5. & 6. Concordat cũ prædictis expressè Bonauẽt. vbi supra, & ea quæ dicta sunt, q. 17. & 18. &c. Ad hæc autem notandum, quòd iam ordo noster habet auctoritatem à domino Papa licẽtiandi tales sic eiectos, & apostatas, qui non recipiuntur redeuntes propter aliquam causam ex supradictis ad certos ordines, & certo modo, & puniendi eos dum manserint in sæculo, quousque in ordine, ad quem licentiatur professi fuerint: & ipsi sic eiecti inhabilitantur ad multa, similiter & prædicti apostatæ. De quibus omnibus, quia solũ positiua sunt, videatur compendium fratrum Minorum, tit. *Apostata*, tit. *Eycere à religione*, tit. *Conuentuales*, &c.

Qui sæpius redeũtes ad ordinem nō admittũtur iustis de causis, non indigent dispensatione summi Pontificis, vt laxiorem religionem ingrediãtur, quia hoc illis ab Ecclesia gratiosè permittitur, ne in sæculo damnãtur, vt docet Angelus tit. Religiosus, §. 42. *& Syluest. tit.* Religio, 6. nu. 12. *& collect. cõpend. tit.* eijcere, num. 4. *&* 5. *solũ ergo indigent ordinis facultate, qui virtute primi ligiorum sibi indultorũ illã potest dare. Plures etiã putãt non teneri prædictos;*

Quartum punctum, Si nouitius interrogatus ante professionem, an habeat aliquod impedimentum, pro quo non possit iure profiteri secundum statuta religionis (de quibus supra q. 4. dictum est) respondet se non habere, & mentitur, & sic consentitur suæ professioni, immò de facto profitetur; & tamen postea inuenitur, quòd habebat tale impedimentum, vtpotè infirmitate contagiosa infectus erat, & huiusmodi: dicit Gerson 2. part. summ. in quibusdam quæst. Alphab. 34. litera S. quòd talis sic professus obligatus est intrare religionem istam, quam professus est, vel aliam, si ab ista ejicitur, vt de hoc supra q. 13. dictum est. Sed de conuentu, an scilicet possit talẽ ejicere, dicit Gerson, quòd est maior difficultas: quia præsupponitur quòd non consensit, nisi sub conditione, quòd ille recipiẽdus non haberet tale impedimentũ, de quo expressè fuit ei facta interrogatio secundũ ordinis statuta: & ita videtur, quòd non existente conditione, non tenetur conuentus: sunt tamen argumenta

menta ad oppositum de conditionibus appositis matrimonio, quæ pro nunc dimittuntur. Consulerē tamen (ait Gerson) quod talis iam professus externus, & diu tolerandus, non expellatur, nisi necessitas vrgeret: & hoc propter scandalum vitandum, & charitatem nutrienda m: hęc ille. † Hoc tamen non obstanti Leo X. in priuil. *Cum sit nobis, ff. 19.* concessit nobis, vt Ministri Generales, & Prouinciales, fratres ordinis etiam professos, qui grauissimis, & scandalosis delictis notati, & diffamati fuerint in sæculo, quæ fraudulenter, & dolose in eorum receptione, & professionis emissione (monitione super his per prędictos Prælatos præmissa) tacuerunt, non obstāte quòd iam recepti sint, & professionem emiserūt (ne morbida, & infecta pecus ouile Domini corrumpat, & vt alijs cædat in exemplum) à domibus, & cōuentibus dicti ordinis expellere, & remouere libere, & licitè possint, & valeant, prout conscientijs prædictorum Ministrorum (quas super hoc onerat) visum fuerit & honestum. Similiter in tab. 21. Vicarij Generalis anno Domini 1508. declaratur, quòd cùm receptus fuerit aliquis claustralis, vel collectaneus aliqua contagiosa infirmitate percussus, quā ipse reuelare renuit in eius receptione, licet ab eo perquiratur de eius sanitate, cognita eius infirmitate benè potest expelli, ne alios inficiat; cū nostra obseruantia non intendat talem recipere, & fraus & dolus nulli debeat patrocinari: consultius tamen esset, quòd dum tales recipiuntur, fieret eis protestatio, quòd si talibus infirmitatibus teneatur, recipientes nullo pacto eum recipere intendunt. Si autem aliquis talium claustralium apud nos recipiatur, & postea retro aspiciens aufugerit, non est requirendus, sed relinquatur eius anima in manibus suis: hæc ibi. Et de his multa similia habētur statuta in ordine auctoritate Papali, quæ alibi videātur in tabul. Capituli Generalis, & de apostatis similiter ibidē, & in compendio, tit. *Apostatæ*, & Syluest. eodem tit. Similiter, an eiecti sine habitu possint mitti ad triremes semper, vel potiùs ad tempus, vt sic puniātur, videatur Bonauent. vbi supra, & in constitutionibus generalibus auctoritate Apostolica editis, & in alijs priuil. ordinis, vt etiam ex prædictis elici potest: quia propter breuitatē omittuntur. Ex dictis patet, quare omnes discoli, & incorrigibiles nō ejciūtur ex ordine secundū Bonauēt. in q. 17. super regulam, primo propter spem correctionis: sicut ægrotans non ejicitur in mare, quàmdiu spes vitę fuerit: sic in proposito. Nam dum in hac vita sumus, multi lapsi etiam enormiter

tes alirgress sum alieni religionis, sed in sæculo de facto ipsi copi obedien t ascune vi uere pole: ita Scto lib. 7 de ui. & ur. q. 2. ar. 1. Nauar in cap. Nō dicatis, num. 37. & alii.

† *Conclusio tertia.*

Possūt post professionē à religione expelli, qui fraudulenter in professione tacuerūt infectionē morbidam, quam ipsi non fatebantur.

miter postea per pœnitentiam surgunt, & perseuerant etiam sæpè feruentiores & meliores, quàm qui lapsi non fuerint. Secunda causa, propter defectum probationis: quia licet ex aliquibus coniecturis timeatur aliquis malus, tamen apertè non videtur communitati: sicut qui ex aliquibus signis timetur leprosus, & huiusmodi contagiosa infirmitate infectus, & non potest adhuc plene iudicari, sed latet morbus, ideò adhuc inter sanos toleratur. Tertia causa, propter scandalum, quia fratribus tantum notum est crimen illius, sed apud extraneos reputatur honestus: qui si viderent eum ejici, & tamen non scirent causam, putarent ex inuidia, vel malitia, vel aliàs iniustè fieri, vel etiam cognita causa cogitarent reliquos omnes esse tales, cum iste de quo tantum præsumebant, occulte fuerit vitiosus. Nam & Dominus cognouit Iudam esse vitiosum, & in nostrum exemplum tolerauit illum, cùm eius crimen alijs foret occultum, donec per apertam iniquitatem perdidit semetipsum. Hæc Bonauentura.

Quoad id, *Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam, &c. & vestimentis vilibus induantur, &c.*

QVÆSTIO XXII.

Quæritur quot, & quales tunicas, & vestimẽta liceat portare?

Prima conclusio. Ex vi regulæ tenentur fatres professi, duas tãtum tunicas portare.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, Ex vi regulæ tenemur portare duas tantũ tunicas, alteram sine caputio, & hanc qui voluerint portare, alteram cum caputio, quæ dicitur habitus exterior: & hunc necessariò tenentur omnes professi portare manifestè, & brachas, & chordam. Quòd teneantur omnes professi portare tantum illas duas tunicas, vt dictum est, patet expressè ex regula (& illi qui iam promiserũt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, &c.) & in hoc nulla est difficultas, ex quo per Clemen. V. ficut declaratũ est,

est,vbi supra in gloss.quòd autem brachas & chordam, seu funem pro cingulo teneantur portare, patet secundum expos. sine tit.cap.2.tum quia tanquàm iam supposita paulò superius in hoc eod.cap.vbi de habitu nouitiorum egit, iterum hic non expressit:tum quia quod illic propter honestatem etiam nouitijs iussit haberi & dari;certè idem etiam iam professis ad habitus honestatem à fortiori imponere intendit.Item hoc idem patet in 1.Reg.cap.2.vbi expressius brachæ imponuntur professis.Patet etiam regulæ intentio ex communi practica ordinis,à tempore ipsius B.Francisci, vsque ad nos sic de facto introducta: quia & sic omnes sancti patres & Doctores ordinis communiter intellexerunt:ergo non licitè tolluntur brachæ à iuuenibus professis, vt alicubi fortè ex auaritia, vel alia causa fieri contingit.Per duas autem tunicas supradictas, non intelligitur hîc,quicquid est necessarium ad induendum, sed vt iacet litera,& vt dictum est vna interior sine caputio quantũcumque sit repetiata: alia cũ caputio exterior,etiamsi sit repetiata,vt in hoc benè ait Hugo,cap. 2. ideò si amplius opus est habere propter necessitatem alicuius,hoc non nisi dispensatiuè potest haberi,vt dicetur infra 2. puncto, & expressè dicunt Nicol.III. & Clemens V.in declarat.vt proximè dicetur. Et concordant quatuor magistri,& Bonauent.dicens,quòd habere duas tunicas regularis est forma vitæ:plures autem dispensationis est regulæ illorum auctoritate,quibus commissa est cura fratrum secundum loca & tempora,&c.Ex quo patet, quòd hic per duas tunicas non intelligitur duplex vestimentum, seu superfluũ,sicut in Euangelio intelligitur,quãdo Luc.9. & Matth. 10.prohibentur duæ tunicæ Apostolis,secundum communiter Doctores. Similiter patet, quòd qui solùm induitur, & portat prædictas duas tunicas,seu habitus mutatorios,alium die,alium nocte sine necessitate,peccet contra aliud præceptum regulæ, scilicet de non habendo superfluitatem,vel curiositatem, vt de hoc latiùs infra cap.6.q.14.dicetur,quamuis Hugo & Bartholo. Pisa.cap.& alij non satis in hoc distincte loquuti sint: & sic videantur aliqualiter à prædictis dissonare, de quibus inquantum dissonant à prædictis,non est curandum.

† Secundum punctum est, quòd licet in regula contineatur, quòd fratres non possint pluribus, quàm duabus tunicis vti,vt dictum est,quodque necessitate cessante, pluribus non vtantur fratres ex intentione instituentis sic fuerit,tamen de licẽtia

† *Secũdacõ clausa. De licentia habendi, & quando possint fratres pro necessitatibus plures, quã duas tunicas habere.*

Minis-

Miniſtrorum,& Cuſtodum in ſuis adminiſtrationibus cùm eis videbitur(penſatis neceſſitatibus,& alijs circunſtantijs,quæ ſecundum Deum,& regulam attendendæ videntur) poſſunt fratres vti pluribus tunicis: nec propter hoc deuiant fratres ex prædicta regula: cùm ipſa regula quarto capite dicat, quòd Miniſtri & Cuſtodes de neceſsitatibus infirmorum,& de fratribus induendis ſolicitam curam geiant,ſecundū loca,& tempora,&c.& ſic declarat Nicol.III.art.4.Et Clemens V. art. 4. Ex quibus dictis patet intentum, vt in primo puncto dictum eſt. Ibidem etiam Nicol.III. concedit, quòd quamuis in regula 4. cap.dicatur,quod Miniſtri tantum & Cuſtodes ſolicitam curam gerant de induendis fratribus,&c.& ſic per ly(tantum) videātur cæteri fratres excludi:tamen ipſi Miniſtri,& Cuſtodes poſſunt hoc alijs committere:qui quidem commiſſarij debent, ſicut & illi de prædictis habere curam ſolicitam ex regula impoſita illis.Ex quibus dictis videtur,quòd Guardiani poſſunt diſpenſare cum fratribus in portando plures tunicas,ſicut & Miniſtri,& Cuſtodes,modò id poſsint ex ſolo ſuo officio Guardianatus,modò id potiùs poſsint ex commiſsione generali eis data à Miniſtris,&Cuſtodibus eo ipſo quòd ſint Guardiani;hoc tamen dico,quòd eorum officio eſt annexa cura, & poteſtas circa induendos fratres: ſimiliter & circa diſpenſandum cum eis,quoad plures tunicas. Ratio, quia ſicut officio Guardianatus iam eſt annexa cura induendorum ſecundum loca & tempora,&c.quomodocumque ſit ei annexa (licèt hoc principalius conueniat Miniſtro, & Cuſtodi) ita ſimiliter hoc acceſſorium eſt ei annexum, ſcilicet,vt diſpenſet circa plures tunicas ſecundum loca & tempora, &c. Item, quia in literis Guardianatus generaliter committitur à Miniſtro Prouinciali, quod poſsint in omnibus, exceptis quibuſdam ibi expreſsis: ergo ibi videtur eis hoc etiam committi generaliter ratione officij Guardianatus:præcipue quia ſic iam videtur in practica ſcita, & conſueta per longiſsimum tempus.Et ad hoc videntur facere quatuor Miniſtri,& Bonauen.2.c.quòd de licentia illorum, quibus commiſſa eſt cura fratrum ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones induendorum,poteſt quis plures tunicas portare,vt dictum eſt.

Tertia concluſio.

Tertium punctū eſt,Fratres tenentur indui veſtimentis vilibus ſecundū iudicium Prælatorum:quòd teneantur vti vilibus, patet hoc eſſe obligatorium ex regula ſecundum Clement. V.

vbi

vbi supra in glossa. Ista autem vilitas debet pensari eu ad co- *Vilitas ſa*
lorem, & pretium ſecundum prædictum Clement. V. & omes *ſtidiorū*
expoſ. attenta conſuetudine, & condicione prouinciæ, in qua *non ſolū*
ſunt fratres. Nam in vna prouincia reputatur pretioſa, quæ in *ſecundum*
alia vilis veſtis habetur. Et notandum, quòd non obligamur in- *pretium*
dui viliſsimis, ſed vilibus tantum veſtibus. Sunt enim gradus in *vilitatis.*
vilitate veſtium, & eſt latitudo vilitatis: immò, vt ait ibi tus
V. in ſuis conſtitutionibus, c. 2. *Non debent noſtræ veſtes eſſe adeò pretioſæ, vt videntes eas notare debeant curioſitatem, vel vanitatem: neque ita viles, & groſſæ, quod videntes eas ad terrorem, horrorem, & deriſum inducant*: hæc ibi. Et ſimiliter concordat Hugo cap. 2. & Zabarella ſuper prædicta Clemen. *Exiui, art.* 4. §. *vilitatem*: dicentes, quòd magis curanda eſt panni honeſtas, quàm pretij; hoc eſt contra negotiatores, in hoc dicentes, quòd quia pretioſæ, & ſubtiles veſtes ſunt durabiles, ideò ſunt magis ſecundum paupertatem. Sed certè Beatus Pater hanc negotiationem non intendit, neque probauit, ſed vilitatem veſtium. Similiter & Papa non niſi prædicta conſideranda eſſe decreuit, alioquin veſtes gauſapinas, aut ſericas colore cineris durabiles deceret portare. Sed quia non eſt omnium rectè iudicare de ſingulis, neque omnes capiunt medium virtutis, quòd ſecundum iudicium prudentium & bonorum eſt attendendum: & ne contingat peccare per exceſſum, vel defectum in his, & huiuſmodi, & vt tollantur diſsidium, contentiones, ſciſmata, & ſcrupuli circa prædicta de vilitate veſtium, ideò dominus Clemens V. vbi ſupra committit iudicio Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum, vt eorum conſciētijs oneratis, iudicent, & determinent circa hoc: ita tamen, quòd ſeruent in veſtibus vilitatem: ſicque illæ veſtes ſunt merito, & ſine ſcrupulo viles ſecundum regulam deputandæ & habendæ circa colorem & pretium, quæ à prædictis Prælatis, tanquàm tales iudicantur, & cõceduntur, quamuis aliæ alijs ſint viliores, non enim ſtat in puncto indiuiſibili hæc vilitas, vt dictū eſt, dummodò manifeſtè non ſint pretioſa. Nam ſi manifeſtè conſtaret cõmuniter eſſe pretioſas veſtes, in pretio vel colore (ſecundū conſuetudinē prouinciæ) tunc non eſt ſtandū eorum erroneo iudicio manifeſto, quia hoc eis non conceditur: ſed quòd declarent, & determinent de vilitate, ita tamen, quod ſeruent in veſtibus vilitatem ex regula inductam. Nam manifeſto errori non eſt ſtandum contra regulam: quòd ſi eſſet dubium, an vere ſint viles, quę à Prælatis cenſentur viles,

tunc

tunc eorum iudicio ſecure ſtandum eſt: vt dicit Zabarella vbi ſupra, ſecundum Clemen. V. & latiùs cap. 10. q. 3. dicetur, quòd in dubijs ſtandum eſt iudicio prælatorum: præſertim quia tandem circa hoc expreſsius Ioannes XXII. in ſua declaratione fol. 16 tract. 3. hoc commiſit iudicio, arbitrio, & declarationi prædictorum prælatorum: non ſolùm quoad vilitatem in colore & pretio, ſed & quoad longitudinẽ, latitudinem, formam & figuram, groſsitiem, ſubtilitatem, & huiuſmodi accidentia, ſpectantia ad habitum, & veſtes fratrum: & quòd fratres ſic ſequendo eorum iudicium humiliter obediendo, non poſſunt dici, neque æſtimari regulæ, declarationum, vel conſtitutionum tranſgreſſores: ſed quod omnino ſtando eorum iudicio, dicuntur veſtes viles, ſecundum regulam, & declarationes habere, quodque in talibus relucet vilitas, aſperitas, & paupertas ſecũdum ſtatuta ordinis, alias ſubditi reſiſtentes in prædictis, quòd incurrunt inobedientiam, & alias graues pœnas & cenſuras: vt in eadem declaratione Ioan. XXII. latiùs habetur. Nam vt etiã refert Zabarella vbi ſupra, & Barthol. Piſ. cap. 2. & ſpecialiter, fl. 10. ipſe Ioann. & Benedictus XXI. in Bulla *Redemptor noſter*, promulgarunt ſententiam excommunicationis ipſo facto, in fratres pertinaciter portantes, vel aſſimantes alias difformes, vel diſsimiles veſtes ab illis, quæ per prædictos Prelatos, quoad prædicta fuerunt determinatæ, ſi infra 15. dies poſtquàm fuerũt per Miniſtros requiſiti, non deſsiterint à præfatis, tam autem habetur in ſtatutis ordinis, & in conſuetudine antiqua de forma & colore habitus exterioris. Et quod debet caputium eſſe conſutum ipſi habitui profeſſorum, vt declaratum eſt in tabul. 9. Vicarij Generalis, vt habetur ſupra q. 10.



Quarta cõcluſio. Conceſsũ eſt per regulam fratribꝰ, vt veſtes ſuas poſsint repetiare.

Quartum punctum eſt, quòd prædictis non obſtantibus conceditur per regulã fratribus, quòd poſsint veſtes ſuas repetiare de ſaccis, & alijs petijs, & humilitate, & amore abiectionis, & paupertatis, & etiam ex neceſsitate: & talis veſtis repetiata poteſt portari regulariter, etiam ſine alia diſpenſatione. Quid autem intelligatur per (repetiare) & quomodò notandum, quòd poteſt dupliciter intelligi: vno modo, vt idem ſit repetiare, quòd duplices tunicas ſibi inuicem vnitas in modum diploidis portare, id quod Hiſpane dicitur, *enforrar*: & hoc modo videtur intelligere Bonauent. c. 2. dicens in alia tunica ſine caputio,

Qi id intelligatur per repetiare.

intelligitur ſecundũ ſtatuta ordinis vnica ſimplex, vel repetiata, nec debent plures haberi inferius à profeſsis, præcipuè, niſi

de

de superioris licentia,&c.hæc ille. Vbi ex verbis scilicet *(simpler vel repetiata)* quę videtur opposita, innuitur intentū, quod q; Bonauent. hoc solùm de tunica interiori intellexit: similiter Hugo cap.2. videtur intelligere ly *(repetiare)* dicens, quòd necessitati consulitur, quòd duplicibus; seu maiatorijs relictis, &c & sequitur paulò inferius, quòd potest vetus tunica cum noua sine regulæ præiudicio per consuturam vniri, nec penulam, in æstate diuisam habens prohibetur vsque ad frigoris necessitatem seruare, nisi per superiorem aliud ordinaretur: hæc ille. Et videtur loqui non de tunica interiori, sed de habitu exteriori, ad eos qui solùm habitū sine alia tunica interiori portabant antiquitus, vt sic magis conformarentur regulæ, & paupertati strictissimæ, & etiam formæ Euangelicæ; quoad vocabulum de non portando duas tunicas: quia tales poterant portare habitum tantum, sed repetiatū modo supradicto, intus & foris circumquaque, propter maiorem vilitatē: & quòd sic portabat aliquando B.P.N. Franciscus, & quòd sic innuitur, & intelligitur testamentum B.P. Francisci, vbi dicitur; *Quòd eramus contenti vna tunica intus, & foris repetiata, & nolebamus plùs habere.* Alio modo per ly *(repetiare)* intelligitur, id est, refarcire, quòd Hispane, dicitur *(remendar)*. & huic consonat expresse Barthol. Pis. cap.2. dicens, quòd si contingat lacerari tunicas, non statim est noua procuranda: sed ipsa antiqua repetiari debet de saccis, & alijs petijs, vt Beatus pater noster Franciscus faciebat: hæc ille. Et exposit. sine tit. quòd licet contra honestatem, & reuerentiam aliarum religionū hoc esse videatur, non tamen in nostra religione, vbi abundant paupertas; vilitas; & abiectio vestium. Ideò conceditur; quòd possint repetiare vestimenta fratrum. Huic etiam cōsonant ipsa verba regulæ dicētia, *Repetiare*, & *de alijs petijs*: si proprie verba accipiantur. Et ratio videtur huic suffragari, quia si primo modo intelligeretur repetiare, certè non videtur adeo necessaria dispensatio prælatorū ad plures tunicas simplices, ex quo possent plures simul vnitæ parari, & fortè indecētius & sordidius. Nicol. autem III. & Clemens non cōcedunt plures, nisi ex dispensatione prælatorū: vt in 2. pancto habetur: ergo iste vltimus sensus videtur melior, saluo meliori iudicio. An autem Prælatus possit talem repetiationem primo modo, vel secundo modo intellectā prohibere, & subditus teneatur obedire? credo quòd sic: tum quia ista licentia, sic est licentia regulæ subditis; quòd non videtur esse

prohi-

prohibitio Prælatis oppoſitum præcipientibus, quia non eſt, ſicut aliæ conceſsiones, quæ per Prælatos non poſſunt impediri, vt patebit infra cap. 10. q. 2. tum etiam quia quoad formam, & accidentia habitus ſtandum eſt iudicio Prælatorum, vt patet ex dictis ſupra in 3. puncto, tum etiam quia ſic ſentiunt Bonauent. & Hugo vbi ſupra dicentes, quòd niſi per ſuperiorem aliud ordinaretur, ergo. Sed an aliquando alicubi liceat ſtare, ſeu dormire ſine habitu, videatur in ſummiſtis, præſertim Sylueſtrina, tit. *Habitus*, quæſt. 2. &c. & tit. *Et excommunicatio*, g. *& excommuni.* 24. & de capitegijs, & huiuſmodi ſarcinulis videatur in 23. quæſt. ſequenti.

Quoad id, *Et qui neceſsitate coguntur, poſsint portare calciamenta*, &c.

QVÆSTIO XXIII.

Vtrùm liceat portare calciamẽta, ſoleas, ſandalia, ſculponeas, vdones, caligas, & alias huiuſmodi ſarcinulas?

Prima concluſio. Prohibitum eſt fratribus Minoribus portare calciamenta abſq; neceſsitate, & diſpenſatione Prælatorũ.

REſpondeo per duo puncta, quorum primum eſt, Portare calciamenta propriè ſumpta, eſt fratri Minori ſub præcepto prohibitum ex regula, & niſi ex rationabili diſpenſatione Prælatorum portari non poſſunt.

Prima pars per declarat. Clemen. V. patet, vt ſupra in gl. ſ. dictum eſt: quid autem hic intelligatur nomine calciamentorũ prohibitorum, dic ſecundum quatuor magiſtros, Hugo, Barth. Piſ. &c. expoſitores (vt etiam habetur in Serena cont. 1. a, q. 35.) quòd calciamentum propriè dicitur cooperimentum pedum de corio factum: ideò omnia alia, vtpotè caligæ truncatæ, ſoleæ, ſandalia, ſculponeæ, ſeu alpargatæ (vt Hiſpanè dicitur) ſotulares, calipodia, vdones, & huiuſmodi, non dicuntur propriè calciamenta, vt dicunt prædicti Doctores, & Bonauent. & Speculum, ff. 10. Portare autem calciamenta propriè dicta eſt conſuetudinariè pedum operimenta de corio facta portare.

Quid propriè intelligatur nomine calceamẽti.

Portatio

Portatio enim vsum dicit (vt ait Hugo 2. cap.) igitur portare prædicta calciamenta propriè, vt dictum est, est prohibitum nobis ex regula. Dicitur nisi ex rationabili dispensatione prælatorum, tunc enim benè possunt portari: Prælati autem qui in hoc possunt benè dispensare, sunt Ministri, Custodes, & Guardiani, vt patet ex declaratione Clement. V. art. 5. quòd scilicet prædictorum iudicio committitur determinare pro qua necessitate possint fratres calciamenta portare, & etiam Vicarij in absentia eorum, vt habetur in constit. Martini V. cap. 2. possunt dispensare: quia & in absentia Guardianorum habent auctoritatem eis ex officio à Ministro Prouinciali commissam, vt habetur in tab. 2. Vicarij Generalis, & Serena conscictia, q. 36. Sed quia prædicta dispensatio debet esse rationabilis, vt sit secura dispensanti & dispensato: & dicit regula & declaratio, quòd solũ ex necessitate cogente fiat; ideò notandum, quòd ad cognoscendũ, quando est sufficiens causa, seu necessitas cogens ad calciamenta portandũ dispensatiuè, non potest dari certa regula generalis: sed multipliciter potest attendi secundum 4. Magist. Barth. Pis. cap. 2. & Serena conscien. q. 35. aliquando enim attẽditur vera necessitas secundum statum, vel conditionem personæ, vt quia debilis, vel infirma, aliquando secundum tempus, vt quia nimis friget, & vehementer: aliquando secundum locum, vt quia nudis pedibus nequit sine detrimento transmeari: aliquando secundum iter, vel officium iniunctum, vt quia non potest sine detrimento personę, vel causæ, propter quã est iniunctum, perfici. In quibus omnibus est notandum secundum Bonauent. cap. 2. & Speculum, fl. 10. quòd vbi non cogit necessitas, vt in corpore robusto, vel in negotijs, quæ etsi modò non possint fieri nisi per debilem, possunt tamen differri, vt postea fiant commode per fortem: non licet calciari, ex quo non est vera causa necessaria, de quo latiùs infra cap. 3. quæst. 3. in 1. puncto habetur, ibi videatur. Similiter notandum (vt habetur in Serena conscientia q. 35.) quòd in necessitatibus supradictis quælibet illarum necessitatum non debet statim pro causa necessaria iudicari, sed frater debet experiri, antequàm calciamẽta portet, vt sic sciat, an sit vera necessitas. Similiter Petr. Ioan. & expos. sine tit. dicunt, quòd futurum discrimen nondum imminens non dicitur necessitas cogens, quæ requiritur secundum regulam, vt calciamenta dispensatiuè portentur: quia dicitur, quòd qui necessitate coguntur, possint portare calciamẽta:

Multipliciter potest attendi necessitas ad calciamẽta portanda.

taſergo non aliàs. Similiter & Vbertinus (apud Seren. conſcien. vbi ſupra) ait, quod non quælibet neceſsitas diſpenſat in portãdis calciamentis, ſed illa ſolùm quæ cogit, vt ait regula, quæ ex diuerſis cauſis, vt dictum eſt, contingere poteſt. Non enim cõmunis afflictio pedum ex frigore, vel ſuperfluus tumor, ne ex pedũ nuditate quis infirmitatem incurrat, ſignis de propinquo non apparentibus eſt cauſa neceſſariò cogens, & ſufficiens ad portandum calciamenta: hæc ille. Sed quia prædicta neceſsitas non poteſt punctualiter cognoſci, ſicut nec ipſa ſtat in puncto indiuiſibili, ſed potius habet latitudinem: ita quòd licèt vna ſit maior neceſsitas, & magis cogens, quàm alia, vtrãque tamen dici poteſt, & eſſe ſufficiens, & cogens neceſsitas, ideò in his ſtandum eſt ſecure iudicio Prælatorũ, facta eis vera relatione neceſsitatis, præſertim quando fuerit cauſa dubia, an ſit neceſsitas ſufficiens, & cogens ad calciamenta, an non, vt patebit infra c. 10. q. 4. Præſertim quia Hugo cap. 2. dicit, quòd melius eſt beneficium regulæ cum humilitate ſuſcipere (maxime ſi obediẽtia, vel auctoritas Prælati interueniat) quàm periculum ex ſuperſtitione incurrere: ſemper tamen ſtudendum eſt, vt indigentiam modeſtia comitetur & honeſtas. Cogens quippe neceſsitas dicitur, quã non prudentia carnis, ſed rationabilis, & vrgens conciliat cauſa: vt quando impeditur officium, aut ſpirituale, vel corporale rationabiliter, ſeu probabiliter timetur diſpendium: hæc ille. Accedit ad hoc, quòd Prælati noſtri poſſunt diſpenſare in huiuſmodi, etiam obligatorijs ex regula, non in præcipuis præceptis, quamuis non ſit valde vrgens neceſsitas, vt de his latiùs c. 10. q. 4. habetur. Et notetur pro aliquibus ſimplicibus, vel etiam temerarijs, quòd licet ſit neceſsitas cogens ad portandum calciamenta, requiritur auctoritatiua diſpenſatio Prælati, ſi poteſt commode haberi ſine detrimento, vt in materia de diſpenſationibus communiter agitur à Doctoribus: de quo infra cap. 10. quæſt. 4. etiam habetur, & ex declarat. Clement. V. ſatis innitur vbi ſupra.

Prælati ordinis poſſunt diſpẽſare in portãdis calceamẽtis, licet non ſit vrgens neceſsitas.

† Secũda cõcluſio. *Quodcumq; experimentũ accedens ad genus calcei mẽti, non poteſt abſq; neceſsitate aliqua, & diſpenſatione portari.*

† Secundum punctum, omnia alia quæ non ſunt proprièe calciamenta ſupradicta, ſed magis, vel minus accedunt ad calciamenta, non poſſunt portari regulariter, niſi ex diſpenſatione maiori, vel minori: præterquàm vera ſandalia, quæ ſine vlla diſpenſatione benè poſſunt regulariter portari: quia non prohibẽtur in regula. Probatur primò, quòd vera ſandalia poſſunt portari, quia in regula non prohibentur; neque ſunt calciamenta

in

in regula prohibita.& insuper sunt Apostolis concessa,Mar.6. secundum communiter Doctores:nobis autem non prohibetur circa hoc,nisi id,quod Apostolis,& non negatur,quod illis circa hoc conceditur,vt sic Apostolico modo incedamus,ergo. Et hoc expresse,& latius tenet Bonauentura cap. 2. & in quadam epistola,quæ incipit,*Talis lector,tali lectori*:& Hugo,&Barthol. Pisanus, & expos.sine tit.cap.2.& Speculum,ff.10. in quibus latius de his:& tandem concluditur,vt dictum est, quòd sandalia sunt,quæ possunt Euangelico more,& modo Apostolico portari sine vlla alia dispensatione,neque ea portando dicimur portare calciamenta:dummodò sint vere sandalia.Sandalia autem vera sunt soleæ corrigijs desuper colligatæ, sicut & antiquæ scripturæ,& pictura monstrant Apostolos talibus sandalijs calciatos,quicquid aliqui alij Doctores dicant cum Græcis circa hoc.

Sădalia absque vlla dispensatione portari.

Cætera autem alia à prædictis sandalijs, licèt nõ sint propriè calciamenta,non possunt portari sine dispẽsatione aliqua maiori,vel minori:secundú quod magis,vel minus accedunt ad calciamenta,& secundum maiorem,vel minorem causam, seu necessitatem,vt supradictũ est(vt aiunt quatuor magist. & expos. sine tit.& habetur in querimonijs propositis in Concilio Constantiensi,ff.164.& in Speculo,ff.10.& communiter Doctores) vnde soleæ quædam,quæ in aliquibus prouincijs portantur,nõ sic corrigatæ desuper,vt dictum est,sed de corio factæ, licèt ex parte magna desuper truncatæ,non sunt vera sandalia, vt patet ex dictis:& ideo non nisi dispensatiuè communiter portantur, in quibus portandis non est magna dispensatio,ex quo non distant multum à sandalijs veris.

Sotulares autem de corio cũ vno paruo foramine, seu apertura super digitos pedũ,requirunt maiorem dispensationem,& maiorem causam,seu necessitatem,vt portentur. Ex quo magis accedunt ad calciamenta proprie dicta,& ferè sunt vera calciamenta,seu sotulares,& sic communiter vocantur,sicut & cõmuniter portantur.Et quidem ridiculosum videtur talia portare absque necessitate,nisi prout dispensatiuè portarentur alij sotulares,seu alia calciamenta proprie dicta,ex quo sunt vera calciamenta: illud autem eorum foramen,seu apertura, potiùs videtur facta,vt exeant humores,quàm vt regula verè seruetur, sed vt potiùs ridiculosè seruari videatur,vt dictum est.

Sunt etiam circa hoc aliæ abusiones, vt portare soleas, &

Pius V. Pō tif. Maxim. anno Domi ni 1566. die Sexto Maij ad instantiã R.P.F. Ioã nis de Aguilera Comissary Romani declarauit, quod fratres Minores possunt vti cũ bona conscientia caligis truncatis cũ pealibus pã nicis, vt testificatur fr. Manuel Rodriguez in bullario, in cõfirmatione nostrorũ priuilegiorũ facta per Piũ V. fol. 981. vbi sic habet.

Item declarauit, quod calceamenta de super aperta, quæ vocãtur Hispane fuelas, portata à fratribus Minoribus non sunt

intra ipsas aliud calceamentum subtilius de corio: quod potest dici calciamentum duplicatum: ideò non potest portari sine dispensatione maiori ex causa maiori ad id. Portare autem soleas cum vdonibus, adhuc eget dispensatione (vt patet ex dictis) licet non valde magna. Sed desparteis siue sculponeis, vel alpargatis, dicendum est, quòd licet non possunt proprie dici calciamentum, vt patet ex dictis: tamen adhuc requiritur aliqua, licèt minor dispensatio, & esset expediens, quòd taliter disponerentur, quòd pedes apparerent, sicut in sandalijs, vel soleis, vt aliquid paterentur, & ad imitationem patrum nostrorum. Nam in hoc est etiam alius abusus, quòd scilicet in illis sculponeis, Hispane alpargatis, ita pedes operiuntur vdonibus, & alijs petijs panni, quòd non solum non apparent pedes, immò & magis sic conseruantur à frigore, & nil patiuntur propter Deum, quod est contra regulæ intentionem præceptoriè iunctam in non portandis calciamentis, vt patet ex declarationibus. Nunc autem is committit in legem, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem: & cum quid vna via prohibetur, id alia non admittitur (vt habetur in regul. iur.) præsertim quando idem est finaliter prohibitum, vt ait Gerson in tractatu de contractibus, parte 2. propos. 15. Alphab. 35. litera V. in 2. parte summæ: ideò sine magna dispensatione non possunt talia portari: Deus enim non irridetur. Caligæ autem truncatæ illæ, scilicet, quæ non cooperiunt pedes, sed crura tãtum à poplite vsque ad genua, etiam sine dispensatione aliquali, licèt minori non portantur: & quidem propter honestatem videtur, quòd deberẽt portari, quòdque honestas est causa sufficiens ad talia dispensatiuè portandum, etiamsi sit dispensatio generalis, seu implicita: ad caligas autem de panno, vel de linteo maiores, etiam fœmora circundantes, requiritur maiuscula dispensatio, & eò maior, maiorque necessitas, quò maiores, & delicatiores caligę portantur. In quibus omnibus, vnctio pariter, & prudens & charitatiua simplicitas docet. Capitergia autem, & reliquæ huiusmodi sarcinulæ aliquantulam, licèt valde modicam dispensationem exigunt (quod autem parum est, pro nihilo reputatur, maximè in practicis, & moralibus. Calipodia tandem de ligno facta, videntur quod sine vlla dispensatione benè possunt, sicut & sandalia portari. Concordat cum plerisque supradictis Speculum fratrum Minorum, ff. 19.

DE

DE DIVINO OFFICIO ET IEIVnio, & quomodò fratres ire debeant per mundum.

sint calceamenta in sua regula prohibita, quibus cũ bona conscientia cũ pedibus pannicis, & caligis possunt dicti fratres uti.

CAPVT TERTIVM.

Clerici faciant diuinum officium secũdum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto Psalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. Laici verò dicant viginti quatuor Pater noster pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarũ septem, pro Vesperis autem duodecim: pro Completorio septem: & orent pro defunctis. Et ieiunent à festo Omnium Sanctorum, usque ad natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania, usque ad continuos quadraginta dies (quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit) qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino,

Textus. A Equipol.

A Equipol.

mino, & qui nolunt, non ſint aſtricti: ſed aliã vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur, niſi ſexta feria ieiunare. Tempore verò manifeſtæ neceſsitatis non teneantur fratres ieiunio corporali. Conſulo verò, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt quãdo vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent: ſed ſint mites, pacifici, & modeſti, manſueti, & humiles, honeſte loquentes omnibus ſicut decet. Et nõ debeant equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur. In quãcumque domum intrauerint, primum dicant, Pax huic domui. Et ſecundum ſanctum Euangelium dè omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Æquipol.

GLOSSA.

IN hoc primo agitur de tribus. Primò de diuino officio, & quoad hoc eſt vnum obligatorium ex vi regulæ æquipollens præcepto ſecundum Clementem V. vt habetur ſupra 1. cap. quæſtione 1. *Quòd ſcilicet clerici faciant officium diuinum ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & laici dicant tot Pater noſter.*

Secundò agitur de ieiunio, & quoad hoc eſt aliud æquipollens, ſecundum Clemen. V. vbi ſupra, quòd ſcilicet, *Ieiunent à feſto*

festo Omnium sanctorum, vsque ad natiuitatem Domini, & quolibet sexta feria totius anni.

Tertio agitur de modo eundi per mundum, & quoad hoc est tertium æquipollens præcepto secundum Clement. V. vbi supra, quòd scilicet *Non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur*: & sic in hoc 3. cap. sunt tria obligatoria æquipollentia præceptis, reliqua sunt consilia, & monitiones, de quibus supra 1. cap. q. 2. habetur.

Notandum etiam, quòd illud (*Clerici faciant diuinũ officiũ*) sumitur ex Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis*. Et illud (*& ieiunent à festo Omnium sanctorum*) ex Matth. 4. exemplo Christi, & ex Matth. 17. *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi in oratione, & ieiunio*, & illud, *Tempore manifestæ necessitatis non teneantur ieiunio corporali, &c.* ex Matth. 12. vbi discipuli confricantes spicas manducabant Sabbato, quod aliàs non nisi in necessitate licebat. Reliqui patent ex Euangelio. Ad quorũ omniũ maiorem declarationem ponuntur tres quæstiones sequentes. *Matth. 4. Matth. 4. & 17. Matth. 12.*

Quoad id, *Clerici faciant diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, &c. laici verò dicant, &c.*

QVÆSTIO I.

Vtrùm fratres Minores teneantur dicere officium diuinum secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ, & quomodò, & similiter laici ad sua Pater noster?

REspondeo per sex puncta, quorum primum est, Clerici professi omnes tenentur sub præcepto dicere diuinum officium, secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ, nisi necessitas, aut dispensatio rationabilis omnino, vel ex parte excuset. Primum patet, quia ex regula omnes obligantur, vt dictũ est. Secundum etiã, quòd scilicet necessitas excusat, vtpotè infirmitas, & *Primi conclusio.* *Clerici professi* *tur di-* *ce diuinũ*

 offi-

officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

huiasmodi, patet quia necessitas vera, non ficta, caret lege. De quo videatur in Summistis tit. *Horæ canonicæ*, & ad hoc etiam sunt multæ concessiones factæ ad securitatem conscientiarū: de quibus latiùs in compendio priuileg. tit. *Officium diuinum*, ibi videatur: quòd etiam dispensatio rationabilis excusat, patet: quia similiter excusat in alijs votis, & præceptis humanis, de quo latius infra cap. 10. q. 3. Et præcipue de dispensationibus circa officium diuinum, videatur in compendio vbi supra. Notandum tamen primò, quòd id quod dicitur (*Secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ*) intelligitur, quoad Breuia iū nocturnū, seu horarum, tam in communi, vel in choro, quàm in particulari, etiam extra chorum recitandum: in quo omnes Doctores cōcordant, & etiam quoad Breuiarium diurnum, quod est Missale: & id dumtaxat, quando in communi dicitur, seu celebratur Missa communitatis, seu conuentualis, quia tunc tantum tenemur ad Missale secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ, non autem quando in particulari celebratur Missa: vt ait expos. sine tit. cap. 3. quamuis Hugo. & Barth. Pis. cap. 3. oppositum dicant, quòd scilicet, etiam in particulari tenemur ad Missale Romanum, ex quo regula dicit pluraliter (*Ex quo habere poterunt Breuiaria*) scilicet horarum, & missarum. Sed vt dictum est, eorum dictum nihil valet, neque eorum ratio: nam ly, *Breuiaria*, non ideò pluraliter ponitur, vt significent diuersitatem specificam Breuiariorū, quoad horas, & quoad Missas, sed solùm significāt pluralitatem numeralem, secundum numerum fratrū, vel conuētuum, ad sensum propriè dicendum in 2. puncto declarando: quomodò intelligitur ly (*Ex quo habere poterunt Breuiaria*) maximè etiam, quia quatuor magistri cap. 3. de hoc non sunt ausi determinare, sed potiùs dubitando videntur talem sensum non probare, & quidem neque ratio vocabuli communiter & propriè sumpti, habet quòd per Breuiarium intelligatur Missale. Ideò standum est consuetudini, quæ est optima interpres legum, dum interim aliud certus non constat: consuetudo autem videtur habere, & interpretari, sicut supradictum est, secūdum expos. sine tit. ergo.

Nota.

Quomodò intelligatur excepto psalterio.

Notandum etiam secundò, quòd tunc dicitur officium diuinum secundum ordinem Romanum, quando dicitur, sicut in Breuiario Romano habetur in Kalendario, & in rubricis eius, vt ait Barthol. Pis. & expos. sanctorum Patrum 3. cap. & Serena consciēt. q. 38.

Notan-

Notãdum tertiò, quod dicitur, excepto psalterio, scilicet Romano, quia Ecclesia Romana non vtitur psalterio, quod habetur psalterium Romanum, sed vtitur alia translatione psalterij scilicet Gallicana, seu secundum Septuaginta interpretes per Hieronymum emendati, vt ait Bonauentura cap. 2. & potest latius videri de translationibus psalterij in prologo Hieronymi, super Psal. & in Glos. Britonis ibidem, & in Iacobo Valentino, & Fabro Stapulen. & aliis expositoribus, super Psalm. Hoc autem psalterium, quo est vtendum secundũ regulam, quo etiam vtitur Ecclesia Romana, iam communiter habetur in Breuiarijs, ideò de hoc nullus solicitetur. Ex quibus omnibus patet secundum Hugo. & Barthol. Pis. 3. c. & Speculum, ff. 15. quòd si Papa recitaret de aliquo sancto, qui non esset in ordinario Romano, vel non secundum rubricas Breuiarij Romani, non tenentur fratres facere de illo, nisi ipse Papa mandauerit: neque tenẽtur ad Cardinalium officium: neque etiam si fortè aliquas variationes ipse Papa, qui est supra ordinem, & statuta Romani officij, prout voluerit ordinauerit, vel fecerit, nisi sic ordinet in Ecclesia Romana faciendum, vnde (aiunt) quòd peccant grauiter scienter celebrantes alias festiuitates, aut alio modo, quã sint in Kalendario, aut de quibus nõ dicit rubrica Breuiarij Romani. Similiter peccant ij, qui in officio diuino faciunt aliquas singularitates, & varietates, etiã prætextu deuotionis, stultæ & superstitiosæ, nunc in litera, nunc in cãtu, nunc ratione festi, vel cõsuetudinis, & huiusmodi: & peccãt magis, vel minus, secundũ quod magis vel minus variant, quia si notabiliter in prædictis variantes excedant, mortaliter peccabunt contra regulæ præceptum, vt aiunt prædicti Doctores, præsertim Hugo, & Barthol. Pis.

Immò & prædicti Doctores, & quatuor magistri cap. 3. dicunt, quòd etiam per priuilegia impetrata non est securum mutare officium diuinum, secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ, nisi constiterit sufficienter, quod iam sit mutatum, ita quod in iam Ecclesia Romana communiter aliter vtatur, secũdum aliud ordinarium, seu ordinem communiter in Ecclesia Romana vsitatum, ex quo per votum se fratres ordini Romanæ Ecclesiæ, & non alijs vsibus, seu ordinarijs se assumxerũt in regulæ professione, tunc in his, & alijs huiusmodi non excusat priuilegiũ, vel dispẽsatio, nisi sit causa rationabilis, & sufficiens ad talẽ dispensationem, vt patebit ex dicendis infra c. 10. q. &c.

Ideò,

Caput tertium.

Ideò,qui vtuntur quibuſdam Breuiarijs aliter diſpoſitis virtute quorundam priuilegiorum, ſeu bullarum, videant ſi ſatis conſulitur ſuæ ſaluti,vtendo talibus diſpenſationibus ſine cauſa ſufficiente,quamuis alij,qui ex voto non tenentur, vt nos fratres Minores,poſsint licitè talibus priuilegijs circa hoc vti: ſed ſi Papa non ſolùm diſpenſaret,ſed inſuper præciperet, quòd ſic ſecundum illa alia Breuiaria,ſeu ſecundum alium ordinem recitaremus, tunc eius mandato eſſet ſtandum,vt dicunt Hug. & Barthol.Piſ.vbi ſupra,ideò ex hoc videtur,quòd circa hoc benè valet Papæ diſpenſatio, in quo poſſet præcipere, quia hoc eſt regulare in omnibus ſecundum communiter Doctores, vt infra cap.10.habetur.

Notandum etiam circa hoc,quòd Papa cõmiſit Capitulo Generali diſponere circa hæc,vt habetur in tab. Capituli Generalis,ibi videatur,& in compendio tit. *Officium diuinum.*

Quomodò intelligitur ex quo habere poterũt Breuiaria.

Secundum punctum eſt,quòd ly (*Ex quo habere poterunt Breuiaria*) dupliciter exponitur. Vno modo,ex quo ſcilicet officio diuino ſecundum ordinem Eccleſiæ Romanæ habere poterunt Breuiaria,vt ſic innuatur, quòd vſus Breuiarij Romani conceditur ex regula non ſolùm in communi,ſed in partiulari omnibus fratribus:nam alios libros,& vtenſilia,non niſi in communi volebat B.P.Franciſcus haberi à fratribus,vt *innuitur* in prima regula cap.3.Et hunc ſenſum ſequitur Bonavent. & expoſ. ſine tit.Alio modo exponitur (*Ex quo ſcilicet tempore, ſeu poſtquàm habere poterunt Breuiarium*) vt expreſsè dicunt quatuor magiſtri,& Barthol.Piſ.c.3.Ad hunc ſenſum,quòd ſcilicet ad ordinarium Romanum non teneantur,niſi quando habere poterunt Breuiaria Romana,tunc enim erat raritas librorum, & paupertas fratrum non *omnibus* ſufficiebat habere pro ſingulis ſua Breuiaria Romana.Et huic ſententiæ ſuffragatur Petrus Ioan.in Seren.conſcien.q.38.dicens,quòd ſi clerici non poſſunt habere Breuiariũ Romanũ,tenentur dicere aliud officiũ,ſi interim alterius Breuiarij habeant copiã:hæc ibi.Et concordat Hug. c. 3. & iſte ſecundus ſenſus videtur magis ad intentionem regulæ, & magis propriùs ad literam,& ſenſum Grãmaticalem, vt patet ſcienti,& intuẽti.Immò & videtur includere primum ſenſum.

Quomodò debeat officiũ diuinum in choro recitari,ſecundum ordinarium Romanum.

Tertium punctum eſt, de ordinario Romanæ Eccleſiæ eſt, quòd diuinum officium dicatur in choro, & quòd pſallatur ſecundum cantum Romanũ,& tractim,attente,reuerenter, deuote,ſine riſu diſſoluto, ſine giro vago, ſine fractione vocis:

ſimul

simul cantare, quæ cantanda sunt, & simul pausare & perseuerare in prædictis integre vsque ad finem, nisi in aliquo prædictorum aliqui legitime impediantur, vt hoc patet, & habetur in constitut. Benedicti X. & in Clement. 1. *de celebrat. Missarum*, & in constitutione generali ordinis, vbi supra: & in Summistis, tit. *Hora Canonica*, & tit. *Missa*. Et ex consequenti dicunt communiter Doctores nostræ regulæ, quòd tenemur ad prædicta seruandum ex hoc præcepto regulæ, non quidem tenemur prædicta omnia seruare sub præcepto, ita quòd transgressio cuiusque prędictorum sit mortalis, & contra regulam: sed quod tenemur omnia seruare sub eo modo, quo Ecclesia ipsa statuit. Alia quidem sub præcepto, alia autem sub monitione, vel statuto Ecclesiastico; alia autem sub prędcepto, vel consilio iuris diuini, vel naturalis, sicut supra 1. cap. q. 1. dictũ est, quomodò intelligitur, quando quis vouet, seu promittit seruare Euangeliũ, scilicet eo modo, quo in Euangelio continentur aliqua sub prędcepto, aliqua sub consilio: sic in proposito debet intelligi, quòd ex vi præcepti regulæ, quo tenemur nos conformare ordini Romanæ Ecclesiæ, tenemur dicere officium diuinum modo supradicto, prout ab Ecclesia ordinatur, quòd dicatur in choro, &c. & eo modo, quo Ecclesia statuit aliquando sub præcepto, aliquando autem sub monitione, &c. vt dictum est. An autem transgressio, sit duplicis malitiæ, scilicet contra Ecclesiasticum præceptum & contra regulam, videatur de hoc latiùs infra cap. 10. q. 3. vbi de his agitur. Quomodò autem singulæ conditiones supradictæ intelligantur, & quæ obligent sub prędcepto ex vi statuti Ecclesiæ, vel ex iure diuino, & naturali, quę non, & quomodò, latiùs videatur in Summistis, vbi supra, quia id est commune: in quibus etiam sunt multæ difficultates & opiniones, & ideò caute videantur: & in Seren. conscien. q. 39. & 40. &c. & in expos. prædictis. Hug. Barth. Pis. & Speculo, ff. 15. &c. quia hîc propter breuitatem omittuntur: sunt enim prolixa, & de iure communi sumpta sunt. Videantur etiam circa prædicta multa priuilegia, & alia statuta in compend. tit. *Officiũ diuinum*, & in remissionibus ibidem contentis.

† Quartum punctum, circa officium laicorum, quòd dicant sua Pater noster, vt in regula taxatur, nulla est difficultas. An autem simul teneantur dicere tot Aue Maria, dic, quòd regula id non exprimit, neque declaratio Pontificalis: & credo, quod ex regula non teneantur, sed ex consuetudine videntur aliqualiter obligari;

† *Cõsequenda.*

Non tenentur laici ex vi regulæ, cũ suis orationibus Pater noster, tot Aue Maria facere.

obligari: ideò Speculum, il. 3. numerans æquipollentia, dixit, quod laici tenentur dicere tot Pater noster, & Aue Maria, sed hoc meliori iudicio relinquatur. Hoc autem tam breue officiũ, ideò laicis imponitur (secundum expos. sine tit. cap. 3.) vt sic in mentali oratione secundum libertatem spiritus B.P.N. Frãcisci docerentur eos amplius exercendos, & opere manuali occupandos: & cum hoc vltimo concordat Barth. Pis. & Seren. conscien. q. 43. dicens, quòd ideò regula imposuit laicis tam breue officium, vtpotè clericorum seruitijs deputatis. Et quamuis aliqui dicant, quòd laicis nil imponitur obligatoriè per regulam vt recitẽt, ex quo Clemens V. vbi supra nil dixit de officio laicorum, sed de diuino officio clericorum; & regula non imponit verbum (*teneantur*) neque aliud, per quod constet esse obligatorium laicis: tamen quia iam sic à principio ordinis æstimatur communiter, & consuetudo optima interpres legum sic habet pro obligatorio, ideô tenendum est esse obligatorium laicis dicere tot Pater noster, vt dictum est: maximè quia auctoritate Apostolica sic declarauit reuerendissimus P. F. Franciscus de Angelis Minister Generalis ordinis in quadam sua epistola ad partes Hispaniæ missa anno Domini 1523. nam nõ omnia expressit Clem. V. quæ in æquipollentibus continebantur, vt infra in 5. puncto etiam latiùs habetur, & infra 6. cap. q. 19. de seruiendo infirmis, & cap. 7. q. 3. & cap. 10.

Laici tenentur ex vi regulæ pro defunctis orare.

Quintum punctum est circa illud, quod dicitur *in regula* (*Et orent pro defunctis*) communiter dicunt expos. regulæ, vbi supra Barthol. Pis. Seren. conscien. quòd hoc nõ dicitur, nisi ipsis laicis, quibus sub eodem contextu regula imponit tot Pater noster supradicta, & consequenter ipsis insuper ponit, quod orent pro defunctis: nam clericis iam imposuerat; quod orarent pro defunctis eo modo, quo in rubricis Breuiarij Romani habetur, eo ipso, quo ipsis imposuit, quòd dicerent officium diuinum secũdum ordinem Romanum, ideò hic de laicis specialiter agit sub eodem contextu cum præcedentibus ad solos laicos attinentibus: & cum prædictis consonat prima regula B.P.N. Frãcisc. cap. 3. vnde patet eius intentio in prædictis verbis, vt dictum est. Quid autem, & quomodó debeant prædicti laici orare pro defunctis ex regula, dico, quòd nil habetur determinatum circa hoc, ideò relinquitur determinationi Prælatorum, vel statutorum Generalium & Prouincialium, vel cõsuetudini, vel vbi hæc deficerent, relinquitur voluntati ipsorum laicorum, vt aliquid

quid specialiter pro defunctis quolibet die recitent, & in prima regula cap. 8. dicebatur, quòd septem Pater noster pro defunctis, quod videtur expediens, non tamen necessarium. Denique super omnia consuetudini stetur, & eo modo, quo consuetudo habet obseruetur circa hæc, in quibus nil determinatum ex regula, vel declarationibus habetur. Clerici autem non tenentur ex regula ad aliud, quàm in Breuiario Romano habetur in eius rubricis pro defunctis orare. Si qua autem alia eis imponuntur per Prælatos, vel statuta, non tenentur, nisi prout ad alia præcepta, vel statuta Prælatorum ordinis, ad specialiter satisfaciendum defunctis benefactoribus, pro debito totius ordinis, vel familiæ, vt sunt quatuor officia generalia in anno, & officia & Missæ singularum hebdomadarum pro defunctis, & huiusmodi.

Sextum punctum, Ad officium de Domina nostra tenentur clerici ex regula secundum quòd in rubricis Breuiarij Romani habetur suo loco, & eo modo, quo ibi ordinatur, vt patet ex dictis, quamuis quoad clericos sæculares aliqualiter aliud dicendum sit, secundū Ioan. de Imol. in Clem. *de celebratione Miss.* & Guillem. & Abb. in cap. *Presbyter de celeb. Miss.* vt de hoc potest latiùs videri in Summistis tit. *Hora Canonica, &c.* *Quomodo teneantur clerici ad officium Dominæ nostræ recitandum.*

Quoad id, *Et ieiunent à festo Omnium sanctorum.*

QVÆSTIO II.

Quæritur, quibus temporibus, & quo modò teneantur fratres ex regula ieiunare?

REspondeo per sex puncta, quorum primum est, Omnes professi tenentur ex vi regulę obligatoriè ieiunare, à festo Omniū sanctorū vsque ad Natiuitatem Domini, & omnibus sextis ferijs totius anni, patet ex declarat. Clem. V. quia hoc est æquipolleus præcepto, vt dictum est: ergo omnes professi etiā non attingant vigesimum annum, tenentur ex voto speciali: quamuis *Prima conclusio.* *Omnes professi, licet non attingāt vigesimū annū salis-*

tatis annũ, tenentur ſub vocatur ieiu nare à feſto Omniũ ſanctorum, vſq; ad Natiuitatem Domini, & ſingulis ſextis feriis.

Si in ſexta feria incidat Natiuitas Domini tenentur fratres ex regulæ præcepto ieiunare, licèt alij Chriſtiani carnes comedant.

† *Secundũ concluſio.*

Fratres profeſſi tenẽtur ex vi regulæ quadrageſimam ieiunare, quod non ſolũ eſt probabilius, ſed etiã omnino verum, & neceſſariò tenẽdum, tũ propter rationẽ ſcribẽdi ad dictas, tum etiã quia ei

quamuis aliàs de iure communi non tenerentur ad vlla ieiunia, neque ad Quadrageſimam ſecundum communiter Doctores (vt dicetur infra in 2.& 3.punctis latiùs) vbi notandum, quòd tale ieiunium à feſto Omniũ ſanctorum vſque ad Natiuitatem intelligitur excluſiuè, ita ſcilicet, quòd ipſo die Omnium ſanctorum non eſt ieiunandum, neque ipſo die Natiuitatis Domini, niſi veniant in 6.feria, tunc enim ratione 6.feriæ quam ex voto ieiunare tenemur ſine exceptione debet ieiunari etiam dies Natalis Domini, quamuis alij Chriſtiani comedant tunc carnes, Vt communiter dicunt expoſ.reg.vt Hug.3.cap.& Sylueſt.tit.*ieunium*,*q*.10.tit.*votum*,ſecundum ius commune, *ac obſer.ieun.cap finali*,& communiter Doctores Canoniſtas,&c.

† Secundum punctum,Probabilius videtur,quòd etiam ex regula tenentur omnes profeſsi ieiunare Quadrageſimam, quãuis id aliqualiter videatur dubium.Probatur,quod ſit probabilius.Nam Clemens V.in ſua declarat.art. 2. poſtquàm ſpecificauit illa ita æquipollentia,ſubiunxit, quòd vbicunque in regula ponitur hoc verbum.*teneantur*,habet vim præcepti ex regula.Sed in hoc 3 cap.regula ponit ly *(teneantur)* loquens de Quadrageſima,vbi ſic dicit, *Alijs autem temporibus*, ſcilicet alijs à ſupradictis,*Non teneantur niſi ſexta feria ieiunare*, ergo ad alia, quæ dicta ibi in regula,& expreſſa ſunt ſine exceptione & limitatione,tenentur ex vi regulæ : quorum vnum eſt Quadrageſima,de qua proxime ibi dixerat expreſsè & abſolute (*ſed aliam vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunare*) juſti diceret,licet non obligentur ex regula ieiunare quadraginta dies poſt Epiphaniam illi,quando nolunt,tamen tenentur ex regula ieiunare Quadrageſimam vſque ad Reſurrectionem, ſicut alij omnes Chriſtiani:& probatur,quod iſte ſit ſenſus huius partis regulæ, & ſimiliter probatur ſecũdò principale intentũ per eum. Clemens V.expreſsè ſic ait, *Eapropter cum duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet à feſto Omnium ſanctorum vſque ad Natiuitatem Domini, & maximè Quadrageſimæ,in quibus fratres ieiunare tenẽtur,&c.* vbi innuitur,quod ex regula tenemur ieiunare iſtis temporibus ibi in regula ſimul annotatis,tanquàm obligatorijs. Item patet idẽ expreſsius in conſtitut.general.Farinerij à B.Bonauent.compactis,vel approbatis, & conſtitutionibus generalibus Barchinon.& Burgen.cap.4.vbi ſic dicitur,*Cùm ſecundũ regulam fratres duas Quadrageſimas ieiunare teneantur,&c.* Item hoc idem ait expreſsè frater Gandiſaluus in ſuo tractatu,fol.99. & expoſitor

ſine tit. cap. 3. & Bonauent. cap. tertio, & Hugo cap. tertio, & communiter ſancti Patres, & Doctores ordinis ſic ab initio huc uſque intellexerunt ante, & poſt declarat. Nicola. III. & Clemen. V. & ideò ſic videtur probabilius ſentire cum communi modo intelligendo. Et ſic tenendo hunc ſenſum, ſeu ſententiam, dicendum eſt, quòd omnes profeſsi etiam non attingentes 19. vel 20. annum, tenentur integre ieiunare totã Quadrageſimam, ſicut & de feſto Omnium ſanctorum dictum eſt.

Sed his non obſtantibus dictum eſt, quòd adhuc poteſt dubitari, an Quadrageſima ſit ex vi regulæ nobis neceſſariò ieiunanda, tum quia declaratio Clementis articulo quinto vbi ſupra non videtur omnino apertè concludere, ſolùm enim ex ibi dictis concluditur apertè, quòd tenemur ieiunare illis temporibus contentis in regula, non tamen concluditur, quòd teneamur ſpecialiter ex vi regulæ in omnibus illis temporibus ieiunare, ſed ſolum in illis à feſto Omnium ſanctorum in 6. feria, de quibus ſpecialiter in primo puncto dictum eſt. Multa enim continentur obligatoria in regula, non tamen ex vi regulæ, ergo. Tum etiam quia Clem. V. in art. 2. vbi ſpecificabat æquipollentia, loquendo de ieiunio à feſto Omnium ſanctorum vſque ad Natiuitatem, & de 6. feria, quòd ex regula tenemur ieiunare, nil omnino de Quadrageſima loquutus eſt.

Propter prædicta videtur dubium, & Speculum; ff. 13. magis declinat ad hoc vltimum, quòd ſcilicet non eſt ieiunanda obligatoriè ex regula: & aliqui alij idem tenent, & per conſequens hoc tenentes, debent concedere, ſicut & concedunt manifeſtè, quòd profeſsi non attingentes 21. annum ætatis, non tenentur ieiunare totam Quadrageſimam, ex quo ex voto non tenentur ad eam præ alijs Chriſtianis, ſed ſolum tenentur ex parte eam ieiunare, ſicut tenerentur obligatoriè ſi eſſent in ſæculo, vt de hoc infra in 3. puncto dicetur, quamuis ex condecentia debent eam ieiunare omnino propter ſtatum perfectionis in quo ſunt. Sed vt dixi, probabilius eſt tenere primum, quòd ſcilicet tenentur omnes ex vi regulæ eam ieiunare: tum quia licet non apertè, tamen tacitè id videtur regula innuere, & Clemens V. vbi ſupra art. 5. qui licèt in art. 2. non ſatis explicuerit, ſufficit, quòd in art. 5. id magis explicuerit: ſicut & de diuino officio laicorum dictum eſt ſupra q. 1. quod licet Clemens V. non explicuerit art. 1. neq; alibi, tamen habetur pro explicato ab eodem. Immò & in prædicto artic. 1. Clemen.

Ad rationes pro oppoſito.

Ad 1. dicitur, quòd ſanctus Bonauentura, & alij ſancti Patres, & Doctores ordinis, ſicut & Clemens V. ſuas propoſitiones ſecundùm ſe omnia ſanctorum, dicens; Ad numerum ſeptuaginta omnia ſanctorum, quæ ſunt Natiuitatis Domini, i. ſeptuageſima, ſexageſima, quinquageſima, & Quadrageſima, præcipit ieiunium, quamuis dicas; Sed ſpecialiter de ieiunio à feſto Omnium ſanctorum vſque ad Natiuitatem, & de 6. feria, quòd ex regula tenemur ieiunare, nil ad Reſponſionem Domini. Propter prædicta videtur dubium, & Speculum; ff. 13. magis declinat ad hoc vltimum, quòd ſcilicet non eſt ieiunanda obligatoriè ex regula: & aliqui alij idem tenent, & per conſequens hoc tenentes, debent concedere, ſicut & concedunt manifeſtè, quòd profeſsi non attingentes 21. annum ætatis, non tenentur ieiunare totam Quadrageſimam, ex quo ex voto non tenentur ad eam præ alijs Chriſtianis, ſed ſolum tenentur ex parte eam ieiunare, ſicut tenerentur obligatoriè ſi eſſent in ſæculo, vt de hoc infra in 3. puncto dicetur, quamuis ex condecentia debent eam ieiunare omnino propter ſtatum perfectionis in quo ſunt. Sed vt dixi, probabilius eſt tenere primum, quòd ſcilicet tenentur omnes ex vi regulæ eam ieiunare: tum quia licet non apertè, tamen tacitè id videtur regula innuere, & Clemens V. vbi ſupra art. 5. qui licèt in art. 2. non ſatis explicuerit, ſufficit, quòd in art. 5. id magis explicuerit: ſicut & de diuino officio laicorum dictum eſt ſupra q. 1. quod licet Clemens V. non explicuerit art. 1. neq; alibi, tamen habetur pro explicato ab eodem. Immò & in prædicto artic. 1. Clemen.

Clement.V.plura æquipollentia ibi non omnino explicat,sed solum leuiter tangit,propter breuitatem, volens,quòd plene subintelligantur alia,quæ in regula habentur,quoad ea quæ ibi tangit,vt facilè patet discurrenti per singula: vt infra cap. 10. q.5.habetur de ministris,& vt infra 6.c. q.19. de seruiendo infirmis,sicut vellemus nobis seruiri,& cap.3.q.3.quia rationes, & textus regulæ,& declaratio Clemen.V. magis videntur facere ad hoc: similiter & expressius id habetur in statutis generalibus,& sanctis expositoribus,ideò teneatur tanquàm probabilius,& verius,quòd ex vi regulæ est Quadragesima necessariò ieiunanda ab omnibus professis,vt supradictum est, & notandum,quòd saltem in particulari iam non est necesse,quòd ieiunetur à Quinquagesima, quamuis sit decens,nisi consuetudo haberet obligatorie oppositum vt scandalum, & iam est consuetudo,quòd in communitate ieiunetur à Quinquagesima, vt patet in Summistis tit.*ieiunium*.

Tertia conclusio. Professi non tenentur ex vi regulæ ieiunare in vigilijs,& quatuor temporibus anni, sed solũ tenẽtur ex præcepto Ecclesiæ,sicut alij Christiani.

Tertium punctũ,ad ieiunandum in alijs temporibus iniunctis per Ecclesiam, vtpotè in vigilijs, & quatuor temporibus fratres tenentur,sicut & alij Christiani,& non amplius,patet ex declarat.Clemen.V.art.5.quòd non amplius teneantur,nisi solùm ex vi præcepti Ecclesiæ seu statuto Ecclesiæ: neque alio modo,quàm alij Christiani eiusdem ætatis,quia non obligamur ad talia ex voto,vel regula specialiter(ibi,*Alys autem temporibus non teneantur,scilicet ex regula specialiter*) ieiunare, quia solùm manet obligatio Ecclesiæ, ideò qui non attingunt 21.annum,non tenentur integre omnia hæc ieiunare, sed sicut alij Christiani ex parte,quia iura tales non aliter obligant, de quo & qua ætate quis teneatur ieiunare vigilias, & quatuor tempora anni,& quæ ætas excusset ab eis ieiunandis ex iure Ecclesiastico,videatur in Summistis,tit. *ieiunium*, hoc enim est iuris cõmunis non obscuri, ex decentia tamen debent professi hæc omnia integre ieiunare,vt dictum est in secundo puncto,secundum tenentes,quod quadragesima solùm est ieiunanda,ex præcepto Ecclesiæ.

Quarta cõclusio. Ieiunia regulæ debent fieri cum cibis Quadragesimalibus.

Quartum punctum,ieiunia regulæ debent fieri in cibis quadragesimalibus,secundum statuta generalia ordinis,& communiter expos.cap.3.quadragesimales autem cibi sunt illi, in quibus secundum ius Canonicum ieiunatur in diebus ieiunij Ecclesiastici,considerato more Ecclesiæ, vel diœcesis, seu regionis,maximè religiosorum consuetudine approbata talis regionis,

nis, in qua morantur fratres, vt aiunt quatuor magistri & Hug. & expositores cap. 3. De quo latius in Summistis tit. *Ieunium.* In quo notandum, quod Eugenius IIII. fol. 18. ff. 112. concessit Capitulo Generali facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & prouincijs fratres debeant ieiunia regulæ in cibis Quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant patrum consuetudinem imitari, vel aliter se habere. Forma autem Ecclesiæ in ieiunio (vt simplices eam breuiter sciant) est vt ieiunantes detrahant prandio cœnæ, à carnibus animalium, & ab omnibus, qui ab eis trahunt originem sementinam, vtpotè à lacticinijs, lacte, caseo, ouis, & huiusmodi abstineant; sed de ouis, & lacticinijs pro aliquo tempore consuetudo variat regionum Ecclesiæ approbata, vt ait Hug. 3. cap. & latius de his Summistæ: similiter quomodò liceat facere collationem breuem secundum consuetudinem regionis; & præcipuè religiosorum talis familiæ approbatam, non secūdum abusiones aliquorum, videatur vbi supra apud Doctores, quia hoc pertinet ad ius commune.

Quintum punctū (tempore necessitatis manifestę fratres non tenentur ieiunare) nec ieiunia regulæ, nec Ecclesiæ: hæc autē necessitas potest esse multiplex secundū magistros, Hug. & expos. in 3. cap. scilicet, vel ratione ætatis, infirmitatis, debilitatis, vel laboris ineuitabilis, quando scilicet talis labor esset necessarius, per quem quis cogeretur soluere ieiunium: ita quòd aliter commode, vt oportet perfici non posset (vt ait Bonauent.) vel vt etiam ait Barth. Pis. Necessitas aliquando contingere potest propter defectū sufficientis victus, & sustentationis necessariæ, de quo etiam latiùs habetur infra q. 3. sequenti in 1. puncto, ibi videatur quòd cauēda est causa, quæ rationabiliter inducit necessitatem. Quæ necessitas tunc dicitur manifesta cum indigēti, vel discreto cuique intuenti, & maxime Prælato dubia non existit, & talis necessitas, vt dictum est, excusat à ieiunio: quod si non sit necessitas tam vrgens & manifesta, tunc non sufficit ad soluendū ieiunia regulæ sine dispensatione rationabili prælatorum, vt infra c. cap. 10. q. 4. habetur. Ad soluendum etiam ieiunia Ecclesiæ, requiritur necessitas, vel vtilitas, seu causa rationabilis, vt de his omnibus latiùs apud Summistas, tit. *Ieunium* habetur, ibi videatur. Vide etiam quoad hoc aliqua priuilegia tangentia nos, & nostros familiares; & aliquas dispensationes in hoc, vt latiùs habetur in compendio priuil. tit. *ieiunium.*

Quinta conclusio.

Tempore manifestæ necessitatis nō tenētur fratres ad ieiunia Ecclesiæ, vel regulæ.

Sexta conclusio. Sextum punctum, quoad ieiunium Epiphaniæ, dic, quòd relinquitur voluntati subditorũ sub consilio: ideô non debet subdito imponi nolenti sine causa ad id sufficiẽte, sed subditus tenetur acceptare tale præceptum, si ex causa ei imponatur, vel ex culpa sua, &c. licèt generaliter hoc non possit omnibus imponi, vt habetur infra cap. 10. q. 2. Multa enim sunt, ad quæ homo non tenetur simpliciter, aut regulariter, benè tamẽ ex causa, seu culpa, vt latiùs Gerson in regulis moralib. in 2. part. summæ. Similiter non debet prohiberi volenti tale ieiunium Epiphaniæ, nisi vt dictũ est, ex causa sufficiente prohibeatur: quãdo autem est causa sufficiens ad prohibendũ, vel ad imponendum tale ieiunium alicui, prælatorum est, non subditorum, iudicare. Ideò periculosum est subditis in his proprium sensum temere, vel pertinaciter sequi contra prohibitiones, vel præcepta superiorum. Similiter esset vitium singularis relaxationis & scandali, si quis nolet ieiunare tota communitate ieiunante, vel abstinente à carnibus, vel à cœnis, tali tempore, vt ait Hug. 3. cap. cum prædictis omnibus concordans. De quibus omnibus latiùs infra cap. 10. q. 2. q. 5. &c. Et notandum secundũ Hug. cap. 3. quòd tale ieiuniũ Epiphaniæ potest in carnibus fieri (modò dicatur propriê ieiunium, modò non, sed potiùs abstinentia) quia nullum in gratuitis bonum contemnendum est, & statutum generale est ad hoc.

Ieiunium Epiphaniæ, quod relictum est sub consilio, non debet præceptoriè sub dito imponi sine sufficiẽti causa.

Quoad id, *Et non debeant equitare, &c.* & id; *In quamcumque domum intrauerint, &c. loquentes omnibus, sicut decet, & de omnibus cibis, &c.*

QVÆSTIO III.

Quæritur quomodò liceat, vel non liceat fratribus equitare, loqui sicut decet, & comedere de omnibus cibis qui apponuntur eis?

Prima conclusio. Respondeo per tria puncta, quorum primum est, Fratres ex vi regulæ obligantur non equitare, nisi in necessitate, vel infir-

infirmitate. Probatur primum, quia sic declarauit Clem. V. hoc esse obligatorium ex regula, quòd scilicet fratres non debeant equitare, &c. equitare autem intelligitur generaliter pro eo, quòd est vti vectione cuiuslibet animalis, seu currus: ita quòd non possumus equitare, neque bigare, aut quadrigare, &c. huiusmodi. Sed solùm pedestres iter agere, sicut & Dominus Iesus, quando lassus ex itinere peditando, venit ad puteum, Ioan. 4. Et cum prædictis omnibus expressè concordant 4. magist. Bonauent. cap. 3. Serena conscien. q. 45. & in constit. antiquis Fari nerij. & Martini V. idem sic declaratum habetur. Dictũ est nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogãtur, tunc enim ex tali necessitate, vel infirmitate, benè licitum est equitare, etiam sine vlla alia dispẽsatione, si sit necessitas cogens, & manifesta, & infirmitas ad equitandum, quia necessitas ad equitandum, sicut & ad calciandum non est semper strictissima, sed habet suam latitudinem, aliàs requiritur dispensatio maior, vel minor, secundũ maiorem, vel minorem causam, seu necessitatem, vt dictum est supra q. 2. præcedenti de ieiunio, & etiam latiùs supra cap. 2. quæst. 23. de calciamentis, ibi videatur & applicetur, vt oportet. Sed notandum, quòd necessitas vera, & sufficiens ad equitandum attenditur multipliciter, scilicet, vel ratione itineris: vt potè quia prolixum seu longum, vel quia est impeditum aquis, lutosis, nimbis, & huiusmodi: vel ratione negotij conuenientis, seu opportuni vrgentis, ita quòd commode fieri, aut differri non potest, nisi equitando, aut nisi per eum, qui non nisi equitãdo potest illud expedire: aut ratione infirmitatis, vel debilitatis personæ, propter quam non potest quis sine magno detrimento pedester ambulare. Et cũ his concordãt expressè Bonauent. cap. 3. & expos. sine tit. & Seren. conscien. q. 45. & faciũt ad hoc suprædicta cap. 2. q. 23. &c. de calciamentis. Et notandũ, quod si causæ inducentes prædictas necessitates etiam vrgentes, & manifestas ad equitãdum non sunt rationabiles, commodæ, seu necessariæ, seu expedientes: tunc licet adsint prædictæ necessitates personæ, vel itineris, non sufficiunt ad licitè equitandum, tunc enim voluntariè quis seponeret in tali necessitate sine causa rationabili: & per cõsequens ipsa necessitas inde sequens est voluntaria, dum causa eius nõ est expediens, sed manet adhuc voluntaria: quia sicut qui voluntariè, & culpabiliter ignorat, talis ignorantia non excusat, sed est culpabilis pro toto tempore, pro quo manet libera voluntas ignorandi: quia est

Fratres ex vi regulæ tenentur non equitare, ni si manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur.

Ioan. 4.

Quomodò attẽdatur necessitas ad equitandũ.

Qui non potest pedester ambulare, non se debet exponere voluntariè & sine causa necessitati equitandi.

culpabilis, sicut & est libera, saltem in sua causa, dum talis causa est, seu manet adhuc culpabilis, & in nostra potestate, vt cõmuniter dicunt Doctores in materia de ignorantia; sic etiam is qui ex sua voluntate culpabiliter necessitatur ad aliud peccatũ, vtpotè qui ex volitione efficaci alicuius finis necessitatur ad persequendum aliquod medium, sine quo talis finis obtineri non potest: certè dum manet libertas culpabilis in tali causa, redundat etiam in actũ, vel effectum inde consequentẽ, vt latiùs Angestus in moralibus cap. 1. 3. & 6. & eo ipso, quo quis obligatur ad aliquid, obligatur ad tollendũ impedimenta, seu causas, quibus illud sic iniunctum potest probabiliter impediri, vt Angest. vbi supra c. 3. & 8. vel vt patet de eo, qui se voluntarie ingerit in aliquem actum, vel officium, tanquàm peritus, & potens, quia eius imperitia, & impotentia non excusat eum quamdiu manet libertas inde resiliendi debito modo, vt aiunt communiter Doctores, & Adrianus V. in quodlib. art. 2. sic in proposito, eo ipso, quo obligatur quis non equitare, obligatur non solùm ad non equitandum sine necessitate, sed & ad tollẽdum causas irrationabiles, inducentes nos ad necessitatem equitandi, obligatur inquam ad tollendum, seu ad non ponendum tales causas, inquantum rationabiliter potest eas tollere sine detrimento personæ, vel officij, aut negotij rationabilis expedientis, seu conuenientis. Ideò si quis vult sine vlla rationabili causa iter agere gyro vagando, iam non habet causam rationabilem, & per consequens, neque necessitatẽ veram ad equitandum. Similiter neq; ille qui licet sanus, tamen sine causa rationabili accelerat iter, vnde cogatur lassari, & sic equitare, si est sanus, quamuis debilis ad itinerandum, vel delicatus, non possit iter agere nisi equitando. Et cum prædictis his expressè cõcordat Petrus Ioannes, vt habetur in Seren. consc. q. 45. & in Speculo, ff. 15. dicens, quòd pro quibuscumque negotijs nostro statui non benè consonis, nulla est nobis equitandi necessitas, immò & fugiendi: hæc ille. Et in expos. sanctorum Patrum cap. 3. habetur, quòd causas, pro quibus adhuc possemus equitare, vitare debemus, sicut sunt vagi discursus nõ expediẽtes, litigia causidica, vel quãdo ad regimẽ, seu ad tale officiũ (vtpotè, vt vadãt pro discretis ad Capitulũ Generale, vel Prouinciale, sunt alij æque idonei) tales tenẽtur eligere ad prædicta officia, & ad istos promouẽdos tenentur illi, qui ad taliũ electionẽ operãtur, seu cooperãtur, vt fũt Ministri Generales, & Prouinciales, & Ca-

Iulius II. concessit, quod Prælati ordinis possint dispensare cũ fratribus ad equitandũ, licèt non sit arcta eorũne cessitas: videatur Manuel Rodriguez tom. 1. qq. regul. q. 26. ar. 5. & auctor in additionib' ad comp. titul. dispensatio. §. 8.

& Capitulum,& Diffinitores,& alij ad id per ſua ſuffragia cóoperantes:faciunt etiam ad prædicta 4. magiſtri, & Bonauent. ſupra in 2.cap.vbi de calciamentis agitur, q. 23. ibi videatur: quod eſt notandũ eo magis,quo minus hoc aduertitur ab omnibus ferè,cùm ſit obligatorium ex regula,cuius culpabilis ignorantia,ſeu inaduertentia non excuſat.Nam dum nõ eſt prædicta neceſsitas,aut prædicta cauſa rationabilis inducens talem neceſsitatem,non excuſat ab hoc præcepto : immò dum eſt in noſtra poteſtate tollere talem neceſsitatem,aut cauſam non rationabilem inducentem ad talem neceſsitatem equitandi,ſemper eſt frater Minor in tranſgreſsione actuali,ſeu virtuali huius præcepti regulæ,ſi non tollitur efficaciter,vt commode poteſt talis neceſsitas,ſeu cauſa ſupradicta (vt patet ex ſupradictis ſecundum communiter Doctores) ex quo ſemper pro toto illo tempore manet in libera voluntate culpabili contra hoc regulæ præceptum,ſeu obligatorium. Quomodò autem noſtri Prælati poſſent in hoc aliqualiter diſpẽſare,licèt non ſit valde arcta neceſsitas,videatur infra 10.cap.q.4.vbi latiùs.Tandẽ quoad hoc notandum , quòd licèt videatur ſuffeciſſe ſi regula ſolùm diceret (*niſi manifeſta neceſsitate cogantur*)tamen addit ly (*vel infirmitate*) vt ait expoſ. ſine tit. cap. 3. & ſic eſt duplex exceptio:ne quis ſcrupuloſè crederet , quòd infirmus non haberet cauſam equitandi, quandiu poſſet permanere in loco, vbi cœpit infirmari,poteſt enim ſine alia neceſsitate equitare, etiam ad recreationem conducentem ad conualeſcendum de infirmitate,ſeu ad exercitium pro ſanitate,& huiuſmodi expedientibus,pro ſalute etiam corporali.

Secundum punctum eſt , omnia quæ in hoc 3. cap. ſubſequuntur(*conſulo verò,& moneo, &c.*) ſunt ex vi regulæ ſolùm conſilia,vel monitiones,vt ſupra q.2.cap.1.habetur. Similiter illud (*Inquacumque domum intrauerint,dicant pax huic domui*, eſt conſilium,vt patet vbi ſupra cap.1.Notandũ verò, quòd illud, *Loquentes omnibus,ſicut decet*)intelligitur ſic , ſecundum Bonauent.cap.3.quòd fratres debent non ſolùm honeſte loqui, ſed & ſecundum quod decet cuiuſcumque ſtatum , & gradũ hominum,quibus loquuntur fratres humiliter & reuerenter,&c.vtpote Reges,Principes,Prælatos,&c.ſecundũ verba, & epitheta talibus congruentia,prout apud homines,præſertim religioſos eſt conſuetũ talibus loqui,ſecundum eorum dignitatem,&c. quòd eſt cõtra aliquorum ſtultam,ſaltem,ne dicam ſuperbam,

Cætera,quæ ſequũtur in hoc capite, ſunt conſilia.

simplicitatem,seu potiùs ignorantiam, aut fortè hypocrisim: qui vt singulares videantur,æqualiter loquuntur omnibus,omnes etiam dominos,Principes,Reges,Prælatos suos & aliorum vocando fratres,seu sine dignitatis debito epitheto, sine reuerentia,quasi verò lex Christi, & religio non discernat corde, opere,gradus hominũ,& hyerarchiam Ecclesiasticam,sed omnia in confusum (hoc Babylonicum sine vllo ordine confundat (quod absit) ideò dicitur (*Honestè loquentes omnibus sicut decet*) prævidit enim in spiritu B.P.Franciscus supradictas abusiones aliquorum cordibus,& vocibus male futuras. Ideò vt pater pie consulens prouidit dicens, *Honestè loquentes omnibus sicut decet.*

Tertium punctum,quoad illud(*& secundum sanctum Euangelium de omnibus cibis qui apponuntur eis,liceat manducare*) notandũ secundum Bonauent.cap.3.quòd hoc non conceditur nobis,vt per hoc detur licentia nos incrassandi, & lautè viuendi contra regulas moderantiæ,& honestatis,sed vt non grauemus hospites eundo per mundum,si singularia cibaria peteremus, & vt paupertati nostræ promissæ consulatur;qui enim nil habet,neque pecuniam potest accipere,non facilè potest in delectu ciborum viuere:vt ergo sine grauamine hominum, quibuslibet oblatis frater facilè posset,& moderate secundum regulas virtutis,& honestatis, & paupertatis sustentari, ideò conceditur hoc,scilicet,*Quòd de omnibus cibis qui apponũtur eis,liceat măducare*, scilicet ieiunantium in ieiunio,non ieiunantium in non ieiunio pro suo modo & tempore,secundum honestatem, & ædificationem populi,& spiritum Euangelicæ libertatis, aut sanctitatis:aliàs autem non est Euangelicæ libertatis,& sanctitatis, cũ prævaricatore in crimine participare, vel incarnalitate regulariter suo consortio conformari. Hæc Bonauentura,& concordat Hugo 3. cap. vbi de his plura, & pulchra videantur. Notandum secundò, quòd secundum Hug.cap. 3. ordo similiter & Prælati,appositis,vel oblatis cibarijs possunt prohibere fratres saltem intra domum pro aliquando,quibus & in hoc parendum est. Ordo enim seipsum arctare libere potest: illis enim concessio regulæ præiudicare non debet,sine quibus religio non consistit, hæc ille. Sed de his latiùs infra cap. 17.quæstione 2. ibi videatur.

QVOD

QVOD FRATRES NON RECIpiant pecuniam.

CAPVT QVARTVM.

DRæcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis per amicos spirituales, Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire. Eo semper saluo, vt (sicut dictum est) denarios, vel pecuniam non recipiant.

GLOSSA.

IN hoc quarto capitulo agitur de duobus. Primò, quòd caueatur à denarijs, vel pecunia. Et quoad hoc est vnum præceptum ex vi regulæ, & est de præcipuis præceptis regulæ,

(ibi, *Præcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam, &c.*

Secundò agitur, quo modò & per quos est prouidendum fratrum necessitatibus. Et quod hoc est aliud obligatorium æquipollens præcepto ex vi regulæ secundum declarat. Clementis V. vt habetur supra cap. 1. q. 1. *Et incipit ibi, tamen pro necessitatibus infirmorum, &c.* vsque in finem.

Matth. 10. Luc. 9. Et sumuntur prædicta verba, ex Matth. 10. & Lucæ 9. *Nolite possidere aurum, neque argentum, &c.* de quo Bonauent. cap. 4. latius agit ibi, videsi placet. Et illud (*tamen pro necessitatibus infirmorum, &c.*) ex Luc. 10. vbi Samaritanus, qui custos interpretatur, curam habuit de vulnerato in via Hiericho. Pro quo etiam notandum secundum quatuor magistros, Hug. Barth. Pis. cap. 4. & Seren. conscien. q. 6. quòd proprietas cuiuslibet rei prohibetur nobis infra in 6. cap. Vsus autem aliquarum rerum cõceditur nobis ibidem, de quibus in hoc cap. 4. infra q. 7. &c. & infra cap. 6. q. 14. latius dicetur. Vsus autem, vel receptio pariter, & proprietas denariorum, vel pecuniarũ, hîc omnino prohibetur in 4. cap. *Tam per se, quàm per interpositam personam*, pro quorum omnium maiori declaratione ponuntur 16. quæstiones quæ sequuntur.

Luc. 10.

Quoad id, *Præcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam.*

QVÆSTIO I.

Quæritur quid sit denarius, quid pecunia?

Quid sit denarius. REspondeo per tria puncta, quorum primum est, denarius propriè est, & dicitur ipsa moneta, ex quocumq; metallo, seu materia facta sit, vt aiunt omnes expos. cõmuniter: quamuis antiquitus denarius dicebatur, quędam moneta valẽs decẽ tantum nummis: nunc autem generaliter accipitur pro quacumq; moneta,

monetа, vt dictum est, & sic etiam Zabarel. super Clemen. exiui, §. 12. & in hoc nullum dubium est.

Pecunia verò, quamuis antiquitus proprie erat subera de pecoribus tantum proueniens, vt habetur 1. q. 3. c. *Totum*. Vnde & ideò à pecore dicta est, seu à pecude, quæ primo in prima moneta olim sculpta est, tamen hodie secundū iura communiter pecunia accipitur pro quacumque subera, vndecumque proueniente, vt ait Zabarella vbi supra, & videntur concordare 4. Magistri cap. 4. clariùs dicentes, quòd pecunia secundum iura communiter dicitur, quicquid appretiatur numerata pecunia, vt aliquid inde ematur. Sed tandem nomine pecuniæ, prout accipitur pecunia hìc in regula, & declarationibus intelligendum est, vt tandem in tab. Vicarij Generalis habetur declaratum hoc modo, *Declaratur secundum regulam & expos. eiusdem, quòd nomine pecuniæ intelligitur omnis res, quæ procuratur & recipitur, non vt fratres vtantur ea immediate, sed eo animo, vt commutetur in alias, vendatur, vel distrahatur*: hæc ibi. Quòd est notandum, quia melius declarat acceptionem pecuniæ, quàm alij expos. (vt patet in 4. Magistris, Bonauent. Hug. Barth. Pis. Seren. consciē. q. 4. & 6. &c. Ideò prædictæ declarationi stetur. Sicut etiam habetur in Speculo, ff. 6. ergo dic, quòd pecunia dicitur, quicquid recipitur, vt vendatur, vel vt per illud aliquid aliud habeatur. Vt si recipiatur triticum, vinum, sal, linum, lana, arietes, seu agni, & huiusmodi, vt vendantur, vel in aliud commutentur, quia qui talia, tali modo recipit, recipit pecuniam per se quidem, si per ipsum recipiat cum tali animo, vel per interpositam personā, si per alium à se interpositum cum tali animo recipiat, & patet ex dictis, & dicendis infra q. 2. & 3. &c.

Quid sit pecunia.

Secundum punctum, ex dictis patet, quòd si agni petuntur, seu recipiuntur principaliter cum intentione eos commutandi pro arietibus sub pretij æstimatione, quod sunt pecunia. Similiter si lana, vt commutetur, vel detur in pretium pannorum: ratio patet ex dictis, secus si vt ipsi agni conseruētur, & fiant arietes, vt sic postea comedantur, quia tunc non est pecunia. Similiter nō esset pecunia lana petita, seu accepta, vt ex ea ipsa fiant panni, quibus fratres induantur, quamuis ibi posset esse peccatum superfluitatis, vel prouisionis in futurum, si sine necessitate reciperentur agni, & lana ad comedendum, & induendum ex eis, de quo latiùs infra cap. 6. agendum est q. 12. & 14. Similiter si arma reciperentur in funeribus Magnatorū, seu si equi, & alia

Conclusio. Quæcumq; res accepta ad distrahendum, vel cōmutandum pro alia, attenta pretij æstimatione est pecunia.

& alia huiusmodi, quibus in se immediate, in sua propria spe-
cie nos non possumus vti, neque intendimus vti, sed si recipiũ-
tur ad commutandum, vel distrahendũ pro alijs mediante æsti-
matione, dic, quòd est pecunia, & per consequens non aliter,
quàm vere pecunia potest procurari, seu acceptari, vt infra q.
8. latiùs dicetur, & hoc ait Specul. ff. 7. secundum Clement. V.
articulo 7.

Obiectio. Quòd si contra prædicta de agnis receptis ad commutandum
sub æstimatione pro arietibus arguatur, probando, quod non sit
pecunia: quia quòd accipitur non ad commutandum, vel dis-
trahendum pro re alterius speciei, non est pecunia, etiamsi acci-
piatur non ad vtendum eo immediate, sed mediate (vt patet de
lana accepta, vt ex ea fiant panni, quibus fratres vtantur) vt
dictum est supra, quod non erat pecunia, etiamsi ipsa lana im-
mediate non vterentur fratres, sed mediate: id est, iam alterata
per medium texturæ, &c. Sed agni non sunt alterius speciei
ab arietibus, sicut puer non est alterius speciei à viro iam per-
fecto, ergo.

Diluitur. Respondeo negando maiorem assumptam. Immò quæcum-
que res accepta ad commutandum, vel distrahendum pretij æs-
timatione intercueniente, pro quacumque alia re, suæ, vel alte-
rius speciei, est pecunia, vt patet ex dictis. Vnde si lana, vel asi-
nus accipiatur ad distrahendum modo prædicto pro alia lana,
vel pro alio asino eiusdem speciei, est pecunia, quia vicem pe-
cuniæ, seu pretij sortitur, ex quo vt pretium, vel vt sit pretium
æquiualens, & supplens pro denarijs ad contractum requiren-
tem pretium accipitur, & sic debet intelligi, id quod habetur
in præfato Speculo, ff. 6. dicente, *quòd omnia illa quibus fra-
tres in propria specie vti non possunt, intelliguntur nomine*
pecuniæ. Quod debet limitari, & intelligi secundum dicta, &
dicenda in 3. puncto sequenti, vt patet ex dictis.

Conclusio se cunda.

Quod accipi tur extra de narios, vt do mi retineatur, vel vt liberaliter detur, nõ est propriè pecunia.

Tertium punctum, si a-ma, equi, & alia huiusmodi, quibus
fratres non possunt licite vti, recipiantur non ad commutan-
dum, vel distrahendum, sed ad retinendum domi, tunc non est
pecunia, vt patet ex dictis, quamuis possit esse vitium superflui
tatis, vel aliud huiusmodi. Si verò ipsa, vel alia quæcũque etiã,
quibus fratres possunt licitè vti, vt putè lana, triticum, vinũ, &c.
recipiantur animo ea donandi liberaliter alijs quibusque, tunc
non est pecunia, ex quo non recipiuntur, vt sint medium, seu
pretium, per quod aliquid aliud habeatur, vt patet ex dictis in

primo

primo puncto, quamuis sit peccatum proprietatis, vt latiùs infra cap.6.quæst.6.vbi de donationibus agitur, & sic limita, & intelli ge, quod habetur digesto 287. in quadã forma visitationis, vbi dicitur recepisse pecuniam, qui recipit aliquid ad vendendum, vel donandum, quia ad donandum non est pecunia, vt dictum est. Si autem omnia supradicta etiam arma, equi, lana, vinum, &c. recipiantur animo commutãdi ea pro aliis quibusque suæ, vel alterius speciei, non tamen interueniente æstimatione pretij; sed sine tali æstimatione simpliciter do, vt des; accipe hoc, & da mihi istud, tunc stando in rigore pecuniæ, non est dicenda pecunia talis res accepta tali animo, ex quo non accipitur, vt suppleat vim denariorum, postquàm non accipitur, vt sub pretij æstimatione commutetur pro alia. Proprium enim est pretij, & denariorum, vt mediante taxatione tacita, vel expressa interueniant in contractu, pretium enim & denarius æstimationem valoris rei, ad rem cõnotat, seu dicit. Ideò dixi, quòd propriè non est dicẽda pecunia, quia non est propriè pecunia, nisi quando, vt suppleat vicem denariorum, seu pretij, interponitur in contractu. Sed benè talis res accepta modo prædicto ad cõmutandũ pro alia simpliciter sine pretij æstimatione, esset act' proprietatis, de quo infra q.9. & infra c.6.q.4. latiùs habetur.

Quando res commutãtur pro alia, non interueniente pretij æstimatione, nõ est pecunia.

Quando verò talis res, quæcumque sit, accipitur, vt pro alia commutetur interueniente pretij taxatione, seu æstimatione expressa, vel etiam tacita, vt communiter fit, quia commutaturus pro alia re priùs intra se compensat, & comparat valorem vnius ad aliam, sicque tandem licèt non exprimat, dat & commutat, quasi absolutè, & simpliciter sine tali æstimatione, & cõparatione valoris, quam tamen intus fecit secrete, tunc verè, & occultè, seu tacitè interuenit æstimatio pretij, & per cõsequens est pecunia, & quia communiter ita fit in cõmutationibus, ideò absolutè dicendum est, sicut & in prædicta tabul. Vicarij Generalis habetur, quòd quando quid recipitur animo commutandi pro alia re, est pecunia, vt supra in 1. puncto dictum est. Præsertim quia hoc modo accipitur nomen pecuniæ prohibitæ per regulam, & de qua agunt declarationes, & regulæ expositores (quicquid secundum ius nomine pecuniæ alibi intelligatur) & ideò non nisi, tanquàm pecunia procurari, aut recipi potest, vt in quæst. sequentibus latiùs dicendum est. Sæpè tamen nomen pecuniæ latiùs extenditur, & pro denarijs accipitur communiter, vt ex sequentia adiuncta, appareat differentia.

QVAES-

Caput quartum.

QVÆSTIO II.

Quæritur quid sit petere, procurare, & recurrere, ad pecuniam, recipere, tangere, contrectare, portare, transportare, seu transmittere pecuniam, & vti pecunia, & in quo differant omnia hæc?

Quid sit petere pecuniam.

REspondeo secundum tract. decem plag. paupertatis plag. 1. (Petere pecuniam capiendo in tota hac quæst. nomen pecuniæ latiùs, prout includit etiam denarios) petere ergo pecuniam, proprie dicitur, qui vult eam recipere per se, vel per alium, seu manu propria, seu aliena, & hoc sic intendit: itaq; duo requiruntur, vt quis proprie dicatur petere pecuniam. Alterum est, quòd intendat petere denarios, vel rem distrahendam pro alia, quæ tunc proprie dicitur pecunia, vt patet quæst. 1. præcedente. Alterum est, quòd sic petens intendat eam recipere per se, vel interpositam personam. Sed large dictū, vt est in vsu petere pecuniam, est idem quod procurare releuationem necessitatis mediante pecunia, seu recurrere ad pecuniam pro suis necessitatibus.

Nota.

Secundò ergo notandum, quòd procurare releuationem necessitatis mediante pecunia, seu recurrere ad pecuniam, seu large petere pecuniam (quod idem est) est ire ad amicum spiritualem dantem, vel reseruantem pecuniam, vt mediante pecunia prouideatur suis necessitatibus, modo alias licito. Itaq; duo requiruntur ad hoc. Alterum, quòd frater petens remedium suæ necessitatis intendat expressè, vel tacitè, quòd is à quo petit, det vel emat ei, vel prouideat ei mediante pecunia, ea quæ petuntur à fratre. Alterum est, quòd talis prouisio fiat per amicū spiritualem propriè dictum: ita quod frater, nec per se, nec per alium accipiat pecuniam. Propter defectum primæ conditionis, si quis recurreret ad Petrum pro suis necessitatibus, sed non eo animo, vt mediante pecunia prouideret, quamuis sciat, quòd talis Petrus debet emere pro pecunia, ea quæ ab eo petū-

tur

tur per fratrem: tunc talis frater non dicitur hoc modo petere pecuniam, nec recurrere ad pecuniam: vt si exempli gratia peteret simpliciter, & animo tali simplici, panem, vt comedat, carnem, oleum, & huiusmodi, non petit pecuniam, quamuis sciat, quòd non nisi mediante pecunia Petrus illi prouidebit de pane, carnibus, &c. quòd si peteret ab eodem Petro, vt emat, vel vt det pecuniam vnde ematur sibi panis, carnes, &c. tunc pecuniam petit (vt dictum est) & ex his patet alia secunda conditio, quòd scilicet in illo casu, in quo frater petens intendit petere, seu prouideri sibi de pane mediante pecunia, tunc ipse dans pecuniam, seu ipse qui auctoritate dantis eam recipit, & tenetur ad prouidendum fratris necessitati, ea mediante dicitur & est amicus spiritualis propriè, & quòd per amicum spiritualem fit talis prouisio, vt infra q. 3. late dicetur. Ille verò, à quo non petitur prouisio mediante pecunia, non dicitur, neque est propriè amicus spiritualis secundum regulam: sed benefactor, seu deuotus ordinis, vel fratris, vt latè dicitur infra q. 3. Et nunc sufficiat pro ratione horum omnium breuiter hæc ratio, quia soli denarij, seu pecunia interueniens secũdum regulam in prouisione nostrarum necessitatum faciunt aliquem esse, seu dici propriè amicum spiritualem, secundum regulam, sola autem intẽtio est, quæ facit (saltem quoad nos fratres Minores) aliquid esse pecuniam, vt supra q. 1. dictum est, & patet ex declarat. Nicol. III. art. 2. vbi dicitur (*Nec eo animo recipiant, vt distrahantur, &c.*) ergo vbi est talis intentio petentis, ibi est petitio pecuniæ, vel rei mediante pecunia, & per consequens ibi est amicus spiritualis, aliàs non: & sic patet, quòd secunda conditio sequitur ex prima ad hoc, quòd quis dicatur petere pecuniam, vel rem procurare mediante pecunia secundum regulam, & declarationes, dummodò id fiat modo aliàs licito, quod pro tanto dicitur, quia si talis recursus mediante pecunia fiat ad aliquem, seu per aliquos, seu alio modo, quàm regula, & declarationes determinant, modo fiat per syndicum, vt syndicum, modo per alium & cætera: tunc non propriè dicitur procuratio, aut recursus, ad pecuniam, hoc modo supradicto, prout iste secundus modus distinguitur ab alijs omnibus. Sed vel dicetur propria petitio pecuniæ, vel receptio eius, vel aliquid aliud, vt patebit ex definitionibus membrorum subsequentium in hac q. & q. 3.

Quis propriè sit amicus spiritualis.

Quid sit recipere pecuniam.

Tertiò notandum, quòd recipere pecuniam, secundum declarationes & regulã, prout etiam includit polluce contrectare pecu-

pecuniã, vt habetur infra q.3. dicitur is, qui ad libitũ vult facere de pecunia, sicut solet dominus pecuniæ per se, vel per aliũ recipiendo, retinendo, vel expendẽdo, vt potè quãdo ad nutum, seu voluntatem fratris pecunia recipitur, deponitur, mutatur, vel consumitur, seu expenditur, vel datur non habita rationabili volũtate, auctoritate, seu licẽtia domini dantis. Sicut vnus Episcopus mandans, vt libet suo famulo, vel procuratori suo, licet ipse manupropria non tangat denarios, seu pecuniam. Sicut fortè faciunt aliqui fratres mandantes habentibus pecunias pro suis necessitatibus, vt sic, vel sic dent, mittant, accommodent, vel mutuent pecunias prædictas, sicut Episcopi faciũt, & computum petunt, exigunt, &c. huiusmodi, quæ ad solos dominos pecuniæ pertinet agere: cùm non plùs possint fratres á talibus amicis spiritualibus, seu tenentibus pecunias petere, quàm ab ipsis primis dantibus dominis pecuniarum, vt de his latiùs infra q.8. habetur.

Quæ vocetur contrectatio pecuniæ.

Quàrtò notandum, quòd tactus pecuniæ est duplex: vnus est mere naturalis, seu realis, sicut tãgere pecuniã, seu aliud metallum, seu massam auri, & argenti, & huiusmodi, & hoc per modum deuotionis, vel medicinæ, vel etiam sine causa quacũque, sed vt quælibet alia res tangeretur, & teneretur. Secundus, est tactus politicus & moralis, quando scilicet pecunia, seu denarius tenetur, seu capitur, tanquàm pretium ad contrahendũ, vel commutandum, seu pecuniario modo, vt alij dicũt, & hic tactus, propriè dicitur contrectatio, & acceptio pecuniæ, sicut mercatores contrectant, vt infra q.3. latiùs probatur.

Quid sit portare pecuniam.

Quintò notandum, quòd portare pecuniam, est deferre pecuniam de vno loco ad alium, per seipsum, seu per aliũ, seu per alium hominem, vel iumentum, secum eundo, modò sit sua, seu pro se, modò sit aliena, modò pro altero quorumque.

Quid transportare.

Sextò notandũ, quòd transportare pecuniam vnomodo est, idem quod portare de vno loco ad aliũ, vt dictum est: aliomodo est idem quod transmittere pecuniam, & est eam de vno loco ad alium mittere, seu transmittere per aliquem, de quo, an liceat, an non, latiùs infra q.9. dicendum est, ibi videatur. Et ex dictis patet conuenientia, & differentia prædictorum omnium, quæ etiam ex dicendis q.3. & sequentibus latiùs patebit.

Quid vti pecunia.

Septimò notandum, quòd vti pecunia, est eam accipere, vt in 3. notabili dictum est, & contrectare, vt in quarto notabili habetur.

QVAES-

QVÆSTIO III.

Quid sit recipere denarios, vel pecuniam per se, & quid per interpositam personam, & quis sit amicus spiritualis, quis syndicus, & in quo differant?

Quid sit recipere pecuniam per se.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Recipere pecuniam per se, est pecuniam (in qua etiam denarij intelliguntur) per suam propriam personam immediate recipere, vt auctoritate sua conuertatur in aliquos vsus.

Itaque duo requiruntur, & sufficiunt, vt quis dicatur pecuniam per se recipere. Primum, quòd ipse immediate in sua persona recipiat pecuniam. Secundũ, quòd recipiat illam, vt auctoritate sua conuertatur per se, vel per aliũ in alios vsus, vel alterius. Nam si eam frater ipse recipiat in se, non tamen vt sua auctoritate, sed auctoritate dantis, tanquàm eius minister, & dispensator, ipse frater eam conuertat per se, vel per alium in aliam rem sibi, vel alteri: tunc potiùs dicitur propriè loquendo contrectare, vel dispensare pecuniam per se, quàm accipere eam per se: quòd si largius vocabulum extendatur, tunc non erit necessaria ista secunda conditio, sed accipere pecuniam per se dicitur, qui per suammet personam eam accipit in suos vsus cõuertandam, vt dicunt quatuor Magistri. Sed quia frater Minor propriè dicitur accipere pecuniam per se, quando ipsemet eam accipit, etiamsi in vsus alterius amici, vel cuiuscumque eam cõuertat, per se, vel per aliũ, vt patet, quia & est reus acceptionis pecuniæ per se, ideò videtur, quòd id, quòd dicũt 4. Magistri, scilicet (*In suos vsus conuertendam*) debeat intelligi in suos vsus, vel tanquàm in suos vsus conuertendam. Ideò clarius tandem diffiniendo dicatur, quòd accipere pecuniam per se, est pecuniam per suammet personam recipere in aliquos vsus cõuertendam, modò conuertẽda sit auctoritate sua, vel alterius, modò per se, vel per alium, modò in suos, vel alterius vsus, modò non, vt sic largissimè diffiniatur accipere pecuniam per se.

Secun-

Caput quartum.

Quid sit accipere pecuniam per interpositam personam.

Secundum punctum, Accipere pecuniam per interpositam personam est (secundum quatuor magistros, & alios communiter expositores) sua auctoritate aliquem constituere ad recipiendum pecuniam in suos vsus conuertendam: hæc illi. Et videtur, quòd debeat intelligi, vt in primo pũcto dictũ est, quoad ly (*In suos vsus conuertendam*) adde & tu, vel tanquàm in suos proprios vsus conuertendam, ita scilicet, quòd ille dicatur accipere pecuniam per interpositam personam, qui sua auctoritate constituit aliquem ad recipiendum pecuniam in suos vsus, vel quasi in suos vsus conuertendam: vtpotè, quando eam sic per alium accipit, vt inde prouideat sibi, vel amicis, vel alijs quibusque, vt dictum est in primo puncto. In quo notandum, quòd quæcunque persona sic interponatur, seu constituatur auctoritate fratrum ad recipiendum pecuniam, modò sit syndicus, modò familiaris, seu quæcumque alia persona, dicitur interposita persona fratrum, & fratres dicuntur accipere, vel contrectare pecuniam, per talem interpositam personam, quando talis persona constituitur loco fratrum ab eisdem fratribus, ad receptionem pecuniæ, vel quando ad eorundem fratrum nutum, & voluntatem pecunia iam depositа mutatur, consumitur, expenditur, datur, vel transportatur, seu transmittitur, non habita voluntate, auctoritate, seu licentia dantis, vt supra q. 2. in 3. notabili dictum est, & latiùs dicetur infra quæst. 8. secundum declarat. Nicol. & Clem. Et sic ex dictis patet, quid sit contrectare politice pecuniam per se, vel per alium, seu per interpositam personam, quia contrectare pecuniam generalius accipitur, & ita includit non solùm acceptionem pecuniæ, sed & omnem actũ auctoritate propria factum circa pecuniam, per se, vel per aliũ eam accipiendo, mutando, expendendo, transmittendo ad nutum, sine probabili voluntate, & rationabili licentia dantis, & è contra acceptio pecuniæ etiam largius hic accipitur prout includit omnia, quæ politica contrectatio includit, vt dictum est. Ita quòd idem est accipere pecuniam, quòd politice contrectare pecuniam: & accipere pecuniam per se, vel per interpositam personam, est idem quod politice eam contrectare per se, vel per interpositam personam, vt dictum est: & quia sic communiter Doctores, & declarationes accipiunt, ideo etiam nos eo modo hîc accipimus vnum pro altero, & prout vtrumque sit idem, vt dictum, & definitum est.

Resolutoriè ergo, quoad omnia supradicta in duobus pũctis,

dica-

dicamus, quòd accipere pecuniam per se (secundum regulam & declarationem) est pecuniam in aliquos vsus proprios, vel alienos, tanquàm proprios, auctoritate sua, seu ad nutum sine debita, & rationabili licentia, seu auctoritate dantis conuertendam per suammet personam fratris recipere, vel contrectare, mutare, expendere, dare, trãsportare, seu transmittere. Accipere autem pecuniam per interpositam personam, est auctoritate sua constituere aliam quancumque personam ad recipiẽdum pecuniam in proprios vsus, seu in alienos, tanquàm in proprios vsus conuertendam, vel quando ad eorundem fratrum nutum & voluntatem pecunia ipsa, iam quomodolibet deposita mutatur, consumitur, seu expenditur, datur, transportatur, seu transmittitur, non habita debita & rationabili voluntate, auctoritate, seu licentia dantis: particulæ patent ex dictis: & expresse hoc dicit in sententia, & innuit dominus Nicol. III. in sua declarat. art. 3. & clarius Clem. V. art. 6. vbi omnia prædicta dicunt prohiberi nobis nomine receptionis pecuniæ per se, vel per interpositam personam. Quando autem dicitur quis prædicto modo seruare, quando non, patebit ex quæstionibus subsequentibus, præsertim infra q. 11.

Tertium punctum patet ex dictis, quòd quando non recipitur, neque petitur pecunia, neque procuratur pecunia mediante prouisio necessitatis; tunc persona benefaciens non dicitur amicus spiritualis, neque interposita persona secundum regulam, sed solũ benefactor, aut deuotus ordinis, vt supra q. 2. in 2. notabili dictum est. Quando verò sic petitur, vel procuratur mediante pecunia prouisio necessitatum, quòd non deponitur ipsa pecunia apud aliquem auctoritate fratrum, neque depositа mutatur, vel expenditur, neque datur, seu transmittitur auctoritate fratrum, neque ad nutum ipsorum, sed totum fit cũ debita licentia, & de auctoritate dantis, tunc sicut fratres non recipiunt pecuniam per se, vel per alium, vt patet ex dictis, sic non dicitur esse aliqua interposita persona nomine fratrum, sed ibi solum est amicus spiritualis secundum regulam & declarationes. Ita quòd ille vere dicitur amicus spiritualis, secũdũ regulam & declarationes, qui ex amore Dei, seu ex deuotione, quã habet ad fratres, dat, vel qui datã pecuniam recipit, tenet, expendit seu administrat pro necessitatibus fratrum: non autem nomine, neque auctoritate, neque ad nutum fratrum, sed potius nomine, auctoritateque dãtis, quicumque sit ille, qui sic

Quis propriè dicatur amicus spiritualis.

administrat pecuniam modo prædicto, modò sit syndicus, modò famulas, modò alius quicumque, etiam nullesimus superogatus per dantes, vel per eorum substitutos, et a nisi sit nominatus à fratribus, secundum declarationes, vt infra q. 11. de hoc habetur, dicitur amicus spiritualis.

Quis propriè dicatur interposita persona.

Quando autem syndicus, vel familiaris fratrum, seu alius quicunque accipit pecuniam, vel tenet, seu expendit, vel mutat, seu trãsmittit, seu dat eam nomine, seu auctoritate fratrum: non habita debita, & rationabili voluntate dantis: tunc dicitur interposita persona fratrum, & fratres dicuntur accipere pecuniam per interpositam personam, vt patet ex dictis. Et in his omnibus communiter concordant omnes expositores regulæ cap. 4. vt et ad expressus habetur in tractat. de necessariorum cõgrua solatione, & Ioann. Philipp in suo tract. artic. 1. & Serena conscientia q. 63. & Speculo fratrum Minorum, ff. 6. & 7. & tractat. 10 plag. part. 2. plag. 1. Et hoc est non solũ verũ, quoad nos Cisalpinos, Hispanos, Gallos, &c. huiusmodi, quàmdiu non acceptauimus constitutiones Martini V. concedentes syndicum ad recipiendum pecunias, vt dicetur latius q. 16. Sed & adhuc est verum, quoad ipsos patres Vltramontanos, vtpotè Italos, & alios eiusmodi, qui prædictas constitutiones Martini V. & syndicum secundum eas acceptauerunt. Nam licet per prædictas constitutiones Papa dispensauerit cum eis, quòd syndicus constitutus recipiat pecuniam nomine Papæ, & auctoritate Papæ ipse syndicus conuertat eam in necessitatem fratrum, ita tamen, quòd ipsi fratres nullatenus se intromittant de ipsa pecunia, vt quæst. 16. dicetur, non tamen sunt dispensati, dummodò pecunia nõ deponatur nomine fratrũ, sed nomine, & auctoritate Papæ apud prædictũ syndicum: tamen si ad nutum, seu dispositionem ipsorum fratrum syndicus eam expenderet, mutaret, transmitteret, seu daret, sicut familiaris, vel procurator alicuius domini ad nutum & ad dispẽsationem, seu imperium domini sui, certè tam fratres per interpositam personam contrectarent pecuniam: & per consequens eam acciperent per interpositam personam, vt patet ex dictis. Et talis syndicus, tunc esset interposita persona fratrum, quàmuis simul etiam, vel aliàs sit, & appelletur syndicus, vt dictum est.

In quo autem cognoscemus, quando syndicus, vel persona tenens pecuniam pro necessitatibus fratrum eam administrat, mutat, seu expendit ad nutum, & ad imperium fratrum, vt eorum

rum procurator & famulus, seu vt eorum interposita persona, quam bonam, latius dicendum est infra quæst. 8. & quæst. 9. vbi de pecuniarum expensione agitur, ibi videatur: quia in hoc stat præcipua difficultas, & communis error in practica plurimorũ fratrum, & transgressionis regulæ.

Syndicus autem propriè dicitur is, qui auctoritate Papæ eligitur à Ministro Prouinciali, vel Custode, vel eorum Commissarijs ad recipiendum tantum pecuniarias eleemosynas nomine Papæ secundum constit. Martini V. vel ad alios actus contentos in priuileg. Martini IIII. &c. de quibus omnibus in q. 16. latius habetur, & quomodo liceat aliquibus, quomodo non liceat vti tali synodo, & ad quid, ibi videatur. Et sic patet propria differentia inter benefactorem, amicum spiritualem, interpositam personam, & syndicum, vt dictum est. *Quis sit proprius Syndicus.*

QVÆSTIO IIII.

An aliquando liceat fratri Minori per seipsum recipere, vel contrectare denarios, vel pecuniam, vel tangere, vel portare denarios, vel pecuniam, vel Custodem, & dispensatorem pecuniarum esse.

RESPONDEO per quinque puncta, quorũ primũ est, quòd generaliter, seu regulariter nulli fratrũ Minorũ licitũ est per seipsum recipere, seu politice contrectare denarios, vel pecuniã, nisi in extrema necessitate. Prima pars patet, quia regula, & declarationes id prohibent in hoc 4. cap. in quo nullũ dubiũ est. Ideò dicitur, *Præcipio firmiter fratribus*, id est, inuiolabiliter, ita quod totus ordo non potest hoc dispensare: de Papa autẽ infra cap. 10. q. 4. habetur. Secũdum, quòd scilicet in extrema necessitate hoc liceat, patet, quia caret lege positiua, cũ sit lex naturalis plus obligans, & magis indispensabilis, quàm præceptum de non accipiendo pecuniam: & hoc expressè ait Hugo 4. cap. dicens, quòd quando alio modo vita corporalis seruari non posset, nisi accipiendo, & contrectando pecuniam: vtpote in aliqua persequutione fidei per hæreticos, vel infideles facta, vel *Prima conclusio.* *Regulariter loquendo nulli fratri licet pecuniã pel mercenariam contrectare, & per seipsum recipere nisi in casu extremæ necessitatis.*

in aliquo alio casu, in quo forte contingeret non posse necessaria vita inueniri nisi denarijs, vel pecunia, tunc licitum esset, immò & sape esset obligatorium recipere, & contrectare denarios per se, vel per alium, quantum requiritur ad prouidendum tali extrema necessitati. Et tunc talis denarius, vel pecunia, non est proprie ipsius fratris contrectantis: sed vsus, & non simpliciter; sed exclusa & ad tempus: quis autem sit dominus talis pecuniæ, parum refert, neque hoc pertinet ad fratrem Minorem scire, de quo & infra q. 11. & latius cap. 6. q. 2. habetur. Et cum Hug. concordat Barthol. Pis. & communiter expos. & Nicol. V. in sua declaratione art. 2. §. *Ne quisquam ex his, &c.* vt et ab habetur in Seren. conscien. q. 59. & 60. Quid autem intelligatur hîc per accipere, & contrectare politice pecuniam per se, &c. dictum est supra q. 3. in 1. & 2. puncto, & q. 2. notabili 3. & 4. ibi videatur. An autem in hoc præcepto de non accipiendo pecuniam per se, vel per alium possit dispensari, & quomodò, & per quem, videatur latius infra cap. 10. q. 4. &c. vbi de dispensationibus agitur.

Secunda cõclusio. *Tangere, & contrectare denarios solius curiositatis gratia, secluso scandalo, aut periculo, nullum est peccatum.*

Secundum punctum est, quòd tangere, seu naturaliter tantum contrectare denarios, vel pecuniam, non prohibetur nobis ex regula, patet; quia ex intentione regulæ, & declarationum, solùm nobis prohibetur proprietas, & vsus pecuniarius, seu acceptatio, & contrectatio pecuniaria, per nos, vel per alium, vt communiter dicunt expos. cap. 4. & 6. & nomine proprietatis prohibitæ intelligo dominium, & ius quodcumque politicum. Quid autem hic intelligatur nomine tactus, vel contrectationis naturalis tantum, non politicæ, dictum est supra q. 2. nota. 4. ibi videatur. Sed licet ex vi regulæ talis tactus, seu contrectatio naturalis non prohibeatur, vt dictum est: tamen alio iure, scilicet naturali, potest id nobis aliquando esse prohibitum directè, vel indirectè, seu occasionaliter, seu ex alia quacũque circunstantia magis, vel minus. Ideo ait tractatus 10. plag. paupertatis, plag. 1. quòd talis tactus est periculosior in nobis, in denarijs, quàm in pecunia non numerata, saltem ratione scandali, & quia illaqueatiui sunt denarij. Ideò notandum primò, quòd si denarius tangatur à fratre Minore sine causa aliqua, sed solũ ex curiositate, licèt non pecuniario modo eũ tangat, vel accipiat, seu cõtrectet, sed vt aliud metallum, seu rem aliam auream, vel argenteam) tunc si facit hoc cũ scandalo aliquorum inde probabiliter imminenti, erit peccatum maius, vel minus, secundum quali-

qualitatem, vel maioritatem scandali. Si autem ex prædicta curiosa contrectatione, seu tactu denariorum naturali tantum, nō imminet vllum scandalum alijs, sed imminet ipsi fratri tangenti periculum recipiendi denarios politice contra regulam: seu imminet aliud malum ex tali tactu: vtpotè quia ex hoc nimis tentatur, & inclinatur, ad aliquod malum, vt dictum est, tunc etiam est peccatum maius, vel minus, secundum qualitatem periculi, cui sic sine causa rationabili probabiliter se exponit, & secundum maiorem, vel minorem probabilitatem talis periculi, & occasionis propinquæ ad peccatum.

Secundò notandum, quòd si ex prædicto tactu naturali tantum nullum scandalum alicui, neque periculum sibi ipsi probabiliter imminet de propinquo, vt dictum est, sed ex sola curiositate tangit denarios, tunc solùm erit leuissimum peccatum curiositatis, seu otiositatis, secundum B. Thomam, & sequaces non ponentes vllum actum indifferentem in genere moris in individuo, vel fortè erit nullum peccatum, sed sicut erat curiosa leuitio festucæ, seu alius actus indifferens secundum alios Doctores ponentes actus indifferentes esse in individuo & particulari. *Nota.*

Tertiò notandum, quòd si esset aliqua causa tangendi denarios, tunc constat, quod nullum est peccatum, immo & esset actus bonus sic naturaliter tangere denarios ex causa rationabili, sicut tangeretur alia res naturalis: vtpote aurum, pro eius naturali efficacia ad infirmitatem aliquam, seu etiam ad vsus artificiales inde resultantes immediate, vt ait Hug. 4. cap. vt si aurum, vel ducatus aureus acciperetur ad ponendum in monumēto funerali in die nebdomadæ sanctæ, seu ad decorem sanctissimi Sacramenti, in festo corporis Christi, & huiusmodi, vel ad faciendum inde tibulas sacrarum vestium, vel vt ex eo deauraretur calix, vel patena, vel si ducatus aureus de manu alicuius domini vel Prælati magni cum quo sumus, caderet in terram, tunc credo, quòd liceret fratri Minori ex vrbana humilitate illum leuare manu propria, & ei dare, &c. dummodò aliàs ex his non sequatur scandalum pusillorum, neque aliud periculū, vt dictum est. In quibus omnibus vnctio pariter, & prudentia docet secundum diuersitatem circunstantiarum. Et secundum omnia prædicta intellige, & limita, id quod ait Hug. 4. cap. fol. 57. quòd fratres caueant, vel censum tangere alienū: & in tract. de decem. solutione, vbi dicitur, quòd secundum Nicol. III. *Nota.*

Caput quartum.

§. *Ceterum*, art. 3. vers. *Ad maiorem autem*: & Clem. V. ar. 7. §. *Verùm &*, prohibetur nobis etiam tactus, seu cõtrectatio denariorum: quia intelliguntur de contrectatione, & vsu politico, qui prohibetur nobis ex regula, vt in primo puncto dictum est.

Tactus autem, & contrectatio naturalis denariorum non prohibetur ex regula, sed ex iure alio ratione scandali, aut periculi, vel curiositatis, vt in hoc secundo pũcto dictum est: & sic intelliguntur omnia adducta. Ex dictis patet etiam, quòd & quomodò liceat, aut nõ liceat portare in se, seu tenere denarios alienos, tam in cella, vel conuentu, vel in via, seu itinere periculoso, vbi latrones, vel pedagia, & huiusmodi pericula imminent: in quibus omnibus considerandum est dictum Hugonis, 1. cap. dicentis, *Si denarius inueniatur, pium quidem est seruare proximo rem amissam: & ideò vocandæ sunt fideles personæ, si adsint, quæ tales denarios seruent, & prout expedit, publicent. Si quis autem amplius indiget proximus, agenda est causa proximi, fideliter quidem, sed prudenter: vbi enim anima, vel fama laditur, nullius est curanda pecunia*: hæc ille. Quod notandum, quia & super hoc est constitutio generalis contra eos, qui denarios supra se portauerint, vel manu propria contrectauerint, vel in cella retinuerint, quòd pœna proprietarij puniantur, &c. quia loquitur statutum de contrectatione politica (vt ait tractat. 10. plag. vbi supra) vel etiam de naturali contrectatione, seu culpabili, propter aliquam circunstantiã ex supradictis: præsertim quando non constaret iuxidice de causa sufficiente, & rationabili talis tactus contrectationisve naturalis, seu retentionis, vel portationis denariorum, etiam naturaliter, & charitatiuè factæ, vt dictum est: ex causa enim licitè quis punitur iuridice in foro humano, quamuis sit sine vera culpa, vt habetur in regul. iur. & est doctrina communis, ergo.

Tertium punctum, quamuis res distrahenda pro alia sit vere pecunia, non numerata tamen, frater Minor licitè potest eam tangere, & deferre, seu portare de vno loco ad aliũ, & ad aliam personam, quæ debet illam distrahere, dummodò aliàs licitè petatur, seu distrahatur, quantum ad ipsos fratres: modò sit distrahenda, pro necessitatibus ipsorum fratrum, modò non. Ratio, quia licèt sit pecunia, non tamen est pecunia in manibus fratrum, seu respectu fratrum: neque est receptio, seu contrectatio politica pecuniæ, respectu ipsorum: quod patet, quia non accipitur, vt auctoritate fratrum distrahatur (vt supponitur) ergo

non

non conuenit ei diffinitio pecuniæ, neque receptionis pecuniæ per se, vel per alium, vt supra quæstione secunda & tertia habetur. Sicque respectu fratrum non est receptio pecuniæ, &c. sed respectu amici spiritualis distrahentis: seu respectu eius, cuius auctoritate recipitur, seu distrahitur, est pecunia, & receptio, seu politica contrectatio pecuniæ, vt patet ex dictis. Ideò tanquàm rem aliam naturalem naturaliter frater Minor potest eam contrectare, & portare, seu deferre, etiam ad amicum spiritualem, qui debet eam secundum declarationes distrahere, etiam pro necessitatibus ipsorum fratrum: nisi ex tali contrectatione, seu portatione probabiliter immineret scandalum, seu periculũ alicuius, vt dictũ est. Et cõcordant cũ his expresse sum. Angel. tit. *Pecunia*, & sum. Ros. eod. tit. & Speculum, ff. 6. & tabul. 19. Vicarij Generalis, vt habetur infra q. 9. & cap. 6. q. 4. vbi habetur, quòd res, quæ petuntur, vt distrahantur, tradantur amicis spiritualibus distrahendæ, &c. Et Leo X. in priuileg. *Exponi nobis*, ff. 23. quia ibi non dispẽsabat circa talem tactum rerum commutandarum, sed circa receptionem politicam pecuniariam, de qua infra q. 9. dicetur latiùs.

Pecuniam naturaliter portare, & contrectare non est nobis prohibitum.

Quòd si contra hoc obijciatur Hug. 4. cap. dicens, quód non licet manu propria contrectare rem pecuniariam. Similiter frater Gundisaluus in suo tractatu fol. 100. dicens, quòd fratres caueant præstare alicui sæculari, vel ab eo manu propria leuare bladum, vinum, vel aliam rem commutandam, &c. Similiter in statutis generalibus prohibetur non solùm contrectare & portare, vel in cella retinere denarios, sed vel etiam pecuniam, ergo.

Obiectio.

Respondeo, quôd ipsi Doctores, & constitutiones intelligũt acceptionem, vel contrectationẽ politicam pecuniarũ, seu aliàs illicitè, & scandalosè factam, confundentes vocabula, vt patet: & dictũ est in 2. puncto, quoad statuta generalia, quòd si aliqui Doctores aliter intellexerunt, & senserunt, quàm hîc dictũ est, non est curandũ de eorum dictis, quæ non plùs valent, quàm eorum rationes, vt dicit Speculum, ff. 6. quòd de eis non est curandum, quia non concludunt efficaciter, & fortè solũ loquuntur ex condecentia ad præcauendũ occasiones peccati ex tali receptione, & delatione rerum imminentes. Ideò teneatur, vt dictũ est cũ limitationibus supradictis, & idem iudiciũ credo de re iam appretiata per syndicũ: id est, quòd scilicet, licet sit pecunia, potest tamen per manus fratrum contrectari, & trãsportari

Dissoluitur.

natural'ter,non politice,vt dictum eſt, licèt alicui aliter,quoad hoc videatur.Quòd autem ſumm.Ang. vbi ſupra addit dicens, quòd talis pecuniaria res poteſt tradi ſyndico diſtrahenda, hoc intelligitur ſecundum morem, & diſpenſationem, quã habent patres Italici,cuiuſmodi ipſe erat,de quo latiùs infra q. 16. vbi de ſyndico agitur,ibi vide.

Tertia concluſio. Non licet fratri Minori alienos denarios cuſtodire, niſi vrgenti neceſsitate.

Quartum punctum eſt, quòd nobis non licet eſſe cuſtodes denariorum,quorumcumque,niſi in violenta periculi neceſsitate cogente,& tunc cauendo ſcandalum,& periculũ inde probabiliter imminẽs,& ſecluſa obligatione cuſtodiæ,vt ait Hug. 4.cap.vt etiam patet ex dictis. Ideò hæc omnia debent caueri ſufficienter:& ideò ſi quis apud nos deponat pecuniam cuſtodiendam in neceſsitate,debemus illi notificare,quod non intẽdimus nos obligare ad iacturam,ſi pereat pecunia : hoc tamen non obſtanti tenemur fideliter cuſtodire, ſicut rationabiliter vellemus nobis fieri,& idem dicendum in quolibet depoſito. Ad proprium autem ordinis vſum,nullo modo licet cuſtodire, ſicut neque contrectare,aut recipere,aut portare denarios, vt dictum eſt,vt ait Hug.vbi ſupra, quomodò autem non poſſimus nos alicui obligare,latius infra 6.c.q.5. habetur. Et quod nullus cuſtodiat denarios,vel pecunias,neque alia depoſita,habetur in cõſtitutionibus generalibus,quomodò,& de cuius licẽtia id debeat fieri,quãdo in caſu oporteret id fieri, ibi videatur.

Quarta concluſio. Nõ licet fratri Minori eſſe denariorum alienorum diſpenſatorem.

Quintum punctum eſt,quòd non poſſumus eſſe diſpenſatores pecuniarũ,ſeu denariorum, quorumcumque,etiam alienorũ,quia diſpenſatio includit in ſe auctoritatem, ſaltem miniſterialem circa talia diſpenſanda : & etiam includit receptionem ſæpè,& politicam contrectationem denariorum, vel pecuniarum per nos,vel per interpoſitam perſonam,quæ omnia nobis ſunt prohibita per regulam hîc in 4.c.& in 6.cap. ratione paupertatis,& per declarat.Nicol.& Clem.ergo. Et hoc expreſsè ſic dicit nobis eſſe prohibitum dominus Clem. V.art.7.vt latiùs habetur infra cap.6.q. 18. vbi de exequutionibus teſtamentorum agitur,& ideò ait Hug.4.cap.quod vile eſt propriæ pecuniæ contemptorem,cuſtodem, vel diſpenſatorem ſe facere alienæ,& qui ſua propter pericula repulit,ſtulte ſe rurſum,& ignominioſe propter aliena periculo ſe exponere,& cum prædictis in quarto & quinto puncto concordat etiam Barth.Piſ. c. 4. & de his diſpenſationibus, & expenſionibus pecuniarum latiùs habetur infra q.8.ibi etiam videatur.

Quoad

Quoad id, *Tamen pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis per amicos spirituales Ministri tantum, &c.*

QVÆSTIO V.

An liceat nobis per interpositam personam accipere, vel contrectare, vel transmittere denarios, vel pecuniã? Petere, & eam procurare, seu ad eam recurrere per amicos spirituales?

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Prohibitum est nobis sub mortali ex vi regulæ, per interpositam personam accipere, vel politice contrectare pecuniam, nisi in extrema necessitate: patet hoc eodem modo, quo dictum est supra q. 4. in 1. puncto: quia est omnino eadem ratio vtrobique. Transmittere autem denarios, vel pecuniam, quomodò liceat, quomodò non, latius dicetur infra q. 9. vbi de expensione pecuniarum agitur, ibi videatur. An autem in hoc valeat dispensatio, & an per syndicum liceat accipere pecuniam, & quomodo, latiùs infra habetur q. 16. &c. vbi de syndico agitur: & infra cap. 10. q. 4. vbi de dispensationibus agitur.

Conclusio. *Prohibitum est nobis sub mortali deportare denarios, vel pecuniã accipere per interpositã personam.*

Secundum punctum; petere pecuniam proprie sumptum, pro eo, quòd est velle eam recipere per se, vel per alium, vt supra q. 2. in 1. nota. habetur, non licet, sicut nec recipere, vt dictum est. Petere autem pecuniam large, pro eo, quòd est procurare pecuniam pro necessitatibus, seu procurare releuationem necessitatum, mediãte pecunia: seu recurrere ad pecuniam per amicos spirituales, benè licitum est secundum regulam, & declarationes, dummodò alias talis procuratio, & recursus debitè fiat. Patet, quia regula 4. can. id concedit, immò & imponit Prælatis, quòd *Pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis Ministri tantũ & custodes procurent spirituales, &c.* & sic declarat

Nicol.

Nicol.III.& Clem.V.& ratio id ſuadet,vt patebit infra quæſt. 11.quòd ſic procurando non fit contra regulam. In qua tamen procuratione & recurſu,ſeruanda eſt honeſtas noſtri ſtatus,tam in petendo,quàm in procurando,quàm in expendendo,vt ſcilicet non ſic nude petatur pecunia, & vitetur ſonus malorum verborum indecentium, vt ait Hug. 4. cap. & multæ aliæ circũſtantiæ debitæ ſeruandæ ſunt, vt in quæſtionibus ſequẽtibus (præſertim quæſtione 8. per totam habetur) ibi latiùs videatur. A quibus,& pro quibus cauſis, aut neceſsitatibus, & quomodò ſit procuranda,& expendenda pecunia,quæſt.6.& 7.& 8.& 9.habetur.

QVÆSTIO VI.

Quis poteſt,& debet recurrere, ſeu procurare pecuniam per amicos ſpirituales.

Prima concluſio. Miniſtri & Cuſtodes ex vi regulæ tenentur per amicos ſpirituales neceſsitatibus fratrum prouidere.

REſpondeo per duo puncta,quorum primum eſt, Miniſtri, & Cuſtodes principalius ex regula tenentur neceſsitatibus fratrum prouidere, etiam mediante pecunia per amicos ſpirituales(modò aliàs debito) vt patet per Nicol.III. artic. 4. Quamuis autem ante declarat.Nicol.III.nomẽ Cuſtodis,etiam Guardianos comprehendebat in hoc 4.cap. & alibi ſæpius ſic erat in vſu, vt aiunt quatuor Magiſtri,& Bonauent. & Hug. 4.cap.ſed vt dictum eſt,iam poſt declarat.Nicolai III. nomine Miniſtri & Cuſtodis in hoc 4.cap.non intelliguntur Guardiani ex vi & tenore regulæ,vt dictum eſt. Tamen hoc non obſtanti conceſsit dominus Nicol.III.vbi ſupra, quòd Miniſtri & Cuſtodes poſsint hoc committere alijs fratribus, tam Guardianis, quàm non Guardianis,& tunc ipſi,quibus hoc ſic commiſſum fuerit,tenentur prouidere,ſicut & ipſi Miniſtri & Cuſtodes ex regula poſſunt,& tenentur. Vnde quia iam hoc communiter committitur Guardianis,eo ipſo quò Guardiani inſtituuntur,ſimiliter & eorum Vicarijs,maximè abſentibus Guardianis, ideò habetur in Speculo,ff.10.quòd iam ipſis Guardianis eſt hoc in præcepto,ſicut & ipſis Miniſtris & Cuſtodibus, quamuis Miniſter & Cuſtos teneantur ad hoc principalius, & directè

directè, tam ex regula, quàm ex lege prælationis, quorum est, vt patres filijs prouidere, etiã incorporalibus, vt ait expos. fine tit. 4. cap. Guardiani autem etiam tenentur, ad id minus principaliter scilicet, ex commissione saltem generali & tacita, vt dictum est, tam ex regula, quàm etiam iure prælationis suæ. Nam vt ait expos. fine tit. vbi supra, ex iure naturali & diuino incũbit ipsis Prælatis præfata prouisio de necessarijs suorũ fratrum, tanquàm filiorum indigentium, qui renuntiauerunt se ipsos, quoad corpus, & corporalia, & animam suam, & ipsis tantum Prælatis propter Deum se subdiderunt, vnde nec Custos excusatur pro negligentia Ministri, vel Guardiani, nec è contra, sed vbi alter deficit, alter facere, & supplere tenetur, hæc ibi. Ergo videtur resolutoriè dicendum, quòd ad prouidendum necessitatibus corporalibus fratrum, & infirmorum interueniente pecunia tenentur omnes Prælati Ministri, & Custodes, & Guardiani eo ipso quo instituantur Prælati, & hoc ratione prælationis, & ex iure naturali, siue diuino, vt dictum est, nisi vbi opus fuerit dispensatione: quia ad potentem dispensare recurrendum est, secundum subiectam materiam. Ad prouidendum autem eorum necessitatibus mediante pecunia tenentur ex vi regulæ, & eius tenore principalius, & directè Ministri & Custodes tantum: sed minus principaliter, & ex commissione saltem generali ratione officij eis facta possunt & tenentur idem facere Guardiani, tam ex vi regulæ, quã ex concessione Papali, & ex cura tali officio Guardianatus, sic etiam consuetudine annexa, & omnes isti Prælati supradicti possunt committere alijs, vt potè suis Vicarijs, & alijs huiusmodi ad hoc idoneis hanc curam prouidendi fratribus in toto, vel in parte mediante etiam pecunia: quia ex quo ex officio, seu commissione generali ratione officij hoc eis conuenit, sic possunt alijs committere, & illi quibus hoc ab eis fuerit commissum, possunt, & tenentur solùm ex vi talis commissionis, & quantum, & quomodò illis committitur, & non amplius mediante pecunia prouidere.

† Secunda conclusio. *Subditi non possunt licitè ad pecuniam recipere pro subleuatione necessitatis, nisi ex rationabili licentia prælatorum.*

† Secundum punctum, quod alij subditi à prædictis nõ possunt licitè se intromittere in procuratione alicuius necessitatis mediante pecunia, nisi habeant licentiam, seu commissionem ad hoc ab aliquo prædictorum prælatorum. Ratio, quia hoc eis specialiter per regulam prohibetur (ibi, *Ministri tantum, & Custodes*, vbi per ly (*tantum*) excludũtur præceptoriè omnes alij à

præ-

prædictis in 1.puncto, vt communiter aiunt expos. cirres 4. cap. Bonauent. Hug, expos. Sanctorum Patrum, expos. sine tit. & Serena conscient. quæst. 16. secundum Aluarum, & tract. de necess. solutione, & Ioann. Philipp. artic. 1. & vt habetur in Serena conscient. q. 15. secundum Aluarum, non debent Prælati sic indistincte, & generaliter concedere facultatem subditis procurand. suas necessitates mediante pecunia, ne dent illis occasionem propinquam transgrediendi regulam, & declarationes sine vera necessitate, &c. quia ideò solùm Prælatis, id regula concessit, quia illorum est examinare causas, & necessitates, pro quibus est procuranda pecunia, modo debito: quia de illorum scientia, & prudentia, & conscientia magis præsumitur, & vt tollatur occasio proprietatis, & peculij habendi à fratribus. De quo scilicet, an vsus peculij possit concedi, & quomodò non, latiùs infra cap. 6. q. 6.

Nota. Si interueniat notabilis negligentia superiorum, possùt licitè subditi ad pecuniam recurrere.

Notandum tamen secundum expos. sanctorum Patrum, & expos. sine tit. & habetur in Seren. conscien. quæst. 63. secundum Petrum Ioan. &c. quòd sit notabilis negligentia superiorum aliquando cogeret subditos procurare suas necessitates vel etiam mediante pecunia, tales subditi, tunc non peccarent, dummodò alias licitè secundum regulam, & declarationes pecuniam procurent. Nam necessitas caret lege, si est vera necessitas magna, in quo subditi debent cauere à propria affectione. Nec facilè sibi ipsis credere per se, sed ad iudicium, & consilium superiorum, & aliorum prudentum expertorum, bonorumque debent stare & operari.

QVÆSTIO VII.

Pro quibus & qualibus rebus, seu necessitatibus licitè possit procurari pecunia.

Prima conclusio. Pro omnibus necessitatibus, præsentibus, vel de proximo imminentibus, & non pro alijs, potest licitè procurari, & expédi pecunia.

REspondeo, quòd pro omnibus rebus, seu causis secundum vsum moderatum, nobis, aut nostro statui conuenientibus, seu necessarijs, præteritis, præsentibus, vel de proximo imminentibus, & non pro alijs, potest licitè procurari, & expédi pecunia. Nomen pecuniæ hic etiam comprehendit denarios. Pro cuius

cius declarationē notandum, quòd ex dictis verbis eliciuntur *quatuor*, quinq; conditiones requisitæ in re, vel causa, pro qua pecunia *recipi* licitè procuratur. Prima conditio requisita est, quòd talis res, talis, aut vel causa sit necessaria ad vsum moderatum, seu vt rectum alias se- *secundum* cundum exigentiam personæ, officij, & status. Nam pro rebus *vel pecu-* non necessarijs, aut non conuenientibus nobis, aut statui, &c. *nia.* non potest procurari pecunia (vt communiter dicunt omnes *Summa con-* expos. & declarationes, vt infra dicetur) sed pro prædictis re- *clusio requi-* cessarijs, vt expressè habetur in declaratione Nicolai III. ar 2 *sita, vt pa-* & 3. & Clemen. V. art. 6. vbi patet, quòd non nisi pro prædicta *tet.* necessitatibus licitum est recurrere ad pecuniam procurandam, *possit pro-* vel expendere iam procuratam, etiamsi liberaliter donetur, aut *cari, vel ex-* offeratur sine vlla petitione, etiãsi promissis, vel aliis suffragijs *pendi.* debita sit, vel donetur à quocumque, etiam in testamentis, &c. vt habetur in Hug. 4. cap. & ait fr. Gundisaluus fol. 93. & fr. Ioan. Philipp. art. 2. & fff 18. & Serena conscien. q 12. & q. 16. Quòd si non sit prædicta necessitas, frater non potest consentire, quòd pecunia aliqua detur, vel deponatur, vel expendatur pro eo: quia declarationes vbi supra nunquã nisi pro tali vera necessitate concedũt posse deponi, vel procurari, vel expendi. Similiter nec regula aliter cõcedit. Et licet regula in hoc 4. cap. videatur solùm concedere, posse procurari, vel expendi pecuniam pro fratribus induendis, & pro necessitatibus infirmorum, tamen vt ait Bonauent. & expos. sine tit. ibi intelliguntur aliæ omnes causæ, vel necessitates maiores, & etiam omnes aliæ similes vbicumque occurrentes in via, vel alibi, etiam domi, vt dictum est, secundum exigentiam personarum, conditionis & status: vt hoc etiam latè declarãt Nicol. vbi supra, & latius Clemens V. etiam vbi supra ibi (*Pro prædictis necessitatibus, vel similibus causis, in via, vel alibi, &c.*) vt ait exemplificando Petrus de Ancarrano in dicta Clemen. *exiui*, §. 12. vtpotè si non habitur frater iturus iter, vel nauigationem facere, nisi pedagium, vel naulum soluat: quia tunc ad hoc bene potest procurari pecunia per amicos spirituales, vt etiam ait Speculum, ff. 17. secundum Bonauenturam, & latè de his habetur in defensorio contra dicentes, &c. Expressit autem regula specialius illas necessitates pro induendis fratribus, & pro infirmis: non quidem vt alias similes, vt dictum est, excluderet, sed vt innueret regula, quod non nisi pro vera necessitate nostro statui decenti, & cõuenienti, vt dictum est, potest procurari, seu recurri ad pecuniã

quia

quia illæ neceſsitates ibi explicatæ,ſunt magis conſonæ pietati, & charitati,& minus diſſonæ paupertati: in alijs autem facilius exceditur,& non bonum exemplum exhibetur, vt ait expoſ.ſine tit.4.cap.ergo patet intentum.

Neceſsitas propter quã poteſt recurri ad pecuniam, debet eſſe vera licèt non oporteat eſſe ſtrictiſsimam.

Sed quia dictum eſt,quòd debet eſſe res, ſeu cauſa neceſſaria:nunc poteſt dubitari quanta,ſeu qualis debeat, & ſufficiat neceſsitas prędicta. An requiratur neceſsitas ſtricta, ſtrictiſsima,aut accõmoda ſecundum vſum? Ad quod reſpondeo,quod non requiritur,quòd ſit neceſsitas ſtrictiſsima in rigore vocabuli neceſsitatis,id eſt, quòd ſit prope necẽ, ita quòd ſi ei non prouideatur,imminet probabiliter mors,quæ ab alijs dicitur neceſsitas naturæ,ſeu extrema,vt habetur in ſumma Ang.tit. *Neceſsitas*,& in tractat.de 10.plag.plag. 1. Sed requiritur & ſufficit,quod ſit res,vel cauſa neceſſaria opportune,ſeu accõmode ad eos vſus rerum, quæ nobis ſunt licitæ ex regula & alijunde. Et vt breuiter & clarius reſoluatur,dico, quòd illa eſt vera neceſsitas rerum & cauſarum,pro qua licitum eſt procurare pecuniam,quæ manifeſtam neceſsitatem præſentem, vel immineẽtem probabiliter demonſtrat: & talis,quod ſi non ei prouideretur,ſtatus ei debitus officij communitatis,vel perſonæ particularis ſine detrimẽto commode ſtare non poſſet,modò ſit ſpiritualis,modo corporalis neceſsitas talis(vt ait Hug. & Speculum,ſ.19.) de neceſsitate corporali patet exemplificando de alimentis,veſtibus,lectis,domibus,libris pro officio diuino, & pro ſtudio literarum,pro prædicatoribus,tam in cõmuni,quàm in particulari,& alijs huiuſmodi requiſitis ad executionẽ officiorum cuiuſque,quia ad licitum moderatum vſum horum, & ſimilium poteſt procurari pecunia, vt aiunt ſ. Magiſtri, & in tract.de neceſſ.congr ſolut.fol.106.&c. De neceſsitate autem ſpirituali,exempli gratia,quãdo ſcilicet ſine illa non poteſt fieri aliquod grande bonum,vel vitari aliquod malũ graue, ſicut dicimus,quod neceſſe eſt noſtros benefactores, amicos, & parentes venientes ad noſtros conuentus tractare charitatiue, hilariter,& huiuſmodi, quia ad eos hoſpitandum & honeſte, vt oportet cibãdum,poteſt procurari pecunia(vt habetur in tract. 10.plag.plaga 1.)& vt decet illos,& nos ſimul,vtrumque enim eſt in hoc conſiderandum ſcilicet, & quid decet hoſpitantem, & hoſpitatum,nõ enim licet procurare pecuniam ad ſuperflue & laute conuiuia faciendum illis,vt dicetur paulò inferius:& ſic patet,quòd pro lucrandis indulgentijs,& accipiendis bullis, vel

cruciatis,licitè potest procurari pecunia,dummodò alia requisita concurrãt,q manuis autèr compendiatur.*Corneo post.* 8. c. fol.19.& fol.30.dicat oppositum,sed non est tenendus, quia ad hoc,est enim grande bonum spirituale indulgentiarum acquisitio,& vitatur per eas,& per bullas aliis hinc acquisitas magnũ malũ pœnæ & purgatorij,& per cuiũ peccati,vt patet. Sed quia dictum est,quòd solùm ad necessitates prædictas opportunas veras,non autem ad fictas neque ad vsus splendidos superfluos,seu curiosos,neq; ad relaxationes curiositatis,seu deliciarum,sed ad vsus solùm moderatos supradicto modo probabiliter & opportunè, seu cõmode necessarios,& licitos alias,licitũ est recurrere ad pecuniam(vt dictum est, & habetur in prædictis expositoribus,& Ioan.Philipp. art.6. late prosequitur) & habetur in Speculo,ff.19.& 18.

Notandum ad debite hæc omnia agnoscendum, quòd superfluum dicatur,& est,id quo sublato reliquũ commode sufficit, vt duo si vnum sufficit,tunc superfluit alterum, & tria si duo, &c. Curiosum est,quod fit ad delectationem sensuum,vt picturæ,pulchritudo,& decor,vbi simplex ædificium,vel huiusmodi absq; talibus curiositatibus picturarum, & celaturarũ,& huiusmodi pulchritudinũ,& decoris sufficeret. Pretiosum est,quod vltra valorem sufficientis necessitatis respectu nostri status habet, vt vbi sufficit crux argentea, quærere auream, & similiter procurare ampullas,& lampades argenteas, vbi sufficiunt stanneæ,& idem de candelabris,& huiusmodi:quæ omnia attenduntur,maximè in numero,quantitate,qualitate,pretiositate,& decore,vt habetur in Specul.ff.18.ex *Hug.5.cap.* de quo latiùs infra 6.cap.quæst 15 Item ad bene iudicandum an prædicta vera necessitas & vsus,seu causa sit conueniens status, & per consequens, an sit sufficiens ad procurationem pecuniæ,debet Prælatus,seu frater procurans pecuniam,considerare hæ duo,scilicet nostrum statum & nostram obligationem qualis sit.Nam status noster non est sicut aliarum religionum,sed est status magnæ paupertatis,& humilitatis, & nostra obligatio est ad arctos vsus contentos in regula, & ad vsum moderatum aliarum omnium rerum à nobis vtibilium, vt de hoc latiùs infra 6.cap.quæstione 14.& quæst. 5. vbi videtur, quia hic supponitur breuiter: & ideò aliquis vsus rerum à nobis vtibilium,vtpotè ciborum, vestium, &c. est moderatus respectu aliquorum aliorum religiosorum diuitum,& potentum domi-

Quid dicatur superfluum.

Quid curiosum.

Quid pretiosum.

dominorum: qui respectu nostri, qui sumus pauperes, erit vsus dines, abūdans, superfluus, vel curiosus, vt patet clare: quia respectu magnatum aliquis vsus, & cibus quotidianus est moderatus, qui respectu pauperum, & infimi status est vsus dines, & festiuus. Sic ad propositum, ideò notanter dicunt omnes declarationes, & Doctores, quòd prædicta necessitas, & vsus moderatus noster debet attendi secundum statum nostræ professionis, personæ, & conditionis, &c. ad hoc, quòd dicatur necessitas vera, pro qua licitum sit procurare pecuniam. Et ideò in hac prima conditione suprapositum & dictum est, quòd requiritur & sufficit, quod sit vera necessitas opportuna, seu commoda, ad vsus moderatos, seu licitos aliàs, secundum exigentiam personæ officij & status. Et secundum omnia prædicta limita & intellige Aluarum apud Serenam conscientiam q. 12. dicentem, quòd expensæ voluptuosæ omnibus prohibentur, vtiles sæcularibus conceduntur, necessariæ autem religiosis, maximè conceduntur, non incalia, neq; pretiosa, aut superflua, & cætera. Similiter limita Petrum Ioan. apud Seren. conscien. q. 48. dicētem, quòd grandis necessitas requiritur, &c. Similiter limita Remigium apud Seren. conscientiam, q. 16. dicentem, quòd necessitas debeat esse prope necem, sine qua quis viuere non posset, &c. Nam sufficit necessitas commoda, vt dictum est, & habetur in locis præallegatis, vt latè habetur in defensorio contra scrupulose deuiantes, fol. 196. &c. Ex dictis patet, quòd contra regulam faciunt procurantes mediante pecunia res superfluas, siue sint ornamēta, aut vasa Ecclesiastica, scilicet calices, tapetes, &c. vel rès alias non necessarias, aut facientes ædificia, vel officinas non necessarias, vel statui pauperi nostro non conuenientes. Item procurantes res nimium pretiosas, etiam calices, cruces, vasa argentea, ampullas, lampades, candelabra, thuribula, nauiculam argenteam, quamuis in vasis deputatis ad cultum diuinū tolerabilius hoc fiat, maximè in calicibus, vbi id est decens, vt latiùs infra 6. cap. q. 14. habetur.

Contra regulā facit, qui interuentu pecuniæ querit ad cibum gallinas, perdices, &c. dūmodò nō adsit rationabilis causa, aut necessitas.

Item procurantes curiosa, vtpotè elaborata ædificia, ornamenta expolita nimis, &c. vt de his latiùs infra 6. cap. vbi supra, & hoc habetur in Specul. ff. 21. Similiter contrà regulam facit, qui mediante pecunia procuraret, vel acceptaret gallinas, perdices, & huiusmodi pretiosos cibos, vbi haberet sufficienter cōmunes ad vsum moderatum (nisi fortè aliquādo pro aliqua causa rationabili, vtpotè ratione alicuius personæ, aut pro necessitate infir-

infirmitatis acceptaret, vel id fieret ex iudicio rationabili prælatorum. Ratio, quia prædictorũ pretiositas, & superfluitas, & curiositas rerum vtibilium est nobis prohibita, & maximè mediante pecunia, nisi vt dictũ est, aliquando ex causa rationabili. Ideo reijciendus est tract. 10. plag. plaga 1. dicens, quòd sublato scandalo, benè liceret cõmuniter procurare gallinas mediãte pecunia, licut & lardum, ex quo necessitas in habẽdo cibum non est determinata per regulam, quòd tali, vel tali cibo vtendum sit: & ita gallinam, & omnem cibũ, qui mihi liceret si daretur, vel si haberetur sine pecunia, possũ ego procurare tunc mediante pecunia, ex quo talis cibus est conueniens meæ professioni, & non prohibitus, ex quo licitũ est etiam procurare mediante pecunia omnem cibũ non aliàs prohibitũ ex mea professione. Hęc in prędicto tract. Dico ergo, quòd hoc eius dictũ, salua reuerentia, non videtur verum. Nam licet res sit mihi vtibilis in se, non tamen quilibet vsus rei, quia tenemur regulariter in vsu rerũ taliũ seruare moderationem, non solum in quantitate & numero, sed & in qualitate, vt caueatur nimia pretiositas & curiũitas, & superfluitas, non solùm vestiũ, & aliorũ quorumcũque, sed & præcipuè in victu, & cibarijs, maximè mediãte pecunia procuratis, vt patet ex dictis. Nunc autẽ vsum gallinarũ regulariter aut cõmuniter constat non esse moderatũ, respectu pauperũ, & religiosorũ existentiũ in statu magnæ paupertatis, quales nos sumus, & nos iactamus: ergo nisi ex casu, & ex causa, non licet mediante pecunia procurare gallinas, quia etiam si aliquando obiter possemus licitè comedere, etiam sine alia causa, nisi quia offeruntur deuote, cũ etiam habentur sufficienter carnes cõmunes, non tamen tunc possemus tales gallinas mediãte pecunia procurare, ex quo specialiter pecuniæ recursus prohibetur, nisi ad res necessarias, & ad vsus moderatos, vt dictum est. Et sic patet hæc prima conditio.

Secũda conditio necessariò requisita in re, seu causa, pro qua pecunia procuratur, est, quod prædicta necessitas sit præterita, seu præsens, seu imminens de propinquo, nõ autem futura, seu possibilis. Pro quo notandum, quòd necessitas est triplex, scilicet præsens, imminẽs, & futura, seu possibilis. Præsens dicitur necessitas, quæ est certa, & determinata, & statim incõtinenti necessaria, ad quã reducitur necessitas præterita, quãdo scilicet pro aliqua re iam empta debet quis procurare solutionẽ, & de hac necessitate præsenti loquitur Nicol. III. ar. 3. §. *Caterũ*, ibi,

Secũda cõditio. *Non potest procurari pecunia, nisi pro necessitate præsenti, seu imminenti.*

Caput quartum.

Quæ pro tempore occurrerit, &c. Secunda neceſsitas dicitur imminens, eminens, ingruens, emergẽs, vel apparens iam de propinquo, & eſt illa, quę eſt certa, & determinata, & incipit iam eſſe: non tamen eſt ſtatim neceſſaria, vt prima, ſed in breui certitudinaliter ſperatur, & cognoſcitur euenire, etiamſi in ſe habeat tractũ temporis annexũ in ſua exequutione, vt ait Nicol. III. vbi ſupra, ibi, *Et quæ oportet, & expedit, &c.* & exemplificat in libris ſcribendis, ædificijs faciendis, & ſimilibus, & dicitur imminens (ſecundũ Ioan. Philip. art. 3.) quaſi intus manens per notitiam certam probabiliter, & per eius inchoationem. Tertia neceſsitas dicitur futura, ſeu poſsibilis, & eſt illa, quæ non eſt certa & determinata, nec de præſenti, nec imminẽti certitudinaliter, ſperatur, neq; apparet: ſed tempore futuro eueniet, aut euenire poteſt; vt ſi pro anno futuro quis procuret oleũ, vinũ, &c. timens caſtiliam futuram, &c. & ſic patet, quôd ſæpè expoſitores, & ſtatuta vocant neceſsitatem determinatã illam, quæ eſt præterita præſens, vel imminẽs, quia talis eſt iam certa, & indeterminatam vocant illam quæ eſt futura, quia non eſt certa, & etiam vocatur indifferens propter eandẽ cauſam: & ſic videtur frater Ioan. Philip. & tab. 8. Vicarij Generalis accipere, & alibi ſæpius, quod eſt valde notandum pro dicendis infra q. 8. conditione 2. quia propter hanc inaduertentiã vocabuli videtur multi erraſſe, dicentes eſſe neceſſariũ, quòd neceſsitas explicaretur determinate, & expreſsè dantibus pecuniam, quod ibi probatũ eſt, non eſſe neceſſe, ibi videatur. Nunc ergo dico, quòd ſolũ pro illis duabus primis neceſsitatibus præſentibus, aut imminẽtibus licitum eſt procurare pecuniam, non autem pro futuris & incertis, vt patet ex Nicol. III. art. 3. & art. 2. ibi, *Inſuper nec vitę ſilia, &c. vel ſub colore prouidentiæ in futurum &c.* Ex quo patet, quòd ſi non poſſumus recipere aliquid ad prouidendũ in futurum, ergo multo minus ſolutionem ipſius mediante pecunia. Ratio eſt, vt ait Clemens V. art. 7. quia ex regula ſpecialiter obligamur ad non prouidẽdum in futurũ, cum aliter poſſumus cõmode viuere: ſed in diuina prouidentia ponere ſpem noſtram, non in futurarum incertarum neceſsitatum prouiſione. Hoc enim eſt præcipuum inſigne noſtrę paupertatis, ſcilicet reſpectu talium futurarum neceſsitatum, non habere aliquam certitudinem politicam humanam, ſed ſolius diuinæ prouiſionis fiduciam: vt latiùs infra cap. 6. q. 12. habetur. Ideò pro illis neceſsitatibus futuris; & incertis ſupradictis, non ſolùm non poteſt pro-

procurari pecunia, sed neque cõsentiri in eius depositione, vel expensione, etiamsi sit legata, liberaliter oblata, etiam pro missis, aut alijs exequijs, aut causis quibuscumque, vt supra in 1. cõditione dictum est. Et cũ his omnibus supradictis expressè, latèque concordant omnes expositores, vt patet in tract. de recess. congr. solut & Ioan. Philippo art. 6. & Speculo ff. 18 ex quo patet, quòd nil refert, quòd procuretur pecunia, pro re iam empta, aut statim emenda, dummodò sit necessitas imminens, & non futura.

Ex quo patet etiam secundum idem Speculum ff. 21. quòd contra hoc faciunt, vt regulæ transgressores, illi qui diffidentes de diuina prouidentia faciunt magnas, & excessiuas congregationes grani, vini, olei, aut piscium, & similium pro prouisione futuræ necessitatis possibilis nondum imminentis, mediante pecunia, cum adhuc etiam non interueniente pecunia, id est non possit, vt dictum est, & dicetur cap. 6. Similiter illi, qui cõsentiunt, vel permittunt deponi pecuniam, etiamsi detur pro missis legatis, vel alias quomodocumque, à quibuscumque, etiàm à parentibus liberaliter offeratur sine necessitate præsenti, vel imminenti, cogitando, quòd non deerit necessitas futura, vel infirmitas, in quam expendatur, non enim plùs habemus, aut possumus circa pecuniam legatam, vel liberaliter oblatam, quã circa procuratam, aut circa oblatam pro missis, &c. Eadẽ enim est ratio, quomodocumque, & vndecumque pecunia sit, vt dictum est, quoad nos.

Hoc intelligendum est, de diuina prouidentia facientes magnas congregationes grani, vini, olei, aut piscium pro prouisione futuræ necessitatis possibilis nondum imminentis, mediante pecunia, cum adhuc etiam non interueniente pecunia, id est non possit, vt dictum est, & dicetur cap. 6. Similiter illi, qui cõsentiunt, vel permittunt deponi pecuniam, etiamsi detur pro missis legatis, vel alias quomodocumque, à quibuscumque, etiàm à parentibus liberaliter offeratur sine necessitate præsenti, vel imminenti, cogitando, quòd non deerit necessitas futura, vel infirmitas, in quam expendatur, non enim plùs habemus, aut possumus circa pecuniam legatam, vel liberaliter oblatam, quã circa procuratam, aut circa oblatam pro missis, &c. Eadẽ enim est ratio, quomodocumque, & vndecumque pecunia sit, vt dictum est, quoad nos.

Tertia conditio requisita est, quòd tempore procurationis pecuniæ non sint aliæ eleemosynæ pecuniariæ indifferentes, seu indeterminatæ depositæ pro necessitatibus: ex quibus pecuniis indifferentibus posset sufficienter talis necessitas prouideri, simul & aliæ necessitates veræ præsentes, & imminentes. Nam si esset pecunia deposita indifferenter, pro necessitatibus, & sufficiens pro omnibus necessitatibus prædictis, etiam pro tali necessitate imminente: iam talis frater, seu fratres procurantes pecunias, non haberent veram necessitatem ad procurandam nouam pecuniam, & per consequens non possent licitè illam procurare, vel oblatam, quomodocumq; acceptare, vel permittere deponi, vt dictum est. Et hoc patet ex Nicol. III. ar. 3. ibi, *Et cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commode tunc non posset, &c* ergo à cõtrario sensu stantibus eleemosynis pecuniarijs, de quibus satisfieri tunc commode posset,

Tertia conditio.

Vt pecuniæ licitè possint procurari.

nõn potest licitè fieri procuratio nouæ pecuniæ, vt dictum est. Dicuntur autem indifferentes, seu indeterminatæ eleemosynæ pecuniariæ, illæ quæ simpliciter offeruntur, nec per ipsos offerentes, seu deponentes, sunt alicui certæ necessitati, vel vsui deputatæ: & de istis sic indifferentibus, si sunt sufficientes ad omnes necessitates veras, debent solui omnes necessitates verę supradictæ, priusquam aliæ procurẽtur de nouo, vel acceptentur, tam necessitates communitatis, quàm etiam necessitates particulares, cuiuscũque fratris subditi: quia in nostra religione, vbi non habemus proprium in communi, neque in particulari, nulla est differentia, quoad eleemosynas indifferentes supradictas pecuniarias, inter communitatem, & fratrem particularem: sed Prælatus tenetur de ipsis eleemosynis communibus indifferentibus prius prouidere necessitatibus communibus, & particularibus fratrum, prout expedit, si tales eleemosynæ sufficiunt omnib': antequã alia aliqua pecunia procuretur, vel acceptetur pro communitate, vel pro aliquo particulari fratre, vt dictum est. Et cum his omnibus concordant communiter Doctores, vt patet in dicto tractat. de necessar. congr. solut. Et fratre Ioanne Philippo art. 6. & tract. defenso. contra deuiantes fol. 19. & Speculo ff 9. & sic habetur declaratum in tabul. 8. Vicarij Generalis, & in tabul. 9. quòd scilicet eleemosyna pecuniaria deposita apud amicum spiritualem, priùs debet expendi, antequàm alia petatur, vel recipiatur. Hæc ibi.

Moraliter loquẽdo vix dari potest communitas fratrum, cui eleemosynæ ita supperãt, vt oblatis de nouo nõ indigeat.

Vbi notandũ secundũ Spec. ff. 19. vbi sup. quòd ad securitatem cõscientiarum, & puritatem regulæ seruandam, quando aliqua pecunia fratribus offertur, siue fit legata in testamento, siue alio quocumque modo pro missis, vel aliàs oblata, primò Prælati, vel fratres pecuniam procurantes debent considerare priùs, an habeant veram necessitatem præsentem, vel imminentem, deinde considerare, an talis necessitas possit incõtinenti expediri: vtpotè si est pro debitis præteritis, vel si est necessitas præsens, & tunc debent dicere danti eleemosynam; vt scilicet pro sua necessitate eam det, vel committat alicui, qui suo nomine id faciat, vt latiùs de hac notificatione habetur q. 8. sequente, in secunda conditione secundum communiter Doctores tenentes, quòd requiritur talis notificatio. Nã secundum aliam opinionem, quã credo veriorem, non requiritur talis notificatio determinatæ necessitatis, vt ibidẽ latiùs habetur. Si autem prædicta necessitas non potest cõmodè statim

Nota. Leo X. concessit fratribus Minoribus, vt possint recipere frumẽtũ, vinũ, ac alias res superabundantes, quib' in propria specie non indigẽt, adhoc, vt illas commutẽt pro alijs re-

expe-

expediri, vel exprimi, vt potè quia habent plures necessitates, & nesciunt, quæ sit magis necessaria, tunc potest Prælatus permittere, seu consentire, quòd talis pecunia deponatur, donec ipse deliberet, & notificet aliquas necessitates veras, si talis notificatio potest fieri cōmodè, quòd ipse breuius quàm poterit, debet facere, & hoc taliter est faciendum, quòd dicta eleemosyna non remaneat indifferens in aliquo sæculari, ad dispositionem fratrum, quousque ipsis offeratur necessitas; nam istud esset thesaurizare, vel necessitatibus futuris prouidere contra regulam, & declarationes, vt supra dictum est. De qua notificatione quæst. 8. dicendum est, ibi videatur. Item notandū, quòd quando eleemosyna, quæ offertur, non sufficit omnibus necessitatibus, semper debet Prælatus, vel frater procurans illas prius prouidere, quæ magis sunt necessariæ, vt sunt necessitates victu & vestitu: Deinde alias cæteris paribus, secundum iudicium prudentis. Item debent laborare fratres, quòd talis pecunia etiam determinata, breuius quàm poterit expēdatur, ne sit occasio transgressionis in aliquo. Quod si veram necessitatem præsentem, vel imminentem non habent fratres, non possunt eam acceptare, vt dictum est. Notandum tamen secundū Ioan. Philipp. art. 6. quod si aliquæ eleemosynæ pecuniariæ sint depositæ, determinate ad aliquam veram necessitatem fratrum, & postea proprio motu ipsi dantes absque fratrū inductione, vel persuasione talem eleemosynam ad superfluitatem ædificiorū, vel picturarum, vel ornamentorum sumptuosorum, voluerint conuertere, tunc non obstanti tali pecunia, benè possunt fratres procurare aliam eleemosynam pecuniariam pro sua, vel suis præfatis veris necessitatibus, vt dictum est. Ex dictis patet, quod contra regulam, & declarationes faciunt fratres procurando per plateas, vel per mercatus, vel curias, aut apud dominos, seu alios quascumq; personas eleemosynas pecuniarias, vel permittendo oblatas depoui, cùm sunt aliæ indifferentes, & sufficientes pro omnibus veris necessitatibus depositæ apud aliquem, vt patet ex dictis.

Quarta conditio est, quòd talis res necessaria, cuius satisfactio mediante pecunia procuratur, non sit commodè mendicabilis, seu quòd sit talis qualitatis, de qua verisimiliter credatur, quòd fratres bono modo, seu commode, seu sine magno discursu, & distractione, seu sine melioris boni impedimento eam habere possint mendicando, sine recursu ad pecuniam. Nam si

vel nesciunt: vel declaratio cō ueniat fend. prædebet fieri cōmodè, quòd ipse breuius quàm poterit, fend. prædebet facere, & hoc taliter est faciendum, quòd dicta eleemosyna non remaneat indifferens in aliquo sæculari, ad dispositionem fratrum, quousque ipsis offeratur necessitas; nam istud Alman. Ro *esset thesaurizare, vel necessitatibus futuris prouidere contra* dric. tom 9 *regulam, & declarationes, vt supra dictum est. De qua notificatione* 1. q. est. re- *quæst. 8. dicendum est, ibi videatur. Item notandū, quòd* gul q 25. ar *quando eleemosyna, quæ offertur, non sufficit omnibus necessitatibus,* tic. 3.

Faciūt contra regulam fratres quærēdo per plateas eleemosynas pecuniarias, cum sunt de oste alie indifferentes, & sufficientes pro necessitatibus.

Quarta conditio.

commode bono modo, vt dictum est, potest haberi, etiam mendicando ostiatim, vel alias sine pecunia: tunc non est securum recurrere ad pecuniam procurandam, seu expendendam pro tali re commode mendicabili. Ratio, quia tunc non est vera necessitas recurrendi ad pecuniam pro tali re, si commode sine pecunia potest haberi, pecuniæ autem procuratio, non nisi pro verè necessarijs rebus concessa est per regulam, & extensa per declarat. Nicol. III. & Clem. V. solùm ad alias veras necessitates: vt supra in prima cõditione habetur. Facit & ad hoc Nicol. III. ar. 3. ibi (*Cessantibus eleemosynis, de quibus, tunc satisfieri commode non possit, &c.*) ergo à contrario sensu, si adsint eleemosynæ, de quibus tunc commode mendicando satisfieri potest, sequitur, quod non potest procurari pecunia. Et cum his omnibus concordant communiter Doctores, vt patet expressius in tract. de necess. congr. solut. & Ioann. Philipp. & Speculo, ffff. 19. Et notandum, quod licet prædicta auctoritas Nicol. III. ibi (*Cessantibus eleemosynis, &c.*) non faciat directè ad probandam hanc quartam conditionem, eoquòd ibi Nicol. III. directius loquitur de eleemosynis pecuniarijs, vt in tertia conditione præcedente allegatum est: & certè ipsa declaratio innuit, vt latiùs nititur probare hoc tractatus defensorius contra deuiantes fol. 149. tamen adhuc standum est dictis in hac quarta conditione, quæ probata est ratione, quòd scilicet si res esset commode mẽdicabilis, iam non esset necessitas recurrendi ad pecuniam pro ea, & quòd non potest licitè recurri ad pecuniam, etiam pro necessitatibus infirmorum, pro pane, vino, carnibus, quando aliàs commode sine pecunia talia possunt haberi, vt dictum est: nam periret mendicitas, si pro quacumq; re nobis vtibili, & necessaria, pro pane, ouis, carnibus, cõmode mendicabilibus, statim relicta mendicatione licitum esset recurrere ad pecuniã, ergo stãdum est dictis, secundũ communiter Doctores, sicut & tandem concordans cũ dictis tract. defens. contra deuiantes, latiùs id cõcludit: licèt etiam ibi benè dicatur cõtra quosdam scrupulosos, qui pro nulla re mendicabili putabãt licitum esse recurrere ad pecuniam. Probatur ibi, & quidè pulchre: quòd pro quacumq; re necessaria mendicabili, si tamen non sit cõmode mẽdicabilis bono modo, sine distractione magna & discursu, aut sine impedimento melioris boni, aut debiti ordinis, & regiminis fratrũ, quòd licitè recurritur ad pecuniam, alias non: quòdq; hoc intẽdunt Nicol. III. & Clem. V. in diuersis locis, si omnia simul cõferantur,

ferantur,& hoc est tenendum : immò & habetur in Specul. & tract.de recess.congr.solut.& Ioan.Philip.& ex ubi supra,quod quando talis mendicatio commodè potest fieri pro necessitatibus,non potest licitè recurri ad pecuniam relicta mendicatione propter leuem laborem,vel vt in maiori abundantia, aut curiosius prouideatur fratribus: nisi aliquando ex casu,& ex causa rationabili,vtpotè in aliquo magno festo,aut in labore: tuneris aliquando potest relicta tali mendicatione recurri ad pecuniam,vt hic tacitus prouideatur necessitati tunc opportune, vt dictum est. Tunc enim non est omnino commoda mendicatio, sed potiùs videtur non commoda, pro tunc saltem ex parte, & ex causa.Contra prædicta faciunt fratres,qui sine aliqua consideratione quoties possunt,recurrunt ad pecuniam, non considerando,an commode mendicando possit haberi prouisio necessitatis sine pecunia,an non.

Quinta conditio, quod prædicta necessitas sit propria ipsorum fratrũ procurantium pecuniam, vel sit necessitas suarum dominorum,vel subditorum,seu commissorum curæ, potestati, seu iurisdictioni ipsorum fratrum procurantium pecuniam, nõ autem debet esse necessitas aliena,seu aliorum:quia pro tali necessitate aliena,seu aliorum à prædictis, non potest procurari pecunia, modò talis necessitas aliena sit sæcularium quorumcumque,modò sit fratrum aliorum, etiam prætextu charitatis, aut amicitiæ:non inquam potest pecunia procurari, aut deponi cum intentione dandi alijs à prædictis, neque potest pro alijs expendi,neque de ea potest aliquid emi cum intentione dandi illud sic emptum alijs à prædictis, etiamsi sit oblata liberaliter, seu pro missis data,aut debita,aut pro prædicatione, aut legata, aut alitunde,quomodocumq; proueniens:quia nulla differentia est in hac,vel in illa pecunia, quoad hoc secundum declar. Nicol.III.& Clementis.Et ratio huius est,quia solùm pro prædictis propris,vel sibi commissorũ necessitatibus concedit regula,& declarationes posse procurari, seu recurri ad pecuniam per amicos spirituales,vt etiã patet in Nicol.III.ar.3.ibi, *Necessitates suas,&c.* ergo per consequens ait Clem.V.ar.6.quòd omne aliud,quod non conceditur,intelligitur denegatum, ex quo omnis procuratio pecuniæ generaliter nobis prohibetur.Et cũ prædictis omnino,& expresè concordant cõmuniter expositores,vt patet in tract.de necess. congr. solut. secundum Hug. 4.cap.& tractatu 10. plag. plaga 1.& in Speculo, fl. 19. & 21. latiùs

Quinta conditio.

latiùs habetur. Et ſic patet primò, quòd ipſe frater ſibi ipſi poteſt pro ſuis neceſsitatibus procurare, ſeu recurrere ad pecuniã. Secundò Prælatus pro neceſsitatibus ſubditorum, & famulorum, & domorum ſuarũ, modo ſint ſubditi ſimpliciter ſub eius obedientia & cura, modò ſint ſubditi, ſecundum quid, ſeu ad tempus, vt ſunt hoſpites, pro quando ſunt hoſpites in conuentu, vel in Guardianatu ſuo, maximè quando à tali Prælato petunt ſibi ſuccurri, etiam ſi ſint itinerantes: idem dic de cuſtodibus reſpectu fratrum, domorum, & famulorum, ſuarum cuſtodiarum, vel intra ſuas cuſtodias. Et idem de Prouincialibus in ſuis prouincijs, quia per ſe poſſunt procurare pecuniam, & ad eam recurrere, & committere idem, ſeu mandare alijs ſubditis ſuis pro prędictis omnibus ſuarum adminiſtrationum reſpectiue, ſcilicet Guardiani in ſuis Guardianatibus, Cuſtodes in ſuis Cuſtodijs, Prouinciales in ſuis Prouincijs id poſſunt facere, & committere, & mandare pro prædictis neceſsitatibus, dummodo ſeruentur omnes aliæ conditiones ſuprapoſitæ in hac quæſtione, & infra ponendæ in quæſt. 8. ſequenti, & quæſt. 9. &c. Ideò vnus Guardianus, ſeu frater poteſt de licentia ſui Cuſtodis, ſeu Prouincialis procurare pecuniam pro neceſsitate alterius Guardiani, vel ſubditi, dummodò vterque frater, ſcilicet procurãs, & pro quo procuratur pecunia, ſit ſubditus illius Prælati, de cuius licentia procuratur: vt patet ex dictis, alàs non ſine licẽtia Miniſtri Generalis, vel Capituli Generalis ſaltem tacita, vel probabiliter præſumpta: quæ quidem licentia iam habetur, vt Prælati, ſcilicet Miniſtri Prouinciales, & Cuſtodes id poſsint, dummodo ſeruentur omnes aliæ conditiones requiſitæ circa pecuniam, vt dictũ eſt. Sed de hoc ſcilicet, quomodò vnus Guardianus, ſeu frater poteſt pro altero procurare eleemoſynam, & commutare cum eo, & expendere, ſeu tranſmittere pecuniam miſſarum, &c. latiùs habetur infra quæſt. 9. &c. ibi videatur.

Pro ſuccurrenda magna neceſsitate parentũ, vel filiorum in ſæculo exiſtẽtium, poteſt frater Minor pecuniam procurare.

Tertiò videtur dicendum, quòd quis frater poteſt procurare pecuniam pro omnibus ſuis ſocijs euntibus in itinere ad neceſſaria eorum pro itinere, aut pro omnibus, cum quibus eſt, ſeu viuit, & nomine illorum pro neceſſarijs ad conuictum eorum omniũ ſimul, ex quo ſua propria neceſsitas includitur, vt pars in communi, in neceſsitate illorum, dũmodò omnia alia requiſita etiam ex parte aliarum conditionum, & præceptorum ſeruẽtur. ¶ Quartò videtur ſaluo meliori iudicio, quòd magna neceſsitas

cessitas parentum, aut filiorum in sæculo existentium, quibus filius religiosus ex iure diuino succurrere tenetur, vt patet ex dictis supra cap. 2. q. 6. Similiter & pro soluendis debitis, ad quæ tenetur, vt supra cap. 2. quæst. 5. potest licitè frater Minor procurare pecuniam, quantum est ex parte huius quintæ conditionis. Ratio, quia istæ necessitates, ad quas soluendas tenetur, vt cõmodè potest, reputantur propriæ: sicut & debitum contractum in religione, seu ad soluendum rem emptam, cuius solutionem tenetur iure naturali & diuino procurare, quia similiter tenetur iure diuino, vel naturali ad prouidendum, vel soluẽdum debitum patris, & creditorum, & aliorum eiusmodi, si qui sunt. Ita pie resolutoriè dicendum videtur, quòd potest licitè procurare pecuniam frater Minor pro omni necessitate, aut pro soluẽdo debito: ad quod alias de iure naturali diuino, & humano, tenetur, vel dum manet religiosus. Ideò pro releuando quocũque ab extrema necessitate probabiliter imminente potest licitè, immò & fortè tenetur procurare pecuniam, dum aliter nõ commode potest prouidere. Ratio omnium dictorum est, quia ex quo ad prouidẽdum tali necessitati, aut debito tenetur quocumque iure, & quantum commode potest (vt supponitur) potest mediante pecunia, ergo licitum est, & sæpè necessariũ mediante pecunia prouidere: & quia talis necessitas reputatur sua: ex quoad ipsam ipse tenetur releuandam, vel soluendam, sicut Prælatus ad necessitates subditorum, ergo.

Hæc omnia intelliguntur semper seruatis omnibus alijs conditionibus, & requisitis, quæ in procuratione propriæ necessitatis mediante pecunia sunt necessariò seruandæ, tam ex parte ipsius necessitatis, quàm dantis, quàm depositarij, quàm ex parte fratrum in modo procurandi deponendi, & expendendi pecuniam, vt dictum est per tota in hanc quæstionem, & dicetur in quæstionibus subsequentibus proportionabiliter, ibi videatur. Etiam videtur, quòd licèt non liceat procurare pecuniam pro alijs à prædictis, tamen bene licitum est intercedendo rogare alium, vt prouideat necessitatibus alicuius, vel aliquorũ etiam mediante pecunia, vt faciunt etiam prædicatores in suis sermonibus, cõmendando pauperes etiam nominando pecuniam, quæ illis erogetur, dummodò non amplius se intromittant, quam re pertinet ad munus intercessoris, aut rogantis, aut consulentis, impetrando vel disponendo, quomodò illi erogetur, pro quo intercedit, seu consulit, sicut intercederet pro aliquo rogatus, vel consu-

Licèt possit mendicare, vt interueniendo pecuniæ necessitatibus aliorum prouideatur.

consulendo,quòd debitam illi pecuniam solueret. Ideò in hoc benè credo,quòd liceret nominare personam, cui committatur pecunia eroganda pauperi,vel pauperibus,vt aliquando prædicatores in sermonibus publicis faciunt, dummodò id faciant solùm,tanquàm intercessores,vel consultores, & non nomine suo,sed aliorum:& dummodò id constet sufficienter alijs, ita quod scandalum,& occasio propinqua peccati omnino seu sufficienter remoueatur,& dummodò tales fratres ab hoc nõ prohibeantur per suos superiores:nam ex causa,seu ne detur alijs occasio praue iudicandi,seu errandi aliquomodo ex causa, potest hoc prohiberi,licitè & valide,etiam sine culpa:& tunc etiã obediendum:& ideò alicubi habetur statutum, quod prædicatores in sermonibus,quando commendant populo pauperem, vel pauperes aliquos,non nominent ipsi personam, quæ surgat ad petendum,&c. Tandem ad maiorem omnium prædictorum declarationem notandum,quòd si iudicium,quando est vera necessitas,& causa habens omnes prædictas conditiones requisitas ad procurandum pecuniam, quando non, omnino relinquitur ipsis Prælatis,modò ipsi Prælati benè iudicent, modõ non, fratres subditi eis, obedientes eorum iudicio, & determinationi, sunt omnino securi; aliàs non, vt habetur in Speculo,ffff. 19. & latiùs de his infra cap. 6. quæstione 15. & cap.10.quæst.2.habetur.Quãdo autem frater ipse procurat mediante pecunia suas necessitates,tunc ipse tenetur, vel facere veram relationem suo Prælato, vel in absentia Prælati facere veram relationem alijs prudentibus,& bonis viris religiosis, vt iudicent,an sit vera necessitas,dum ipse non est certus de ea,& sic securius stabit eorũ iudicio, pro & cõtra se,aliàs ipse iudicabitur de sua temeritate,putans esse veram necessitatem habentẽ omnes supradictas cõditiones: si in rei veritate nõ sic erat vera necessitas,sed potiùs erat notabilis relaxatio. Ideò si notabiliter excedit contra prædicta,erit mortalis transgressio contra regulam & declarationes,nisi per ignorantiam inuincibilem circa aliquid excusetur.

Fratres qui relinquũt iudicio suorũ prælatorum discernere, quæ sit vera necessitas, vel non recurrendi ad pecuniã sunt in conscientia securi.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

Quomodò secundum regulam, & declarationes Nicolai III. & Clem. V. sit procuranda, & deponenda pecunia, aut quæ conditiones sunt necessariò seruãdæ in procurãdo, & deponendo pecuniam apud aliquem.

Prima cõclusio.

Per syndicum, vel per amicos spirituales possumus habere pecuniã pro necessitatibus.

REspondeo, quòd nos possumus habere vno modo per syndicum Papæ secundum dispensationes Martini IIII. & Martini V. & hoc modo facilius nos haberemus, licèt non tam purè, nec omnino secundum regulam, & non teneremur seruare multa, quæ in hac 8. q. & in alijs 7. quæstionibus sequẽtibus habentur, vt de hoc habetur latius infra quæst. 16. vbi de syndico agitur. Alio modo secundum declarationes Nicol. III. & Clementis V. per amicos spirituales secundũ regulam, & hoc modo sunt multa seruanda, quæ omnia continentur in hac q. 8. & alijs 7. sequentibus, in quibus agitur de hoc modo procurandi pecuniam, & de hoc modo habendi nos circa eam secundũ declarat. Nicol. III. & Clemen. V. & secũdum regulam, & in hoc sunt necessariæ aliquando tres conditiones dumtaxat, & hoc quando pecunia, quæ procuratur, nõ deponitur apud aliquem, sed ipsemet dans eam expendit statim, vel reseruat in se, vt ipse expendat opportunè, tunc enim soluũt tres conditiones requiruntur. Quarum prima conditio est, quòd nullo modo fratres contrahant mutuum proprie sumptum, pro quo notandum, quòd proprie mutuare est pecuniam alteri concedere ad vsum cum obligatione, qua recipiens mutuatam pecuniam manet obligatus ad soluẽdum æquiualens, modò ipsi obligatio fiat expressè, modò tacitè: & talis qui dat talem pecuniam mutuo, dicitur mutuare, qui accipit autem, dicitur mutuari. & ipsi pecunia sic mutuata dicitur mutuum, id est, de meo tuũ facere. Ideò in tali mutuo proprie dicto dominiũ pecuniæ mutuatæ transit in eum, qui eam mutuo accipit, modò accipiat per se, modò per alium: quia & talis per quem, seu apud quem talis pecunia

Prima conditio.

Vt licitè pecunia expendi possit.

Quid sit mutuare.

mutuato

mutuato deponitur, tenet eam nomine, & auctoritate recipientis, in cuius dominio est pecunia ipsa, non autem auctoritate, nec nomine dantis, cuius non est pecunia. Commodare autem, est concedere alteri rem eandem numero restituendã, vt equũ, vestem, &c. de qua commodatione non hic agitur, sed latiùs infra 6. c. quæst. 5. Mutuare autem impropriè, seu largè, est pecuniam concedere ad vsum, seu necessitatem alterius releuandã secluſa obligatione politica supradicta: sed solùm cum obligatione naturali aliqua, qua scilicet recipiens talem mutuatam pecuniã, seu is, pro cuius necessitate recipitur, aut datur, promittit se bona fide laborare, vt cõmode potuerit, quòd ei satisfiet & soluetur: & talis qui sic dat talem pecuniam mutuo, dicitur mutuare, & is qui accipit, seu pro cuius necessitate datur, aut recipitur, dicitur mutuari: & ipsa pecunia mutuata dicitur mutuũ largè & impropriè: id est, de mea pecunia tuam facere, vel ad tuam vtilitatem dare, &c. & in tali mutuo si non seruarentur modificationes secundum Nicol. III. & Clemen. V. benè posset transire dominium pecuniæ, & vsus, & receptio, seu eius contrectatio vera apud recipientem: quòd si seruantur conditiones, quæ ponentur secundum Nicol. & Clem. tunc nec dominium, neque eius contrectatio esset apud fratres, pro quibus datur, seu deponitur talis pecunia sic impropriè mutuata. Hæc omnia clarè possunt haberi in Summistis tit. *Mutuum*, & tit. *Cõmodatum*: & quatuor Magistri etiam ponunt in cap. 4. & 6. & Hug. & eliciuntur ex Nicol. III. art. 3. saltem, quòd mutuũ impropriè acceptum sit eo modo, vt dictum est.

Quid' sit cõmodare.

Fratres Minores nõ possunt contrahere mutuũ propriè dictum, benè tamen procurare mutuũ impropriè.

Nunc ergo patet prima conditio, quòd scilicet fratres Minores non possunt contrahere mutuum propriè dictum. Ratio, quia ibi est obligatio politica ad soluendum, cuius obligationis sunt incapaces ratione paupertatis, vt infra 6. c. q. 5. habetur. Item est ibi dominium, & vsus pecuniæ, seu contrectatio per se, vel per aliũ, quòd etiam nobis prohibetur in hoc 4. cap. ergo. Et hoc expressè prohibet, & declarat Nicol. III. art. 3. dicens sic. *Dicimus in primis, quòd fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere ipsorum statu considerato non liceat, &c.* patet etiam, quòd hoc modo non possunt etiam petere mutuũ per interpositam personam, quia non possunt committere alicui personæ, vt nomine ipsorum fratrum tale mutuum procuret. Ratio patet, quia nec per se, nec per alios possunt fratres accipere pecuniam, vel se obligare. Ideò illa persona interposita

nomine

nomine fratrum, non aliter potest mutuum, vel pecuniam procurare, nisi eo modo, quo ipsi fratres possent, alias fratres essent regulæ transgressores: vt Hug. cap. 4. & patet ex dictis. Mutuū autem impropriè benè possunt fratres procurare in eo casu, & pro illis necessitatibus, & eo modo, quo & pecuniam liberaliter sibi, seu pro suis necessitatibus dari, possunt procurare. Ratio, quia ibi nulla est obligatio: neque dominium ex parte fratrum, vt patet ex dictis, & expresse hoc ait Nicol. III. art. 3. dicens sic, *Possint tamen fratres pro satisfactione, pro eorum necessitatibus, &c. citra cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per elemosynas, & alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendunt fideliter laborare, &c.* hæc ibi. Quòd si insuper cõditiones omnes aliæ, quæ circa pecuniam liberaliter oblatam, siue mutuo debent necessariò seruari, vt in quæst. præcedenti, & in hac quæst. & quæstionibus sequentibus habetur, etiam hic seruantur in tali mutuo, sicut & necessariò seruandæ sunt, iam patet, quòd nec fratres accipiunt, neque contrectant pecuniã per se, vel per alios, ergo licitum est, hoc modo mutuum contrahere. Et hoc modo etiam fratres possunt cõmittere alicui, vt pro eis mutuũ contrahat, vt ait Hug. 4. cap. dũmodò seruentur omnes aliæ cõditiones in procuratione pecuniæ requisitę. Sed quia hoc videtur difficile, quòd talis secularis interponatur in hoc, quia iam videretur præsentari talis persona ad recipiendũ mutuũ contra conditionẽ 4. infra ponendã. Ideò non videtur licitum petere mutuum per aliũ nomine fratrum vllo modo, nec proprie, nec impropriè, nisi eo modo & casu, quo liceret per alium petere pecuniam pro suis necessitatibus, de quo infra in 4. conditione dicetur. Possunt tamen fratres rogare aliquem, vt ipse nomine suo, scilicet ipsiusmet, non nomine fratrum procuraret, vel de suis pecuniis, si habet, vel petendo etiam proprium mutuum aliunde, vt sibi videbitur seipsum nomine suo se obligando politice, si oportet, & vt voluerit proprium mutuũ cõtrahat, vt sic prouideat necessitatibus fratrum mutuando eis impropriè modo supradicto. Possunt etiã fratres ad hoc dare pignora, ita tamen, quòd contractus impignorationis fiat per syndicum auctoritate, & nomine ipsius, vel Ecclesiæ Romanæ, quando res impignoranda pertinet ad Papam, vel per eum, & eius nomine, & auctoritate, ad cuius dominiũ pertinet talis res impignoranda, vt de his latius infra cap. 6. q. 5. alias non esset licitum.

Possint fratres rogare pro nobis, vt accipiant mutuum, dummodo cõtractus impignorationis per syndicũ fiat.

Notandum

Caput quartum.

Fratres non possunt mutuum dare propriè, neque impropriè.

Notandum etiam, quòd fratres nō possunt mutuare, seu mutuum dare vllomodo propriè, neque impropriè, ex quo habēt auctoritatem in pecunia, neque vsum, possunt tamen rogare dominum pecuniæ, vel depositarium pecuniæ, modò sit syndicus, modò alius quicumque vt ipse auctoritate, & nomine dantis, seu domini pecuniæ vera, vel probabiliter præsumpta, si ita est, vel nomine suo, si id potest, qualis videtur esse syndicus, mutuet pecuniam ipsam tanquàm suam, sicut possent rogare alium quemcumque, vt de sua pecunia faceret mutuand., vel alio modo se habendo, vt de his latiùs infra quæst. 9. & quæst. 16. vbi de syndico agitur, ibi habetur quid possit syndicus in hoc. Contra prædicta faciunt fratres se obligantes, vel alium nomine ipsorum submittentes ad hoc, & alijs plurimis modis, vt patet ex dictis.

Secūda cōditio.

Secunda conditio requisita est notificatio specialis necessitatis, id est, quòd fratres debent notificare, seu explicare in particulari signanter suas necessitates, pro quibus procurant præfatam pecuniam ipsi danti, vel offerenti, seu mutuanti pecuniam. Ratio, quia sic videtur innuere Nicol. III. art. 3. ibi, *Liceat tamen fratres suas necessitates insinuare, specificare, & exponere, &c.* ex quo quamuis non videatur obligatio, sed licētia, seu concessio data ad insinuandum secure nostras necessitates, vt eis mediante pecunia prouideatur, quia dicitur, *Liceat*, & non dicitur, *Teneantur suas necessitates insinuare*, tamen quantum ad modos per ipsos fratres obseruandos in tali procuratione benè Papa id innuere videtur sub obligatione sic esse faciendum, cū dicit; *Insinuare, specificare, & exponere &c.* & hoc habetur in tract. de necess. solut. & Speculo ffff. 20. Sed prædictus textus Nicol. III. non aperte concludit intentum. Ideò est alia ratio melior ad probandam hanc secundam conditionem esse necessariam, quòd scilicet specificentur necessitates, & ratio est hæc, scilicet, quòd idem Nicol. III. ar. 3. infra in verbo. *Ita tamen* declarando dicit, necessariò esse cauendum ab omni pecuniæ administratione, siue dispensatione. Sed si fratres sine explicatione necessitatis procurarent pecuniam sic generaliter sub nomine necessitatum, seu pro nostris necessitatibus, tunc iam in tali pecunia procurata maneret auctoritas, siue libertas ipsis fratribus saltem in expendendo ad libitum, quòd est eis prohibitū, vt dictum est, ergo requiritur specialis notificatio talis, vel talium necessitatum, & non possunt fratres procurare pecuniam

Dūmodò ne cessitas, pro qua pecunia procuratur, sit vera, non tenemur eā in individuo explicare, & hoc est probabilius.

sic

sic generaliter, & indifferenter, more aliorum pauperū pro suis necessitatibus, vel pro necessitate sic confuse. Quia & talis modus procurandi est quæstus pecuniarius prohibitus per dominum Clem. V. art. 6. Neque sufficit tales necessitates habere in mente signatas, & specificatas, quia in facto pecuniæ intentio per verbum debet exprimi saltem hominibus, qui non intuentur cor, vt illis constet sufficienter nos non habere auctoritatē aliquam in pecunia, & eius administratione. De quibus infra conditione septima latiùs habetur. Cū prædictis omnibus expresse concord. tract. de necess. solut. & Speculum iiii. 2. Hug. 4. cap. & Ioan. Philip. & communiter expositores. Dicunt etiā prædicti Doctores, præsertim Ioann. Philip. quòd tunc tantum est necessaria hæc conditio: quando talis necessitas, seu necessitates possunt cōmode, & honeste, & sine scandalo notificari, specificando eas, aliàs non: vtpotè si de multis necessitatibus simul non possunt signari, quæ sint prius expediendæ, quæ non, vel quia ad vsus non cōmode explicabiles, &c. huiusmodi, quia tunc non est necesse eas explicare.

Modus procurandi pecunias pro veris necessitatibus nō est quæstus pecuniarius, sed quando indifferenter procurantur pro vanis, quæ tamen possunt.

Pro prædictis omnibus in hac secunda conditione facit Nicol. III. art. 3. vbi dicitur in §. *Quia verò*, sic, *Quòd cùm in prædictis casibus ad determinatam necessitatem, vt prædicitur, aliquem pecuniam concedere contigerit, concedens pecuniam rogari possit à fratribus, quòd si quid de ipsa pecunia habita necessitate determinata superfuerit, &c.* vbi patet, quòd Nicol. III. dicit & supponit, quòd requiritur, quòd necessitas, pro qua pecunia procuratur, sit determinata, seu specificata, vt dictum est: & quòd de tali necessitate determinata locutus est ipse in sua declaratione, si commodè potest determinari, aut notificari talis necessitas, vt dictum est, ergo,

Sed certè, vt salua reuerentia, & cum humili submissione dicamus, quod nobis videtur, ista secunda conditio nullo modo est necessaria, neque quando ipsemet dans soluit per se, neque etiam quando deponitur pecunia apud aliquem depositarium amicum spiritualem, syndicum, vel apud alium quempiam. Neque rationes suprapositæ concludunt sufficienter, id quod habetur in ipsa secunda conditione, quod sic patet: primò quia ille primus textus Nicol. III. (*Liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare, &c.*) nō loquitur, quòd ipsi danti debeant insinuare necessitates; sed ibi loquitur solùm de depositario, vt patet expresse videnti textum. Item dato, quòd loqueretur de dāte, & de

depo-

depositario pecuniæ, aut de quocumque alio, non obligat nos Papa ad specificandũ necessitates, sed concedit, seu declarat ibi nobis licitum esse persuadere humiliter specificẽdo nostras necessitates, vt sic is, qui tenet pecunias cõmissas à dante, moueatur, & alliciatur ad fideliter nobis prouidendum, sicut ei commissum est, quodque id etiam rogare possimus, vt ibi patet expressè, & dicetur latiùs infra conditione septima. Alius etiam textus Nicol. III. *Quòd scilicet nullam administrationem, vel dispensationem possimus habere in pecunia quacumque*, vt dictum est, non concludit intentum; nam quamuis verum sit, quòd non possumus habere administrationem, vel dispensationem pecuniæ cuiuscumque, negatur tamen, quòd si non fiat prędicta explicatio necessitatis, quòd iam manet nobis auctoritas dispensandi pecuniam: nam dispensare pecuniam propriè (sicut & hic debet accipi) est habere auctoritatem saltem ministerialem in distribuendo, seu disponendo præcipiẽdo de ea quomodò, & per quos voluerit talis dispensator, seu administrator, quod idem est, vt habetur in Summistis tit. *Administrare*, & tit. *Dispensatio*, & ait Hug. 4. cap. vt dictum est supra quæst. 4. in 4. puncto. Igitur sicut est in mea potestate de multis necessitatibus præteritis, præsentibus & imminentibus, quas habeo, velle quòd mihi prouideatur per dãtem pecuniam de aliquibus, & de aliquibus non, vtpotè quia mihi magis expedit, aut quia volo propter Deum, vel aliàs carere auxilio illarum, & non aliarum necessitatum: & tamen per hoc, quòd ad libitum volo mihi prouideri de illis, & non de alijs necessitatibus, non dicor habere dispensationem, quæ datur, vel expenditur per ipsummet dantem, ita similiter in pecunia deposita indifferenter apud aliquem per ipsum depositarium expendendo, non dicor habere dispensationem eius per hoc, quod de multis necessitatibus veris, quas ego habeo, est in mea potestate ad libitũ velle potius mihi prouideri de illis, quã de alijs necessitatibus. dummodo circa alia omnino me habeam cum ipso depositario pecuniæ, sicut & cũ ipso dante domino ipsius pecuniæ, sine vlla administratione, & dispensatione, quomodò, & per quos expedit, &c. Sicut etiam sine vlla explicatione talis, vel talis necessitatis, possum licitè petere pecuniam dicendo ipsimet danti, soluatis mihi decem solidos huic homini, quia illi debeo. Similiter idem eodem modo possum dicere depositario cuique, vt patet: ergo similiter pro necessitatibus veris imminentibus, pro quibus volo mihi prouideri

prouideri, posse soluter sine vlla alia expressione di ere ipsi danti, quòd det decem solidos pro quibusdam necessitatibus, vel quòd deponat eos apud quem voluerit, vt infra dicetur in 4. conditione, & ipsi depositario postea sine le possim dicere, solutis tantum, vel decem solidos illi homini, vel illi quibus dandi erant tot pecuniæ depositæ pro quibusdam necessitatibus, non explicando, quæ necessitas sit, neque an sit praterita, vel præsens, vel imminens.

Ratio horum omnium est, quia nulla authoritas dispensatiua pecuniarum talium est in me ex hoc, quòd in mea potestate est velle ad libitum prouideri mihi potius de hac, quàm de illa necessitate in toto, vel in parte, & potius pro necessitate præsenti, quàm pro imminenti, & huiusmodi. Neque ex hoc, quòd dans pecuniam, vel eius depositarius ignorat in singulari qualitatem meæ necessitatis: tollitur aliquid authoritatis, aut dominij circa suam pecuniam (dummodò aliæ conditiones requisitæ seruentur) neque mihi aliquid authoritatis ex hoc prouenit circa pecuniam, vt dictum est. Et hoc est verum, etiamsi dans pecuniam, vel eius nuncius, seu depositarius, nõ daret, neque expenderet pecuniam, si sciret qualitatem necessitatis, pro qua datur, vel expenditur: hæc enim ignorantia vel cognitio, nõ tollit authoritatem eorum circa suam pecuniam, licèt sit causa mouens, seu alliciens eorum voluntatem ad dandum, vel non dandum, seu ad expendendum, vel non expendendum ipsam pecuniam. Nunc autem non tenemur nos apponere seu remouere omnia motiua, seu allectiua per quæ dantes, vel eorum depositarij velint, vel nolint dare, vel expẽdere eleemosynas pro nostris necessitatibus: vt patet.

Ex dictis etiam patet, quòd hoc modo procurare pecuniam sine expressione necessitatis, non est quæstus pecuniarius prohibitus, neque de isto loquitur Clemens V. sed de alijs in quibus est aliqua receptio, contrectatio, vel dispensatio pecuniæ in fratribus, de quibus infra quæst. 12. habetur. Illud autem Nicol. III. § *Quia verò, &c.* dico, quòd nõ obstat dictis, neque per illud probatur, quòd requiratur prædicta determinatio, seu specificatio necessitatis: quia solũ ibi dicit D. Nicol. III. quòd quando est aliqua pecunia pro aliqua necessitate determinata, seu specificata per dantes, quòd tunc si quid superfluerit, non potest sine eius licentia expendi in alias necessitates, immò neque mutari, seu expendi in aliam necessitatem maiorem, id quod pro

necessitate aliqua determinata per dantem datum est, vt infra dicetur in 3 conclusione: & simul q. 9. per data non obligãtur fratres ad determinandum, seu specificandum aliquas necessitates, quando procurant pecuniam, vel eius expensionem petunt, vt patet: quia ibi ad hoc non obligat Nicol. III. Neq; supponit, quòd ad id obligentur, immò, & ibidẽ paulò infrà expressè dicit bis aliter, quòd quando indifferenter datur, vel deponitur pecunia pro aliqua necessitate determinata, quod tunc potest licitè expendi in necessitates veras quascumque fratrum secundũ inductiones requisitas alias, vt dictum est, & dicetur per totam hanc quæstionẽ: vt patet in §. *Quia verò*, vbi: *Residuum pecuniæ res alias pro aliqua similium fratrũ prædictis necessitatibus conuertatur*, & §. *Et quia in prædictis*, &c. vbi, *Quando pecuniæ piis fratribus mittitur, vel offertur, nec per mittentem, vel offerentẽ expressè aliud exprimitur*, &c. & §. *Si verò fratribus*, vbi: *Quòd supra in pecuniis fratribus indeterminate oblatis, vel missis*, &c. Ex quibus patet, quòd per hoc, quòd aliqua pecunia datur, vel deponitur indifferenter pro necessitatibus sine vlla expressione ex parte dantium & fratrum, non fiunt fratres dispensatores eius, neque habent dispensationem vllam in ea: & per consequens, quòd licitè sic possunt procurare eam, & eius expensionẽ, aliàs illicitè possent sibi procurare prouideri de tali pecunia indeterminate, seu indifferenter data, aut depositi, si per hoc in ea ipsi haberent aliquam dispensationem: neque excusarentur fratres ex hoc, quòd non possunt commode notificare necessitatem suam determinatam, quod est contra cõmuniter Doctores ipsos, & contra declarationes, vt patet ex dictis.

Igitur resolutionè dicamus, ex quo non est aliqua ratio, aut textus declarationis, vnde sufficienter cõstet nos teneri necessariò ad prædictam notificationem necessitatum determinatarum faciendam: quòd non teneamur eam facere dãti pecunias, neque eius depositario vllo modo, neque quando procuratur, quòd detur, vel deponatur, vel expendatur ipsa pecunia: sed generaliter possumus petere humiliter, quòd detur, vel expendatur tanta quantitas pecuniæ pro quadam necessitate, vel pro nostris necessitatibus, dummodo aliàs sint veræ necessitates, de quibus supra q. habetur. Neque etiam tenemur habere in mente aliquam, seu aliquas signatas, seu determinatas necessitates, pro qua, vel pro quibus procuratur pecunia, aut expenditur pecunia. Et dato, quòd in mente tantum nos haberemus aliquas

necessi-

necessitates, pro quibus præcipitur pecunia, possunt petere procurante, quòd expenditur per dantem, vel per eius expectarium, pro quantumcunque alias, vel pro quibuscunque aliis necessitatibus, pro quibus voluerimus scire rationem, aut non licentiare faciendi, calcemque de necessitate, vt dictum est de loc, quòd iam mutauimus intentionem prædicti Abbatis Necessitatibus ea quam prius intendebamus, cum patet ex dictis, quia talis pecunia est indeterminate, seu ad exercendum seu deponendum, ex quo pecuniam non est determinata ad aliquam certam necessitatem, seu certas necessitates, & ex quo fratres non explicauerunt danti aliquam, seu aliquas necessitates pro quibus daret pecuniam determinate, quam mutuo, fratres igitur mente intenderent pro aliqua necessitate procurare, vt patebit hoc amplius infra q. 9. quando dicitur pecunia indifferenter, vel indeterminate data, quando non: & iam dictum est supra quæst. 7. cōditione 3. Ex quibus omnibus patet, quòd procurantes generaliter, & indifferenter pecunias per curias, nundinas, mercatus, vel per alia loca pro suis necessitatibus nullam particularem specificando, quòd non faciunt contra regulam, aut declarationes, quantum est ex hoc, quòd non specificant aliquam necessitatem. Possunt tamen facilter peccare, sicut & sæpè peccatur contra regulam & declarationes ex parte aliarum conditionum requisitarum, quæ non seruantur: vtpote quia non deponitur auctoritate dantis, vt oportet, aut quia non pro certis necessitatibus, vt supra quæst. 7. aut quia amplius se intromittunt fratres in eius dispensatione, mutatione. Et vt patebit ex omnibus dicendis in hac quæst. & sequentibus, & per hæc credo, quòd in tab. &. Vicarij Generalis habetur declaratū, quod non est licitum procurare pecuniam indeterminate, seu indifferenter. De se autem non est licitum quantum est de se, nisi propter abusum fratrum. Vel dic, quòd & sic credo declarando Doctores, & statuta omnia, quæ dicit quòd non nisi pro certis necessitatibus, & determinatis potest procurari pecunia, id est, non nisi pro certis præsentibus, & imminentibus necessitatibus. Tales enim dicūtur tam necessitates certæ & determinatæ futuræ, pro quibus potest procurari pecunia, & patet ex dictis supra q. 7. condit. 2. Et hæc dicta sint cū correctione cuiuslibet melius sentientis: quia vt dictum est, quoad hanc secundam conditionem cōmuniter tenetur oppositum, quàm nos hic diximus: neq; hucusq; vidi aliquē doctū expositorem

(vt fatear nimirum) qui mihi in hac mea sententia suffragaretur, dummodo quisque suo sensu abundet, quousque apud constet. Nolo enim onus conscientiæ super regulæ obligationem sine rationabili causa imponere, sed neque alijs: præsertim cum hæc secunda conditio, quæ vt necessaria imponitur ab alijs communiter, non obseruetur nisi cum magna difficultate: ideò vbi ratio non exigebit aliter, vtpotè necessariam ponendam, certè tollendam haud multiliter censui.

Tertia conditio.

Tertia conditio, quòd quando contigerit fratres pecuniam pro aliquibus seu aliquibus veris necessitatibus procurare, tunc non possint procurare scienter, neque permittere, quòd plus detur, concedatur, seu etiam deponatur per dantem, quàm verisimiliter creditur res, quæ procuratur valitura, seu quã verisimiliter creditur necessarium ad talem, seu tales necessitates, pro quibus pecunia ipsa procuratur: & ratio est, quia si plùs procuratur, iam illud plùs, vel nõ est necessarium, vel dolosè petitur, vt detur alteri sub colore pretij pro emptione rei ab eo, vel saltem de illo plus non possunt fratres se intromittere expendẽdo in alias necessitates, vt proximè dicetur in hac eadem 3. cõditione. Et ad prædicta facit expressè Nicol. III. art. 3. versic. *Quæ rò*, vbi: *Caueant tamen fratres, quòd solicitè se coarctent, vt non præter concessa consentiant, &c.* & concordant communiter expositores, præsertim tractat. de necess. congr. solut. & frater Ioan. Philip. art. 1. & 4 & Spec. ffff. 21. Ex quo patet, quòd

Si maior quantitas pecuniæ deponitur ad aliquam determinatam necessitatem, non potest expendi superfluens sine consensu dantis, quæ ergat ipsa necessitates, nisi possit superfluum consensus dantis.

si quantitas maior pecuniæ datur, seu deponitur, quàm sit necessaria ad necessitatem, seu necessitates aliquas determinatas per ipsum dantem, seu specificatas ipsi danti per fratres, vel si ipsis iam per oblatis aliquid de pecunia tali determinata superfluat, tunc non potest expendi talis pecunia superfluens in alias necessitates etiam veras quascũque, sine consensu ipsius dantis, secundum Nicol. III. vbi supra, & latiùs de hoc infra q. 9. quæ datur. Et ille consensus dantis potest peti, quando fratres voluerint, seu quando intenderint ea in expendere in alias necessitates, dummodò priùs non expendatur, quàm dantis consensus sufficiens ad hoc habeatur: ideo potest peti etiam in principio procurationis pecuniæ, vt ait Nicol. III. vbi supra, sic dicens: *Licet in prædictis casibus ad determinatam necessitatem aliquam pecuniam concedi contigerit: concedens pecuniam rogari potest a fratribus expendendis, quòd si quid de ipsa pecunia habita necessitate determinata superexierit, consentiat ipse concedẽs, quòd residuum præfatæ pecuniæ in res alias*

alias pro alijs ipſorum fratrum prædictis (ſcilicet veris neceſsitatibus) conuertatur; quo non conſentiente, reſiduum (ſi quid fuerit) reſtituatur eidem, hæc ibi. Quòd ſi ipſe dominus pecuniæ non poteſt commode habere, neque ei poteſt commode reſtitui ipſa pecunia, quæ ſupereſt; tunc dabitur ipſa pecunia illis, quibus debentur bona incerta: vtpotè cruciatæ, vel alijs pauperibus pro anima dantis, vt ait Speculum ffff. 21. vel etiam tunc potent depoſitarius, vt rei geſtor dantis, pro alijs neceſsitatibus fratrum de ipſa prouidere, vt oportet, vt patebit ex dicendis infra cond. 6. & infra quæſt. 9. & q. 10. Sed ſi fratres ex obliuione, aut alias inculpabiliter non petierunt prædictum conſenſum dantis ad hoc, an tunc ſufficeret conſenſus interpretatiuus, ſeu probabiliter præſumptus: ita quòd is, cui ipſe dans dedit pecuniam, ſeu eius nuncius, vel depoſitarius poſsit illam ſuperfluam pecuniam expendere in alias veras neceſsitates fratrum, credo quòd ſic, vt hoc dicunt etiam 4. Magiſt. Hug. & Bart. Piſ. 4. cap. vt latius habetur de hoc infra q. 10.

Notandũ ex dictis verbis Nic. III. quòd quãdo pecunia procuratur, vel datur, vel deponitur indeterminate, id eſt, nõ ad aliquam neceſsitatem determinatam per dantem, neque ad neceſsitatem ei particulariter ſpecificatam per fratres, ſed indifferẽter pro noſtris neceſsitatibus, tunc non eſt neceſſarium petere à dante talem ſpecialem conſenſum, vt dictum eſt, ex quo ipſe conſentit, vt expendatur ſua pecunia in omnes veras neceſsitates quaſcumque. Et Nicol. III. ſolũ loquitur de pecunia concedi determinate ad aliquam neceſsitatem ſpecificatam, vt patet. Patet etiam ſecundò, quòd poteſt procurari pecunia pro neceſsitatibus veris indifferenter ſine vlla ſpecificatione alicuius particularis neceſsitatis facienda per fratres; vt concluſum eſt, paulo ſuperius in 2. conditione: quia verba Nicol. III. prædicta id aperte innuunt, vt patet intuenti. Sed ſemper requiritur, & ſit neceſſariũm, quòd ſi pro aliqua particulari neceſsitate ſpecificata per ipſos fratres ipſi danti, vel determinata per ipſum, dari procuratur, datur, vel deponitur pecunia aliqua, quòd nõ procuretur, neq; permittatur dari, neq; deponi pluſquàm veritas liter creditur neceſſarium pro tali neceſsitate, vt dictum eſt. Similiter quando pro neceſsitatibus indifferenter, & ſine vlla determinatione, ſeu ſpecificatione procuratur, ſeu datur, vel deponitur requiritur, quòd non plus ſcienter procuretur, vel cõſentiant fratres dari, vel deponi, quã pro omnibus ipſis veris

necessitatibus creditur esse necessaria pecunia talis, vt patet ex dictis: ideò ista 3. conditio necessaria semper est. & sic patet, quomodò tres conditiones prædictæ requiruntur, quando pecunia non est apud aliquem deponenda.

Quarta conditio. Quæ conditiones requirãtur, quando pecunia apud aliquẽ deponitur.

Quando verò est apud aliquẽ deponenda, seu trahenda, tunc vltra prædictas tres conditiones requiruntur aliæ quatuor, quarum prima, & in ordine quarta conditio est; quòd cùm fratres procurant supradictam pecuniam mutuatam, seu donatam, pro suis necessitatibus, vel etiam quando eis omnino liberaliter offertur, tunc nullo modo possunt præsentare, neq; nominare aliquem quemcunque, cui ipsa pecunia detur, vel committatur, quousque sufficienter constet probabiliter, quòd ipse dans non potest, vel non vult ipsam pecuniam per se expendere, neque per alium ab ipso assumendum. Ratio, quia si antequàm de hoc constet probabiliter fratres nominarent, vel præsentarent dãti aliquem, cui pecunia committeretur, iam ista esset interposita persona authoritate fratrum præsentata. Et expressè hoc dicit Nicol. III. §. *Cæterum*, versic. *Quo casu procuretur a fratribus, quòd ille, &c.* ideò dicunt cõmuniter expositores, vt habetur in tract. de necess. congr. solut. Hugo, & Barth. Pis. 4. cap. Ioann. Philip. art. 1. & 2. & Spec. lib. 20. quòd nullam personam, neque etiam famulum illius, cui debetur, & cui debet dari ipsa pecunia, possunt præsentare, vel nominare ipsi danti, vt ei committat suam pecuniã, quousq; probabiliter constet, quòd ipse dans non vult per se, nec per alium ab ipso assumendum expendere, seu committere, seu mittere pecuniam suam. Sed ipsummet, cui est tandem danda pecunia pro rebus iam emptis, vel emendis ab eo, seu cui debetur ipsa pecunia quomodolibet, benè possunt fratres statim sine vlla requisitione præsentare, & nominare ipsi danti: vtpotè dicendo, domine huic debemus, vel ab hoc debemus accipere talem rem, seu huic est danda pecunia: huic si vultis, detis illam: tunc enim constat, quòd non accipit pecuniã ille, vt depositarius, sed vt creditor accipit sibi debitam pecuniam, quæ statim, vt illi datur, efficitur iam sua. Similiter credo, quòd si ipse, cui debetur pecunia, mitteret famulum suum cum fratribus procurãtibus pecuniam, vt acciperet illam pro se, seu nomine suo, cui debet tandem dari, tunc bene liceret fratribus illum talem famulum statim nominare, & præsentare danti, sicut & ipsum eius dominum mittentem, vt dictum est. Ratio, quia constat non interponi à fratribus, nec authoritate eorum,

Fratres nullam possunt præsentare authoritate sua, cui pecunia expẽdẽda cõmittatur, sed voluntas dãtis tota hoc relinquenda est.

neque accipit pecuniam, vt depositarius dantis talis famulus, sed vt creditor, & nomine creditoris eũ mittentis, statim transit in dominium creditoris pecunia tali famulo data, & stat periculo eius, scilicet creditoris, vt supponitur: ergo ex quo non est depositarius dantis, non oportet à dante petere authoritatem, seu voluntatem ad nominandum talem famulum: sed ab ipso creditore, cuius authoritate, & nomine mittitur recepturus debitum pecuniæ, pro domino suo creditore mittente: & concordat Hug. 4. cap. Secus esset, si famulus creditoris, non ab ipso creditore, nec nomine suo mitteretur recepturus pecuniam, sed tanquàm alia quæcumque persona, tanquã depositarius ipsorum fratrum, vel dantis præsentaretur: quia tunc non posset illum præsentare, antequàm de dantis voluntate constaret, vt dictum est: & de hoc tali famulo locuti sunt Doctores supradicti. Immó, vt dicunt prædicti expositores vbi supra, quando fratres vadunt ad procurandum pecuniam, nõ possunt secum deferre, neque permittere aliquem sæcularem, vel religiosum, nec etiam famulum eius, cui danda est pecunia, ire cum fratribus ad recipiendum talem pecuniam, etiamsi ipsa persona se offerat charitatiuè, neque talis persona debet apparere corã dante, antequã constet de dantis voluntate supradicta: ita quòd talis persona probabiliter apparere possit, quòd ideò venit cũ fratribus, vt nomine eorum accipiat, seu portet pecuniam dandam, pro ipsorum fratrum necessitatibus.

Ratio horum est, quia talis persona censetur interposita persona fratrum, saltem tacitè, vel interpretatiuè per cõsensum sequentem: & ideò ait Hug. 4. cap. & in 1. regul. cap. 6. habetur, quod fratres non debent pati, vt pro aliquo loco, vel fratribus pecuniam quærant aliqui, vel quæri faciãt, vel cum quærentibus eam. Credit autem, & eius famulus ab eo nomine suo missus bonã potest deferre scuire cum fratribus accepturus pecuniam debitam, vt iuris est. Similiter habetur in tract. de necess. cõgrossator. & Specul. quòd si vrgente necessitate, & in casu aliquo deferretur à quã persona à fratribus ad recipiendã pecuniam debitam vt potè in itinere, vel loco ignoto: vel quando similiter timeretur, quòd non inueniretur persona, quæ cõmode & secure deferret pecuniam, vt potè, quando vadunt fratres ad curiam, vel alia quæcunque loca, &c. vel quando probabiliter creditur, quod dans nollet dare, neque mittere, nisi alicui nominando per fratres, &c. huiusmodi: tunc possunt fratres secum

deferre aliquam perſonam ad portandum præfatam pecuniã: dũ nodò talis perſona non præſentetur, neque nominetur, neque appareat coram dante, quouſq; probabiliter conſtet fratribus, quòd dans, nec per ſe, nec per alium ab eo aſſamendã vult expendere, ſeu mittere pecuniam ſuam, vt dictũ eſt. Poſtquàm ergo iam conſtiterit fratribus de voluntate dantis, tunc licèt poſſunt fratres nominare, & præſentare, ſeu mittere danti quẽcũque, ſeu quoſcunq; voluerint, dicendo dãti, quòd illi, ſeu illis poteſt committere ſuam pecuniam nomine ſuo ad neceſsitates fratrum: quidem depoſitarius, vel depoſitarij nomine ipſius dantis, tenebunt, & expẽdent illam nomine, & authoritate ipſius dantis, vt proximè dicetur. Si quæras quomodò cognoſcam voluntatem dantis eſſe, quòd vult, aut non vult per ſe, vel per alium nàe nominandum, ſed potiùs per alium à fratribus nominandum, expendere, ſeu committere ſuam pecuniam.

Reſpondeo, quòd hoc poteſt facilè cognoſci, tam ex verbis ipſius dantis, quam etiam ex circũſtantia perſonæ ipſius dãtis, de qua probabiliter iam creditur, quòd non habet perſonam cui hoc committat, vel, &c. huiuſmodi. Ideò ſufficit fratribus, ſi ſimpliciter petant ab eo, vt prouideat, vel det pecuniam pro neceſsitatibus. Quod ſi ille dixerit, cui dabo, ſeu quis recipiet? tunc dicatur, quod cui voluerit ipſe. Quòd ſi dicat, dicatis vos pater cui dabo, quia ego non poſſum, ſeu nõ habeo, neque ſcio cui dem; ſeu ſit perſona magni ſtatus, de qua iam creditur, quòd non vult dare, niſi ei cui fratres dixerint: tunc dicatur, domine da tali, vel his poteſtis dare, & tenebit, & expendet nomine veſtro, quouſque cõſumpta ſit, vt dictum eſt. Et iſte modus ſufficit, & requiritur, vt patet ex dictis, & concord. Barthol. Piſ. 4. cap. & Ioann. Philip. vbi ſupra, & communiter alij. Ab iſta cõditione 4. ſecunda ſunt excepti patres Italici, & alij eiuſmodi, qui vtuntur ſyndico ſecundum conſtit. Martini V. Nam ſtatim poſſunt præſentare, ſeu nominare ſyndicum Papæ, qui nomine Papæ recipit, & tenet, & expendit ipſas pecunias ſtatim in vtilitatem Papæ tranſeuntes. Similiter non tenẽtur ſeruare alias duas conditiones, quartam & ſextam ſubſequentes, propter eandem rationem, quando recipit ſyndicus pecuniam, tamen non poſſunt aliam perſonam præſentare, niſi ſicut & nos ſecundum omnes conditiones poſitas & ponendas. De quo tamen ſyndico latius infra q. 16. habetur, ibi videatur, qui & quomodò poſſunt vti ſyndico.

Abiſta cõditione 4 & 5. & 6. ſubſequentibus. liberi ſunt fratres, q̃ ſyndico vtuntur.

Quinta

Quinta conditio est, quod si talis pecunia non debet stare sola, vel deponi penes aliquẽ, ita fiat, quòd tam ipse dans, quàm ipse depositarius semper cognoscant, quòd nomine ipsius dãtis deponatur. Et ã creditur probabiliter, quod nõ poterit ita breuiter expẽdi talis pecunia quę deponitur, vtpote quã necessitas, pro qua deponitur, habet tractũ temporis annexũ, vt pro egritudine, pro libris scribẽdis, & huiusmodi: vel quia reseruãda est in partibus remotis, & huiusmodi: tunc fratres tenentur expressè ostẽdere omnibus etiam nescientibus: quòd etiã quãdiu ipsa pecunia deseruerit apud præfatum depositarium, dominiũ, proprietas, possessio, ac etiam vsus ipsius pecuniæ penes ipsam dantem, remanet in libera potestate ipsam reuocandi, plenè liberè & integrè: neque fratres in ipsa pecunia quid iuris, administrationis, neque dispensationis habere volunt, neque dominium. Et ratio horum est, quia penes dantem debet remanere dominium, & proprietas, ipsius pecuniæ, & nomine ipsius debet deponi, vt expressè dicunt Nicol III. artic. 3. §. *Ita tamen, quòd penes ipsum dantem dominio, proprietate, &c.* & infra. *Nec contra personam nominatam ab eis, vel non nominatam, &c.* & Clemens V. art. 6. §. *Denique cùm idem confessor, &c.* ibi, *Necesse habent, quòd in omnibus sic se gerant, quòd se cunctis ostendant in dictis pecuniis, sicut nec habent, penitus nil habere, &c.* Hoc autem non fieret debite & sufficienter, nisi fratres explicarent, tam danti, quàm depositario, se nil habere in prædicta pecunia, sed penes ipsum dantem esse, & remanere dominium eius libere, & integre, vsq; ad eius consumptionem: & quòd nomine ipsius dantis deponitur, tenetur, & expenditur: ergo ad id expressè ostendendũ tenentur fratres. Similiter ad cauendum scandalum pusillorum, vel ignorantium, qui probabiliter putarent fratres habere quid iuris, vel dominij in tali pecunia, quã pro ipsorum necessitatibus vident, aut sciunt esse depositam. Ideò debent, vt expedit ad id expressè instrui de hoc, vt dictum est. Et quidem hoc expressè dicit esse necessarium dominus Clem. V. vbi supra §. *Decernimus*, ibi videatur tenor verborum. & communiter omnes expositores id dicunt, vt patet in tract. de necess. congr. solut. & Specul. lib. 2. p. 2. r. & Barthol. Pis. 4. c. &c. & fr. Ioan. Phil. art. 1. conclusionis dicit, quod dans pecuniam debet esse certus, absq; vllius dubij dilatione fratrũ, quòd potest reuocare, seu repetere præfatã suam pecuniam, vt dominus liber eiusdẽ, quousq; cõsumpta sit: securitas enim, & certitudo teneri debet ex parte dantium,

dantium,quòd ſcilicet dominium pecuniæ manet penes eos,vt patet ex Nicol.III.vbi ſupra.Ideo non ſufficit fratribus habere ſolùm in mente talem renunciationem dominij diſpenſationis,ſeu actionis pecuniæ prædictæ,ſed vt(idē ait art.3.) neceſſariò tenentur fratres proteſtari, ſiue expreſsè eſtendere ſufficienter omnibus circunſtantibus,id vitentibus, vt præueniantur á ſcandalo paſsiuo,vt dictum eſt: de maximè ſpirituali, & depoſitario,vt id certo cognoſcant, vt dictum eſt: hæc frater Ioan.Philip.Si autem ex obliuione, ſeu ex alia cauſa rationabili,ſeu inculpabiliter fratres omitterent,id expreſsè manifeſtare tunc non peccarent,id omittendo:tamē ceſſante obliuione, ſeu cauſa tenentur certificare expreſsè,& ſufficienter, prout commode potuerint,tam dantem, quàm depoſitarium de hoc,vt dictum eſt:& etiam omnes alios,de quibus probabiliter crederetur,quòd ſcandalizarētur,niſi de hoc certificarētur, ſeu inſtruerentur,vt oportet modo prædicto. Quando autem eſt probabilitas ſcandali,quando non:& quando poteſt commode fieri talis certificatio,quando non,& quando eſt cauſa rationabilis omittendi,& quando non:nō poteſt dari regula vniuerſalis de his,ſed attentis circunſtantijs prudens iudicabit. Regulariter autem iam dictū eſt,quòd debet fieri prædicta notificatio,ita quòd ſcienter,aut doloſè, aut ex ignorantia notabiliter culpabili non poteſt omitti in principio,quando procuratur, vel deponitur pecunia,vel etiam poſteá,vt oportet. Ideò pro remedio obliuionis caute faciunt,qui ſyndicos,ſeu alios depoſitarios pecuniarū habentiam generaliter inſtructos, vt ſciant quòd nulla pecunia depoſita apud eos per dātes,quoſcumque deponitur,aut tenetur,aut expenditur nomine, & authoritate fratrū,neque in ea habent dominiū,ſed ipſi dantes,ſi ſunt viui, vt dictum eſt,ſunt domini liberi:ſi autem ſunt mortui, vel ſi eſt pecunia in teſtamento legata,tam talis pecunia, vel eius diſpoſitio pertinet ad Papam,vel Eccleſiam, & eius nomine tenetur ad neceſsitatem fratrum,vt latius infra q.11.& q 16. & 6. cap. 2. Italici autem acceptantes ſyndicum ſecundum conſtitutionē Martini V. non tenentur ſeruare hanc quintam conditionem, vt dictum eſt in fine conditionis 4.præcedentis, & dicetur infra q.16.&c.vbi de ſyndico agitur.

Sexta conditio.

Conditio ſexta eſt,quando pecunia deponitur apud aliquē, ſi neceſsitas,pro qua,vel pro quibus deponitur,ſint talis qualitatis,ſeu naturæ attentis ſuis circūſtantijs,quòd ad eas explēdas

proba-

probabiliter creditur, quòd talis pecunia transibit per multas alias manus à primo depositario (vtpote inscribēdis libris) additicijs, & alijs eiusmodi requirentibus tractum temporis, seu in exhibendis partibus, seu rebus alijs in partibus remotis, & huiusmodi quibuscumque, tunc tenētur fratres expressè petere ab ipso dante: si presto est, vel ab eius nuncio ad hoc habente potestatē, expressum assensum, seu licentiam ad hoc, scilicet, quòd fratres possint cū substitutis, vel depositarijs ipsius dantis se habere in nominando, & præsentando eis alias personas, per quas pecunia tractetur, & expēdatur, & in omnibus alijs, quando & quoties opus fuerit, sicut cū ipsomet dante possent facere, vt in cōditionibus supradictis habetur: quòdq; de sua authoritate procedat, & fiat talis substitutio aliarum personarum nominatarū per suum substitutum, vel per ipsos fratres modo supradicto, & contrectatio & expensio pecuniæ per quascumq; manus tractetur, vel expendatur, dominio & authoritate ipsius pecuniæ plene, & libere remanente penes ipsum dantem semper, & vbique, vt dictum est in quinta conditione præcedente. Qua quidem diligentia facta per fratres, vt dictum est, tunc quando, & quoties opus fuerit, possunt fratres se habere, & facere cū depositario, quocumque pecuniæ primo vel etiā centesimo omnia, & eo modo quomodò cum ipsomet dāte possent facere, vt dictum est, tam in nominādo alias personas, quàm in omnibus alijs requisitis ad pecuniæ contrectationem & expensionē, nec tenentur recurre ad primum dantē, pro his faciēdis, etiamsi præsto sit ipse dans, sed possunt ad prædictum tenentem pecunias, quemcumque recurrere ad prædicta (vt dictum est) ex quo iam semel concessit licentiam ad hoc. Et cum his expressè concordat Nicol. III. art. 3. §. *Si tamen hoc ipse nolit facere, &c.* ibi, *de ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis*: & infra §. *Si verò persona huiusmodi &c.* ibi, *Liceat fratribus quantūcumque ad vnam aliā personam subrogandā &c.* & infra §. *In ea verò necessitate, &c.* ibi, *Si presto sit eleemosynæ huius elargitor, vel eius nuncius, qui hoc possit facere, expressè illi dicatur a fratribus, &c.* & communiter expositores, id dicunt expressè: vt patet in tract. de necess. congr. solut. & Specul. ff. 21. & 22. & cæteris alijs.

Quod si prædicta licentia, seu consensus dantis fuisset scienter omissus per fratres, vel culpabiliter ex notabili culpa seu negligentia aut ignorātia culpabili notabiliter: tunc nō possent fratres prædicta licitè facere cū substitutis quibuscūque, neq; per

alios

alios posset pecunia tractari, aut expendi sine licentia dantis, cuius est ipsa pecunia: quia Nicol. III. non aliter concessit hoc posse fieri in prædictis necessitatibus, nisi quando iam est habitus etiam expressus dantis consensus ad hæc, vt patet, ex ipso textu, vbi supra, & sic tenet Specul. ffff. 22. secundum communiter expos. quamuis aliqui videantur oppositum dicere. Sed si non scienter, neque dolosè, aut non culpabiliter ex culpa notabili omittitur prędicta licẽtia per fratres, sed solũ ex obliuione, aut negligentia, seu ignorantia leui, aut ex impossibilitate, aut ex alia causa eiusmodi: ita quòd iam non potest commode haberi, seu expectari eius consensus, aut licentia, vèl si sit necessitas talis qualitatis, pro qua pecunia deponebatur, quôd verisimiliter non credebatur, quòd ad eam explendam requiretur quòd per multas alias manus à depositario primo ipsius dantis transiret pecunia, tunc de licentia probabiliter præsumpta ipsius dantis (si ipsius dantis licentia ad hoc commode haberi non potest) possunt fratres se habere cum eius primo depositario, & cum alijs subsequentibus, eo modo quo cum ipso dante, vt dictum est, ac si ipsius dantis licentia habita fuisset. Et ratio est, quia tunc ibi est licentia *dantis*, saltem interpretatiua, & probabiliter præsumpta. Et facit ad hoc Nicol. III. artic. 3. §. *Et quia in prædictorum seruatione, &c.* ibi, *Non est verisimile aliquem elecmosynæ suæ sine expressione conceßæ modum illum velle prafigere, per quem & donans merito, vel illi, quorum necessitatibus intendit prouidere, effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur. Ideoque quando pecunia fratribus mittitur, vel offertur, nisi expressè per mittentem, vel offerentem aliud exprimatur prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa.* Hęc ibi. Et cõcordant 4. Mag. c. 4. dicentes, quôd ex quo dominus pecuniæ absolutè pecuniam suam fratrũ necessitatibus destinauit, tunc commissarius pecuniæ potest alteri committere, si non præsumat de contraria domini voluntate: similiter si dominus mittẽs pecuniam per nuncium fecit mentionem commissionis, vtpote faciendo ipsum nuncium commissariũ pecuniæ, quia potest alij cõmittere, si non præsumat de contraria domini voluntate: & hoc iam declarauit Nic. III. vbi supra, latiùs quoad pecuniã missam per nuncium, vt dictũ est, & dicetur latiùs infra q. 9. & q. 10. Similiter concordat Hug. 4. c. dicens, quòd nõ videtur dubium, quin possit, & debeat commissarius quilibet de rebus sibi cõmissa per se, vel per alios exequi domini voluntatem, hæc ille.

Qui

Quilatius a huc,quàm 4.Magistri loquuntur. Similiter & Bart. in l.1.ff.cap.de min.ait,cuius sententia est imitanda, vt dictum est in casu,quo incul pabiliter omissa esset sine dolo committentis dantis,vel quando non credebatur veri imitatur,quo ad necessitatem explendam requireretur, quòd pecunia tantilicet per multas manus ab hoquam transiret, standum est dispositioni & declarationi Nicol.III.vt supra dictum est.Et secundum prædictam distinctionem intelliguntur sane & concordanter omnia dicta Doctorum cum declaratione domini Nicol.III.licèt videantur aliqua inter dissonare prima facie:sicut & Specul. in fin. de dict, quod dissonant,præsertim Barthol.Pisa Nicol.III.& ab aliis expositoribus:sed vt dixi,si sic intelligantur, omnia concordant in veritate.

Septima conditio est & vltima, quæ ab alijs expositoribus communiter ponitur ex parte depositarij tam tenentis pecuniam, quæ talis est,quòd scilicet corde, ore, opere, aut signis quibuscumque nullum dominium,actionem,ius,administrationem,siue dispensationem fratres habeant,seu ostendant se habere circa pecuniam depositam, aut circa depositarium eiusdē pecuniæ quemcūque etiam nominatum, seu præsentatum per ipsos fratres in iudicio,nec extra,nec vbicumque,aut quomodocumque:sicut neque in rei veritate habent, aut habere possunt.Et hoc expressè ait Nicol.III.& Clem.V. art. 6. & communiter omnes expositores. Ex quo patet primo,secundum Ioannem Philip. art.1.& 3. quòd fratres necessario debent in corde firmiter retinere hoc, scilicet,quòd nullum affectum,seu cupiditatem pecuniarum in se dominari permittant, ac quòd in omnibus sic se gerere tenentur,quoad Deum & homines, vt in omnibus appareat sufficienter, quòd nihil penitus habere volunt,neque habent in pecunia, contrectando vel percipiendo, vel timorem de eius perditione habendo,seu quomodolibet ea vtendo, aut dispensando. Patet secundo,quòd non possumus depositarium quemcumque,qualitercumque sit in dicta pecunia habuerit conuenire directe vel indirectè in iudicio, neque alias extra iudicium repetere eam, aut computum siue rationem de eius expensione quærere,neque violentijs, minis directe vel indirectè per nos,vel per alios pecuniam extorquere,sicut neque portare possumus clauem capsulæ, vel loci,vbi depositorius tenet pecuniam prædictam:neque eam sigillare, & huiusmodi: quia omnes hi actus pertinent ad veros dominos pecuniæ,

Septima cō ditio.

pecuniæ,habentes in ea quid iuris,aut vſus,vt aperte ait Clem. V.art.6.& fr.Philip.vbi ſupra, & tract.de neceſſ.congr. ſolut. & Bart.Pil.c.4 & Specul.lib.2.t. & 22. ¶ Tertiò patet ſecundũ prædictos expoſitores ibidem,& Hug. 3. cap. quòd quandiu dicta pecunia duraverit penes prædictũ depoſitarium quemcunq;, fratres tenẽtur cauere ab omni verbo,ſigno vel facto, per quæ apparere poſſit probabiliter hominibus ipſos fratres hãbere aliquid iuris,vel actionis in dicta pecunia, vel depoſitionem aliquam,vt iam dictum eſt. Ideó non poſſumus loqui præcipiendo,vel diſponendo cum authoritate tanquam domini ad ipſos depoſitarios,vt det vel ſolvant,id quod neceſſe eſt ſolui,neque verbo,vel ſcripto mandare cum authoritate,vt dominus,vel adminiſtrator,ſeu diſpenſator pecuniæ habens in ea expendenda aliquid authoritatis,ſaltem miniſterialis ad diſponendum,quòd tale quid,ſeu tali vel tali modo detur, ſolvatur, commutetur & expẽdatur:neque poſſumus verbo,vel ſcripto dicere,quòd detur tale quid de pecunia, & nos recipiemus ad computum,ſeu rationem,&c.huiuſmodi.quia ab omnibus verbis,& modis omnibus,in quibus apparet aliquid authoritatis, vel iuris in pecunia quomodocunq; tenenda,vel expendenda, ſeu mutanda eſt omnino cauendum neceſſario: quia alias tam talis depoſitarius quicunque ſit,etiam fundens eſſet,velut procurator œconomus, aut villicus fratrũ,ſeu interpoſita perſona, ad eorum nutum authoritatiuum tractans, & expendens pecuniam:ſicut & famulus,vel procurator Epiſcopi, vel domini tẽporalis ad eius nutum.& mandatũ ſoluens pecuniam: quia fratres Minores non ſolum non poſſumus habere dominium, aut proprietatem,aut ius in pecunia,ſed neque actionẽ, adminiſtrationem,vel diſpoſitionem,neque authoritatẽ aliquam per nos, aut per aliam poſitam perſonã vllo modò in pecuniæ receptionibus, tractationibus, contractibus, aut expenſionibus, aut rationibus, vt patet ex dictis ſupra quæſt. 4.& 5.& 6.& q. 9. dicetur.

Solũ poſſumus nos gerere circa depoſitum pecuniæ eo modo, quo nos habere poſſumus.

Quarto patet reſolutorie,quòd ſolummodò poſſumus nos habere circa pecuniam depoſitam,& eius depoſitarium quemcũque eo modo omnino quomodo cãipſe dante, ſi eam teneret, nos habere poſſemus:& nil aliud authoritatis poſſumus habere,aut oſtendere quomodocunque. Ideò ſicut poſſemus humiliter ſine authoritatis ſigno petere verbo, vel ſcripto, vel *dantem*, ſi per aliquam perſonam ab ipſomet dante, quòd det, vel ſoluat *cãtenere.* tale quid, vel tantam quantitatem pecuniæ pro neceſſitate,

ſeu

ſeu neceſsitatibus, etiam non nominando, neque ſpecificando a quibus aliquis, vt dictum eſt ſupra in ſecunda conditione; ita poſſumus à depoſitario ipſo petere humiliter & rogare, & etiam perſuadere, vt det, vel ſoluat &c. & vt magis alij mirus; & mouere animum eius animum ad fideliter, & prompte faciendum, dandum vel ſoluendum, poſſemus etiamſi voluntas, explicare aliquam, vel aliquas neceſsitates prò quibus deter. vel expendatur pecunia. Imò, & poſſemus eius conſcientiam onerare, vt ſibi fideliter, & debitè, & cito faciat, ſicut & ipſum tentam poſſumus circa ſuam pecuniam monere, & onerare conſcientiam vt faciat circa alium proximum quid & quomodò tenetur, aut quomodò debet. Nec in prædictis modis dicit, aut apparet probabiliter aliqua adminiſtratio, vel diſpenſatio, ſeu diſpoſitio authoritatiua circa pecuniam, aut circa eius depoſitarium inquantum depoſitarium pecuniæ, ſi prudenter, & debitè, & ſimplici animo prædicta fiant, vt patet ex dictis ſupra in ſecunda conditione: & Nicolaus III. articulo tertio, expreſsè concedit, nos poſſe humiliter rogare, exhortari, inducereque prædictum depoſitarium ad hoc: & hoc tam pro ſalute animæ eius, quàm vt noſtræ neceſsitati debitè prouideatur, non propter cupiditatem, vt habetur in prædictis tract. de neceſſ. congr. ſolut. & tr. Ioan. Imol. p. artic. 1. &c. Hug. Barthol. Piſan. &c.

Dixi notanter, quòd ex his modis non apparet probabiliter aliqua authoritas circa pecuniam, aut circa eius depoſitarium, inquantum depoſitarium; nam licet ſit famulus ſtatim ab his, qui tenet pecuniam depoſitam: & per conſequens ſtatus petant ab eo, quòd ſoluat de pecunia hoc vel hoc, licèt videatur ei mandare authoritatiue, vt ſuo famulo, ſicut & alias mandant, tamen ſi modis prædictis petant ab eo certè non mandant, neque loquuntur authoritatiue, inquantum depoſitario pecuniæ, licèt alias mandent authoritatiuè inquantum ſuo famulo. Loquitur tamen licèt intentio ſit ſalua, adhuc eſt prudens cautela adhibenda, ne ſcilicet coram hominibus videantur ei authoritatiuè mandare, tanquàm depoſitario pecuniæ: quam nobis non tenemur cauere, ne verè habeamus authoritatem circa pecuniam, aut eius depoſitarium, ſed neq; videamur probabiliter hominibus habere talem authoritatem vt dictum eſt, ſecundum Clem. V. art. 6. ibi: *In caſibus ſi fingerent fratres vt in omnibus appareat eos nihil habere, &c.* Et quia hoc eſt difficile

facere,

facere, ideò expos. sine tit. 4. cap. & alij expositores, vt habentur ibi in quæst. 13. dicunt, quòd depositarius pecuniæ nõ debet, aut non potest esse famulus fratrum ipsorum, ne appareat coram interposita persona, aut depositarius pecuniæ ipsorum ad ipsorum mandatum tractans, & expendens eam; quod quidem coram dicto est securum quidem & decens, non tamen necessarium: quia sicum ipso famulo seruentur omnes conditiones supraposítæ, sicut & cum alio quocũque depositario, certè non est illicitum, neque prohibitum vllo iure, quòd famulus alijs etiam sit depositarius, vt dictum est, & ex his patet, quòd valde scrupulosè locutus est quidam doctus pater in quibusdam dubijs super regulam, vt habetur dub. 6. & 7. oppositum dicens quoad hæc, vt habetur in quodam tract. dicto Enchiridion fratrum Minorum, fol. 70. & 71. Verum est tamen, quòd nõ est licitum assumere in depositarios, vel nominare, seu præsentare illos famulos paruulos, aut stolidos, nescientes, aut non potentes tractare, aut expendere pecuniam, nisi ad dispositionem fratrum, aut nisi doceantur sic, scilicet facta & ita, accipe monetam auream, da vel reserua argenteam, numera sic vel sic, reserua hoc, da illud, &c. huiusmodi; nam cùm tales actus sint propriè dispensatio, administratio, vel dispositio auctoritatiua pecuniæ, aut circa vsum eius, etiamsi non tangant propria manu pecuniam, vt patet ex dictis: non est licitum tali modo ad tales depositarios famulos, vel non famules recurrere vllo modo, & in hoc multipliciter erratur ab aliquibus fratribus.

Bene potest famulus fratrũ esse depositarius pecuniæ, si à dãte assignetur seruanda certis cautelis & modis.

Nota. Quomodò fratres se habere debeãt circa depositarium pecuniæ in egentia compositi.

Quintò patet ex dictis, quòd quando depositarius non debitè succurrerit cum pecunia deposita necessitatibus fratrum, etiam humiliter rogatus, & inductus & admonitus, vt dictum est: tunc credo, quòd licitè possent fratres recurrere ad ipsummet dantem, seu dominum illius pecuniæ, seu ad alium priorẽ substituentem, notificando ei quomodò de sua pecunia non est eis debitè prouisum, non quidem hac intentione, vt coram eo dẽ depositario conquerantur, neque eo modo, vt conquerentes probabiliter videantur, tanquàm allegantes iniuriam, neque tanquàm habentes actionem, aut ius, vt dictum est. Sed eo animo, & eo modo, vt eis prouideatur per illum dantem in suis necessitatibus, vt ipse voluerit de illa, vel de alia pecunia, sicut & ad alium quemlibet dantem recurrerent, & etiam vt conscientiæ depositarij prouideatur, & vt ipse dominus dans sciat quid factum est de sua pecunia, aut rebus aliàs alibi depositis, dummodò

mo loquentur scandalum inde probabiliter eventurum, & cum ad ipsa debitis circumstantijs fiat talis notificatio ipsi domino pecuniæ, vt oportet. Et cum hoc concordat Gregorius IX. in sua declaratione artic. 3. fol. 10. Et iste modus licèt non habeatur in declaratione Nicolai III. & per consequens videatur illicitus, vt declarat Clem. V. artic. 6. dicens, quòd omnis modus recurrendi ad pecunias, qui per Nicol. III. non conceditur, est illicitus nobis. Tamen vt dictum est, iste modus si fiat ea intentione, & eo modo, vt dictum est, bene est secundum Nicol. III. vt patet, quia non vitiatur ex hoc, quòd insuper ei notificetur quid actum sit de sua re, vel pecunia, dummodò omnes aliæ conditiones requisitæ seruentur, & contra nullam earum est talis notificatio & recursus, vt patet discurrenti per singula, & patet ex dictis.

Sexto notandum, quòd videtur probabile, quòd sicut nos possemus nomine aliorum recipere computum, seu ratiocinia de rebus, aut pecunijs suis ab aliquibus eorum famulis, seu villicis, & dare merum consilium illis, quomodò dispensent, vel disponant de rebus suis, aut pecunijs suis, vel sibi creditis, vt patebit infra 6. cap quæst. 1. vbi de exequutionibus, & consilijs testamentorum agitur. Ita quoque possumus depositarijs pecuniæ, pro nostris necessitatibus dare merum consilium, quomodò expẽdant pecunias, & similiter accipere computum de eis, dummodò sic accipiatur, quòd nullo modo fratres authoritatiuè id petant, accipiant, seu exigant à depositarijs, exquirendo quomodò, aut in quo tale quid consumptum est: ne sic authoritatiuè facere id videantur quasi cum suis villicis, vt habẽtes quid iuris, aut actionis in tali pecunia, aut eius expensione: hoc enim modo fieri non potest in pecunia quacumque, pro se, vel pro alijs quibusque, neque etiam nomine, aut authoritate dominorum, quia talis actus authoritatiuus petendi computum circa pecuniam, non potest vllo modo etiã minister fratribus competere, vt patet ex dictis secundum Clem. V. & Nicol. III. sed solùm possunt fratres recipere computum simpliciter summando quantum est expensum, & quantum remanet expendendum, vt sic sciant, an habeant sufficientem eleemosynam depositam pro suis omnibus veris necessitatibus præteritis, præsentibus, & imminentibus tantum. Et hoc insuper habet verum, quando depositarius id libenter vellet facere, vt manifestè appareat fratribus, seu omnibus testimo-

Nota

Non potest depositarius ad exigentiam computi à fratribus cogi.

nium suæ fidelitatis, vel vt cognoscatur quantũ manet de pecuniis depositis, quæ forte commista est cum suis proprijs pecunijs. Non autem potest depositarius cogi ad id, si non vult reddere computum fratribus, vt dictum est. Et quòd isto modo simpliciter sine authoritate liceat recipere computum, videtur probabile, ex quo nulla actio, seu authoritas est, seu apparet esse in fratribus circa pecuniam, si aliæ debitæ circunstantiæ scandali, & eiusmodi debitè cauentur & prudenter, quamuis putius esset cauere ab omni modo receptionis computi cuiuscumque: non tamen videtur peccatum saltem mortale, modò supradicto computum simpliciter accipere: neque omnino est contra intentionem declarationum, præsertim vbi dantes domini pecuniarum creduntur probabiliter id velle, ne fiat fraus; aut aliud eiusmodi: & similiter habetur in lib. firmamenta trium ordinũ in 4. part. fol. 181. in decisio. dub. quòd scilicet licitum est petere computum à syndicis per modum voluntariæ conuentionis, scilicet ad præcauendum furtis & obliuioni, & vt sciatur quantum est de eleemosyna, & vt omnia debitè fiant, & expendantur, & procurẽtur, vt oportet. Non autem per modũ exactionis authoritatis, dominij, vel iuris vtendi, sed simpliciter ex dicta causa, vt dictum est, & vt per dominos pecuniæ, vel per ipsos Prælatos posteà debitè prouideatur, vel illis depositis ab officio syndicatus de alijs aliás, vel alio modo cognita fraude, vel negligentia debitè prouideatur.

Nota. Quomodò se gerere possint fratres circa depositarium pecuniæ infideliter eam tractantem.

Septimò notandum, quòd si depositarij pecuniarum, pro necessitatibus fratrum se infideliter haberent circa pecunias sibi commissas, & ad veros dominos earum non posset commode haberi recursus, neque notificari eis, vt supra dictum est, id quòd de sua pecunia infideliter fit per eorum depositarios, tunc probabile videtur, quòd saltem sine peccato mortali fratres possunt id notificare iudici, Ecclesiastico seu sæculari, dũmodò talis notificatio fiat humiliter, scilicet non allegando ius suum, neque ostendendo vllam actionem directè, seu indirectè prosequendo litem contra depositarium per se, vel per alium: sed humiliter id notificando, sicut notificarent aliam fraudem aliorum pauperum dumtaxat, vt sic ipse iudex ex officio suo, & nomine suo, & authoritate officij procedat contra talem infidelem, ac depositarium in iudicio, vel extra, si placuerit, etsi voluerit inde, vel aliunde prouideat necessitatibus prædictorum fratrum, dummodò aliàs debitè caueatur scan-

scandalem, & cum debitis circunstantijs: & quòd hoc modo sit licitum sic notificare, videtur ex hoc, quia si non habent, neque offendunt fratres ius, vel actionem se habere vllo modo, vt dictum est, & supponitur: & faciunt ad hoc ea, quæ infra cap. 6. quæst. 11. vbi de exequutione & repetitione legatorum agitur, ibi videantur, & huc applicentur, vt oportet, nam propter breuitatẽ non expedit eadem toties replicari, maximè quia non apparent fratres coram iudice in iudicio, vel iudicialiter, sed alibi in priuato, vt supponitur, & sic non fit contra Clem. V. & vitatur species mali: & hoc idem possunt fratres, & melius facere per alium aliquem deuotum ordinis, vt scilicet ipse nomine suo notificet iudici iniuriam fratrum & fraudem, & quidem vbi abundat mala cupiditas hominum, necesse est, vt abundet, & prouida prudensque cautela, alioqui oporteret sæpius cupiditatibus, & fraudibus hominum impunitis mendicare, pecuniamque procurare.

1. Octauo notandum, quòd illi etiam, qui vtuntur syndico, tenentur obseruare hanc septimam condtionem ex parte depositarij, vt supra per totum latè dictum est: quia quoad hanc conditionem, non est cum illis dispensatum, seu concessum, quòd se possint aliter habere cum syndico, quàm cum alio quocunque depositario pecuniæ, vt patebit latius infra quæstione 16. &c. Sed quoad legatarum pecuniarum in testamento repetitionem, quomodo aliter se possint habere fratres, & mediante syndico ibidem, quæstione 16. & latiùs infra 6. cap. quæst. 11. habetur. *Nota.*

Resolutorie ergo, quoad hanc quæstionem octauam, dic quòd quando pecunia non debet deponi apud aliquem, tunc requiruntur solum tres conditiones primæ, quarum secunda conditio non est certa: & probabilius ego teneo, quòd nunquàm requiritur, vt ibi dictum est: quando verò pecunia deponitur, tunc vltra tres priores conditiones requiruntur aliæ quatuor, vt positæ sunt. Et insuper semper requirũtur quinque conditiones ex parte rei, seu causæ, pro qua procuratur pecunia, vt supra quæstione 7. positæ sunt: quomodò autem debeat talis pecunia procurata expendi, in quæstione 9. subsequenti latius habetur. *Resolutio quæstionis.*

QVÆSTIO IX.

Quæritur quomodò secundum regulam & declarationes Nicolai III. & Clem. V. potest expendi, seu transmitti, & transportari pecunia, & quomodò potest peti ad dandum, distrahendum, vel commutãdum, pro alijs rebus, intra, vel extra ordinẽ, & quomodò non?

Prima cõclusio.

Quicquid de pecunia fit, totũ h c non authoritate fratrũ, sed domini, aut depositarij debet fieri.

REspondeo per nouem puncta: quorum primum est, quòd authoritate, vel nomine fratrum non solùm non potest pecunia peti, recipi, deponi, aut committi, sed neque iam commissa potest eorum nomine, seu authoritate, tanquàm propria reperi, expendi, nec de loco ad locum, aut de persona in personam mutari, deferri, mitti aut transmitti; sed totum hoc debet facere dominus pecuniæ, aut eius depositarius quicumque authoritate & nomine dantis ipsius, & secundũ ipsius dantis volũtatem, vt in q. 8. præcedenti dictum est latè, vt communiter dicunt omnes expositores 4 cap. & tract. de necess. congr. solut. & Seren. cons. q. 12. &c. secundũ Nicol. III. & Clem. V. Immò nec fratres, neque ipsi depositarij pecuniæ quicumque possunt agere vllo modo in expendendo, seu mutando, vel transmittendo, & huiusmodi contra voluntatem ipsius dantis, ideò non possunt ipsam pecuniam determinatam ab ipso dante ad aliquẽ vsum, vel necessitatem alicuius, seu aliquorum fratrum, vel cõuentuum conuertere in alios quoscumque vsus ipsorũ, seu aliorum fratrum, vel conuentuum, nisi à domino super hoc receperint potestatem, vel de eius ad hoc probabiliter præsumpserint voluntate, vt expressè dicunt expositores vbi supra. Et fr. Ioann. Philipp. artic. 1. vt clarè hoc elicitur ex Nicol. artic. 3. & Clem. V. art. 5. sæpè id innuẽtibus. Ideò ait Aluarus de planctu Ecclesiæ apud Seren. cons. q. 13. quòd nõ possũt fratres de pecunia deposita exeniare, aut munuscula de illa pecunia emere ad

dandum,

dandum aliis. Et certe in hoc, quod in hoc primo puncto dictum est, coarctetur breuiter, quicquid circa hanc 9. quæstionem dici potest. Tamen pro simplicioribus nondum satis resolutis circa hæc ponentur alia puncta sequentia ad maiorem declarationem necessorum emergentium, prius tamen notando, quòd pecunia dicitur pleue determinate data, seu deposita, quando ad aliquam necessitatem vsum, seu vsus aliquos speciales determinatos ab ipso dante, seu a fratribus expressos, & nominatos ipsi danti, & pro aliquo, seu aliquibus fratribus, seu conuentibus particulariter, & determinatis ab ipso dante, seu per ipsos fratres petentes expressis, & nominatis particulariter ipsi danti concesso, seu deposita est talis pecunia.

Quando vero ipsa pecunia nullo istorũ modorũ est data, pro aliquibus necessitatibus, fratribus seu conuentibus nominatis specialiter, & determinatis, aut expressis per fratres, aut per ipsos dantes, sed tolum est generaliter data, seu deposita pro necessitatibus fratrum, aut conuentus, aut ordinis, secundum dispositionem Prælatorum, tunc dicitur pecunia indeterminata, aut indifferens omnino, tam quoad vsum, seu necessitatem, quam quoad personam, seu locum. Quando verò determinatur expresse per dantem, seu per fratres petentes, exprimitur dãti persona, vel locus cui det, vel deponat pecuniam, non tamẽ fit vlla specificatio necessitatis, seu vsus, sed sic generaliter cõceditur pecunia, pro tali persona, vel loco signato, tunc pecunia est quidem determinata quoad personam, vel locum, non autem quoad vsum, seu necessitates: quando autem determinatur expresse per dantem, seu per ipsos fratres exprimitur ipsi danti tale, vel talis necessitas, seu vsus, pro quo concedit pecuniam, vt pote pro infirmis, pro oleo, &c. non tamen fit vlla specificatio personæ, vel loci, pro quo concedat pecuniam, tunc pecunia est quidem determinata quoad vsum, seu necessitatẽ, non autem quoad personam, seu locum, nisi aliàs probabiliter præsumatur, quòd dans velit solũ pro tali persona, seu loco, vel conuentu talem pecuniam concedere determinate: tunc enim esset determinata, quoad personam, seu locum, sicut præsumitur de voluntate dantis, & isto modo propriè capitur necessitas determinata, pro necessitate explicata ad vsum, vel personam particulare. Indeterminata autem, seu indifferens oppositio modo, vt dictum est, quamuis alibi accipiatur ab aliquibus determinata, id est, certa, præterita, præsens, vel imminens,

Quid sit necessitas determinata, & indeterminata.

nens, indeterminata autem, id est, incerta, seu futura, vt supra q. 7. condit. 2. & q. 8. conditione 2. dictum est, quòd talis acceptio fuit occasio erranti aliquibus. ideò diffinitur necessitas determinata & indeterminata, seu indifferens, vt diffinita est in loco primo puncto, propriè loquendo.

Secunda cõclusio. Secundum punctum est, quòd pecuniam datam, seu depositam determinate ad aliquem vsum, seu necessitatẽ, seu pro aliquo fratre, aut conuentu, non possunt fratres, neque depositarius eam conuertere ad aliam vsum, seu pro alijs fratribus, aut conuentibus transmittere, aut destinare, nisi habeatur sufficiens licentia, seu voluntas dantis expressa, si commode potest haberi, aut probabiliter præsumpta, si non potest commode expressè haberi. Ratio patet ex dictis, quia contra voluntatem dantis non potest depositarius dispensator dispensare, & multominus ipsis fratres, qui nil vsus, aut iuris habent in tali pecunia, vt cõmuniter omnes expositores, vbi supra ex Nic. III. & Clem. V. Ideò nec Minister Generalis, neq; Capitulũ Generale potest oppositum facere, aut ad oppositum licentiare, ex quo tenetur ad regulam, sicut & alij fratres, vt ait Aluarus vbi supra, & habetur in Seren. conscien. q. 13. & q. 82. vbi etiã dicitur, quòd licet Prælatus possit fratri subdito negare licẽtiam acceptãdi aliquã eleemosynam, pro suis tantum necessitatibus determinate: tamen si ei ad hoc licentiam concedit, tunc de tali eleemosyna depositа determinate, pro aliquo fratre non potest vllus Prælatus eam assumere, neque facere sibi assignari per illum fratrẽ, pro necessitatibus alijs quibuscumque, etiam cõmunitatis: neque ipso fratre moriente retinere potest illam Prælatus, sed talis pecunia redibit ad dantem, secũdum quod dictum est supra q. 8. conditione 3. secundum Nicol. III. vel ad alios, quibus bona incerta deueniunt, vt ibi dictum est. Ideò ex dictis etiã patet, vt habetur in tract. 10. plag. plag. 1. quòd nullus Guardianus, neque alius Prælatus potest mittere alij Guardiano, fratri, vel conuentui, vel pro necessitatibus alijs expendere pecuniã determinate depositam, pro aliquo fratre, loco, vel conuentu, seu pro aliqua necessitate, seu necessitatib⁹ determinatis, etiãsi sit pro missis, aut pro alijs suffragijs data, vel concessa, ex quo nullum ius, neque authoritatem habent fratres in quacumque pecunia, vt dictum est secundum Nicol. III. nisi de licentia dãtis expressa, vel probabiliter præsumpta, & seruatis alijs conditionibus positis in 8. q. præcedenti.

Neque fratres, neque depositarius possint pecuniam determinatas necessitates cõtessim in alios vsus cõuertere, absque authoritate dantis expressa, vel interpretatiua.

Quòd

Quòd si cõntra hoc obijciatur quoddam statutum, in quodã Capitulo Prouinciali prouinciæ Castellæ obseruantiæ in conuentu de Pinto in festo sanctæ Mariæ de Niuibus, Anno Domini 1440. celebrato, vbi sic dicitur. *Quicunque fr rum missam nouam cantans, petierit eleemosynam pecuniariam a eam, vel ad ef-fertorium pecuniæ se conuerterit, vltra pœnam ibi taxatam spiritur tota eleemosyna acquisita, & applicetur infirmator o prædicta pecunia*: & paulò inferiùs ibidem habetur, quòd si quis frater venerit ad nostrum consortium, & apportauerit aliquas pecunias, quòd expletis suis necessitatibus reliqua pecunia in necessitatibus conuentus expendatur. Item in litera, quam Reuerendissimus pater frater Franciscus de Angelis Minister Generalis ad Hispaniam destinauit anno Domini 1523. dicitur, quod nulli fratri permittatur vllo modo habere particulariter pecuniam depositam, pro suis necessitatibus, sed si alicui fratri aliqua pecunia offeratur, Guardianus eam conuertat in necessitates fratris, si eguerit, si autem non indiguerit frater ille, conuertat eam Guardianus in necessitates conuentus: hæc ibi. Ex quibus, & alijs eiusmodi statutis, videtur, quòd pecunia indeterminata, pro aliquo fratre potest Prælatus conuertere in alias necessitates conuentus, contra id quod dictum est.

Obijcitur.

Respondeo, quòd non contradicit prædictis; nam illa duo prima statuta intelliguntur, vt sonant de pecunia concessa quidem, seu data ad petitionem alicuius fratris: non tamen determinate, pro ipso tantum fratre, sed intuitu ordinis, pro necessitatibus suis, & aliorum fratrum, secundum Prælatorum suorum dispositionem religiosam. Et quando specialiter, pro ipsomet tantum fratre determinate concederetur, vt sonat secundum statutum, & clarius litera prædicti Ministri Generalis id sonat, tunc non potest simpliciter conuerti in alias necessitates aliorum, relictis necessitatibus fratris illius, sed prius expletis illius fratris necessitatibus veris secundum regulam, residuum conuertendum est in necessitates communitatis: quia sic probabiliter præsumitur de voluntate dantis, vbi non constaret de opposito: & sic de licentia saltem probabiliter præsumpta, sit prædicta conuersio, seruatis alijs conditionibus requisitis, vt in quæstione 8. dictum est, sicque sonant, & intelligenda sunt prædicta statuta, & litera prædicta, & alia eiusmodi

Dicitur.

Tertia conclusio

Quando pecunia alicui fratri differenter offertur, pro quibuslibet necessitatibus suis, & illorum omnium, qui sunt sibi, & sue curæ cõmissi, pro quibus potest procurare pecuniam, & non pro alijs personis, aut locis qui autem fratres, & pro quibus locis, aut personis possunt procurare pecuniam, dictum est late supra q. 7. conditionibus, & ibi videatur. Et ratio patet, quia talis pecunia indifferenter est concessa, eo ipso videtur concessa pro omnibus, pro quibus potest licitè procurari: vt ait Nicol III. art. 3. de pecunia indifferenter missa, vel oblata, quod scilicet intelligitur concessa nostris etiam de alijs licitis, & pro necessitatibus licitis, vt dicetur infra q. 10. Ex quo patet, quod Guardianus non potest mittere alteri Guardiano pecunias pro missis sei commendatis, neque alias pecunias quascumque indifferentes, nisi de licentia Custodis, aut Ministri Prouincialis vtriusque Guardiani. Neque vnus Prouincialis alteri Prouinciali, nisi de licentia Ministri Generalis, aut superioris vtriusque, aut de licẽtia Capituli Generalis, quæ licentia iam habita est per statuta generalia; quoad Ministros Prouinciales, vt infra, & in 7. etiam puncto, ibi videatur: & prædicta licentia sufficit, quòd sit vel expressa, vel tacita, vel interpretatiua, vtpotè quia fit, & non resistitur Guardianis mittentibus alijs Guardianis suæ vel alterius prouinciæ missas, & earum eleemosynas, quia sic videtur iam licentia data per Prouinciales, & Generales Ministros, & Capitulum Generale. Immò, & Minister Prouincialis in sua prouincia, & Custodes in sua custodia possunt id mandare Guardianis, vt sic inuicem sibi prouideant, & succurrãt de eleemosynis pecuniarijs, sic iam indifferenter depositis, modo sint datæ pro missis, modo non, sed pure liberaliter: quia similiter potest mandare, vt purè liberaliter detur alijs conuentibus, vel cum onere dicendi missas, vt oportet: ex quo habet curam omnium illorum subditorum & cõuentuum, & talis eleemosyna, vt supponitur, est indifferenter deposita pro necessitatibus fratrum ordinis secundum dispositionem Prælatorum, sicut beatus Paulus faciebat collectas, vt habetur. Sed semper notandum, quòd quando talis pecunia quæcumque mittitur, seu transmittitur ad alium locum, conuentum, vel Guardianatum, seu ad alium quempiam, etiamsi Minister Generalis eam mittat: tunc necessario debẽt caueri omnes,

Tertia conclusio. Tertium punctum est, Pecuniam indeterminate, seu indifferenter depositam omnino, tam ratione vsus, seu necessitatis quã rationæ personæ, seu loci, seu conuentus, aut cuiuscunque alterius, & transmittere pro alijs locis, & personis, & necessitatibus suis, & illorum omnium, qui sunt sibi, & sue curæ cõmissi, pro quibus potest procurare pecuniam, & non pro alijs personis, aut locis qui autem fratres, & pro quibus locis, aut personis possunt procurare pecuniam, dictum est late supra q. 7. conditionibus, & ibi videatur. Et ratio patet, quia talis pecunia indifferenter est concessa, eo ipso videtur concessa pro omnibus, pro quibus potest licitè procurari: vt ait Nicol III. art. 3. de pecunia indifferenter missa, vel oblata, quod scilicet intelligitur concessa nostris etiam de alijs licitis, & pro necessitatibus licitis, vt dicetur infra q. 10. Ex quo patet, quod Guardianus non potest mittere alteri Guardiano pecunias pro missis sei commendatis, neque alias pecunias quascumque indifferentes, nisi de licentia Custodis, aut Ministri Prouincialis vtriusque Guardiani. Neque vnus Prouincialis alteri Prouinciali, nisi de licentia Ministri Generalis, aut superioris vtriusque, aut de licẽtia Capituli Generalis, quæ licentia iam habita est per statuta generalia; quoad Ministros Prouinciales, vt infra, & in 7. etiam puncto, ibi videatur: & prædicta licentia sufficit, quòd sit vel expressa, vel tacita, vel interpretatiua, vtpotè quia fit, & non resistitur Guardianis mittentibus alijs Guardianis suæ vel alterius prouinciæ missas, & earum eleemosynas, quia sic videtur iam licentia data per Prouinciales, & Generales Ministros, & Capitulum Generale. Immò, & Minister Prouincialis in sua prouincia, & Custodes in sua custodia possunt id mandare Guardianis, vt sic inuicem sibi prouideant, & succurrãt de eleemosynis pecuniarijs, sic iam indifferenter depositis, modo sint datæ pro missis, modo non, sed pure liberaliter: quia similiter potest mandare, vt purè liberaliter detur alijs conuentibus, vel cum onere dicendi missas, vt oportet: ex quo habet curam omnium illorum subditorum & cõuentuum, & talis eleemosyna, vt supponitur, est indifferenter deposita pro necessitatibus fratrum ordinis secundum dispositionem Prælatorum, sicut beatus Paulus faciebat collectas, vt habetur. Sed semper notandum, quòd quando talis pecunia quæcumque mittitur, seu transmittitur ad alium locum, conuentum, vel Guardianatum, seu ad alium quempiam, etiamsi Minister Generalis eam mittat: tunc necessario debẽt caueri omnes,

nes alię conditiones requisitæ supra 7. & 8. quæst. ita quòd requiratur, neque appareat missi nomine, seu authoritate fratrum, sed nomine & authoritate dantis seu depositarij quicunque sit, modo fidelis, modo alius amicus spiritualis. Item potest rogari talis depositarius, quòd nomine suo mittat, seu expendat talem pecuniam ad talem locum, seu Guardiano, quando debetur, aut quia pro aliis necessitatibus est data per se, vel per alium depositarium eo modo, quo supradictum est per totam quæstionem octauam omnino. Cætera autem quæ requiruntur in modo accipiendi missas, seu eleemosynam pecuniariã pro missis & alijs diuinis officijs latius tractabuntur infra quæst. 15. hic enim solùm agitur, quomodò expedienda, vel transmittenda sit pecunia quæcũque. Et ad prædicta omnia faciunt multa statuta. Vnde in constitutionibus generalibus Bergen. cap. 3. habetur, *Quòd Ministri Prouinciales semel in anno diligenter inquirant de eleemosynis pecuniarijs, & de alijs conuentuum, etsi alia superflua reperient, conuentibus ingenijs communicentur* (vt decet) hæc ibi, & in tabul. 3. Vicarij Generalis habetur idem, *Quòd Minister Prouincialis potest tollere vtensilia de vno conuentu & dare alteri*: & hoc idem fere fuerat statutum in tabul. 19. Vicarij Generalis, vbi habetur, *Quòd si quis cõuentus in aliquibus superfluat, vt in vino, oleo, &c. deficiat autem alius, vt in bordeo piscibus, carnibus, & huiusmodi, tunc Minister Prouincialis talis prouinciæ, vel Custos talis custodiæ potest prouidere, & commutationem facere in talibus, mandando, quòd vnus det de quibus abundat alter, & è conuerso* Hæc ibi. Et in tabul. Capituli Generalis Bardegalen. anno Domini 1510. celebrati idem habetur: nisi de oppolita dantiũ voluntate constaret. Et Eugenius III. ff. 261. concessit, quòd generalis possit tollere superflua à conuentibus sibi subditis, ac in alijs conuentibus reponere, aut cõmutare.

Possunt Ministri Generales, & Prouinciales superflua de vno conuentu tollere, & alteri egeno applicare, vel necessaria pro necessarijs commutare.

Et notandum, quòd hæc duo vltima scilicet Eugenij III. concessio, & tabula decimanona Vicarij Generalis, loquuntur de pecunijs, seu de alijs rebus vtensilibus à fratribus habitis in vtu fratrum, quòd Minister Prouincialis & Generalis possunt id mandare de ipsis rebus quibusque. Quo non obstante de eleemosynis panis, vini, & huiusmodi iam acquisitis benè, potest vnus Guardianus impertiri charitatiuè cum alio Guardiano, seu illi dare, vt ait tract. 10. plag. plag. 1. & potest donare, vt infra 5. cap. q. 6. vbi de donationibus agitur: & prout de

Intentia

licentia tacita ei amplius per Ministrum Prouincialem concederetur secundum regulam & charitatem. Petere autem res ad commutandum vel distrahendum cũ alijs fratribus ordinis, vel extra ordinem, proximè dicetur in 7. puncto, quomodo liceat, quomodo non Pro nunc enim dictum est in hoc 3. pũcto, quòd de pecunijs iam depositis indeterminate, licitum est expẽdere, & transmittere modo supradicto, etiam quando dantes earum sunt viui: nam de legatis in testamento adhuc aliquid amplius licet, vt infra in 4. puncto proximè dicetur: vbi etiam habentur plura alia ad hoc 3. punctum pertinentia.

Quarta cõclusio. Pecunia fratri in testamento legata potest ab eo acceptari ad suas necessitates subleuãdas de licentia Prælatorũ.

Quartum punctũ, quòd pecunia in testamento legata alicui fratri determinate potest quidem acceptari: de licentia tamen Prælati, si talis frater habet necessitatem: & de tali pecunia debet Prælatus eidem fratri in necessitate prouidere, vt oportet, & expedit alàs secundum regulam: quòd si talis frater non indiget, seu si aliquid supersit de tali pecunia, etiam determinate legata, potest licitè expendi in alias necessitates conuentus, vt habetur in constitutione Benedicti XI. & Seren. cõscien. q. 19. secũdum etiam Petrum de Ancharr. super Clemen. *Exiui* Imo ò ait idem Anchar. ibidem, quòd si aliquod legatum etiam pecuniarium relictum est conuentui pro fratribus, determinatũ tamen ad aliquem vsum, seu necessitatem, seu causam, vt potè ad induendum fratres, si talis causa iam non est necessaria, quia am fratres non indigent indumentis, potest conuerti tale legatum, seu mutari in alias necessitates fratrum, & hoc per hęredes, seu exequutores si velint: neque requiritur alia voluntas testatoris: quia sic præsumitur probabiliter de eius voluntate. De quo latius Summistæ tit. *Legatum* Sed ad maiorem securitatem Sixtus IIII. fol. 62. cõcessit nobis, quòd nostri Prælati possint commutare legata facta nostris locis ab vno vsu ad alium seu alios, & hoc quando sine scandalo illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet, fieri potest. Et Leo X. fol. 93 hoc extendit ad quascunque res donatas per quoscunque dantes & viuentes. Et in registro ordinis facto tempore Reuerendissimi patris fratris Fracisci Licheti Ministri Generalis habetur, quod anno Domini 1519. Leo X. concessit, quòd Prælati nostri possint legata, & eleemosynas obuenientes loco abundantiori, conuertere, transferre, & applicare alteri loco indigentiori iuxtà ipsorum Prælatorum discretionem, dummodò fiat sine scãdalo: hæc ibi. Sed resoluterie dic, quòd quãtum attinet ad pecunias deter-

Prælati ordinis possũt quaslibet res testamẽto legatas, vel quomodolibet ablatas ab vno vsu in aliũ magis necessarium pro tempore occurrẽti conuertere.

Nota.

determinatas,non legatas in testamento,sed cõcessas, seu depositas determinate per dantes viuentes,limita & intellige,vt supradictũ est in 2.puncto.De omnibus aljs pecunijs, etiã determinatis,legatis in testamento,& de alijs quibusq; rebus non pecuniarijs,legatis,seu non legatis,valent ea quæ in hoc 4. pũcto dicta sunt.Nam de pecunijs indifferentibus depositis per dantes viuentes,dictum est in 3.puncto supradicto.

Quintum punctum est. Si is qui dedit, seu deposuit pecuniam determinate, seu indeterminate, pro necessitatibus fratrum, & antequàm ipsa pecunia sit expensa,seu conuersa, ipse dans moritur, tunc non obstante morte dantis, vel hæredis, cuiuscunque contradictione,possumus ad talem depositarium recurrere, pro eius expensione, & facere cum eo omnino, sicut cum ipsomet dante poteramus,vt ait Nicol.III.artic. 3. *In ea, possumus eo verò casu,&c.*

Quinta cõclusio.

Stans moriatur,antequã pecunia sit expensa, possumus recurrere ad cius depositarium eodẽ modo vt ad ipsum dantem habere, sicut cum dante habere-mus.

† Sextum pũctum est,quilibet Prælatus potest licitè petere, seu procurare pecuniam,pro necessitatibus suis, & omnimũ sibi commissorum,& non pro alijs, nisi adsit licentia Prælati superioris saltem tacita,seu interpretatiua,hoc patet exdictis supra in 3.puncto,& supra q.7.conditione 5. Et sic patet, quomodò vnus Guardianus potest de licẽtia Prouincialis procurare missas,seu pecuniam pro altero Guardiano. Et vnus Prouincialis, seu alius subditus,de eius licẽtia potest, similiter pro alio Guardiano alterius prouinciæ pecuniam & missas procurare, quia ad hoc est licentia Ministri Generalis, vel Capituli Generalis, saltem interpretatiua,dum de oppositanon constat voluntate superiorũ aliquo modo.Semper tamen hîc,& in omnibus dictis,& dicendis,intelligitur,quòd debent seruari omnes aliæ cõditiones requisitæ,vt supra q.7.& 8.per totam habetur. Petere autem rem vtibilem ad dandum alij,similiter licitũ est,vt dictũ est.Petere autem ipsam rem vtibilem ad dandũ alijs,seu aliter, quàm dictum est,non est licitum,quia licetnon sit acceptio pecuniæ,est tamen actus proprietatis,vt dictũ est supra q.1.& dicetur infra cap.6.q.6.

† *Sexta cõclusio.*

Nullus Prælatus potest pecuniã procurare pro alijs,qui suæ curæ cõmissi non sunt, absque licẽtia superiorum.

Septimum punctum est, Petere seu procurare rem aliquam animo commutandi,aut distrahendi eam interueniente æstimatione pretij,pro alijs rebus cum alijs quibuscumque extra,vel intra ordinem,vt oleũ,vinũ, pro hordeo,caseis,aut arietibus, & huiusmodi,non potest fieri,nisi in casu, & eo modo, quo pecunia procurari potest. Ratio, quia est vera pecunia talis res

Septima cõclusio.

Nullares potest distrahi,vel commutari pro

tali *alia*

alia interue nit ex aſtimatione pretij, absq; cõſenſu dãtis.

tali animo procurata, vt patet ex dictis ſupra quæſt. 1. Ideò requiritur, quod fiat talis receptio de conſenſu dantium vero ſeu expreſſo, ſeu interpretatiuo.

Requiritur etiam, quòd ipſemet dans, ſi vult per ſe, vel alium ab ipſo ſubſtitutum faciat cõtractum commutationis de ſua re pecuniaria, vel ſi non vult ſic facere vt probabiliter creditur, in quotidianis mendicationibus, tunc fratres debent ei depoſitarium talis pecuniæ, quemcumque voluerint nominare, dicendo, quòd ſyndicus, ſeu talis perſona faciet contractum comminutationis, ſeu diſtractionis de ſua re, ſicut de ſua pecunia: vt ſupra quæſt. 3. conditione 4. & 5. & 6. dictum eſt. Et hæc omnia, præcipuè requiruntur, ſi talis commutatio, ſeu diſtractio facienda fit, mediante æſtimatione pretij, modò fiat intra ordinem cum alijs fratribus, modò extra cum ſæcularibus, aut alijs quibuſcũque. Poſſunt autem fratres licite talem rem pecuniariam tangere, & deferre in ſuã domum: vel etiam reſeruare, ſi dantibus placuerit, quouſque commutetur, vel diſtrahatur modo ſupradicto, vt dictum eſt ſupra quæſt. 4. in 3. pũcto. Licentia autem ſuperiorum dic quòd eo modo requiritur, vel non requiritur, ſicut in procuratione pecuniæ, vt dictũ eſt per totam hanc quæſtionem: & ſupra quæſt. 7. conditione 5. & quæſt. 6. ideò ſubditi egent licentia ſuorum Prælatorum: Guardiani autem non, niſi ad prouidendum neceſsitatibus aliorum, quàm ſibi commiſſorum mediante tali pecunia, vt patet ex dictis, quamuis in tabul. 8. Vicarij Generalis videatur dici, quòd requiritur licẽtia Prouincialis vel Cuſtodis. De quo proxime dicetur infra in hoc ſeptimo puncto.

Procurare autem rem ad commutandum pro alia ſine vlla æſtimatione pretij interueniente, ſtando in rigore, non eſt pecuniam procurare, ſed eſt actus proprietatis: ideò ſolum requiritur conſenſus dantis, ſeu domini talis rei cõmutandæ, & quòd fiat, ſicut ipſe voluerit de ſua re in tali contractu, ſeu alienatione: vt latius dicetur infra cap. 6. quæſt. 4. vbi de commutationibus agitur. Tamen quia talis res accepta ad commutandum extra ordinem, pro alia ſine æſtimatione pretij, cenſetur nomine pecuniæ aliqualiter in ordine noſtro, vt in prima quæſtione ſupra dictum eſt, ideò videtur, ſaluo meliori iudicio, quòd de licentia Prouincialis, aut Cuſtodis, ſaltem tacita, vel interpretatiua, & non ſine ea poteſt vnus Guardianus, ſeu alius frater ſubditus procurare res aliquas, vtpotè vinum, oleum, & cætera huiuſmo-

huiusmodi,quæ quotidie mendicantur ad commutandum intra ordinem pro alijs, vtpotè pro hordeo,lana,& huiusmodi mendicatis,quando aliàs non potuerint commode suis necessitatibus conuentuum prouidere. Immò, & quòd Prouincialis vel Custos,id suis subditis mandare potest & facere:neque requiritur alia licentia dimittum,neque quòd interueniat syndicus, aut alius amicus spiritualis in hoc. Et ratio est, quia ex quo non est pecunia proprie,neque est proprie contractus politicæ,seu ciuilis commutationis, ex quo non interuenit æstimatio pretij vllo modo(vt supponitur) non requiruntur necessariò conditiones requisitæ ad procurationē pecuniæ, seu ad pecuniæ expensionē,quia tales res,quæ recipiūtur ad vsum fratrū ordinis, iam videntur in dominiū Papæ,seu Ecclesiæ trāsire,sicut & aliæ res,quibus vtuntur fratres: de illis autē rebus pertinentibus ad Papam vel Ecclesiam,licita est cōmutatio de licentia Prouincialis,vt patet per Nicolaum III.artic.3.& infra cap. 6. quæstione 4. Et quando non interuenit æstimatio pretij, non est necessarius syndicus, vt ibi dicetur: ergo Prouincialis id mandans,vel ad id licentians,non aliter facit,quàm de rebus vtēsilibus petitis ad vsum fratrum sibi subditorū, disponens de vsu talium rerum tollendo ab illis,& dando illis, &c. & è contra. Et similiter facere possunt Custodes in suis Custodijs, vt in tab. 19. Vicarij Generalis habetur,& dictum est supra in 3. puncto. Si autem procuretur ad commutādum, pro alia extra ordinem sine æstimatione pretij interueniente,tunc licet nō sit proprie pecunia,tamen censetur pecunia in nostro ordine, vt dictū est: ex quo non accipitur ad vtendum ea intra ordinem,& per cōsequens non transit in dominium Papæ,vel Ecclesiæ,vt patebit in 6.cap. Ideò non nisi ad voluntatem dantis est commutanda, vel alienanda talis res,quia & est actus proprietatis, & aliqualiter licèt non omnino accedit ad pecuniam,vt dictum est. Et ad prædicta omnia facit ea,quæ habentur in tabul. Vicarij Generalis vbi dicitur,quòd non debent fratres procurare ea, quæ interdum magis abundant,vt pisces,vinum,& similia ad dandū alijs conuentibus & locis,aut etiam personis extra ordinem, à quibus alia,vt oleum,hordeum, & huiusmodi in recōpensam, & quasi in solutionem accipiant vllo modo: sed quod pro necessitate tantum debent talia procurari:hæc ibi. Et in tabul. 8. Vicarij Generalis habetur sic, *Declaratur, quòd recipere granum, vel alia huiusmodi pro acquisitione, seu commutatione in aliquam rem necessa-*

De licentia Ministri Prouincialis potest Guardianus res mendicatas pro alijs sibi necessarijs commutare sine interuentu syndici, vel damus.

Nullares cōmutari, vel alienari potest extra ordinem interueniente æstimatione pretij, vel non,interueniente, absque authoritate dantis.

necessariam non licet fratribus, verum tamen vbi fratres non possent benè prouideri in suis necessitatibus, talia possunt recipi per amicos spirituales de consensu dantium, & de licentia, seu dispensatione Viatrij Prouincialis (nunc autem Ministri Prouincialis) aut Custodis. Hæc ibi. Fit in Capitulo Generali Burdegalēsi, anno Domini 1510. celebrati habetur declaratum, quòd in solutionibus faciendis ex vino, vel blado, alijsque rebus quæstuatis, pro fratrum necessitatibus, omnia per procuratores sedis Apostolicæ, & non per fratres exequi debent. Hæc ibi. Quæ statuta sunt intelligēda secundum omnia supradicta, sic scilicet, quòd quando procuratur res ad commutandum pro alia, mediante æstimatione pretij, tunc requiritur, quòd fiat authoritate dantium per amicos spirituales, &c. vt supra. Quādo verò sine æstimatione pretij intra ordinem commutanda est, tunc sufficit sola licentia, vel dispensatio, seu mandatum Ministri Prouincialis vel Custodis: quando autem sine æstimatione pretij extra ordinem commutanda est, tunc requiritur & sufficit, quòd fiat commutationis contractus per dantem, vel per alium amicum spiritualem authoritate dantis, vt de his latè dictum est.

Obiectio. Quòd si contra prædicta in hoc præcipuè 7. puncto arguatur: quia Pius II. fol. 62. & ffff. 100. concessit, quòd Prælati nostri circa subditos suos & loca condescendere possint, dispensando in his, quæ non omnino sunt contra regulam (id est, non contra substantialia principalia vota, seu præcepta regulæ) vt in receptione frumenti, pro induendis fratribus, vbi non est alius modus commode habendi, & in alijs casibus ibi expressis. Item Leo X. *Exponi nobis*, ffff. 23. concessit, quòd fratres Minores possint recipere per se panem, vinum, oleum, & huiusmodi ostiatim acquisita in abundantia, & ea ipsa commutare, permutare, & vendere per syndicum, pro carnibus, & alijs huiusmodi ad victum pertinentibus, quibus egent ipsi fratres.

Diluitur. Respondeo ad illud Pij II. quòd solùm ibi conceditur Prælatis posse dispensare rationabiliter circa ibi contenta: ideò quando esset causa rationabilis & sufficiens ad id, possent dispēsare, vt ibi conceditur, aliàs non: quando autem non est causa dispensandi, tunc seruandum est, quòd regula & declarationes dicunt, vt dictum est, & in subiecta materia circa alia præcepta regulæ habetur. De his autem dispensationibus latius agēdum est infra cap. 10. q. 4. Ad aliud priuileg. Leon. X. Respondeo, quòd

quò ibi solũ dispensat in casu, quo aliter commode necessaria procurari non possent: & sic debet intelligi talis dispensatio, vt sit rationabilis, sicut & credendum est, quòd non nisi rationabiliter potuit, & voluit Papa dispensare, sicut de priuil. Pij II. dictum est. Et notandum, quòd solùm ibi Leo X. dispenset cum fratribus omnibus, qui possunt vti syndico secundum constitut. Martini V. seu secundum priuil. Martini IIII. (de quo infra q. 16. latiùs dicendum est, qui possunt vti syndico & quomodò.) Et quod de ipsis vtentibus syndico loquatur Leo X. patet ibidem expresè. Ideò talis res pecuniaria, ex quo supponit Papa transire in dominium Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ concedit & ordinat, quòd per syndicum commutetur, seu vẽdatur, aut distrahatur. Et tunc quando esset necessitas sic accipiendi rem pecuniariam, concedit Papa, quòd fiat modo supradicto per syndicum Papæ, vbi est vsus talium syndicorum, licèt pecuniaria ipsa res deferatur, aut cõseruetur per fratres, quod nihil obstat, vt dictum est supra q. 4. quæ dispensatio non magis est exorbitans, aut contra regulam, seu irrationabilis, quàm dispensatio habendi syndicum, de quo infra q. 16. dicetur, & cap. 10. q. 4. de his dispensationibus, an & quomodò liceat eis vti, agẽdum est. Illi autem qui syndico vti licitè non possunt, seu qui eo non vtũtur, non possunt vti prædicto priuilegio Leon. X. sed in necessitate, & per amicos spirituales debent talem cõmutationem mediante æstimatione pretij facere, vt dictum est: & sic omnia saluantur, & consonant veritati.

Fratres qui non vtũtur syndico, non possunt vti priuilegio Leonis X. quod recipit, exponi nobis, &c.

Octauum punctum est, quòd nullus Minister Generalis, Prouincialis, Custos, seu procurator ordinis potest vllam exactionem, aut extorsionem pecuniæ facere à quibuslibet fratribus, vel conuentibus sibi subditis vllo modo, vel colore, vel causa, neq; per modum exactionis, aut extorsionis potest ei dari à fratribus, etiã de eleemosynis pecuniarijs indifferẽtibus quibuscũque, sed solum potest ei dari, seu cõtribui de prædictis eleemosynis pecuniarijs, & non pecuniarijs per modum eleemosynæ, aut prouisionis suarum necessitatum, aut negotiorum suorum, & sibi commissorum, seruatis etiam modificationibus dictis in tota hac q. 8. & alijs dicendis in quæst. subsequentibus, secundũ subiectam materiam Neq; enim omnia simul, vbique tractanda sunt, & etiam ipsi Prælati non aliter recipere possunt sibi data, quàm dictum est. Prædicta patent ex dictis, & ex priuileg. Martini V. *Pernigilis more*, folio 38. &c. Et notandum, quod

Octaua conclusio. Nullus Prælatus potest per modum exactionis, vel extorsionis pecuniã à fratribus, vel conuentibus petere.

exactio,

exactio est extorsio violenta, putà imponendo collectas, aut tantam summam singulis Guardianis aut Prouincialibus, vt faciunt Principes in suis Regnis. Ideò notandum, quòd non dicitur Prælatus extorquere, aut violentã extortionem facere, quãdo petit, aut præcipit, aut disponit aliquid, quod detur sibi vel alijs, quando & eo modo, quo subditus tenetur obedire, & libẽter facere, tunc enim subditus non est rationabiliter inuitus, quamuis actu elicito, seu actualiter inuitus faciat, & violenter, vt ex Scoto patet in 4. dist. 15. in materia restitutionis, & alibi secundum communiter Doctores. Alioqui non posset Prælatus præcipere, & cogere subditum ad faciendum, seu dandum aliquid alicui, vt alias oportet, & debet facere, quod est manifeste falsum, & contra omnia supradicta.

Nonum punctum est, quòd qui vtuntur syndico, secundum quòd magis vel minus sunt dispensati, vt tali syndico vtantur: ita etiam magis, vel minus obligantur ab obseruantiam prædictorum omnium punctorum per totam hanc quæstionem notã. Ideò infra q. 16. ad longum videantur, qui & quomodò, & ad quæ possunt vti syndico, & secundum ibi contenta de prædictis, & alijs eiusmodi iudicetur.

QVÆSTIO X.

Quæritur quomodò fratres se habere debẽt secundum regulam, & declarationes Nicol. III. & Clem. V. quando aliqua pecunia eis indifferenter mittitur per nuncium, vel offertur, seu legatur in testamento?

Prima cõclusio. Fratres non possunt acceptare pecuniã indifferẽter, vel determinate oblatã, si ea non egent.

REspondeo per quatuor puncta: quorum primum est, quãdo pecunia aliqua mittitur, vel offertur fratribus indifferenter, ita quòd per ipsum mittentem, seu offerentẽ nihil aliud exprimitur, tunc intelligitur missa, vel oblata modis supradictis, in q. 7. 8. & 9. & prout conuenit fratribus, vt ibidem dictum est per omnia: quia non est verisimile aliquem eleemosynæ suæ sic indifferenter oblatæ, seu missæ modum illũ velle præfigere

per

per quẽm,& donans merito,vel illi, quorum neceſsitatibus intendit per donum huiuſmodi prouidere,effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur,vt ait Nicol.III.art.3.Si vero pecunia determinate mittitur,vel offertur per dantem ad aliquem vſum,ſeu pro aliquo fratre,vel conuẽtu,ſeu ſi aliquid exprimat dans,tunc ſine eius licentia non poteſt aliter de ea diſponi,vt dictum eſt q.9.præcedente,&c.

Secundum punctum,Prædictam pecuniam miſſam,ſeu oblatam determinate per dantem poſſunt fratres acceptare modo ſupradicto,ſi egent illa ad talem vſum determinatum, pro quo offertur,aliàs non:neque poſſunt permittere,quòd deponatur, vel conſeruetur,vt ſupra q.7.dictum eſt.Poſſunt tamen de voluntate dantis in alias neceſsitates conuertere ſi egent. Similiter pecuniam indifferenter oblatam,ſeu miſſam poſſunt acceptare,ſeu permittere deponi, pro ſuis omnibus neceſsitatibus præteritis,præſentibus,& imminentibus tantum,ſi egent,& inquantum egent dumtaxat,vt dictum eſt q.7. & 8. quòd ſi nullam neceſsitatem præteritam,præſentem,vel imminentem habent fratres,nullo modo poſſunt acceptare, neque conſentire, quòd deponatur,vel conſeruetur,pro eorum neceſsitatibus futuris,patet ex dictis ſupra q.7.

Tertium punctum, In pecunia legata in teſtamento determinate,vel indeterminate,idem omnino dicendum eſt,quòd in duobus punctis præcedentibus de pecunia oblata vel miſſa:hoc tamen ſpecialiter in pecunia legata aduertendum eſt, ſecundum Ioann.Philip.artic.3.dicentem, quòd ſi hæredes teſtatorum,vel exequutores teſtamẽtorum voluerint deponere apud aliquem fratribus familiarem legata aliqua determinata, ſeu indeterminata, abſque articulo neceſsitatis veræ præteritæ,præſentis,vel imminentis,tunc nullo modo fratres permittere, aut conſentire debent quantum in ſe eſt.Quòd ſi hæredes, vel exequutores prædicti voluerint in ſe,ſeu apud ſe conſeruare dicta legata, tunc tenentur fratres efficaciter pro poſſe perſuadere prædictis,vt dicta legata aliàs in pios vſus diſtribuant, ſicut de legatis, & alijs incertis rebus fieri debet; neque debent fratres talem efficacem perſuaſionem fraudulenter,& vulpina intentione diſsimulare,ſeu prætermittere.Hæc ille.Et concordat Petrus Anchar.in Clemen.*Exiui.*Sed hanc perſuaſionem credo non tenentur fratres facere, ſed ſufficit ea non acceptare, dicẽdo ſe non egere:quòd ſi illi voluerint ſua ſponte reſeruare,pro

Nota.

Fratres non poſſunt acceptare legata determinate, vel indeterminata, abſq; vetentione præterita, præſenti,aut imminenti.

quando fratres eguerint, nihil ad nos: non enim tenemur prædicare, aut suadere illis, quod ipsi facturi sint, nisi eis, vel nobis immineret periculum mortale, quod in casu præsenti non est. Item hanc persuasionem non tenentur fratres facere, quãdo ipsemet dans vellet in se suam pecuniam conseruare cum animo succurrendi fratrum necessitatibus futuris, quando occurrerint, ex quo pro tunc fratres non habent necessitates veras: possunt enim permittere, quòd dominus pecuniæ conseruet, vt voluerit in se: neq; possunt permittere, quòd deponatur apud aliquem, vt dictum est, patet ex dictis. Et ratio differentiæ horum omnium etiam patet, quia dominus viuens potest tenere suam pecuniam, quanto tempore voluerit in se, cum animo faciendi de ea, quod voluerit, & quando voluerit, sicut de suis rebus: & in tali pecunia fratres non habent vllam actionẽ, aut ius, aut recursum, neque maiorem certitudinem ciuilem vere, neque apparenter. Quando verò est iam legata, seu deposita apud alium, iam videtur esse extra potestatem dantis, aut legantis, & stare pro necessitatibus fratrum, cum aliquali ciuili certitudine. Ideò tunc tenentur diligentiam adhibere, ne videantur consentire, aut ne vere consentiant in tali acceptatione pecuniæ legatæ, aut depositæ, si non habent veram necessitatem pro tunc: quam diligentiam non tenentur adhibere, quando est omnino in potestate dantis, in ipsomet dante, licet cognoscatur eius pia voluntas conseruandi eam libere, pro necessitatibus fratrum.

Quartum dictum est, quòd si pecunia aliqua legatur in testamento, vel offertur, seu mittitur expressè ad aliquem vsum, seu cum aliqua conditione, seu modificatione, quæ non conueniat fratribus, aut ipsorum statui, vtpotè ad linteamina induenda, vel camisias, pro sanis fratribus, vel ad tunicas purpureas, seu ad iocalia, vel pro habendis armis ad defensionem conuentus, citra casum necessitatis, vel ad faciendum phialas argenteas, in quibus bibant fratres, &c. huiusmodi, tunc non est licitum acceptare, vt patet ex dictis, quæstione 7. & dicendis infra cap. 5. quæstione 11. &c. secundum Nicolaum III. artic. 3. vbi de legatis agitur.

QVÆS-

QVÆSTIO XI.

Quæritur an fratres Minores seruantes omnia supradicta secundum Nicolaum III. & Clementem V. dici possint accipere pecuniam per se, vel per alium, an non: & cuius nomine, & authoritate stat depositarius, & pecunia modo supradicto data, vel expensa, & an sint prædicta omnia secundum Nicol. III. & Clemen. V. necessariò seruanda?

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Quòd seruantes modificationes iuxta pecuniam, secundum Nicol. III. & Clem. V. vt per omnia late dictum est in tribus quæst. suprapositis, nullomodo possunt dici accipere pecuniam, seu eam contrectare per se, vel per interpositam personam, sicut & in veritate non accipiunt, neque contrectant, sed per amicos spirituales secundum regulam prouident suis necessitatibus mediante pecunia: & sic declarat Clemens V. artic. 6. & Nicol. III. artic. 3. quodque nullo modo fit contra regulæ puritatem promissam, & omnes expositores 4. cap. & Bonauentura in epistola ad magistrum innominatum, & tractatus defensorius contra deuiantes, fol. 188. latiùs probat, vt supra in introduct. quæst. 5. habetur.

Primus conclusio. Seruãtes modificationes positas à Nicol. III. & Clem. V. circa pecunias non recipiũt illas per se, neque per interpositas personas.

Secundum punctum, quòd seruatis supradictis modificationibus secundum Nicol. III. & Clem. V. tunc tam depositarius quicumque pecuniæ, etiamsi sit millesimus subrogatus: quam ipsa pecunia, non stat, neque recipitur, seu cõtrectatur, neq; expenditur authoritate, nomine, aut dominio fratrum, sed ipsius dantis, vel depositarij, quando dans mortuus est. Et sic declarãt Nicol. III. & Clem. V. vbi supra, & cõmuniter expositores, & Bonauent. vbi supra & tract. defensorius contra deuiantes, fol. 193. id latè probant, & patet ex dictis supra quæst. 8. quamuis depo-

depositarius & pecunia sit, & recipiatur, seu expendatur prō fratribus, id est, ad vtilitatem fratrum, pro eorum necessitatibus. Et prædicta sunt vera, etiam si dans pecuniam credat eam licitè posse recipi à fratribus, & in eorum vsum, vel dominiū: immo etiamsi velit, & intēdat eius dominiū in fratres transferre: quia vt ait Bonauēt. & Barthol. Pis. vbi supra 4. cap. semper talis pecunia manet penes dātem, vt dictum est. Immò, etiamsi ipse dans nullo modo vellit habere dominium, vel proprietatē eiusdem pecuniæ, adhuc non pertinet ad fratres prædicto modo se habere circa eam secundū Nic. III. Sed si quæratur cuius ergo erit talis pecunia, ex quo non est dantis repudiantis eam omnino à se? Respondeo secundum Bonauenturam vbi supra in epistola ad magistrum innominatum, quòd non pertinet ad fratres scire cuius sit, cuius non: sicut neque de alijs rebus aliorum hominum pertinet ad fratres scire cuius sint, cuius non: dummodò ipsorum fratrum non sit omnino, & hoc sufficit ipsis fratribus, pro ipsorum conscientijs. hæc ille. Et concordat Hug. 4. cap. dicens, *Non tibi dat quisquam, nisi qui vult expropriari: nec tu quid recipis, nisi velis ei dominari. Namque recepta data sibi sunt aduersa relata: dans suo priuatur, recipit qui post dominatur.* Nam sine consensu vero, vel interpretatiuo, saltem tacito, vel probabiliter præsumpto, non acquiritur vlla possessio etiam in foro humano, vt Bonauent. 4. cap. ait.

Secunda cōclusio. In modificationibus positis à Nicolao III. & Clem. V. circa pecuniā non potest dispensari, nisi ex necessaria, & rationabilicausa.

Tertium punctum est, quòd necessariò sub peccato sunt seruandæ prædictæ omnes modificationes circa pecuniam, secundum Nicol. III. Clem. V. nisi ex rationabili dispensatione aliter circa aliquid fiat Prima pars patet, quia ad literam sic declarando dicit Clem. V. art. 6. sic. *Dicimus fratres teneri cauere summopere, quòd pro alys causis, vel sub alys modis, quàm ponat prædicti prædecessoris nostri (scilicet Nicol. III.) declaratio, ad dātes pecunias, seu deputatos nunc os non recurrant, ne si secus ab ipsis fuerit attentatum, transgressores præcepti, & regulæ merito possint dici; nam vbi aliquid aliqui generaliter prohibetur, quod expressè non conceditur, intelligitur denegatū.* Hæc ibi. Et communiter omnes expositores 4. cap. & tract. de necess. congr. solut. & Seren. consc. q. 47. & q. 15. & 16. secundum Petrum Ioann. Aluar. &c. id clamant aperte, signanter fr. Ioan. Philip. art. 1. & 6. dicens, quòd de necessitate sub pœna peccati mortalis sunt circa pecuniam seruandæ declarationes Nicol. III. & Clem. V. Non ergo putent fratres, quòd huiusmodi modificationes secundū Nicol. III. suprapositæ in quæstio-

quæstionibus præcedentibus, sunt vt quædam cæremoniæ de benè esse antiquæ, aut modernæ, ex quo sunt necessariæ & necessariò sciendæ & practicandæ, quatenus ad debitum regulæ obseruantiam, & puritatem requiruntur, & sic intelligo omnia prædicta. Quarum ignorantia non excusat, vt latè probatum est supra in introduct. q. 4. Sed an quælibet transgressio, seu ignorantia sit mortalis, latiùs dicetur infra 10. cap. q. 3. vbi de his agitur. ibi videatur. Dictum est in hoc 3. puncto, quòd de dispensatione rationabili benè licitum est aliter agere aliquando. Hoc patet, quia si est causa rationabilis, & sufficiens ad dispensandum circa aliquid tunc certè dispensatio est rationabilis, & excusans à peccato, ex quo non est indispensabile hoc præceptum de pecunia, sicut neque alia vota in casu. Ista omnia patebunt latius infra 10. cap. q. 4. per totam, vbi de dispensationibus agitur. Quando autem sit rationabilis causa, & dispensatio rationabilis excusans, ibi etiam habetur: nam in hoc est error culpabilis sæpè. Per hoc patet an dispensatio, quoad vtendum syndico, sit rationabilis & excusans à peccato: de quo infra q. 16. vbi de syndico specialiter agitur, latiùs habetur. Ibi videatur, ne omnia inculcentur, vbique sine ordine debito procedẽdi. Ideò hoc nunc ommittatur vsque illuc.

QVÆSTIO XII.

Quæritur in quo stat resolutio breuis omnium obseruandorum circa pecuniam secundum Nicolai III. & Clem. V. & qui sint quæstus alij pecuniarij prohibiti?

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, quòd in tribus stat totum hoc negotium circa pecuniam. Primum est, quis possit procurare pecuniam, vel eam acceptare, quia nõ nisi Prælati, vel eorum subditi deputatorum licentia habita, vel probabiliter præsumpta, vel prædo notabiliter superiores ipsi negligerent necessaria prouidere suis subditis, vt supra q. 6. Secundum est, quando seu pro quibus rebus, seu causis, quia

Resolutio eorum, quæ circa pecuniam obseruanda sunt.

nunquàm neque pro alijs, nisi pro rebus cõ node necessarijs, seu expedientibus ad officiũ, vel ad personas ipsorũ fratrũ, considerato eorum statu paupere, & dũ nodo sint veræ necessitates propr æ, præteritæ, præsentes, vel imminẽtes, vt supra q. 7. &c. & ad hæc omnia tenentur omnes fratres Minores, tam illi, qui non vtũtur syndico, quàm illi qui vtũtur. Tertiũ est, quomodò, & quoad hoc dico, quòd secundũ regulam, & declarationes Nicol. III. & Clem. V. debet procurari, & deponi, & consumi, & tractari pecunia ita quòd fratres nullo modo cũ dante, aut depositario quocumq, habeant, aut videãtur habere aliquã authoritatem, seu ius circa ipsam pecuniam, quia non alio modo, acsi ipsa pecunia esset omnino res aliena, debet peti, procurari & acceptari, deponi, cõsumi, seu expendi, mutari, seu transmutari, aut transmitti per ipsum dominũ pecuniæ, vel per eius depositariũ quemcumque. Neq; corde, verbo vel opere, aut signo quomodocumq; possunt fratres habere, seu ostẽdere aliquam authoritatẽ, ius, seu actionẽ super ipsam pecuniam, vel super dantẽ, vel depositarium in quocumq, actu, seu expensione eius. Ideò cõsiderent fratres, quid & quomodò possent licitè facere cũ aliquo habente suã ipsiusmet pecuniam: quia non possent, nisi rogare eũ, vt det, vel expendat tantũ, vel tantũ, ad necessitatem, & ille posset libere dare, vel non dare, seu expendere, quantũ & quomodò vellet, sic idẽ & nõ aliud, nec alio modo possunt fratres facere cũ quocũq; depositario, & circa pecuniã apud quẽcumq, depositam, vel stantem: si volũt seruare regulam & declarationẽ Nicol. III. & Clem. V. vt patet ex dictis q. 8. 9. 10. & 11. Qui autẽ vtuntur syndico, secundũ Mart. IIII. & V. sunt dispensati, quoad aliqua, vt dictum est in prædictis q. 8. & 9. &c. de quo infra q. 16. dicendum est latius. In omnibus autem his supponitur quid sit pecunia, & denarius, & accipere pecuniam per se, vel per alium, &c. vt in q. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. dictum est.

Qui sit quæstus pecuniarius nobis prohibitus.

Secundum punctum principale huius quæstionis est circa quæstus pecuniarios prohibitos, ad quod dico, quòd generaliter quæstus pecuniarius prohibitus dicitur omnis recursus alius ad pecunias, seu ad habentes, seu dantes eas, qui fit aliter, seu alio modo, seu pro aliis rebus, necessitatibus, aut causis in via vel alibi, quàm concessum est, & declaratũ fieri debere per Nicol III. in sua declaratione, vt hoc expressè dicit Clem. V. art. 6. ad literam: & patet ex dictis supra q. 11. secundũ communiter expert. ibidem allegatos. Proprie autem, vt in proposito accipitur

pitur quæstus pecuniarius est conquisitio pecuniæ à multis indifferenter contribuentibus oblatæ. Si quis autem petat, vt sibi explicentur quæstus pecuniarij prohibiti, exorbitantes à declaratione Nicolai III. certè possunt explicari aliqui. Quorum primus est omnis quæstus pecuniæ, & oblationum & pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi, vt expressè ponit Clemens V. ar. 6. vtpotè si quis sacerdes exeat ad offertorium pecuniæ: sic quodammodo intelige, quando nomine suo, & pro se id facit, seu facere videtur. Nam si frater celebrans in Ecclesia sæcularium rogatus, saltem tacitè à presbytero parochiali exit ad offerendum nomine illius, aut pro illo, & sic apparet sæcularibus, certè non videtur quæstus pecuniarius prohibitus. Similiter non est quæstus pecuniarius, si prædicator prædicans commendans pauperes moneat aliquos surgere ad pecuniam pro pauperibus, vt dictum est supra q. 7. conditione 5. Secundus quæstus pecuniarius prohibitus est, quando trunci, vel cyppriordinati ad offerentium, seu donantium pecunias reponendas, ponuntur vbicumque, vt hoc expressè etiam dicit Clem. V. ar. 6. Vnde fratres qui consentiunt, seu permittunt in suis domibus à sæcularibus osculantibus crucem, vel alias reliquias, vel alia quacumque causa offerri pecunias in altari, vel labro æneo, vel capsa, sau vasculo, seu in alio loco Ecclesiæ, etiam in die Parasceue, seu alio quocumque tempore, pro luminaribus, pro imaginibus, seu tabulis Ecclesiæ, &c. peccant cõtra regulam, & cõmittunt quæstum pecuniarium prohibitũ: & tunc dicuntur fratres consentire, quando id vident, seu sciunt fieri à sæcularibus, & non resistunt, vt commode possunt & honeste, instruendo illos de rei veritate. Nam qui tacet cùm resistere aut prohibere potest & debet, consentire videtur, de reg. iur. & hoc habetur in tract. de necessi. congr. solu. fõl. 112. & facit ad hoc quoddam statutum factum à Reuerendissimo patre Quiefdeber Vicario Generali in congregatione Prouinciali prouinciæ S. Iacobi, anno Dñi 1456. per hæc verba. *Item occasione osculandi reliquias, vel alio modo non detur locus in nostris Ecclesijs, vel in alys locis domus, quòd proponatur, seu offeratur pecunia, ex quo est contra regulã, & contra declarationes Clem. V.* Hæc ibi. Et habetur fol. 112. Et in constit. general. Burg. cap. 3. continebatur olim sic. *Inhibetur ne aliquis fratrũ deponi faciat, vel permittat al quam eleemosynam pecuniariam in cellis, vel confessorijs, aut alys locis: sed eleemosynam facere volentes, vadant, vel mittantur*

Recipere pè cuniarias pro missarũ celebratione, est quasi quoddam turpe lucrum.

Habere capsas in Ecclesia ad eleemosynas recipiendas, est quæstus pecuniarius.

tur ad procuratorem, vel ſubſtitutum: & contra facientes graviter puniantur. Hæc ibi. Et quæ de iure, quòd mittantur ad procuratorem, &c. intelligitur ac omnimode, id eſt, qui ſtuatur ſyndico, mittant ad ſyndicum. Alij autem non niſi ſecũdum Nicol. III. vt ſupradictum eſt, ad ſubſtitutum. Et idem ad literam eſt ſtatutum in Capitulo Generali Carpenſi, Anno Domini 1521. celebrato. Et idem iterum in Capitulo Generali Aſsiſi, anno Domini 1526. celebrato, vbi ſic habetur: *Non permittantur in Eccleſijs noſtris trunci ſub quouis pallio aut colore, nec pro ædificandis Eccleſijs, ſeu claſtris: nec pro indulgentijs lucrandis, ſeu pro fratribus ſuſtentandis, nec pro alio fraternitatum mantenentia: nec pro quolibet*: hoc eſt verum, quando pro ipſis fratribus eſſet talis pecunia. Secus ſi alij, putà habentes cõfraternitatem in noſtris domibus, pro ſuis confraternitatibus petunt, aut habent cyppos, quia niſi ratione ſcandali ignorantum non eſt illicitum.

Quæſtus pecuniarij eſt, cum â ſæcularibus pecuniæ petũtur per plateas pro fratribus ipſis annuẽtibus, & conſentientibus.

Tertius quæſtus pecuniarius prohibitus eſt, ſi fratres conſentiunt, aut permittunt, quòd aliqui ſæculares etiam moti ex ſua deuotione petant pecuniam per vicos, per plateas, domos, Eccleſias, ſeu per alia loca quæcumque quouis tempore nomine fratrum: pro S. Franciſco, vt liberẽtur a febribus, ſeu pro luminaribus ſancti Franciſci, ſeu pro quacumque alia cauſa, vt hoc habetur in tractat. de neceſſ. congr. ſolut. fol. 112. Tunc autem fratres dicuntur conſentire, quando ſciunt, aut vident id fieri, & non prohibent honeſte, ſi commode poſſunt; vt dictum eſt, & ratio patet ex dictis: & credo, quòd in partibus Hiſpaniæ, vbi talis deuotio viget, nõ poteſt cõmode reſiſti, ne perdatur deuotio: præſertim cùm ſæculares iã ſciant, id nõ fieri vllo modo nomine noſtro, ſed ex deuotione alicuius, qui nomine ſuo, vel offerentium recipit eleemoſynam, vt de ea nomine ſuo, tanquã geſta negotij ſui, & aliorũ expendat in neceſsitates fratrum, vt ipſis fratribus licitũ ſit alias, &c. ſed ipſis fratribus eſt illicitũ id facere omnino, quia & hic dicitur propriè quæſtus pecuniarius, ſicut communiter ſic quærentes pecunias dicuntur quæſtuarie. Si autem hoc fieret, ſicut ait Hug. 4. cap. quòd fiebat antiquitus ſic, ſcilicet, quòd fratres notificabant populis, aut hominibus aliquibus ſe egere veſtibus, & huiuſmodi, & rogabãt eos, quòd eis prouiderent, & tunc fideles aliqui ab ipſo populo, ſeu à curatis, vel alijs poſitis ad huiuſmodi procuranda vice populi, ſeu Prælatorum curatorum, Epiſcoporum, vel huiuſmodi, & nomine ipſorum non fratrum (quamuis ad vtilitatem fratrum) procu-

procurabant pecunias,& inde emebant,& prouidebant fratribus, & vxoribus aliis fratrum sollicitudine, aut intromissione circa pecunias,tunc ō esset quæstus pecuniarius prohibitus,sed pulsatis modis procurandi secundum regulam.

Quintus quæstus pecuniarius prohibitus est, quādo fratres recurrerēt ad supradictas pecunias supradictis modis oblatas, vel procuratas,vt dictum est in tribus quæstionibus pecuniarijs suprapositis quia non possunt eas petere, neque acceptare oblatas,ne pretendatur in vtilitates fratrum, etiamsi non fuerint petitæ,vel oblatæ de ipsorum fratrum consensu, sed ex sola deuotione,& proprio motu petentium,aut offerentium, ignorantibus,immò & contradicentibus fratribus: quia nullo modo potest ad eas sic datas,vel oblatas recurri,vt ait tract.de necess.congr.dolut.fol.112.& Petrus Ioan.in Seren. conscien. q. 57 Ratio,quia licèt non videatur talis pecunia petita esse expressa,seu procurata authoritate fratrum expresse, tacitè autē sic,seu interpretatiuè·& tales ōmnes petentes, seu recipientes prædictas pecunias de consensu fratrum, censentur interpretatiuè interpositæ personæ fratrum:quia eo ipso,quo ipsi fratres acceptarent dictas pecunias,seu ad eas recurrerent,pro conuersione in suas necessitates,iam ratum habent,quod eorum nomine gestum est:quia in delictis ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur de regul iur. Vnde in quadam constitutione Prouinciali prouinciæ sancti Iacobi facta per Reuerendissimū patrem Quiefdeber Vicariū Generalē, Anno Domini 1456.habetur sic. *Item omnino amoneatur antiqua consuetudo,&c.* & paulò inferius habetur: *Si prædicti offerentes, seu petētes pecuniam in nostris domibus,vel alibi pro sancto Francisco pro luminaribus,&c.huiusmodi rebelles fuerint in resistendo, non acceptentur tales eleemosynæ quasi impure id est,non debite receptæ, seu procuratæ: & contrarium faciendo censetur consentire,& per consequens huiusmodi subsequuta recipere tacitè per interpositā personam contra declarationes clem. V.* Hæc ibi. Sed hoc credo verū in foro exteriori, vbi statur præsumptionibus ex actibus exterioribus. Similiter esset verum in foro conscientiæ,si fratres in animo acceptarent talem pecuniā, seu si ad eam recurrerent sub eō titulo, quo scilicet est nomine ipsorum,aut pro ipsis oblata, seu procurata, seu si authoritate sua instituerent aliquem,qui eam acciperet,& expēderet oblatam,vt patet ex dictis. Si autem non tali animo, neque sub tali titulo,

Alius quæstus pecuniarius.

titulo,aut modo recurrerent ad eam tenentes,sed humiliter rogantes,vt eis prouiderent,vel de illa,vel de alia quacunque, vt ipsi vellent,sicut de sua ipsorum pecunia: & id protestarentur expresse,quòd scilicet non eodem titulo ad eos recurrerunt, quasi sit ipsis fratribus debita,seu nomine ipsorum,seu pro ipsis data,vel petita pecunia,sed ac si nulla esset petita,vel oblata eis nino pro eis. Si ergo fratres tam in corde,quàm verbo,& opere id haberent,& ostenderent sufficienter, & reliquas conditiones requisitas circa pecuniam obseruarēt, tunc licitum esset eis ad eam recurrere,vel oblatam accepare ab ipsis, qui eam procurauerunt,vel oblatam receperunt, tanquàm aliam pecuniam, ex quo iam in conscientia & in foro exteriori cessat ratio,quare pecunia illa sit,aut censeatur nomine fratrum procurata, vel accepta,seu expensa,&c. Et hoc est verum,etiamsi fratres ideò moueantur ad recurrendum potiùs ad habentes tales pecunias, quàm ad alios,quia scilicet credunt, quód illi libentius de illa pecunia eis prouidebunt, quàm alij, dummodò seruentur ea, quæ dicta sunt. Tale enim motiuum fratrum non est illicitum, neque facit illicitam talem procurationem,alias licitam, vt dictum est. Et ad hoc faciunt statuta quædam antiqua prouinciæ Castellæ obseruantiæ,vbi sic habebatur. *Si quis eorum,qui ex deuotione propter infirmitatem petunt pro sancto Francisco, aliquam pecuniam acquisierit,necesse est,vt fratres non faciant eam deponi, nec se intromittant in ea, sed rogent illum,vt faciat ex ipsa pecunia emi panem,vinum,vel piscatum,vel piscem,vel aliquid aliud ipsis fratribus necessarium.* Hæc ibi.

Petere eleemosynas per modum cõfraternitatis est quæstus pecuniarius.

Quintus quæstus pecuniarius prohibitus est, si eleemosynæ petuntur per modum confraternitatis, quia talis modus potiùs videtur modus petendi ex redditu,quàm amore Dei liberaliter,vt hoc ait,& prohibuit Reuerendissimus pater fr.Franciscus de Ang. Minister Generalis in epistola ad Hispaniam missa,anno Domini 1523. Et patet ex dictis, quia iste modus non est secundum declarationem Nicol. III. ergo prohibitus secundum Clem. V.art.6.Sed de hoc infra cap.6. quæst. 10. & quæst.11.vbi de petitione legatorum,& eleemosynarum perpetuarum agitur.latiùs ibi vide.

Petere pecuniam pro piscato, aut candelis per pla-

Sextus quæstus pecuniarius prohibitus est,quando quis procurat pecuniam per foros,vicos,plateas indifferēter, vel etiam pro candelis, &c. huiusmodi specificaris: ducendo tamen secum aliquem sæcularem ad recipiendum pecunias, patet ex

dictis,

dictis,& habetur in tract.de necess.congr.solut.Et tandem dic, quòd totidem sunt,& possunt esse quæstus pecuniarij prohibiti & illiciti,quot exorbitationes,seu modi procurandi indifferenter cõtribui pecuniam sunt,aut possunt esse contra, aut præter,seu aliter quàm concedatur in declarationibus Nicol. III. Clem.V.nisi adsit dispensatio rationabilis habendo syndicum, aut alio modo,vt patet ex dictis,& supra q.11.

plateas dicendo secum aliquem secularẽ, aut reciprocè, est quæstus pecuniarius, nisi sit à syndico iustificatus.

QVÆSTIO XIII.

Quæritur vtrum liceat nobis iter agentibus ducere nobiscũ bursarios famulos, seu eleemosynarios habentes pecunias, de quibus faciant nobis expensas in itinere?

REspondeo quòd sic,dummodò concurrant tres conditiones simul.Quarum prima est,quòd causa talis itineris sit rationabilis,vtpotè ex obedientia,& pro negotijs expedientibus religioni,& huiusmodi, vt quando itur ad Capitulũ Generale, &c.non autem,quando ex propria voluntate iter arripitur sine causa sufficienter rationabili,quia sic iam ipse frater ex sua voluntate sine causa se poneret in necessitate, vt dictum est supra cap.3.q.3.& proximè etiam hîc dicetur.

Conclusio. Licitum est deferre bursam, seu arcam, seu cistam, seu alia similia, & habere pecunias, de quibus fiant expensæ in itinere, ad notata.

Secunda conditio requisita est, quando fratres irent per regiones,vel partes inhumanas,vbi esset valde verisimile, quòd non possent commode inuenire necessaria victus sufficienter mendicando,vel alias,nisi mediante pecunia, euntes,vt decet, sine magno comitatu fratrum,& iumentorum. Ratio,quòd tunc liceat est,quia pro necessitatibus talibus,quæ nõ sunt commode euitabiles,quibus aliter prouideri non potest, potest tunc pecunia mediante quantum ad id requiritur prouideri:etiamsi in aliquo violentur declarationes Papales:nam extrema necessitas probabiliter imminens (qualis est supradicta) caret lege, vt supra quæst.4.

Tertia conditio requisita est, quòd tunc omnino quantum possibile est,fratres se habeant cum tali bursario, seu famulo depositario

depositario pecuniæ, ita quòd nec corde, ore, nec opere, aut signo habeant, aut habere videantur aliquam authoritatem, vel actionem in tali pecunia, aut eius vsu, mandãdo, quomodò expendatur, aut computum petẽdo, &c. nec secus, ac si esset ipsiusmet depositarij, vt suprad ctum est quæst. 8. conditione 7. & q. 9. per totam, &c. Dico quantum possibile est cauendum ab his, nam solùm extrema necessitas probabiliter imminens excusat ab obseruantia huius præcepti circa pecuniam, vt dictum est, & tunc tantum excusat quantum requiritur, vt tali necessitati prouideatur de illa pecunia, & non amplius: his ergo conditionibus semel, vt dictum est, concurrentibus, possunt fratres ducere bursarium, seu famulum eleemosynarium in itinere, aliàs non. Et quia communiter, & generaliter istæ conditiones non concurrunt (vt patebit) & doctrina danda est generaliter, & de per se, non autem de per accidens contingentibus, sed de vt in plurimum contingentibus secundum Aristòt. ea enim, quæ sunt per accidens, & raro contingunt, excludutur ab arte, scientia, & doctrina, seu regula. Ideò communiter, & generaliter dicendum est, sicut & communiter dicunt omnes expositores de hoc loquentes, quòd non est licitum nobis bursarium ducere, & quod est quæstus, aut modus pecuniarius illicitus per regulam & declarat. prohibitus (nisi in casu suprad cto, vbi tres illæ cõditiones concurrerent aliquando.) Et quòd sit illicitũ, probatur primo quia secundum declarationes pecunia non potest procurari, neque deponi, neque ad eam recurri, nisi pro necessitatibus veris immendicabilibus, præsentibus, vel imminentibus, non autem pro futuris, &c. vt supra quæst. 7. late habetur. Nunc autem in terris Christianorum non est talis necessitas communiter, aut probabiliter, cui non possit succurri medicando, vel pro tunc vt oportet, procurando pecuniam, pro necessitate itineris occurrenti in locis, vbi hospitantur, ad quos religiosi nostræ fama pervenit: vt patet in principio eiusdem odij, quia tunc non defuerunt nec defuerant fratribus finetarbus, quamuis essent ignoti, & patet nunc experientia in eunt bus fa pè Romam, & ad Capitula Generalia sine bursarijs ad partes remotissimas ergo prouidere sibi de bursarijs pro toto itinere est tibi prouidere de necessitatibus futuris imminere, quibus poterat commode succurri sine tali bursario, quando occurrerent modo suprad cto, & per consequens, nec necessitate imminente, &c.

Secũda cõclusio. Deficientibus cõditionibus supra positis, non licet regulariter loquẽdo deferre bursariũ in itinere.

Prima ratio pro conclusione.

Obiectio. Quòd si ad hoc obijciatur, quòd ducendo mulos, ac iter faciendo

faciendo properè & cursim,& multi simul fratres in societate, &c.expertum est,quòd indigent bursarijs, hàs enim non sufficienter,neque commode inuenunt sibi necessaria,&c.

Respondeo,quòd tales pro suo libito se ponunt in tali necessitate:quæ ideò non est vera necessitas,ex quo eius causa est voluntaria & culpabilis,& occasio necessitatis sequentis ad pecuniam,vt patet ex dictis supra cap.3.q.3.& in hoc cap.4.q.7. per totam.Constat enim ex expertis quotidie, quòd possunt, & adhuc cum maiori honestate nostri status,& melioris aliorum exemplo iter agere,pauci iūctim,vtputà duo,vel ad plùs quatuor,ducendo pauca iumenta humilia,pro infirmis, vel debilibus,& paulatim opportunè ordinando suum iter, & non instar cursorum properare in dedecus religionis:& possunt melius cū Dei confidentia paucis contenti mendicare, vel alias de eleemosynis etiam pecuniarijs occurrentibus,prouisionem sperare. Secus esset si volunt laute comedere vt domini, sine vllo vestigio status paupertatis viam agere,& Prælati magis ad hæc tenentur,quo magis ratione Prælationis tenentur legem Christi, & regulam,& honestatem verbo & facto in se,& in alijs defendere,& exemplariter obseruare:quia nō est abbreuiata manus Domini:sed abbreuiata est aliquorum voluntas ad honestatem, & ad paupertatem.Oportet igitur experiri penuriam aliquam, nec oportet fugere crucem, quam promisimus portare post Christum: nam à fugienti crucem fugiat necesse est & gloria resurrectionis;nec decet repudiare legatum patris,scilicet mēdicitatem,ne abdicemur ab hæreditate superna.Et sic patet prima ratio. *Solutur.*

Secunda ratio,quòd non licet ducere bursarios est,quia cùm modi taxati secundum Nicol.III.circa pecuniam sint necessariò seruādi etiam in itinere,vt declarat Clem.V.& habetur supra q.12. in delatione talium bursariorum non seruantur modi prædicti,vt patet:nam ibi est occasio proprinqua, & periculosa fratribus ad ostendendum verbo vel facto authoritatem circa talem bursariū & pecuniam, mandando quomodo detur, vel expendatur,vel petendo computum;& occasio solicitandi circa eam:immò & de facto ita facerent, seu faciunt sæpè,præsertim si talis bursarius est famulus fratrum. Item quæro,quomodò prædicti fratres possunt ostendere cunctis se in dicta pecunia nil omnino actionis,aut dispēsationis habere,taliter,quod hoc non possit probabiliter præsumi de eis;& quomodo pos- *Secunda ratio.*

sunt

sunt vitare nõ solùm ipsum malũ,sed & speciẽ mali,& quomodò habere testimoniũ circa hæc laudabile ab his,quę foris apparent,similiter & vitare scandalũ pusillorũ ignorantiũ,& quomodò possũt abstinere à qualibet cõtrectatione,vsu,seu dispẽsatione,vel dispositione talis pecuniæ,quæ omnia fratres tenẽtur vitare,secundũ declarationẽ Nic.III.& Clem.V.vt latè supra q. 8. per totã dictũ est,etiamsi ipsa pecunia stet authoritate dantiũ apud prædictos bursarios,vt ibidem latiùs dictum est,ergo.

Tertia ratio. Item tertia ratio est, quia per tales delationes bursariorum, extinguitur charitas Christianorum hospitantium fratres, seu eis benefacientium mediante,vel non mediante pecunia:& per consequens fit nocumentum alijs fratribus pauperibus sine talĩ bursario itinerantibus,nam sæculares id videntes credunt, aut saltem occasionem habent putandi,quòd portant pecunias, seu bursariũ,sicut & alij.& per consequens denegant eis eleemosynam,dicendo eis,ematis de pecunijs quas portatis, sicut & alij vestri fratres fecerunt,sicq; via misericordiæ clauditur alijs bonis pauperibus fratribus non portantibus bursariũ, & fides perit, & tollitur à nostra religione apud homines propter tales bursarios:ergo illicite ducuntur,vt dictũ est. Ad prædicta omnia expresse faciunt,& concordant cõmuniter Doctores,vt patet in Bonauẽt.4.c.& expos.sine tit.4.c.idem sæpius ad literam tenet: Et Vbertin in lib. Vita Christi id absolute damnat Et sanctus Bernardinus in tract.de cathbus proprietarijs,vt infra c. 6.q.9.habetur.Et Seren.consc.q.56. (secundũ Alum. & Petrũ Ioan.)cuius auctor fuit Italus,idem tenet & Sot.lib.7. Et cõpendium priuileg.tit.*Paupertas*,dub.vlt.fol.137.Et tract.t.Enchiridion fratrum Ministrum in quibusdam dubijs.dub 9. fol. 72. Et in querimonijs propositis in Concilio Constãtiensi pro reformatione ordinis,hoc tanquàm contra regulam & declarationes propositum est indigere remedio,vt habetur fol.165. Et tandem tanquàm illicitum prohibitum est in tit.16.Vicarij Generalis sub pœna priuationis officiorũ,& actuũ legitimorum.

Obiectio. Quòd si cõtra prædicta quis arguat,dicens,quòd Christus ducebat secũ,similiter Apostoli,mulieres sanctas,eis ministrantes de suis facultatibus,vt patet Luc.8.& 1. Cor. 9. ergo similiter

Eiluitur. nos possumus. ¶ Respondeo,quòd illæ mulieres erant dominæ suarũ rerum,& disponebant de eis,vt volebant,& quomodò ex sua deuotione volebant,& quòd nos similiter itinerantes cum aliquibus dominis,seu mercatoribus dominis suarum pecuniarum,

rum, possumus recipere ab eis prouisionem necessitatum mediante pecunia ab ipsis deuote oblata, semper seruatis omnibus alijs conditionibus requisitis, secundum Nicol. III. & Clem. V. quia iste talis nõ dicitur bursarius à nobis delatus, neque iste est prohibitus nobis modo prædicto; sed quando aliquis depositarius pecuniæ ducitur à fratribus, vt faciat expensas, iste dicitur bursarius prohibitus, de quo dictum est: & sic respondet expos. sine tit. 4. cap. sicque non probatur, quòd liceat ducere bursariũ. Immò dato, quòd Christus, & Apostoli duxerint bursarium, vt personæ communes, & Prælati Ecclesiæ habẽtes curam aliorum, vt nunc Papa & Episcopus: non tamen sequitur, quòd nos similiter possumus, ex quo non succedimus eis in statu Episcoporum, sed in exemplo vitæ particularis perfectionis: sicut illi habuerunt proprium in communi, vt erant in statu Prælationis, nos autem non, quia non sumus in statu Prælationis Episcoporum, vt latiùs infra de his cap. 5. q. 1. habetur.

QVÆSTIO XIIII.

Quæritur quomodò debeant expropriari fratres fugitiui & huiusmodi, quando capiuntur, vel redeunt ad ordinem; & circa corũ pecunias, quomodò nos habere debemus?

Quomodò fratres habere debẽt circa bona, aut pecunias apostatantium quãdo capiuntur.

REspondeõ secundum tract. de necess. corr. solut. in fine, quòd tales fratres debent expropriari, sicut & nouicij de nouo venientes ad ordinem, & non amplius se possunt Prælati, vel alij fratres intromittere in talibus eorũ bonis, seu pecunijs, alioquin prætextu spoliandi illos inciderent ipsi fratres in regulæ transgressionem, si ipsi amplius se intromitterent, dispensando, vel disponẽdo de rebus alienis, aut de pecunijs qui de suis, quæ nõ habent, neq; habere possunt, id facere nõ possent, vt patet ex dictis supra q. 8. cõdit. 7. & q. 9. per totam. Prædictis tamẽ non obstantibus possunt ipsi Prælati mittere tales fratres fugitiuos ad aliquos amicos spirituales Deũ timentes, & tales amicos eis assignare, etiã ipsis fratribus fugitiuis inuitis (quamuis hoc cum nouicijs facere non possent, vt patet supra c. 2. q. 2.) vt talia bona, talemq; pecuniam pauperibus erogent, & distribuant

secundū Deum,& non amplius se intromittere possunt fratres. Hæc in prędicto tract. Possunt etiā Prælati disponere de eis eo modo,quo supra q.9.in 2.& 3.& 4.pūcto dictū est,præcipuè in 2.puncto ibi specialiter,quoad hoc habetur,ibi videatur. Notādum etiam,quòd Leo X.ffff.62.concessit,quòd Prælati ordinis & alij fratres,qui eorū vices habuerint,possint accipere prędicta bona acquisita diuersimode per fratres obseruantes nostri ordinis apostatas iam captos,vel redeūtes ad ordinē,& ea exigere à quibuscūq; personis ea detinētibus,& eis vti, si talia sint,quorū vsum liceat fratribus habere,vel si huiusmodi nō sunt, quib' in propria specie liceat fratribus vti,vt sunt arma,pecuniæ,vestes sæculares,& huiusmodi,quòd fiat de talibus rebus,sicut fieri mādatur in declarat.regulæ de similibus,quando sibi ab aliquibus dantur, vel in testamento legantur : etsi oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere,quòd possit hoc facere procurator, vel syndicus ordinis deputatus authoritate sedis Apostolicæ ; vel alius amicus spiritualis fratrū,qui ab aliquo Prælato ordinis ad hoc fuerit nominatus. Hæc ille.Et notandū,quòd quoad bona aliorū fratrum non possumus nos intromittere sine licentia Papæ,vel Prælatorū, quorum illi erāt subditi,vt ait Collector cōpendij titulo *Bona*,post §.13.Et notandū, quòd hac concessione dispensatiua,quoad repetitionem pecuniarū, & bonorum aliorum in iudicio illi præcipuè vti possunt, qui syndico possunt dispensatiue vti quoad hoc:de quo an liceat,& quibus, & quomodò,latius infra q.16.dicetur,ibi videatur.

Nota. Cōcessio Leonis X. circa bona apostatarum.

QVÆSTIO XV.

Quæritur an & quomodò secundum regulam, & declarationem Nicolai III. & Clem. V. liceat pecuniam pro missis,exequijs,sermonibus,aut pro alijs quibuscumque exercitijs,aut laboribus spiritualibus,aut tēporalibus, procurare , seu acceptare. Similiter habitus dare;aut vendere,& eorū pecuniā procurare,seu acceptare,& quomodò non?

Respon-

RESpondeo per tria puncta, Quorum primum est, licitum est, & de se bonum, & sanctum, & sacramentorum, & necessarium dicere missas, vigilias, &c. huiusmodi diuina pro aliquo, aut aliquibus particulariter, ea ipsis, vt oportet, applicando. Hoc non probatur, sed supponatur, tanquàm communis doctrina sanctorum & Doctorum vtriusque iuris: vt Scotus in quodlib. Thom. Palud. in 4. d. 45. Gerson. Hadrian. in 8. quodl. & Gabriel in Canon. lectione 26. & 27. latè prosequuntur, ibi videantur.

Secundum punctum est, licitum est etiam nobis procurare, & acceptare, & expendere pecuniam nobis datam, pro missis, vigilijs, sermonibus, seu pro alijs quibuscumque exercitijs diuinis, seu spiritualibus, seu temporalibus laboribus, dummodò id fiat omnino, sicut circa aliam pecuniam liberaliter oblatam, vel legatam, seu procuratam secundum regulam, & declarationes dictum est posse fieri: & dummodò caueatur á simonia omni interiori & exteriori, corde, opere, seu signo, & ab omni alio vitio, auaritiæ vel fraudis cuiuscumque.

Prima conclusio. Licitum nobis est accipere pecuniã pro missis & sermonibus per modum eleemosynæ, seruatis cæteris cõditionibus ad procurationem pecuniæ requisitis.

Probatur, quòd sit licitum talem pecuniam pro missis, &c. procurare & acceptare, sicut & aliam quamcumque pecuniam, quia non videtur, quo iure nobis prohibeatur recurrere ad talem pecuniam pro missis, &c. sicut & eo modo, quoad aliam quamcumque; seruatis omnibus modificationibus requisitis circa pecuniam & cauendo ab omni simonia, & ab omni alio vitio: ergo non est de se prohibitum, aut illicitum ratione nostri status, neque ratione alterius iuris, vt patet. Quòd autem circa talem recursum ad pecuniam pro missis, &c. omnino nos habere teneamur seruando declarationes Nicol. & Clem. V. sicut & circa aliam pecuniam oblatam liberaliter vel legatam, & non aliter, neque alio modo, probatur, quia tam Nicol. III. quàm Clemens V. nullam distinctionem fecerunt de hac, aut de illa pecunia. ergo vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt est communis regul. iuris, & quia generaliter omnem alium recursum, seu alio modo factum quacumque ex causa, ad pecuniam, quàm conceditur per declarationes Nicol. III. nobis prohibitum esse ex regula declarat Clem. V. art. 6. *tanquàm* quæstum pecuniarium illicitum: ideò videant fratres, quàm multipliciter circa hoc erratur ab eis. Qui autem possunt vti syndico, possunt per syndicum, sicut aliam pecuniam procurare, acceptare, seu expendere, vt dicetur infra quæst. 16. Similiter

Celebrare missam, vel prædicare intuitu pecuniæ cum pacto expresso, vel tacito quantitatis, quæ reddita est, est peccatũ simoniæ, & manifestare gulæ transgressio.

est cauendum ab omni simonia omnino, & auaritia, & fraude, &c. vt patet. Ideò nullo modo licet celebrare, vel prædicare, orare, vel alia spiritualia facere pro pecunia, vel pro alia re temporali appretiabili, tanquàm pro pretio, seu simpliciter id intẽdere pro pecunia, seu pro temporali commodo, quod idem est cum pacto, vel sine pacto: quia secundum communiter Doctores, est simonia, vel tacita, vel expressa, vel interpretatiua, exigere, vel exactum soluere, aut promittere, aut pacisci pro pecunia, seu pro re tẽporali æstimabili pecunia: vel aliquid illorũ spiritualium facere, seu intendere simpliciter, seu principaliter pro pecunia, vel alio commodo temporali, vt dictum est. Item cauendum ab alio turpi lucro, seu specie mali & cupiditate. Ideò si sine prædicta intentione simoniaca fratres priùs petant, & velint habere eleemosynam missarum, vel exequiarum, seu aliorum diuinorum, antequàm ipsa diuina exequantur: & similiter fratres, qui habẽt cautelam differendi dicere missas quousque soluatur stipendium, seu eleemosyna, pro eis, peccant, non quidem peccato simoniæ, sed peccato auaritiæ, mendacij, vel alteriùs turpis lucri. Dicit tamen Caietanus 2.2.q.100. artic.2. quòd non est peccatum mortale tale mendacium, vel talis cautela, seu præuentio petitionis stipendij, aut eleemosynæ, quando fit solùm, vt sacerdos seruet se indemnem, ne oporteat posteà litigare, seu defraudari stipendio, seu ab eleemosyna sibi data, vel promissa: quod videtur verum, nisi notabile scandalum, vel aliud aliunde mortale peccatum, seu circunstantia mortaliter inficiens adsit, seu adueniat: igitur cauendo ab omni sinistra intentione, & operatione, obligatione, pactione, fraude, auaritia, receptione, administratione dati & recepti, in quibus labes simoniaca, seu alterius peccati, & regulariter impuritas se immiscet, possunt fratres procurare, & acceptare pecuniam talem eleemosynaliter in stipendium exercitij spiritualis, vel ob reuerentiam sacramentorum, vel ad conseruandum laudabilem consuetudinem locorum & Ecclesiæ, vel generaliter ex causa, qua Deus scit licitè acceptari posse, dummodò omnino circa eam se habeant fratres, sicut circa aliam pecuniam omnino liberaliter datam vel legatam, secũdum declarationes & regulam, vt dictum est: & hoc latissime habetur, & probatur in tract. defensorio contra deuiantes, fol. 198. & 199. &c. secundũ omnes Doctores ibidem latè allegatos. Quomodò autem possint transmitti missæ, & earum eleemosynæ de vno cõuentu, &

Guardiano

Guardiano ad alium, latiùs habetur supra quæst. 9. ibi videatur.

Si quæras quare ergo prohibentur receptiones missarum, & earum pecunia acceptari, in quibusdam conuentibus recollectis? Respondeo non quidem prohibentur eo, quod sit illicitum recipere & acceptare, vt dictum est; sed quia est difficile simplicibus purè, & sine macula id facere. Ideo, vt tollantur occasiones ad simoniam, & ad regulæ transgressionem multiplicē inde ex culpa fratrum subsequentem prohibentur: nam vt dicitur in tract. 10. plag. plag. 1. maxima ordinis, & regulæ puritatis iactura multiplex sub prætextu missarum, & eleemosynarū diabolo procurante, & fratrum fragilitate, cupitate, & ignorantia suffragante subintroducta est, experti probant, nisi forte propter hæc in æternum, & ipsi reprobentur. Idcò etiam accipere missas, seu pecunias missarum, sæpè in statutis ordinis omnibus fratribus prohibetur sine speciali licentia Prælatorū ad causas particulares, ne si generaliter eis concedatur, generalis abusus contra ius diuinum & regulam committatur. Prædicta etiam prohibitio, ideò facta est in prædictis conuentibus recollectis, vt fratres ibi commorantes strictius viuentes, paucioribus contenti non indigentes tantò recursu ad pecunias, sed potiùs mendicatis eleemosynis contenti, iam pro tota Ecclesia, præcipue pro benefactoribus spiritualibus ordinis totius, vice totius ordinis satisfaciant in suis missis, & alijs officijs diuinis: vt sit thesaurus spiritualis maior, quoad vim satisfactiuam in ordine, de quo amplior communicatio per Prælatos fiat alijs filijs Ecclesiæ, vt oportet, vt in materia de indulgentijs in fine latius tractaui secundum communiter Doctores. alias autem de se non solum licitum, sed sanctum meritoriumque est: & sæpius per tales missas specialiter applicatas, pro aliquibus benefactoribus melius, & sufficienter satisfacimus, quàm per alia bona opera fiue ipsis. & ideo sunt vtiles, & sæpe necessariæ tales aliquæ missæ applicatæ specialiter, pro facientibus eleemosynas pecuniarias, vt sic per eas à debitis nostris, quibus tenemur talibus benefactoribus, exoneremur, dūmodò alias rectè omnia fiant, vt dictum est.

Dubium.

† *Secunda confusio. Iterum est eleemosyna pecuniaria accepta pro habitibus, quæ dantur ad indumentū defunctorum.*

† Tertium punctum est, quoad habitus dates defunctis. Pro quo dico, quòd quamuis aliqui dicant, quòd tales habitus dantur per modum venditionis, & per consequens, quòd non nisi iusto pretio, & per syndicum possint dari, sicut calices consecrati, seu aræ consecratæ, venduntur ratione materiæ, non

ratione ſpiritualis annexi. Alij autem dicunt, quòd non niſi per viam gratuitæ donationis poſſunt dari intuitu ſpiritualis indulgentiæ annexæ, & ipſe pannus reputatur nullius valoris: ſicut charta, ſeu bulla vbi continentur indulgentiæ, ſeu ſicut oleum ſanctum, ſeu aqua benedicta, & huiuſmodi: & per conſequens, quòd non niſi pure eleemoſynaliter poteſt acceptari pecunia, quantumcumque parua vel magna, ſicut & alia pecunia omnino liberaliter oblata vel legata. ¶ Mihi tamẽ ſaluo meliori iudicio, tria circa hæc dicenda videntur. Primò, quòd tales habitus poſſunt vendi ratione panni, non ratione indulgentiæ: ſicut calix conſecratus, quia alicuius valoris eſt talis materia habitus, vt patet: & tunc per ſyndicum tãtum, ſicut & alia res pertinens ad Papam, & non poteſt vendi maiori pretio, quàm valeat fratribus talis habitus, alioquin eſſet iniuſtitia, vel ſimonia, ſi ratione indulgentiæ annexæ carius venderetur. Vnde habitus nouus plùs valens illis, poteſt pluris vendi. Vetus autem non niſi minoris. Mediocris autem mediocri pretio, ſecũdum quod ipſis fratribus erat vtilis, alioquin eſſet iniuſtitia: ideò videtur, quòd ſecure fieret, ſi omnes habitus communiter pretio mediocri vẽderentur, & æſtimarentur, & non magno pretio, vt noui, neque minori, vt omnino veteres, vt dictum eſt, & in partibus Hiſpaniæ videtur hoc tempore mediocre pretium vnus ducatus aureus. Secundò videtur, quòd poſſunt dari per viam liberalis donationis intuitu indulgentiarum, & tunc tota eleemoſyna data debet acceptari non aliter quàm alia pecunia omnino liberaliter oblata vel legata, & iſte modus eſt ſecurior, & honeſtior, & magis exemplaris. Tertiò videtur, quòd qualitercumq; habitus detur defunctis, pecunia tamen pro eis poteſt dari & acceptari miſtim, ſcilicet partim, vt iuſtum pretium rationẽ vẽditionis panni: partim vt liberaliter donata eleemoſyna, pro lucranda indulgentia, vel alia de cauſa, maximè quia ſic Papa conceſſit viuæ vocis oraculo, quòd ſepeliẽdus in habitu daret, pro alio habitu, licèt id non ſit neceſſarium, pro lucranda indulgẽtia, vt declarauit Reuerẽdiſsimus fr. Franciſcus de Angl. Miniſter Generalis in Capitulo Prouinciali Caſtellæ, Toleti, anno 1523. me præſente. Et quia vtrumque indiſtinctè datur, & confuſum eſt, modò vtrumque fiat æquè principaliter, modò alterum fiat principaliter, alterũ minus principaliter & acceſſorie, ideò videtur, quòd poteſt tota illa pecunia acceptari per ſyndicum, ac ſi eſſet pretium venditionis: poteſt etiam tota

acceptari.

acceptari pẽr amicum spiritualem, ac si esset tota liberaliter donata, vel legata, vt dictum est: & hoc, vt placuerit datori, vel etiam ipsis fratribus, dum de opposita voluntate dantium non constiterit sufficienter, saltem quoad illud plùs excedens prętium pauni: quoad illud enim plùs non potest acceptari contra voluntatem dantis, neque repeti, vt dictum est, ex quo cõstat non nisi liberaliter donari illud plùs, nisi ab vtentibus syndico quoad pecunias, secundum Martinũ V. vt infra q. 16. habetur, isti enim possunt omnem pecuniam syndico assignare. Et per hæc possunt concordari omnia, & limitari scrupulosa dicta aliqua, quæ videntur contineri in Enchiridion fr. Minorũ dub. 11. Quomodo autẽ stent simul ista duo, scilicet, quòd nos simus incapaces dominij, iuris & actionis cuiuscumq; rei, & incapaces vsus pecuniarum, & quod nobis aliquid debeatur, pro celebratione diuinorũ, & pro habitibus, &c. huiusmodi, ita quòd debitor teneatur nobis dare non solùm obligatione diuina, & naturali, sed & politica, seu ciuili, habetur in Seren. constitu. q. penult. litera Z. & 9. Et latiùs infra c. 6. q. 5. & q. 11.

QVÆSTIO XVI.

Quæritur quid sit syndicus, & quomodò, & per quem institui, & destitui potest, & ad quid valet, & quid potest, & etiam qui possunt syndico uti, & quomodò?

REspondeo per quinque puncta, Quorum primum tractat, quis sit dicẽdus, aut quid sit syndicus, & à quo, & quomodo potest institui, & destitui, & quot syndici pro vno cõuentu possint institui. Igitur quoad hoc primũ punctum, dico primò, quòd syndicus procurator, seu œconomus est, & dicitur is, qui nominatus per fratres authoritate Papæ, seu Ecclesiæ instituitur, vt nomine Papæ, vel Ecclesiæ Romanę possit facere ea, quæ in priuilegijs syndicatus, & cõstitutionibus aliis sibi cõcedũtur, de quibus omnibus proximè dicetur in 2. puncto sequenti. Amicus autem spiritualis, secundum regulam, & declarationem

Quid sit syndicus.

alius est, vt de hoc latiùs supra cap. 4. q. 3. ibi videatur, quia non attinet nunc ad rem.

Qui possint instituere syndicum.

Secundò notandum, quòd prædictũ syndicum potest nominare, seu instituere, vel potiùs assignare modo infra dicẽdo, Minister Generalis, vel Prouincialis, vel Custos, vel alij fratres, quibus ipsi cõmiserunt, & nõ alij Quòd Minister Generalis, & Prouincialis & Custos id possint, patet expressè ex literis Martini IIII. vt infra proximè habetur: & quòd possint id alijs fratribus cõmittere, patet: quia quod quis potest ex officio, seu cõmissione generali, ratione officij ei facta, seu concessa, maximè per Papam: potest etiam ipse alijs cõmittere, nisi specialiter hoc ei prohibeatur, vt est cõmunis regula Iuristarũ. Et quia Innoc. IIII. in priuil. *Quanto studiosius* fol. 29. ffff. 113. id specialiter cõcessit Ministro Generali & Prouinciali, vt supra per se, vel per alios possint constituere & remouere syndicos, vt ponitur in hoc tit. in cõpendio §. 1. Et quãuis ibi dicat Collector, quòd hoc est reuocatũ per declar. Nicol. III. mihi tamẽ saluo meliori iudicio videtur, quòd non est reuocatũ, sed manet in suo vigore, vt patebit ex dicẽdis infra in 3. pũcto. Et notandũ, quòd alij à prædictis, neq, Guardianus cũ toto suo conuentu possunt assignare, seu instituere syndicũ præfatum sine cõmissione prædicta à Ministro Generali, vel Prouinciali, vel Custode, vt dictum est, quia nullis alijs cõceditur: quòd si secus attẽtaret Guardianus, vel alius, etiam cũ cõuentu, iam talis syndicus staret authoritate ipsorũ fratrum, quorũ etiam authoritate faceret quicquid faceret, sicq; tales fratres reciperent pecuniã per interpositã personam syndici ipsorũ, vel essent proprietarij, vt ait Spec ffff. 7. & 8. Notandũ etiam, quòd prædicti Minister Generalis, & Prouincialis, vel Custos, vel quibus ipsi cõmiserint, possũt etiã sine licentia, aut cõsensu, aut votis conuentus nominare, seu instituere nomine Papæ præfatũ syndicum, quia sic eis cõcedit Papa in priuilegijs proximè ponendis, quamuis vt satisfaciant fratribus & alijs, possunt id de cõsensu cõuentus facere, vt proximè dicetur. Notandum etiam, quòd prædicti, qui possunt syndicos nominare, seu instituere, possũt eos similiter reuocare, & alias personas, seu syndicos subrogare, seu instituere, quoties fuerit opportunũ, simili modo, sicut & primos syndicos instituerunt, & istæ personæ sic subrogatæ, seu nominatæ habent eandẽ potestatem omnino, & sunt syndici, sicut & primæ personæ sunt, aut fuerunt, vt expressè habetur in dictis priuil. infra ponendis.

Tertiò

Tertiò notandum, quòd potest institui, seu nominari, vt sit syndicus quæcumque persona, dum tamen non sit de ordine nostro. Ratio, quia concedit Papa in priuileg. syndicatus. Ideo prout expedierit, potest institui, dummodò aliàs caueatur scandalum, suspicio, & alia cauenda. Et notandum, quòd Papa ibi non exprimit numerum talium syndicorum: ideò videtur forte, quòd ad recipiendum omnes pecunias nomine Papæ, secundum constitutionem Martini V. non potest haberi nisi vnus tantum syndicus principalis, pro quolibet conuentu, quia sic concessit ipse Martinus V. in suis constit. cap. 4. Sed forte etiam possent esse duo, vt innuitur ex cap. Rothomagen. vt paulò inferiùs habetur, & etiam plures: vt habetur in priuileg. Martini IIII. & aliorum Pontificum, concedentium supradictis Prælatis, hoc modo: *Discretioni vestræ concedimus facultatem personas speciales, quæ non sunt de ipso ordine, nominandi pro locorum indigentia singulorum, &c.* vbi videtur Papa concedere tot syndicos pluraliter, aut simul posse institui quot fuerint necessarij pro indigentia singulorum locorum. Item hoc patet in tabul. Capituli Generalis Rothomagens. anno Domini 1516. celebrati, vbi sic habetur: *Declaratur syndicos non posse præter vnum, vel duos audire diuina tempore interdicti in nostris domibus: ideò vltra vnum vel duos, si plures fuerint, suo syndicatu per Prouincialem priuentur.* Hæc ibi. Ex quo patet, quòd saltem duo possunt esse in conuentu, & simul gaudere priuilegijs, & indultis syndicorum, & forte etiam plures ad recipiendum pecuniam, licèt non gaudeant priuileg. & indultis syndicorum, nisi duo tantum, vt dictum est: nam & quoad exercendum alia negotia syndicorum, secundum priuileg. Martini IIII. & aliorum Pontificum non excluduntur alij plures, qui fuerint necessarij, quamuis non gaudeant prædicto priuilegio, pro tempore interdicti, nisi duo tantum. Item facit ad hoc concessio Clem. VII. quam ponit collecta in titulo *Procuratores*, §. 12. vbi cõceduntur quædam indulgẽtiæ vni tantum syndico cuiuslibet conuentus nostri ordinis, & monialium, &c. ergo elicitur inde, quod ad negotia contenta in priuileg. syndicatus possunt esse plures syndici in vno conuentu: quamuis non nisi vnus tantum gaudeat talibus indulgentijs, alioquin non erat necesse, quòd Papa Clemens VII. concederet vni tantum syndico cuiuslibet conuentus, si ibi non nisi vnicus tantum esse posset ad negotia illius conuentus, ergo.

Quis possit nominari syndicus.

Duo syndici pro necessitate conuẽtus possunt institui.

Caput quartum.

Dupliciter potest syndicus instituí.

Quartò notandum, quòd modus instituendi talem syndicum potest esse duplex: nam prædicti Prælati, seu alij, quibus ipsi commiserint, vt dictũ est, possunt ex cõmissione eorum constituere, seu assignare, seu nominare præfatum syndicum, seu syndicos in foro conscientiæ sine notario, sine testibus, & sine alia quacumque solemnitate iuris, & sine consensu conuentus: quia sic Papa concedit, vt dictũ est: potest etiam alio modo fieri, scilicet iuridice, vt sic constare possit in iudicio, si oportuerit: & ad satisfaciendum illis, qui ignorant statum nostrum, & priuilegia circa hoc, vel etiam vt ipsi fratres, pro quorum necessitatibus instituitur, seu nominatur syndicus, maneant contenti, quia & ipsi melius sciunt quis sibi sit expediẽtior. Ideò possunt prędicti Prælati, seu alij, quibus ipsi commiserint, congregatis fratribus habere consilium eorum, & postea ipsi possunt facere suam nominationem syndici coram notario & testibus: & faciat notarius suum instrumentum, seu principium & finem, & signum suum assuetum cum testibus. Attendant tamen semper prædicti Prælati, seu alij, qui de eorum commissione hoc faciunt, quòd non dicant (*Constituo, seu constituimus talem syndicum*) *neque damus ei authoritatem ad hoc vel, &c.* Neque permittant, quòd sic scribat notarius: sed dicant, *Nomino, seu signo, seu assigno, seu assignamus talem personam in præsentia patrum, vel capituli,* vel aliás secundum quod fecerit hoc quis per se solùm, vel simul, vel de speciali commissione Ministri, vel Custodis authoritate bullæ sequentis, vt possit in necessitatibus occurrentibus facere authoritate Apostolica ea omnia, quæ in ipsa bulla infrascripta continentur, & prout ipsa bulla disponit, quæ subsequitur, *Martinus Episcopus, &c. seu Nicolaus Episcopus, &c.* (vt proximè dicetur) & ponatur tota ipsa bulla, & non oportet alia verba multiplicare, hæc ex Specul. fffi. 7. & 8. Sed notandum, quòd quamuis fratres dicant, *Constituimus authoritate Apostolica talem syndicum, seu damus eadem authoritate Apostolica, quantum possumus, facultatem ad hoc, &c.* non ex hoc incurritur culpa, si intendant simpliciter loquendo facere id quod debite possunt facere, & nihil aliud, ac si dixissent, *Nominamus talem syndicum authoritate Apostolica,* quia scilicet ministerialiter authoritate Apostolica nominando talem syndicum constituunt: & facit ad hoc priuileg. Innoc. IIII. fol. 29. vt Collector ponit, vbi expressè concessit facultatem ministris constituendi, vel nominandi syndicos: vnde colligitur, quòd pro eodem ibi accipit

Papa

Papa constituere,& nominare syndicum ad rectum sensum supradictum. Ideò licet pro foro iudiciali, & coram hominibus sit optimum consilium supradictum Speculi, ne dicant fratres, *Constituimus*: tamen si simpliciter dicant cum recta intentione præfata,non est solicitandum nimis de verbis, maximè cũ ipsa verba possint bonum sensum habere,vt dictum est. Et prædictum priuileg.Innoc.III.nõ videtur vbi sit reuocatum, quamuis per alios eius successores sit plenius quoad syndicos prouisum,vt dictum est,& dicetur,vt de hoc Conradus de contractibus,q.33.latè probat,quòd verba parum faciunt in conscientia ad substantiam contractus.

Quintô notandum, quòd tales syndici prædicto modo nominati, seu instituti, stant authoritate Papæ, & Ecclesiæ Romanæ ad faciendum authoritate ipsius Papæ, & Ecclesiæ Romanæ ea omnia,quæ infra in secundo puncto principali dicentur,sicque sunt syndici Papæ,& Ecclesiæ Romanæ, id est, ipsius authoritate constituti, & facientes quæ faciunt, quamuis sint etiam syndici fratrum,vel pro fratribus,id est,ad vtilitatem fratrum,non authoritate fratrum,vt hoc expressè concedẽtes decreuerunt Innoc. III.fol.29.ff. 113. vbi id copiosius habetur: & Martinus V.in priuileg. *Amabiles fructus*,fol.39 & ff. 38. vbi etiam reuocat,quicquid in oppositum dixerat, & prohibuerat reuocando dominus Ioann. XXII. in sua constitutione, quæ incipit, *Ad conditorem canonum*. Et idem Martinus V. in suis constit.quæ dicuntur Martinianæ cap.4.& 5.Et Eugenius III. in priuileg. *Prouisionis nostræ*,fol.40.ff. 38. iterum cõfirmat hæc omnia de syndico.Et Sixtus III.in priuileg. *Dum fructus uberes*, folio 62.ff. 146.prædicta omnia concessit, & confirmauit: quod autem ibidem dixit,scilicet fratres posse instituí hæredes: posteá in priuileg. *Licèt nos*,fol. 22. de conuentualibus tantum esse intelligendum declarauit: & insuper prædicta priuilegia de syndico ibidem roborauit,& hęc sunt priuilegia de syndico. Sicque patet hoc primum punctum principale,scilicet quid sit syndicus,& quis potest eum instituere,& destituere, & quot, & quomodò,vt dictum est latè per omnia.

Nota. *Qui Pontifices concesserint priuilegia ad syndicum instituendum.*

Secundum punctum principale est,quid potest facere,seu ad quæ negotia valet præfatus syndicus prædicto modo institutus. Ad quod dico,quòd potest valere, & habet authoritatem se vtendi re authoritate Apostolica ad quinque.

Ad quæ potest syndicus se vtendi re authoritate Apostolica.

Primo,pro ciuiliter recipiendis nomine Papæ, seu Ecclesiæ Romanæ

Caput quartum.

Romanæ rebus omnibus mobilibus, seu immobilibus oblatis, donatis, concessis, aut in vltima voluntate relictis, modo congruo, honesto, & licito ipsis fratribus.

Secundò, pro vendendo, commutando, distrahendo, & alienando res omnes pertinentes ad dominium Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ, quibus fratres vti possunt, & pro recipiendo, & expẽdendo pretium earum in vtilitates fratrum.

Tertiò, pro recipiendo nomine Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, & iudicialiter repetendo eleemosynas omnes, etiam pecuniarias relictas in testamento, seu legatas, modô licito, & congruo ipsis fratribus.

Quartò, pro experiẽdo in iudicio, seu extra, in omnibus causis, litigijs, actionibusque quibuscumque, quæ continentur, & explicantur in prædictis priuilegijs de syndico agentibus, vt infra etiam hîc explicabuntur in hoc secundo puncto.

Quintò, pro recipiendis nomine Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ, omnibus eleemosynis pecuniarijs quibuscumque, vndecũque, & quomodocumque prouenientibus, & pro eis expendendis in necessitatibus fratrum, & hoc vltimũ habetur concessum solùm in constitut. Martini V. cap. 4. & 5. fol. 233. quæ confirmantur ab eodem Martino in priuileg. *Perugij mort*, fol. 38. ff. 36. vt proximè ponentur in hoc secũdo pũcto. Ista omnia probãtur. Nam pro illis quatuor actibus primo iam dictis, quòd valeat syndicus, patet expressè in supradictis priuilegijs, de syndico, nam in priuil. Martini IIII. *Exultantes*, fol. 46. ff. 129. quod est primum: & solet communiter adduci in hac materia: sic dicitur, *Quòd præfati syndici prædicto modo nominati, seu instituti, possunt administrationem legitimam generalem & liberam gerere, in omnibus infrascriptis: suntque veri legitimi administratores, œconomi, syndici, & actores Ecclesiæ Romanæ, vt præfatas res donatas, oblatas, concessas, vel relictas in testamento ipsis fratribus* (ecce primum) *& earum pretium* (ecce secundum) *& eleemosynas in testamento relictas, modo congruo, & licito ipsis fratribus nomine Ecclesiæ recipiãt, vt ipsi in fratrum necessitatibus, & vtilitatibus, prout eis licet alias ex regula, vel eiusdem regulæ declarationibus conuertant eas, sicut & quando ab ipsis Ministris & Custodibus in suis prouincijs, & Custodijs, vel ab alijs fratribus de eorum assensu fuerint requisiti* (ecce tertium) & agitur hîc de eleemosynis pecuniarijs in testamento, nam de alijs rebus iam in primo actu dictũ est, vt patet, *Qui quidem etiam syndici*, vt ibidem prosequitur, *Habent plenam, liberã, &*

generã-

generalem potestatem authoritate Apostolica, tam in iudicio, quàm extra petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta omnia, transigendi quæque, pacisc endi, conueniendi (adde secundũ priuil. Nicol. IIII. *Religionis fauor*, fol. 23. *Impetrandi literas Apostolicas, vel aliàs iustitiã, vel gratiã continentes in iudices & loca conueniẽdi, recusandi*) sequitur in dicto priuileg. Mart. IIII. *Compromittendi, remittendi, refutandi, quietationẽ agendi defendendi, ac in animas corundẽ de calumnia, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius iuramenti præstandi*, addit Nicol. IIII. vbi supra, *Sententiam, seu sententias definitas, seu interloquutorias audiendi, necnon appellandi, appellationem, seu appellationum causas prosequendi.*

Sequitur ex Martino IIII. *Cum illis & contra illos, qui huiusmodi res mobiles, vel immobiles* (ecce primum) *aut earum pretium,* (ecce secundum) *aut relictas eleemosynas* (*scilicet pecuniarias*, vt dictum est) *fratribus in testamento occuparent, vel violẽter auferrent siue vltra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent* (ecce tertiũ) addit Nic. IIII. vbi supra, *Seu ipsis fratribus in personis, vel rebus aliquas iniurias irrogarent.* Sequitur ex Martino IIII. *Et generaliter in omnibus causis pro omnibus rebus, & locis ad ipsam Romanã Ecclesiã spectãtibus ipsorũ fratrũ vsui concessis* (addit Nic. IIII. vbi supra) *Nec non pro prædictis iniurys & violentijs* Sequitur ex Martino IIII. *Et pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, priuilegijs sine cuiuslibet satisdationis, & cautionis onere.* Hęc in dictis priuilegijs, vbi patet, quòd syndici authoritate Apostolica possunt & valent ad illa quatuor iam dicta negotia, seu actus illos quatuor primo positos. Quòd autẽ talis syndicus etiam possit & valeat ad illud quintum vltimo dictum, scilicet pro recipiendis nomine Papæ omnibus pecunijs patet per constitut. Martini V. c. 4. vbi sic habetur, *Statuimus & ordinamus iuxta declarationem Nicol. III & Clem. V. ac Martini IIII. quòd quilibet conuentus, seu locus habeat suum procuratorem œconomum, syndicum & actorem, cui omnis eleemosyna pecuniaria & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter assignentur, qui easdem dispensare debeat legaliter & fideliter, pro reparatione conuentuum & locorum, ac alys quoque necessitatibus fratrum, pro tempore occurrentibus: & quòd fratres nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant: in omnibus autem ad ea, quæ vltra hoc magis videntur actinere fratres siue ex declarat. Clementis siue ex quacumque alia declaratione summorum Pontificum, vel aliorum quorumcumque Apostolica nobis authoritate commissa misericorditer dispensamus, non astringentes eos propterea, qui voluerint prædictas*

decla-

declarationes ſeruare, quin ſuo voto ſatisfacientes ſeruare valeant & tenere. Hæc ibi, fol. 233. & ibidem cap. 5. habetur ſic, *Merces laboris, ſi pecunia fuerit per ſoluentem, ſtatim aſſignetur procuratori cõuentus ſiue loci.* Hæc ibi. Et notandum, quòd has conſtitutiones fecit pro toto ordine vniendo, & reformando quidam legatus à latere in quodam Capitulo Generali, authoritate ſpeciali domini Martini V. anno Domini 1430. quas & ipſe dominus Martinus V. poſteà confirmauit in priuileg. *Peruigilis more*, fol. 38. ffiſ. 36. Sicque patet hoc ſecundum punctum principale, ſcilicet ad quid valet ſyndicus ſupradictus, ſcilicet ad quinque actus ſupradictos exercendos nomine, & authoritate Papæ, vt dictũ eſt: Nunc reſtat videre, an omnes fratres poſsint vti præfato ſyndico ad omnes quinque actus ſupradictos, an non, pro quo eſt tertium punctum ſubſequens.

Ad quæres poſsint fratres vti ſyndico.

Tertium punctum principale tractat, an omnes fratres poſſint vti ſyndico præfato ad omnes quinque actus ſupradictos, an non: & qui fratres poſſunt vti prædicto ſyndico, ad quos, & quomodó. Et quoad hoc dico primo, quòd quoad primum & ſecundum actum de quinque ſupradictis benè licitum eſt omnibus fratribus Minoribus vti præfato ſyndico. Probatur de

Prima concluſio.

primo actu, quòd ſcilicet omnes fratres poſſunt vti præfato ſyndico, pro ciuiliter recipiendis nomine Papæ, vel Eccleſiæ Romanæ omnibus rebus mobilibus & immobilibus (non pecuniarijs) oblatis, donatis, conceſsis, aut in vltima voluntate relictis, modo congruo, honeſto, & licito ipſis fratribus. Ratio, quia ex quo talibus rebus fratres poſſunt vti, quia non ſunt pecuniariæ (vt ſupponitur) ergo & ipſi fratres poſſunt eas accipere ad ſuũ vſum per ſe: quia non videtur quid obſtet: ergo & ſyndicus, vt procurator rerum Eccleſiæ Romanæ, poteſt eas ciuiliter accipere in dominio Eccleſiæ Romanæ, ſeu nomine Eccleſiæ Romanæ: nam omnes res, quibus fratres vti poſſumus, pertinent ad dominium Romanæ Eccleſiæ, quando dantes aliud in dando non explicant (vt latè habetur cap. 6. quęſtione 2. quod hîc ſupponitur) & in hoc nulla eſt relaxatio, ſeu diſpenſatio, vt patet, ergo.

Item quoad ſecundum actum, quòd ſcilicet licitè poſſumus vti præfato ſyndico, pro vendendo, commutando, etiam mediante pretij æſtimatione, pro diſtrahendo, & quomodolibet alienando res omnes, quibus nos vtimur pertinẽtes ad Papam, ſeu ad Eccleſiã Romanã, & pro recipiendo, & expẽdendo earũ

pretium

pretium in alias nostras necessitates,seu vtilitates secundum regulas & declarationes probatur,quia de rebus suis,seu Ecclesiæ Romanæ, pertinentibus ad dispensationem Papæ potest ipse Papa disponere,quòd tali,vel tali modo aliàs licito tractentur: tales autem sunt omnes res prædictæ,quibus vtimur pertinentes ad Ecclesiam Romanam:ergo potest Papa disponere, quòd per suum syndicum vendantur,commutẽtur,& cætera: quamuis non nisi ad vtilitatem fratrum,& potest apponere modum, quem voluerit in re sua,aut sibi commissa,quòd scilicet sic, vel sic distrahatur,vel alienetur ex tali causa,seu quando nobis fuerit vtile,seu quando nos suo syndico dixerimus: quòdque similiter de earum pretio,nomine, & authoritate Papæ nobis prouideat suus syndicus,sicut & quando nos voluerimus aliás licite. Ista omnia patent,tam ratione naturali, quàm humana, seu ciuili,& possent ad id multa iura allegari, quæ breuitatis amore,tanquàm non necessaria omittuntur. Item quia dominus Nicol.III.in sua declar.artic.3.§.*Quia verò dominum*, id expressè declarat & concedit,tanquàm licitum:& de tali syndico nobis dando per sedem Apostolicam,seu protectorẽ ordinis ad prędictas res commutandum,vendendum, seu distrahendum, ibi loquebatur, & forte morte præuentus,seu alia de causa ipse hõ prouidit,vt intendebat prouidere de tali syndico in generali, pro toto ordine: sed vel ipse, vel protector ordinis in casibus particularibus,quando opus erat,& quando ad eum fratres recurrebant,assignabat aliquem procuratorem, qui hæc faceret nomine Ecclesiæ Romanæ:sicut Specul.ffff. 9. refert se vidisse in quodam conuentu antiquo, quandam authoritatem protectoris super hoc concessam cuidam Guardiano,seu Ministro, vt nominaret aliquem syndicum,qui nomine,& authoritate Ecclesiæ Romanæ venderet,seu distraheret res prædictas,vtpotè asinum vel mulum,quo fratres vsi fuerant,& iam senuerat, vt sic de eius pretio emeretur aliud opportunum: tunc enim Prælati forte non habebant hanc authoritatem nominandi syndicum, sed postea Martinus IIII. & alij Pontifices prouiderunt circa hoc,generaliter dando authoritatem Prælatis supradictis nominandi syndicum, vt supradictum est, vt fratres quietius viuerẽt,vt patet in narratione ipsorum priuileg. seu bullarum prædictarum de syndico:vel dico,quòd hoc modo concesserat Innoc.IIII.fol.29.& ff.113.Ministris posse constituere syndicum ad distrahendũ res pertinentes ad Papam,vt dictũ est, quamuis

posteà

Habere syndicũ est vtilius, & securius a regulam pure obseruandã.

postea alij successores plenius prouiderunt, vt supra habetur. Et illo modo vti syndico prædicto ait Specul. vbi supra, quod est pure regulam obseruare, & talem ad hoc non habere, est se periculo committere: nam vix reperitur aliquis conuẽtus, qui non indigeat aliquid vendere, distrahere, vel alienare, vt renouetur, vel vt superfluum tollatur, & aliud necessarium acquiratur de eius pretio.

Si dicas vendemus nos, & accipiet pretium aliquis alius amicus spiritualis, sicque non erit opus syndico ad hoc. Respõdeo, quòd hoc non potest licitè fieri, quia tunc ille amicus spiritualis faceret hoc authoritate fratrum illum interponentium, sicque esset eorum interposita persona: nam non potest poni talis interposita persona ab illo, cui res ipsa venditur, vel à quo pretium recipit ipse amicus spiritualis: quia talis res, qua venditur, seu pretium eius, non est iam sub dominio ipsius emẽtis, sed Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ. Ideò ex quo dominus Papa, pro prædictis rebus suis pertinentibus ad suum dominium, eam nominauit suum syndicum: ergo per ipsum, & non per aliũ potest fieri prædicta venditio, seu alienatio, & pretij receptio, & expensio in alias necessitates, vt dictum est. Si enim res ipsæ pertinerent ad dominium alterius, tunc eius authoritate per alium, vt ipse vellet, debent prædicta fieri, vt habetur infra cap. 6. q. 3. & q. 4. ergo licitũ est, & secundum regulę puritatem, & declarationem Nicol. III & Clem. V. vti prafato syndico ad prædicta duo iam declarata.

Secunda cõclusio. Ad recipiẽdum omnia legata pecuniaria, sine nõ pecuniaria, possunt omnes fratres Minores vti syndico.

Item quoad tertium actum, scilicet pro recipiendo nomine Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ omnia legata, & pecuniaria, & nõ pecuniaria, quæcumq; in testamento relicta ipsis fratribus modo alias licito, & congruo secundum regulam. Similiter & pro repetendo ipsa legata in iudicio, & extra nomine Ecclesiæ: dico ergo, quod ad hoc possunt omnes fratres Minores vti prafato syndico, dummodo alias non interueniat scandalum, neq; ipsi fratres assistant ipsis litigijs, aut iudicialibus actibus: neque ipsi sint, aut videantur esse principales actores huius iudicialis repetitionis legatorum, dummodò omnis alia circunstantia vitians omnino caueatur: sed solùm fratres possunt notificare ipsi syndico, quòd non est ei satisfactum de tali legato ipsis facto, & hortari eum, quòd ipse syndicus authoritate sibi concessa nomine Ecclesiæ Romanæ id petat iudicialiter, vel non iudicialiter, vt visum fuerit opportunũ, sicut ex suo officio syndicatus

potest

potest facere,& hoc si fratres indigeant tali legato ; etsi expedit eis sic fieri per syndicum: quòd si ipsi non egent, aut si non expedit eis,& suæ famæ,aut æstimationi apud populum. quòd tale legatum recipiatur,aut petatur tali modo, tunc possunt,& debent impedire syndicum, ne id recipiat, aut petat illo modo pro eis. Et syndicus non potest se intromittere, nisi quantum fuerit requisitus per ipsos fratres, vt habetur in bulla syndicatus Martini IIII. &c. vt supra. Quòd autem in prædicto casu sic declarato,& limitato,liceat vti præfato syndico,patet: quia non videtur,quòd sit contra præceptum de pecunia vllo modo,neque contra paupertatem: nam ex quotidianis legatis licitè nobis factis non pertinent iam ad ipsum legantem, qui mortuus est,neque ad hæredes, quia non ipsis,sed nobis specialiter, vt supponitur,facta sunt: cuius dominij nos sumus incapaces, ergo iam eius dominium,vel saltem dispensatio, seu dispositio pertinet ad Ecclesiam Romanam,sicut & dominium ; seu dispositio rerum à nobis vtibilium ; seu sicut dispositio legatorum ad pias causas. Potest ergò Papa de tali legato disponere per suum procuratorem, seu syndicum, quomodò recipiatur, vel repetatur etiam iudicialiter, & quomodò expendatur in eas necessitates ; pro quibus relictum est,vel in alias,vt expedierit ad requisitionem nostram, seu cum alia limitatione, seu conditione apposita per Papa n. Quòd si nos recurrimus ad syndicum Papæ eo modo & animo, quò ipse Papa disponit,& habendo nos cum ipso eius syndico, sicut & quomodò cum procuratore domini ipsius legati, vt Papa dominus ipsius legati disponit, certè non videtur,ex qua parte sit peccatum, aut illicitum nobis vti syndico modo prædicto, quoad id, vt patet discurrendo per omnia præcepta,limitationesque, & cõditiones pecuniæ,& paupertatis: ergo sine vlla dispensatione relaxatiua regulæ fratres possunt vti præfato syndico modo prædicto,seu cum his limitationibus,quoad hunc tertium actũ, vel saltem in hoc non est nisi valde modica,& rationabilis dispensatio. Et quidẽ hoc videtur innui,& concedi per ipsum Nicol. IIII. in sua declaratione art. 3 §. *Ad hæc* vbi de legatis agens postquàm ibi præcepti, quòd tam hæredes, quàm executores, quàm alij, seu alij Prælati ex officio suo diligenter faciant, quòd dicta legata soluantur,& impleantur piæ voluntates defunctorum. tandem addit dicens sic (*Nam & nos etiam per nostros litteras, & fratrum regulæ congruos intendimus prouidere,*

quòd

quòd nec pia defunctorum destinatur intentio, & hæredum cupiditas legitimas actibus seriatur, ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur: hæc ibi) ex quibus verbis apparet, quòd intendebat prouidere de syndico, aut alio procuratore, qui nomine Ecclesiæ Romanæ peteret talia legata, vt dictũ est, quòdque talis modus est licitus nobis, quod ipse Nicol. III. non fecit morte prœuentus, aut aliàs præpeditus, & ideò, vt ait Specul. flff. 8. Martinus IIII. in sua bulla de syndico, & alij successores supradicti circa hoc prouiderunt & fecerunt, quod Nicol. III. circa hoc agere intendebat, vt dictum est. Item hoc patet, quia ipse Mart IIII. in prædicta bulla, & Nicol. IIII. & alij in suis bullis prafatis de syndico expresse dicunt in narratione, quòd per hanc ipsorum prouisionem de syndico dantur remedia opportuna, per quę nostri ordinis pura obseruantia in suo vigore seruetur. & idem dictus Martinus V. in sua bulla fol. 40. de hoc syndico agens ad prædicta addit dicens, quòd tali syndico in prædictis libere, & licite vti valeamus. Ergo quamuis Specul. ffff. 8. in fine ipsius flff. videatur dicere oppositũ, quòd scilicet, qui vtuntur syndico hoc modo vtuntur illo dispensatiuè contra regulam, & contra declarat. N. col. III. & idem videtur dicere, & tenere Collector compendij in hoc tit. *Procuratores* post §. & tit. *Hæreditas* in fin. fol 75. ibidem. Nos tamen saluo meliori iudicio, dicamus, quòd benè est nobis licitum, neque est contra regulam, aut declarationes, si vtamur syndico modo prædicto, quoad legata omnia, dummodò id fiat cum limitationibus supradictis, & cum circunstantijs debitis, vt dictum est. Et quamuis sit purius non vti tali syndico, nõ tamen inde sequitur, quòd vti syndico sit impurum, sed potius sequitur, quod sit sufficienter purum & licitum, quamuis non sit purius: comparatiuum enim præsupponit suum positiuum, sicut melius præsupponit bonum. Et quidem sicut procurator nomine aut authoritate populi, & iudex ex suo officio id facere potest? quare non æquè licite id fiet per syndicum nomine Papæ, seruatis supradictis limitationibus: quamuis omnes id faciant ad requisitionem, seu denunciationem fratrum, & ad ipsorum vtilitatem, vt dictũ est: ergo in hoc vel nulla est dispensatio relaxatiua, vel saltem modica, & valde rationabilis: vt Pontifices prędicti in suis bullis supradictis decernunt.



Vti syndico ad legata recipienda nõ est seruare regulã cum dispensatione, neq; deflectere ab eius paritate.

Tertia conclusio.

Item quoad quartum actum, scilicet pro litigando iudicialiter, seu experiendo in iudicio, pro omnibus causis alijs, &c.

dico

dico ergo, saluo meliori iudicio, quòd pro rebus omnibus quibuscumque pertinentibus ad Ecclesiam Romanam, bene possunt fratres vti præfato syndico, vt scilicet nomine, & authoritate, non fratrum, sed Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ appareat in iudicio petens, & faciens ea omnia, quæ in prædictis priuilegijs syndicatus continentur quoad hæc: dummodò vere caueatur, quod fratres, neque sint, neque esse videantur principales actores, neque assistant talibus litigijs, aut iudicijs, & dummodò omnis alia circunstantia quomodolibet vitians & scandalum omnino caueatur, vt dictum est de tertio actu præcedente. Ratio, quia Papa potest de suis rebus disponere, quomodò per suum syndicum tractentur, & repetantur ad requisitionem fratrum nomine Papæ. Et quia sic licitum decernitur à Papa in prædictis bullis, &c. vt istæ rationes sunt latius explicatæ paulò superius, vbi de tertio actu dictum est, scilicet, an ad repetendum legata liceat nobis vti syndico: & est in hoc modica, & rationabilis dispensatio, vt dictum est. Pro iniurijs autem personalibus (vt concedit Nicol. IIII. folio vigesimotertio) patet, quòd non est contra regulam vllo modo, ex quo de interesse rerum temporalium non agitur: ideò possunt fratres vti syndico ad id, dummodo absit libido vindictæ, & scandalum, & omnis alia circunstantia aliunde vitians. Pro iuribus autem, aut priuilegijs nostris defendendis, dic, quòd non possumus vti syndico: quia nullum ius, aut priuilegium quoad temporalia, nobis competere potest ex regula, vt infra cap. 6. quæstione 8. latiùs habetur. Sed pro iuribus Ecclesiæ Romanæ, & eius priuilegijs, benè potest syndicus cum limitationibus supradictis agere, & non aliàs vllo modo.

Tro rebus omnibus pertinentibus ad Ecclesiã Romanam possunt fratres omnes syndicare.

Quòd verò ad hæc opponatur tabul. 21. Vicarij Generalis, vbi anno Domini 1505. in Capitulo Generali Lauali statutum legitur, *Deponantur Guardiani, & pœna proprietarij puniantur, qui ratione alicuius cuiuscumque, seu aliorum bonorum temporalium fecerint excommunicari ad iudicij, seu vexari quoscumque sæculares. Si dum verò, qui tales processerint, pœna proprietarij puniantur, & excommunicationes subtiliter cape antur.* Hæc ibi. Ex quo videtur, quod non liceat syndicum alicui iuditer petere, aut litigare, pro temporalibus, cuius oppositum dictum est.

Obiectio.

Respondeo, quòd hoc est verum, quando ipsi fratres essent, aut esse viderentur principales actores, & litigatores ad hæc

Dissoluitur.

litigia, tanquàm ius suum, vel rem suam procurantes per syndicum, aut quando inde scandalum probabiliter speraretur, aut sequeretur, qui tunc non possent vti syndico, vt supra iam limitatum est & sic loquitur, & intelligitur prædictum Capitulum Generale, de fratribus qui fecerint excõmunicari aliquem, &c quales etiam sunt aliquando aliqui, qui, vel extra iudicium instigant iudices ipsos, vt capiant, vel vexent ipsi quasi ex officio suo aliquos sæculares debitores aliquarum rerum, vel qui etiam personaliter in iudicio insistunt, & solicitant sua negotia, pro rebus temporalibus simul cum syndico, & huiusmodi illicita cum scandalo committunt: quanto magis, quòd in dicto Capitulo Generali non prohibetur iudicialiter agere per syndicum: sed quòd non faciant excommunicari, incarcerari, vel vexari aliquem. Idcò non repugnat supradictis: & multi sunt fratres, seu multæ prouinciæ cismontanæ, quæ nullo modo in suis statutis Prouincialibus volunt acceptare hoc priuilegium syndici ad hoc, statuentes insuper, quòd nullo modo per syndicum in iudicio aliquid petatur, seu litigetur, & tamen in facto faciunt illicite per syndicum, sine concessione Papæ, id quod cum concessione Papæ prædicta, si eam acceptarent, licitè facere possent, vt dictum est: nam licitum est vti syndico prafato ad prædicta, cum limitationibus supradictis; ita quod nullo modo appareat, quòd nomine, aut instigatione fratrum principaliter id fit & de hoc syndico, hoc modo vtendo nil prohibet præfatum statutum Capituli Generalis, vt patet: quia de syndico nulla mentio ibi fit, sed vt dictum est, intelligitur præfata prohibitio.

Quarta cõclusio. Fratres vltramontani licitè possũt vti syndico ad petendas, siue alia regulæ dispensationes, quod non solum est vtile,

Item quoad quintum actum, scilicet quoad assignandas, seu deponendas omnes eleemosynas pecuniarias apud syndicum, secũdum constitutionẽ Martini V. dico ergo quoad hoc, quòd patres vltramontani, vtpote Italici & eiusmodi, possunt licitè vti, sicut & de facto vtuntur syndico ad id: quamuis in hoc vtãtur dispensatione relaxatiua regulæ, & declarationum Nicol. III. & Clem. V. sed certè talis dispensatio bene est tolerabilis & rationabilis: quòd autem in hoc sit dispensatio relaxatiua, proximè patebit in quarto puncto principali. Quòd autem talis dispensatio sit rationabilis & licita, patet primo, quia est causa aliqualis ad præfatam dispensationem, scilicet fragilitas hominum indies magis à debito feruore charitatis declinantiũ in omni fere statu hominum: & ex parte sæcularium est non

tanta

tanta fidelitas in pecunia depositata eroganda ad necessitates fratrum statim, vt oportet; vnde sequuntur discursus, & inquietudines multiplices fratrum, ideò ad prouidendum quieti, & discursibus fratrum, fuit causa rationabilis aliqualiter ad talem dispensationem licitam. Alioquin si non esset rationabilis & licita, certè non sic institueretur generaliter, tanquàm constitutio honesta & salubris, pro toto ordine reformando, & pro regula obseruanda, vt expressè dicitur in prologo ipsarum constitutionum, & in ipsa bulla Martini V. *Peruigilis mare*, folio 38. ipsas constitutiones confirmante, tanquàm honestas salubresque, pro toto ordine vniendo & reformando; etiamsi sit dispensatiue, vt dictum est. Et certè, ex quo Papa dicit dispensationem talem esse salubrem & honestam, & per consequens rationabilem, iam non est dubitandum de opposito, quamuis sit purius & honestius non vti tali dispensatione: & hic supponitur, sicut & ita est, quod Papa potest dispensare in votis, existente aliqua causa rationabili ad id, scilicet ad dispensandum; etiam relaxando aliquid de obligatione voti, vt est communis doctrina Theologorum, vt habetur infra cap. 10. q. 4. Supponitur etiam, quòd Papa & legatus ille, qui authoritate Papæ fecit, & confirmauit illas constitutiones, habuit sufficientem notitiam causæ, & obligationis regulæ, & declarationum circa hoc, vt patet ex regula ipsarum constitutionum: quôdque eo ipso, quòd sic dispensauit, & constituit iam ipso facto censuit, & iudicauit causam, & dispensationem esse rationabilem & licitã. Prædicta omnia patent, secundum communem doctrinam in materia de dispensationibus, ergo.

Item secundò probatur, quòd talis dispensatio, seu constitutio sit licita illis vltramontanis, quia oppositum dicere esset damnare omnes patres Italos, & eiusmodi vltramõtanos tot annos viuentes, & vtentes tali dispensatione. Similiter & matrem Ecclesiam Romanam id constituentem, seu approbantẽ, & fouentem, & non prohibentem, vel non docentem, neq; vllo modo prædicantem eos cauere teneri à tali dispensatione, si esset illicita: esset inquam eam arguere impietatis, & negligẽtiæ circa suos filios, eorumque salutem, quod non est dicendum, ergo.

Item tertiò idẽ probatur, quia ibi non omnino dispẽsatur circa substantiam principalem prohibitionis pecuniæ, sed circa aliquas circumstantias, seu conditiones, ad quas tenebantur fratres ad puram, perfectamq; huius prohibitionis obseruantiam,

lius sed etiã omnino necessitate posita quãdo Generali Romæ celebrato anno Domini 1600. ab vltimate Apostolicæ constitutionis est, vt denuntiã pecuniæ, siue liberaliter, siue cũ onere fratribus oblatæ penes Romanum Pontificem remaneat: iuxta declarationem Martini & Tij 1111. videatur fr Manuel Rodriguez tom. 2. qq. Reg. q. 37 art. 4.

secundum declarationem Nicol. III. sicque nõ est totalis dispensatio, seu relaxatio præcepti, sed relaxatio aliquarum circunstantiarum, vt patebit in quarto puncto principali, & id ex aliqua causa, vt dictum est.

Item quarto idem probatur, quia in lib. Firmamenta trium ordinum tract. 4. fol. 258. late defenditur, tanquàm licita talis dispensatio in vendo syndico secundum præfatas constitutiones Martini V. & secundum priuilegia supradicta, quod omnes alios astat, vt dictum est: ergo licitum est vltramontanis.

Dubium. Sed quid de nobis citramontanis, Hispanis, Gallis, Germanis, & cæteris? Possumus ne nos etiam in foro externo & tuto in conscientia licite vti tali syndico ad hoc, secundum constitutionem Martini V. sicut & ipsi patres vltramontani? Respondere, dubium videtur. Nam Specul. tit. 8. & 9. & Collector compendij in hoc tit. & 9. 8. & alij tenent, quod non possumus, neque est nobis licitum. Et ratio eorum est, quia nobis est nonta nus est prohibitũ per nostra Capitula Generalia vti tali constitutione dispensatum: quia nec eam acceptauimus, nam licet illæ constitutiones Martini V. sint factæ pro toto ordine, tamẽ solum patres vltramontani eas pro seipsis acceptauerũt, & secundum eas de facto viuunt, nos autem cismontani minime. Ideò pro nobis sunt aliæ constitutiones generales, quæ dicuntur Barchinon. & postea fuerunt aliæ Burgens. & postea in Capitulo Generali Tolosano, anno Domini 1532. sunt statuta Barchinonensia reualidata, restituta & confirmata, cæteris omnibus reiectis. In quibus statutis generalibus habetur, quòd omnino seruentur declarationes Nicolai III. & Clem. V. maximè circa pecuniam: & idem habetur sæpius statutum in alijs Capitulis Generalibus cismontanis, vt patet in tabul. 9. & 18. Vicarij Generalis, quò scilicet, quoad pecuniam præcipuè seruentur declarat. Nicolai III & Clem. V & sic propter hoc dicunt illi, quod talis dispensatio constitutionis Martini V. nõ est acceptata, neque valet pro nobis cismontanis.

† Sed certe licet ita fuerit quondã in viridi obseruantia practicatum & constitutum, tamen iam nunc communiter practicata consuetudo, quæ est optima interpres legum humanarum, videtur in oppositum, & videtur derogare, saltem in parte, quoad hoc de syndico, prædicta & omnia alia eiusmodi statuta prohibentia, ne nos cismontani vteremur tali syndico, &

† *Transcismontani habentes priuilegio Martini V. quod syndicum, sicut & vltramontani.*

tali

tali dispensatione, sicut & vltramontani. Nunc autem leges nõ habent robur, quando moribus vtentium non approbantur, vel non confirmãtur, ergo. Immò, & posteà in multis Capitulis Generalibus est cõcessum nobis cismõtanis, vti prędicto syndico, secundum præfatas constitutiones, & dispensationem Martini V. sicut & vtuntur vltramontani, vt patet in tab. Capituli Generalis Burdegalen. anno Domini 1510. celebrati, vbi sic habetur. *Declaratur, quòd in solutionibus faciendis ex vino & blado, alijsq; rebus quæstuatis, pro fratrum necessitatibus omnia per procuratores sedis Apostolicæ, & non per fratres erogari debeant.* Hæc ibi. Vbi patet, quòd cùm talis res quæstuata ad soluendum de ea aliud necessarium, ipsam distrahendo vel commutando sit pecunia: ergo conceditur, quòd per syndicum Papæ secundum constitut. Martini V. pecunia recipiatur & tractetur. Item Leo X. fol. 23. in priuil. *Exponi nobis*, hoc idem toti ordini concessit, vt latius habetur de hoc infra in annotationibus cõpendij, tit. *Commutare*, super §. 3. fol. 222. Quod priuilegiũ non potest tolli per superiores, nisi ad hoc habeant auctoritatem Papæ, vt habetur in eisdem annotationibus cõpendij, tit. *Absolutio ordinis quoad fratres*, §. 7. fol. 214. & tit. *Accedere*, super §. 13. fol. 218. annotatũ est. Item in tab. Capituli Generalis Carpens. anno Dñi 1521. celebrati, habetur sic. *Nullus frater deponat, seu deponi faciat aut detineri aliquã eleemosynã pecuniariã, seu pecuniã in manu procuratoris sine licẽtia sui Guardiani, & pro necessitate imminẽti sub pœna proprietary.* Hæc ibi. Ex quo patet, quòd de licẽtia Guardiani est licitus cuiq; vsus syndicorum, pro deponendis pecunijs apud eos, secundum constitut. Mart. V. vt dictũ est. Item in tab. eiusdem Capituli Generalis iterum habetur ordinatũ, quòd omnes contribuentes, vel eleemosynam facere volẽtes, mittantur ad procuratores. Hæc ibi. Ex quo patet expressè, quòd iam acceptatur prædicta dispensatio, vt ea vtamur. sicut & patres vltramõtani. Item in constitutionibus generalibus Burgens. anno Domini 1523. editis habetur in 3. cap. sic, scilicet, *Inhibetur, ne aliquis frater deponi faciat vel permittat aliquam pecuniariam eleemosynam in cellis, ve confessorijs, aut alijs locis: sed eleemosynam facere volentes, vadant, vel mittant ad procuratorem, vel substitutum.* Hæc ibi. Ex quibus statutis licèt nunc non valeant ad obligandum ad eorum obseruantiam, tamen valent ad arguendum inde, quòd iam vbique est in vsu acceptata præfata dispensatio syndicorum, tam citra, quàm vltra montes, vt dictum est.

Ad ſecurã regulæ obſeruantiam in hoc puncto, quòd non eſt mortale peccatum vti ſyndico ſecundum præfatam dispenſationem, quamuis forte ſit aliquando, ſeu alicubi veniale peccatum, vbi non eſt tam rationabilis cauſa, ſicut requiritur ad vtendum ipſa dispenſatione.

Igitur ſaluo meliori iudicio, dicẽdum videtur, quòd nos iam citra montanos poſſumus in vtroque foro vti prædicta dispenſatione, quoad ſyndicum ſecundum conſtitut. Martini V. ſicut & patres vltramontani, dum modo in his partibus cismontanis ſit talis cauſa rationabilis ad vtendam tali dispenſatione, ſicut eſt, aut fuit in vltramontanis. Et eo modo, quo eſt in conſuetudine practicata in ſingulis prouincijs cismontanis reſpectiuè. Patet primum, quòd ſcilicet iam in vtroque foro poſſumus vti ſyndico, &c. quia illa dispenſatio nem non eſt nobis prohibita, vt probatum eſt per Capitula Generalia, quãuis olim fuerit prohibita nobis per alia Capitula Generalia: & eſt in ſe licita, & rationabilis talis dispenſatio, quoad nos cismontanos, ſicut & quoad vltramontanos, pro quibus omnibus eſt facta, vt ſupra probatum eſt, loquendo de vltramontanis, ergo. Dicitur dũmodò in his partibus cismontanis ſit talis cauſa rationabilis, &c. quod ideò dico, quia ſi nõ ſit talis cauſa ad vtendũ tali dispẽſatione, iam nõ erit cauſa rationabilis, nec licita in foro conſcientiæ dispẽſatio hæc, quoad illos in quibus nõ eſt talis cauſa. Sed credo, quòd generaliter iã eſt ſimilis cauſa in omnibus, quãuis in aliquibus magis, in aliquibus minus vrgẽs, ex fragilitate, & tepiditate ipſorũ fratrũ, & ſæcularium: ideò generaliter eſt cauſa ad vtendum tali dispenſatione: ita quòd non eſt mortale peccatum in vtendo ſyndico ſecundum præfatam dispenſationem, quamuis forte ſit aliquando, ſeu alicubi veniale peccatum, vbi non eſt tam rationabilis cauſa, ſicut requiritur ad vtendum ipſa dispenſatione. Et propterhoc tandem addidi aliam limitationem dicens, & eo modo, quo eſt in conſuetudine, &c. quod ideò dico, quia in aliquibus prouincijs, vbi non eſt tanta neceſsitas, *ſeu cauſa*, non ſic abſolutè habetur vſus prædicti ſyndici ſecundum ipſam totam dispenſationem, ſicut habetur in vltramontanis; ſed ex parte vtuntur illa dispenſatione, & ex parte non: nam in aliquibus prouincijs habetur vſus prædicti ſyndici hoc modo dũtaxat, quòd ſcilicet ſemper mittunt ad ſyndicum omnem pecuniam, quando non vident ſuntes oppoſitam velle, ſeu quando non præſumunt de oppoſita voluntate dantium, & apud ſyndicum de hoc præſtructum ſtat talis pecunia pro dante, id eſt, pertinet ad dominium dantis, ſi dans eſt viuus. Nam de pecunia legata dictum eſt ſupra, quòd eius dispenſatio, vel dominium pertinet ad Papam) & cum ipſo ſyndico ſe habent in reliquis omnibus, & in pecuniæ expenſione, ſicut & patres vltramon-

tramontani, secundum constitut. Martini V. & secundū priuil. Martini de syndico. Alij autem omnino vtuntur syndico mittentes omnem pecuniam ad eum, vt nomine Papæ ipsam teneat & expendat, etiam contradicente ipso dante, postquàm iam eam syndico dedit, vt in 4. pūcto proxime sequēti dicetur.

Quartum punctum principale est videre circa quæ, aut in quibus sunt dispensati, & relaxati patres vltramontani, & alij vtentes syndico, illo quinto modo proximè dicto, secundum constitut. Martini V. & ad hoc dico, quòd sunt dispensati in tribus. Primo, quia talis pecunia deponitur, ltat & expenditur; & tractatur nomine, & authoritate, non quidem dantis neque fratrum, sed nomine & authoritate Apostolica, seu Romanæ Ecclesiæ, cuius est ille syndicus, ita quod postquàm semel ipse dans prædictam pecuniam dederit syndico, iam non potent illam reuocare, neque potest quid facere circa illam, quia iam non est sua, nisi ipse, quādo eam dabat, seu ante expresè dixisset, quòd volebat retinere dominium illius, donec esset expensa, quod vix, vel nunquàm fit, vt hoc habetur in Specul. tit. 8. &c. & hoc patet etiam in ipsis constitut. Martini V. cap. 4. vbi dicitur, quod talis syndicus recipiat, & expendat prædictam pecuniam, secundum ordinationem Martini IIII. in suo priuileg. de syndico agente. Nunc autem in prædicto priuileg. seu bulla syndicatus habetur, quòd nomine Ecclesiæ Romanæ recipit, tenet, tractat, & expendit syndicus ea, quæ ipse, vt syndicus Papæ recipit & tractat, vt patet ex dictis supra in 2. puncto: ergo vel dominium talis pecuniæ pertinet ad sedem Apostolicā, vel saltem eius dispensatio, dispositio, seu administratio. Potest enim Papa præfigere legem dantibus suas res, quomodo dent illas, & quomodò disponantur & tractentur, & expendantur: etiamsi eorum dominium non pertineat ad Papam, sed ad ipsos dantes (vt patet in materia de donationibus, & alijs contractibus, & est videre apud summistas.) Sicque patet, quòd Papa disponit quoad omnem pecuniam, pro nostris necessitatibus apud syndicum Papæ deponendam, secundum constitut. Martini V. vt dictum est: & in hoc sunt primo dispēsati, quia syndico vtuntur secundum præfatas constitutiones. *In quibus rebus sint dispensati, qui syndico vtuntur.*

Secundo, & sequitur ex primo, sunt dispensati in hoc, scilicet, quòd statim quod ipsis fratribus offertur pecunia, possunt dicere ipsi danti quicumque sit, Detis illam syndico Papæ, qui nomine & authoritate illius tenebit, tractabit & expendet in

nostras necessitates: & ille dans si vult, potest eam sic syndico dare, sicque per hanc dispensationem iam non obligantur fratres prius petere, aut requirere voluntatem dantis secundū declarat. Nicol. III. vt supra cap. 1. q. 8. in 4. conditione latè dictū est, de hac conditione Neque obligantur ad faciendam protestationem, de qua ibidem quæst. 8. conditione 5. habetur. Neque obligantur ad petendam licentiam ad subrogandam: de qua etiam ibidem in 6. conditione habetur. Sed in his omnibus, & aliis inde sequentibus, omnino possunt fratres cum ipso syndico facere, & se habere, sicut & cum ipsomet dante facere possent: quia talis syndicus stat authoritate Papæ, pro his omnibus, tanquàm Papæ procurator ad vtilitatem fratrum. Papa enim in his omnibus vendicauit sibi nomen, & authoritatem dantium, & contulit suo syndico circa pecuniam prædictam, vt patet in constitut. Martini V. & in bulla Martini IIII. de syndico: & concordat Specul. lib. 8.

Tertio sunt dispensati in hoc, scilicet, quòd syndicus non potest ad libitum suum expendere eam, nisi quando à Ministro Prouinciali, vel Custode, vel ab alijs fratribus de illorū Prælatorū consensu fuerit requisitus (vt expresse habetur in prædicta bulla Martini IIII. de syndico, vt supra 2. pūcto habetur ad literam) quia & sic statutum est in constit. Martini V. quòd scilicet secundum literas prædictas Martini IIII. syndicus accipiat, & legaliter, & fideliter tales pecunias expendat. In prædictis autem literis Martini IIII. habetur, quod syndicus eas expendat, sicut & quando fuerint requisitus, vt dictum est, ergo. Et nota illas particulas, *Sicut*, & *quando* Nam ex his patet, quòd fratres vtentes syndico tali quoad hoc, secūdum præfatas constit. Martini V. sunt dispensati, in hoc scilicet, quòd aliquomodò possunt habere aliqualē dispensationem, seu dispositionem, seu administrationem pecuniæ prædictæ apud syndicū depositæ: ex quo eis conceditur, quòd sicut & quando ipsi voluerint, syndicus eam expēdat, & prouideat eis de illa pecunia: & in hoc est quædam dispensatio magna quidē & relaxatiua, sed vt suprà dictū est, nō est irrationabilis; nam si fratres deberēt solicitari in procurādo expēdat, sicut & quando fuerint à fratribus requisit', nullā

Ego hāc dispensationem, neq; magnam, neq; relaxatiuam nam quādo Pōtifex statuit, quòd syndicus pecuniā expēdat, sicut & quando fuerint à fratribus requisit', nullā illis

circa

circa dispositionem ipsius pecuniæ, quæ nomine, & authoritate Papæ apud syndicum deposita est, sicque per hanc dispensationem iam non tenentur fratres ad cauendum a dispositione, seu dispensatione pecuniæ prædictæ expendendæ, vt dicebatur supra cap. 4. q. 8. conditione 7. & q. 9. &c. Sed possunt aliqualiter disponere, quomodò & quando in suis necessitatibus expendatur talis pecunia apud syndicum deposita, quamuis Nicol. III. & Clem V. aliud decreuerint. His ergo tribus casibus exceptis, in quibus fratres vtentes syndico, secundum præfatas constitutiones Martini V. sunt dispensati, & in alijs inde requisitis, seu ipsis necessariò annexis, quoad omnia alia tenentur omnes fratres seruare modificationes circa pecuniam, secundò Nicol. III & Clem. V. de quibus supra in quæst. præcedentibus in hoc cap. 4. latè dictum est.

illis circa pecuniam authoritatem tribuit, sed sol' obuiare vult denariorum, ne grauamina fratribus, vel scandala oriantur ex depositis apud syndicum, propterea dictum authoritatem non dispensare.

Quintum punctum principale continet resolutionem breuem omnium prædictorum in tota hac quæstione: Resolutio ergo breuis huius materiæ de syndico est. Quòd syndicus est is, qui authoritate Papæ institutus est ad exercendum aliquos, seu omnes quinque actus ei conuenientes, secundum bullam, & constitutiones syndicatus. Et potest instituere tam ab eis quàm a Ministro Generali, vel Prouinciali, vel Custode, vel habente commissionem ab eis: & potest mutari, & deputari, & alius subrogari per eosdem, quoties fuerit opportunum: & potest dupliciter institui, scilicet pro foro conscientiæ, & pro foro iudiciali iuris ac: & pro recipiendis pecunijs non in Papæ, secundum constit. Martini V. potest pro quolibet contentu esse syndicus. Pro alijs autem quatuor actibus contentis in bulla syndicatus Martini IIII. possunt esse pro quolibet contentu tot syndici, quot fuerint necessarij. Sed regulariter non habetur nisi vnus, aut alius, & sic duo habentur tantum regulariter. vnus secundum constitutionem Martini V. ad pecunias, alius secundum priuileg. Martini IIII. ad omnia alia contenta, secundum Capitulum Generale Rothomag. vt hæc omnia habētur supra in 1. puncto. Patet secūdo, quòd Præfatus syndicus potest facere, & valet nobis ad quinque actus, quorū quatuor cōtinentur in bulla syndicatus Martini IIII. & aliorū, quintus autē scilicet, pro recipiēdis nomine Papæ omnibus pecunijs habetur, & cōceditur in const. Martini V. c. 4. & 5. vt de his latè supra in 2. pūcto dictū est. Patet tertio, quod omnes fratres possūt vti præfato syndico ad duos primos actus de illis quinque, &

Resolutio quæstionis.

Syndicus quis.

Quotuplex.

Quotuplex.

Quotuplex.

in

in hoc nulla est relaxatio. Similiter quoad tertium actum, & in hoc nulla, vel parua est relaxatio, si debite fiat. Similiter quoad quartum actum, & in hoc modica, quamuis maiuscula, sed rationabilis, & licita est dispensatio: si cum debitis alijs circunstantijs, & limitationibus fiat. Similiter & quoad quintũ actum, quamuis in hoc magna sit dispensatio, sed rationabilis, & licita generaliter loquendo. vt de his omnibus latius dictum & probatum est supra in 3 puncto. Patet quarto, quòd qui vtuntur syndico ad hunc quintum actum, scilicet pro recipiendis eorum nibus pecunijs nomine Papa secundum constitut. Martini V. solũ sunt dispensati circa tria principaliter, & circa alia ijs necessariò annexa, ad quæ ex declar. Nicol. III. & Clem. V. erant obligati, vt in 4 puncto, latè dictum est. Et per prædicta patet intellectus multorum dictorum à Collectore compendij, titulo *Procuratores fratrum*, §. 8 & quomodo sit limitãdus, & an plandus ipse Collector, quoad hanc materiam de syndico, quæ quia necessaria nobis est, ideo diffusius in ea immorati sumus.

DE MODO LABORANDI.

CAPVT QVINTVM.

Patres illi, quibus gratiã dedit Dominus laborandi; laborent fideliter & deuotè, ita quòd exclusa otio animæ inimico, sanctæ orationis, & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire.

uire. De mercede verò laboris pro ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

GLOSSA.

QVoad hoc quintum capitulum notandum, quòd in hoc cap. agitur de tribus. Primò, de labore corporali, ibi, *Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent*: & quòd de labore corporali hic tractetur, patebit latiùs infra in quæſt. 1. Secundò agitur de modo laborandi, ibi, *laborent fideliter & deuote, ita quod exclusa, &c.* Tertiò agitur de mercede laboris, quomodò eſt accipienda, ibi, *De mercede verò laboris, &c.* vſque in finem. Et notandum, quòd ex vi regulæ nullum eſt ſpeciale præceptum, ſeu obligatorium in toto hoc cap. 5. diſtinctum ab alijs, quòd ideò dico, quia ex vi alterius iuris naturalis, diuini, vel humani, an ſit hic aliquod obligatorium, latiùs dicetur infra in quæſtionibus. Dico etiam notanter, quòd ex vi regulæ nullum eſt hic ſpeciale præceptum diſtinctum ab alijs præceptis regulæ, nam illud tertium, ſcilicet, *De mercede verò laboris &c. præter denarios vel pecuniam & hoc humiliter, ſicut decet, &c.* licet ſit obligatorium ex vi regulæ, non tamen ſpecialiter diſtinctum ab alijs: quia includitur in præcepto de pecunia ſuprapoſito in 4. cap. & in præcepto de paupertate infra 6. cap. vt latius hoc patebit infra hoc cap. q. 3. reliqua in ſuis quæſtionibus proportionabiliter patebunt. Ideò pro maiori declaratione ponuntur tres quæſtiones, quarum prima eſt.

Nota.

Et vi regulæ nullum eſt ſpeciale præceptum diſtinctum ab alijs.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent.

QVÆS-

Caput quintum.

QVÆSTIO I.

De quo labore hic agatur, & an fratres Minores teneantur ad laborem corporalem, an non? Et quæ exercitia corporalia sunt, in quibus fratres corporaliter laborare debent, quando corporaliter laborant?

RI spõdeo per quatuor puncta, quorum primum est, In hoc 5. cap. agitur de labore corporali præcipuè: patet ex verbis ipsius regulæ, & eius mente, quia agitur de labore opportuno ad pellendam otiositatem, ita tamen, quòd non extinguatur Spiritus à Spiritu sancto. talis autem labor est corporalis, ergo. Item quia dicit, quòd de mercede talis laboris recipiant necessaria, &c. Item quia agit de labore eorum, quibus dedit Dominus gratiam laborandi tali labore, nunc autem gratia laborandi in præsenti proposito dicitur & est ars, vel idoneitas laborandi, quam quilibet velut donum gratis habet à Deo, vt dicunt quatuor Magistri, & habetur in Seren. conscien. q. 680. vel (vt ait Bonauentura) gratia laborandi est vis corporis, habitus acquisitus, habilitas & ars acquirendi, seu laborandi, vel (vt ait Hugo) est vis corporis, & valetudo cum industria & arte. Et addit Barthol. Pis. vsu suffragante, & opportunitate loci, & temporis habita: & concordat expos. sine tit. Ex quibus patet, quòd per gratiam laborandi intelligitur labor corporalis, de quo hìc agitur. Item hoc idem patet in prima regula cap. 7. vbi expressius dicitur, quòd fratres, qui possũt laborare, possũt habere ferramenta, & instrumenta suæ artis, &c. Item hoc idem patet in testamento beati patris nostri Francisci, vbi dicitur. *Ego manibus meis laborabam & omnes fratres volo quòd laborent, &c.* Item hoc patet in declar. Nic. III. art. 5. vbi expressè dicit, quod loquitur de manuali labore loquitur. Et concordant communiter Doctores, *quia hoc est ad instar monachorum Ægypti*, de quibus Hieronymus ad Rusticum monachum scribit: & habetur, *De cons. dist. 5. vnquam.* Similiter hic patet tertius Franciscus de tali labore, seu exercitio corporali agit.

Secun-

Secundum punctum est, quòd ex vi regulæ non est obligatorium aliquibus corporaliter laborare: sed solum est admonitio, seu instructio. Pater primum: quia à Clem. V. non ponitur inter vtla obligatoria, vt dictum est supra cap. 1. quæst. 1. Quod autem instructio, consilium, seu admonitio ex vi regulæ, patet colligi cap. 1. quæst. 2. & patet in declarat. Nicol III. art. 5. vbi dicitur, *Quia dicere fratres à regula cauetur, nō nos subtrahit obligationi, sed subtrahentium*: & communiter cōcordant omnes expos. 5. cap. I. eò, quod dicat Bonauentura in epist ad ministrum nimo onerandum, quod sit ex vi regulæ. Hoc in quam dictam debet intelligi, quod principaliter regula hic non intendat consulere laboranti, sed modum laboris corporalis, quando fratres alias laborarent: quia hic principaliter intendit instruere, & agere de modo laborādi, quàm de ipso labore: præsupponens, quod alias laborent, quando laborandum est corporaliter de consilio, aut de præcepto alterius iuris diuini, vel humani, vt proximè dicetur in tertio puncto: cum hoc tamen eius dictō bene stat, quòd minus principaliter & indirectè, seu per transitū agat regula, seu beatus pater noster Franciscus de ipso labore corporali consulendo seu admonendo illum, seu ad ipsum inducendo, vt dictum est. Quamuis autem ex vi regulæ non sit obligatorium laborare corporaliter, restat inquirere, an sit obligatorium ex alio iure: pro quo sit tertium punctum subsequens.

Primus contrarium.

Labor corporalis non cadit sub præcepto.

Fratres non tenentur laborare.

Secundō obiicio.

Fratres qui vacant diuinis officijs, vel studio literarum non tenentur laborare.

Tertium punctum est, quòd fratres Minores vacantes studio literarum, seu prædicationibus, vel diuinis officijs, & animarum exequendis, vel quia aliorum fratrum laicis officijs, aut cleri officijs intra vel extra domum occupantur, vel qui sunt valde excellentes exercitij orationis & contemplationis, illi non tenentur corporaliter laborare iure diuino vel naturali, aliquatē sit. Probatur hoc, quia sic arguit Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. & 4 ex iure diuino vel naturali nobis tenetur laborare corporaliter, nisi in casu, quo sine tali labore non posset aliàs licite sibi, vel alijs, quibus tenetur, de necessarijs vitæ prouidere. vel in casu quo sine tali labore non posset aliàs licitè expellere otiositatem seu cauere ab alio peccato, vt ibidem latè probat. Sed sine tali labore corporali præd. fratres si possunt aliàs licite sibi, & alijs, quibus tenentur de necessarijs vitæ prouidere, vt potè de eleemosynis mendicatis, vel sibi liberaliter oblatis, vel alio modo licitè acquisitis (vt patebit latius infra 6. ap. q. 13. & paulò

Secundum obiectio.

Fratres qui vacant diuinis officijs, vel studio literarum, seu verbi Dei, non tenentur ad laborem corporalem.

infe-

inferius hic dicetur) possunt etiam sine tali labore vitare aliàs licitè otium, & quodcumque peccatum, & refrenare concupiscentiam, per alia exercitia meliora spiritualia & corporalia, vtpote per abstinentias, disciplinas, & per officia humilitatis, &c. ergo non tenentur absolutè laborare corporaliter prædicti religiosi. Et ad hanc rationem reducuntur omnes fere rationes, quæ communiter fiunt à Doctoribus & expositoribus, qui omnes cum prædictis concordant, vt patet in Bonaventura in epist. ad magistrum innominatum, & in hoc 5. cap. & Barthol. Pis. & Hugo, & Expos. sine titul. latius hoc prosequitur cap. 5. Et idem Thom. in 7. quodlibet. art. 17. & 18. & in apologia defensoria statuum religionum: & Alexand. All. 4. parte summæ, quæstione 108. & communiter Doctores. Vnde & Caietanus 2. 2. quæstione 187. artic. 4. quærens an peccent, & quomodò religiosi illi (si qui sunt) qui absque necessitate & vtilitate, quam afferant populo Dei, volunt otiosè viuere de eleemosynis, quæ monasterio dantur, vt sunt laici religiosi, sani & robusti, & scientes manibus laborare. Respondet ibidem, quòd nullus bonus religiosus excluditur à licito vsu, & victu eleemosynarum monasterij, seu redituum, & talis non tenetur corporaliter laborare pro suo victu: qui talis, qui vult suam regulam debitè seruare, & cauet à transgressione præceptorum, & orat vt debitè obediens in his, quæ mandantur ei in ministerijs, & seruitijs domus, & aliorum fratrum: iam talis comprehenditur inter afferentes vtilitatem Ecclesiæ, & inter clericos, seu sacerdotes quoad vtilitatem, quam affert ex orationum suffragijs, & sub studio scripturæ comprehenditur omnis oratio, & contemplatio diuina laicorum & clericorum. Et sub prædicatoribus comprehenduntur ministri, & eis ministrantes in officijs debitis corporalibus religionis. Otiosi autem, qui aliquid prædictorum non faciunt, peccant, sicut qui non seruant regulam suam, seu qui desistunt ab actibus religionis, & tamen viuunt de eleemosynis monasterij (de quibus infra cap. 6. quæstione 13. latius dicetur, quomodo tales peccant, & ad quid tenentur.) Vnde si quis vult regulam efficaciter obseruare, & cauet à transgressione præceptorum: sed tamen pigritia, & inuigilantia in ipso regnante quasi inutilis viuit in monasterio, peccat quidem, sed non mortaliter viuendo ex prouentibus seu eleemosynis monasterij, & cogi debet ad aliquid operandum, quod deceat virum religiosum,

hæc

hæc Caietanus. Vide ad hoc pulchra dicta Hieronymi, & habentur 12. quæstione 2. *Gloria*, & 16. quæstione 1. *Quemodò*: & Augustini in lib. de operibus monachorum, vt refert Thom. 2. 2. quæst. 187. art. 4. Et ideò in statutis generalibus habetur ordinatum, quòd fratres exerceantur, & cogantur certis temporibus in aliquo exercitio corporali, ibi videatur de hoc. Et cum prædictis omnibus expresse concordat declarando dominus Nicol. III. art. 5. sicut in hoc tertio puncto supradictum & probatum est. Neque tenemur ad supererogatorie laborandum corporaliter, sicut supererogatorie aliquando, & ex causa fecerunt Paulus, & alij Apostoli (vt dicit B. Thom. vbi supra: & Bonauent. in q. 11. super regulam) ne simus onerosi Ecclesiæ, seu ad alendos alios pauperes extra casum necessitatis extremæ: quia & sic omne debitum regimen religionis deperiret, & a melioribus exercitijs impediremur, vt latè ibidem probat Bonauent. vt dictum est.

Quartum punctum est, occupationes, seu labores, in quibus debent laborare fratres corporaliter laborantes, debent esse liciti & honesti, vt aiunt communiter Doctores, & habetur in prima regula cap. 7. Opera autem licita, & honesta sunt ea, quæ sunt vsibus humanis vtilia, vt est officium sutorum, sarcinatorum, ferrariorum, fabrorum, rusticorum, agricolarum, piscatorum & huiusmodi, vt ait expos. sine tit. & Florent. tertia parte summæ, titulo 16. cap. 9. 4. secundum Hieronymum in libro de opere monachorum, & habetur de consecrat. distinct. 5. *Nunquàm*, & alia eiusmodi opera. Non autem opera alia distractiua, vt est esse aurigam, mulionem, venatorem, satellitem, bellatorem: neque alia officia periculosa, aut indecentia statum nostrum: vt est esse dispensatorem, procuratorem, iudicem & eiusmodi, vt habetur in prima regula, neque alia officia inutilia, aut damnosa, aut inhonesta, vt esse pictorem rerum vanarum, & curiosarum, & eiusmodi, quibus vt plurimum homines abutuntur: neque esse præstigiatorē, balneatorem, cursorem & huiusmodi. Et sic patet responsio ad primam quæstionem.

Tertia conclusio.

Laborent corporaliter in quibus fratres accipiantur, debent esse licita & honesta.

(.?.)

Quoad

Caput quintum.

Quoad illud, *Laborent fideliter & deuote. Ita quòd excluſo otio, &c.*

QVÆSTIO II.

Quæritur quomodò ſit corporaliter laborandum?

Quæ conditiones ſeruãdæ ſunt in labore corporali.

REſpondeo, quòd ex vi regulæ inſtruimur, ſeu informamur in noſtro labore corporali ſeruare aliquas conditiones. Quarum prima eſt, quod ſcilicet, *Fideliter* laboremus, fideliter quidem quoad proximos (vt ait Hugo) ita ſcilicet, quòd ſine fraude, ſine remiſsione, ſine negligentia, vt ait etiam expoſ. ſine tit. Secundò (*deuote*) quoad Deum, ita ſcilicet, quòd propter Deum, & cum diuino affectu, & complacentia fiat ſecundum Hug. & expoſ. ſine tit. vel vt ait Barth. Piſ. & ipſe etiam Hugo *Deuote*, ita ſcilicet, quòd deuotio ſit voluntatis, & rectæ intentionis in mente, & diſcretionis in exequutione. Item tertio *modeſtè*, quoad ſeipſos debent fratres laborare (ſecũdum prædictos expoſitores) *Ita ſcilicet, quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant*, id eſt, ita labori inſiſtant, ne otioſitas regnet, ſed potius excludatur, ita etiam ne ſpiritus extinguatur & occidatur, orationis & deuotionis, id eſt, non tam ignauiter, nec tam ſolicite & vehementer laborent, ſed diſcrete, & modeſte, vt otioſitas tollatur, & ſpiritus non extinguatur, ſecundum Bonauenturam in epiſtola ad magiſtrum innouatum. Nam vt ipſe ait 5. cap. non eſt laborandum principaliter propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, ſed ad hunc duplicem finem, ſcilicet ad vitandum otium noſtrum, & ſentinam vitiorum: ideo ait, *Ita quòd excluſo otio animæ inimico* Secundò ad acquirendum ſpiritũ orationis & deuotionis, id eſt ſpiritualem donum, & ſpiritualem affectum & feruorem: ideo dicitur (*Sanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant*) ſcilicet, ſed potiùs augeant ex tali labore modeſto, deuoto, & fideli: nam ſpiritualia corporalibus coniun-

coniunguntur & adiuuantur: & è contra in hac vita, vbi anima corpori coniuncta est, si modeste omnia fiant, & propter spirituale corporale factum est, & suadetur, vt ait expos. sine tit. Et concordat testamentum beati patris nostri Francisci cũ prædictis. Potest tamen minus principaliter, & etiam in casu necessitatis principaliter laborari propter mercedẽ laboris, seu propter stipendium sustentationis, vt oportet, ex quo hoc nullo iure prohibetur, vt patebit infra quæst. 3 sequenti, tamen principaliter est laborandum generaliter propter duas causas prædictas, ad bonum exemplum, ex quo principaliter religio ad spiritualia exercitia ordinatur. Ideò sequitur (*Cui*, scilicet, *spiritui orationis & deuotionis debent cætera temporalia deseruire*) etiam ipse labor corporalis, vt potius spiritus prædictus augeatur & prædominetur, quàm minuatur ex labore quocumque, vt ait expos. sine titulo. Ideò ait Hugo, quòd quasi otiosus est religiosus, dum se, vel actione, vel contemplatione (quorum vsu religio maximè constat) pro sui status exigentia, non exercet, vel dum non potiùs miscet vtrumque alterum alteri connectens. Ad prædicta notandum, quòd spiritum extinguere, secundum August. super Psal. 37. & Glos. 1. ad Thessalon. 5. cap. ibi, *Nolite extinguere spiritum*, est ipsum abscondere, sed secundum vim vocabuli est ipsum totaliter opprimere, occidere & abijcere. Ille enim propriè spiritum extinguit, qui abiecta ratione ea, quæ sunt carnis & sanguinis mundana sectatur, & inquirit, vt ait Hugo, & Barthol Pis. & Seren conscien. quęst. 59. & expos. sine tit. cum prædictis concordans, & tunc dicitur talis spiritus extingui (secundũ 4. Magist. Hug. &c. expos.) quando est talis solicitudo laboris corporalis, aut mechanici, per quã impediatur, quis ab orationibus deuote, & debite prosequendis, sicut alias ex regula, vel aliunde tenetur. Non enim religioso sufficit oratio officij diuini in regula taxati, sed & requiritur mentalis alia omnino & contemplatio, vt ait expos. sine tit. & Serena conscien. q. 59. de quo latiùs infra 10. cap q. 5. & q. 8. dicetur. Per hæc tamen non datur ansa excusationis otiosis & ignauis, qui (vt ait Hugo) propter tantillum laborem licitum & honestum, statim dicunt eorum spiritum extingui: nam tunc tantum per laborem dicendus est spiritus extingui, quando esset tantus labor, talisque solicitudo corporalis, aut ad negotia temporalia, per quam impediretur quis ab orationibus, vt dictum est: vel per quam notabiliter quis distraheretur ab oratione mentali &

deuotione: quia tunc vbi est euidens, quòd tale opus iniunctum est notabile deuotionis dispendium, dicunt prædicti expos. quòd tunc præsumitur contra animam vel regulam, vt infra cap. 1. quæst. 2. & maxime, si sint opera aut negotia superflua, & non necessaria seu non pia, vtpote si pro superfluis ædificijs construendis, aut pro negotijs sæcularibus pertractandis, aut quæstibus indebitis procurandis, & huiusmodi fratres occupentur. In quibus tamen omnibus, quando non est euidens deuotionis dispendium, standum est iudicio superiorum, & eis obediendum, vt ait ex. ibi. de quibus omnibus latiùs infra 19. cap. 2. & q. 6. latius labetur, ibi videatur. Tandem notandum, quòd deuotio est pius, & humilis affectus in Deum, qui ex contemplatione, vel ex alijs pijs considerationibus generatur, vt ait Bonaventura in epist. ad magistrum innominatum, & Hug. cap. 5. Reliqua de oratione infra 20. cap. q. 8. tractanda sunt. & secundum alios deuotio est affectio latrix ad Deum, & est idem quod feruor.

Quid sit deuotio.

Quoad id, *De mercede verò laboris.*

QVÆSTIO III.

Quæritur an de nostro labore possimus recipere mercedem, & quid, & quomodò.

Primum conclusio. Fratres de mercede laboris sui recipere possunt necessaria, & ea quibus egent.

RIspondeo per tria puncta, quorum primum est, Quòd fratres Minores possunt licitè de mercede laboris sui recipere necessaria, & ea quibus egent. Patet, quia Matth. 10. *Dignus est operarius mercede sua.* Nam non solum de liberaliter oblatis, & humiliter mendicatis, sed & de fideliter laboratis licitum est nobis viuere, vt ait Nicol. III. artic. 2. & hoc hîc concessum esse nobis regula ostendit. *De mercede verò laboris, quam corporis necessaria recipiant,* id est, licitè recipere possunt, secundum ius naturale, & diuinum aliàs: & concordant omnes expositores communiter.

Secunda conclusio.

Secundum punctum est, quòd fratres de mercede laboris non

non possint recipere superflua, aut alia indecentia: neque de nauibus vel pecunia, sed ea quibus vti honeste possint ad vsus moderatos: ergo, quod non superflua aut indecentia, quæ hæc prohibita sunt infra 6. cap. q. 14. Item, quòd non dena nos vel pecuniam, aut aliquid prohibitum est supra 5. cap. Ideo quæ cumque oblata aut procurata, pro mercede nostri laboris, aut pro stipendio, aut pro eleemosyna propter aliquod seruitium, aut corporale exercitium, aut laborem pro nobis impensum, propter prædicationem, &c. propter seruitutem agriculturæ, & non alio modo potest possideri, accepta aut deposita, seu expensata: ergo eleemosyna liberaliter oblata, vel legata proportionaliter, vt dictum est supra 4. cap. pertractum. Ideò hæc recapitulatio non est contra ea quæ supra 4. cap. dicta sunt: ne putaret quispiam, quòd liceret recipere pecuniam pro labore obtento aut debitam, alio modo, quàm si esset pure liberaliter oblata. Ideò hic non est aliud obligatorium distinctum à præcepto de pecunia contento 4. cap. sed est recapitulatio, & instructio ad intuitum de præcepto supradicto: ergo falsum possunt recipere, quibus fratres licitè vti possunt, & ad vsus moderatos. Ex quo patet primo, quod instrumenta necessaria ad suum officium, vt ferramenta, &c. licitè possunt fratres recipere, pro mercede laboris, sicut & alia necessaria ad suum statum vel officium. Patet secundò, quòd materiam quamcunque; appretiabilem, seu inappretiabilem fratres pro mercede suorum laborum recipere non possunt eo animo, vt postea tam per seum artificium quàm eo nomine vtantur, vendant, aut distrahant, pro aliquo tempore: quia est pecunia, vt patet ex dictis supra 4. p. 4 quæst. 1. Ideò non nisi tanquàm vera pecunia potest dispensari cum aliquibus rebus procurari, seu acceptari, vt, potè si quis pro labore suo seruitio, recipiat eorum membranas, ligna, tubos, vimina, &c. vt ex eis ipse faciat, seu faciat fieri, calceos, libros, cruces, cuculias, seu cellas ad vendendum, vel distribuendum, &c. Nam tales corum membranæ, &c. tam antequàm recipiantur pecunia, vt dictum est: & multo magis essent pecunia, illa reciperentur, vt ipsa sine alia alteratione seu arte sibi venderentur, vel distraherentur, pro aliis rebus necessariis, vt patet ex dictis obiectionibus. Si verò talia recipiantur, vt ipsis mediantibus pecunia in alteratis & factis vertantur, tunc non est pecunia, vt, potè si pro mercede laboris fratres recipiant corium, vimina, &c. vt ex ipsis ipsi fratres faciant seu faciant per alios

Fratres pro stipendio laborum possunt recipere superflua, non tamen pecuniam.

Pecunia pro labore data non aliquando recipi potest, quam si liberaliter offeretur.

artifices calceos, canistria, & cętera eiusmodi, quibus ipsi fratres vterętur. nunc talis materia in recepta tali animo nō est pecunia. Ideo potest recipi, sicut & alia res necessaria, qua fratres egent ad vsum luum, vt patet ex dictis vbi supra. Et per hæc patet responsio & elucidatio, quæstionis & opinionum, quæ super hoc mouentur, & excitantur per quatuor Magistros Hugo Bartholi. Ille expolitione 5. cap. & Serenam conscientiam quæst. 7. licet ibi non fatis ad punctum responsum aut resolutum sit. Et quod inde inducitur, quod fratres in alterius materia solum possunt vti ferui, seu vt a tales conducti laborare, & pro tali labore recipere necessaria vitæ vel officij, & non alia: nec alio modo. Ita dic, quod possunt laborare in quacumque materia, dummodo ipsi fratres non pratendant in ea aliquam proprietatem aut ius. & proprietas talis materiæ acquisita per fratres pertinet ad Papam, sicut & aliæ res, quibus fratres vtuntur, quando dantes non reseruauerunt sibi dominium, vt infra 6. cap. quæstione secunda habetur. & possunt vendere talia per syndicum, sicut & alias res pertinentes ad dominium Papæ, & de earum pretio suis necessitatibus prouidere possunt, sicut de pretio, aut pecunia data, pro rebus venditis pertinentibus ad Papam, & non aliter: vt infra cap. 6. quæstione 3. dicetur, immò & iam dictum est supra 4. cap quæst. 16. vbi de syndico agitur.

Tertia conclusio. Fratres nullum ius ciuile, & politicum habēt in ea, quæ pro mercede laboris recipiunt, neque ea possunt in iudicio repetere.

Tertium punctum est, quòd id omne quodcumque sit, quod pro mercede nostri laboris corporalis aut spiritualis cuiuscumque nobis datur, non potest aliter recipi, nisi eo modo, quo liberaliter oblatum procuraretur, aut reciperetur, ac si nobis non esset debitum politice, seu ciuiliter, & ideo sine vlla exactione violenta, aut iudiciali, siue repetitione, sine litigio iudiciali potest, & debet peti, vel acceptari, neque pro tali re nobis debita, aut promissa possumus per syndicum in iudicio litigare. Ratio horum omnium est, quia ratione paupertatis, ad quam tenemur, non possumus pratendere ius aliquod ciuile circa aliquam rem, vt latius infra capite sexto, quæstione prima, & quæstione quinta, & quæstione vndecima, habetur, & hoc est, quod hic dicitur (*Et hoc humiliter, sicut decet seruos, &c*) id est, sicut aliàs ex voto paupertatis tenentur, quamuis hîc de nouo non imponatur iterum obligatorie, sed recolitur & admonetur, id quod est aliàs obligatorium, vt dictum est. Dixi etiam, quòd non possunt fratres per syndicum talia repe-

repetere iudicialiter: & ratio est, quia syndicus solùm stat & potest agere, pro rebus pertinentibus ad Ecclesiam Romanam, quibus fratres vtuntur, nunc autem merces laboris, etiamsi sit pecuniaria, quamdiu nobis non est tradita ad vsum, nondum habemus vsum eius, & per consequens nondum transit in dominium Papæ, sicque pro ea syndicus agere non potest. Nam Eugenius IIII. in sua bulla syndicatus fol. 40. approbans alias bullas syndicatus expressè dixit, & addidit, quòd per hanc bullam nullum ius super aliqua re nobis acquirebatur, sed antiquum ius, si quod habebamus, aut nullum nobis conseruabatur. Et quamuis talis merces laboris sit nobis debita iure naturali & diuino, nos tamen nullum politicum ius, aut ciuile habemus super ea: vt habetur in Serena conscientia quæst. penult. litera Z. quod quo modò simul cõpatiatur, quòd scilicet sit debitum nobis naturaliter & non ciuiliter, facile patet intuenti, & latius dicetur infra cap. 6. quæst. 5. & quæst. 11. vbi de exequutione legatorum agitur.

Ex quo patet, quòd eleemosyna nobis debita, aut promissa, promissis, exequijs, sermonibus, aut alijs, quibuscumq; exercitijs nostris, non potest vllo modo iudicialiter peti per syndicum nomine Papæ: ex quo, vt dictum est, nondũ pertinet ad Papam, postquàm nihil nos iuris habemus, neque adhuc vsum habemus, quod est verũ, nisi sit in testamento nobis relicta, aut legata, quia omnium legatorum nobis factorum Papa habet dominium vel dispensationem eo ipso quo nobis legata sunt, mortuo ipso legante: vt patet ex dictis supra 4. c. q. 16. & infra cap. 6. q. 11 Ideo pro eleemosynis quibuscumque legatis, & pecuniarijs, modò sint liberaliter omnino, & eleemosynaliter legata modo nõ sint legatæ, pro missis, exequijs & pro quibuscuq; exercitijs, benè possumus per syndicum ea petere: dũmodò aliàs caueantur aliæ circumstantiæ vitiantes, vt dictum est supra c. 4. q. 16 & cap. 6. q. 11. dicetur, & etiam q. 18.

† Patet secundò ex dictis, quòd nõ possumus locare opera, seu exercitia nostra, quacumque corporalia, vel spiritualia, quàdo talis locatio importat pactum ciuile, seu cum pacto de mercede conuenire. Sed cùm non importatur tale pactum politicum, sed solùm est simplex promissio vtriuq, facta, quod iste frater scilicet laborabit in tali opere: & ille alius bona fide etiam promittit, quòd dabit mercedem laboris, ita quòd solùm manet obligatio naturalis non politica vtrinque: tunc benè possumus

† *Non possumus ea locare quorum vsus transit in dominium Papæ, neque proinde ea syndicaliter per syndicũ petere.*

locare nostra opera & labores, seu exercitia, & sic expectare pure eleemosynaliter mercedem laboris. Ratio horum est, quia ratione paupertatis fumus incapaces omnium quarumcumque rerum & obligationum, seu pacti ponendi & actionis habendi, tandi, aut recipiendi, vt patebit infra. Et hoc expresse dicunt q. Magistri, Hugo, Bart. Pis. cap. & Seren. consilium quod, quòd si nobis nõ fuerit data merces debita pro labore, recurramus ad mensam Domini, id est, petendum, vt ait B. P. N. Franciscus in suo testamento, & communiter expositores vbi supra.

Pectenor. Patet tertiò, quòd contra regulam faciunt illi fratres, secundũ tantos fa- communiter Doctores, qui pro communitate nolunt laborare tres qui pro ex aliquo artificio, nisi eis retribuatur, aut recompensetur per communita- Prælatos. Ratio, quia ratione obedientiæ, & paupertatis tenentor obtem- tur obedire, & eorum opera, & res omnes, quibus vtuntur, depe- ratur obedientiæ nam bus Prælatorum ponunt, & omnia ab eis artificiata & bona emp- laborata: ideò detestandi sunt fratres, qui sta distrahunt, vt ipsi à Prælatis volunt. & multo magis illi, qui scribunt libros ad vendendum, fratres debi- & emunt, vt carius vendant, sicut mercatores. Similiter & illi, tantum compen- qui faciunt sportas, horologia, & alia mechanica, vt pro ipsis sationis. accipiant pecuniam, seu vt vendant ea, quod intelligo, nisi accipiant & vendant ea eo modo, quo pecunia potest acceptari, aut quomodo res aliæ possunt per syndicum vendi, vt dictũ est in 2 puncto præcedente: quia si vt dictum est, fiat receptio & venditio, certe licitum est ex vi regulæ, scribere libros, & facere horologia, & alia mechanica: dico ex vi regulæ, quia aliũde potest esse illicitũ: vtpote quia carius iusto venduntur, aut quia cum scandalo, aut distractione, aut cum alia quauis circunstantia vitiante, quæ omnia cauenda sunt, bonum enim est ex integra causa. Et secundum hoc limita & intellige, id quod habetur in Seren. consilium. 91. vbi secundum Auarum, & Barthol. Pis. damnat. blolate fratres recipientes pecuniam, pro mercede laboris, aut qui scribunt libros ad vendendum: quia debet intelligi, vt dictum est. Illi autem, qui nolunt laborare, nisi sibi recompensetur per Prælatos, omnino sunt in statu damnationis, vt dictum est. Similiter & illi qui sibi tantũ vsurpant mercedem sui laboris, non consentiente Prælato, saltem interpretatiue, & multo magis, qui id faciunt Prælato nolente, aut renitẽte, quãuis permittente, seu tolerante, vt minus malum, & fratrum perturbatio caueatur, patet ex prædictis.

QVOD

QVOD FRATRES NIHIL SIBI approprient: & de eleemosyna petenda: & de fratribus infirmis.

CAPVT SEXTVM.

Fratres nihil sibi appropriẽt, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate Domino famulãtes, vadant pro eleemosyna confidenter: Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperẽ in hoc mũdo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & Reges Regni cælorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuẽtium. Cui dilectissimi

fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuũ sub cœlo habere velitis. Et vbicũque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se, & secure manifestet vnus alteri necessitatem suam: quia si mater diligit & nutrit filium suum carnalem, quantò diligẽtius debet quis diligere, & nutrire fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire, sicut vellent sibi seruiri.

GLOSSA.

Matth.8. 1.Petr.2. Psal.308. Psal. 103. Matth.8. Luc.10. Matth. 19. Matth.5.

QVoad hoc sextum cap. notandum, quòd illud, *Fratres nihil sibi approprient, &c.* sumitur ex Matthæi 8. *Vulpes foueas habent, &c.* Et illud, *Sed tanquàm peregrini & aduenæ*, ex Hebr. 11. & 1. Petr. 2. *Obsecro vos, tanquàm aduenas & peregrinos, &c.* Et illud, *vadat pro eleemosyna confidenter*: ex exemplo Christi & Pauli, qui licet haberent authoritatem petendi necessaria, tamẽ ea non vti sunt sæpè, sed eleemosynaliter data recipiebant. Similiter & Apostoli, vt ait Augustinus super Psal. 39. Psal. 308. *Tersetatus est hominem inopem & mendicum*, & super Psal. 103. *Producens fœnum iumentis, &c.* Et Bernard. in quadam homilia de puero Iesu perdito in Hierusalem, quæ ipsi Bernardo ascribitur. Et beatus pater noster Franciscus in prima regula cap. 9. idem dicit. Et illud, *Se fecit pauperem in hoc mundo*, ex Matth. 8. & Lucæ 10. *Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, &c.* & illud, *Vos charissimos fratres meos hæredes & Reges, &c.* ex Matth. 19. *Vos qui reliquistis omnia, &c. centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis*, ex Matthæi 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam*

quoniam ipsorum est Regnum cœlorum: & Luc. 22. *Ego dispono vobis Regnum*, &c & illud, *Nihil ad vos sub cœlo habere volitis*, ex Matth. 10 & Luc. 9. *Nihil tuleritis in via* &c. & illud, *Ubicumque sunt, & se invicem fratres*, &c. ex Ioann. 13. *In hoc cognoscent homines, quòd discipuli mei estis, si dilectionem ad invicem habeatis*: & Luc. 22. *Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos*: & illud, *Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit*, &c. ex Matth. 10. *Quæcumque vultis faciant vobis homines*, &c. hæc omnia ex authore conformitatum. *Luc. 22. Matth. 10. Luc. 9. Joan. 13. Luc. 22. Matth. 10.*

Notandum secundò, quòd ibi, *Sed tanquàm peregrini & aduenæ*, &c in bulla Honorij III quæ habetur in tract. 3. lib. ordinis, fol. 1. & in bulla Nicol. III. confirmantis ipsam regulam, quæ habetur in 2. tractat. fol. 2. legitur sic, *Et tanquàm peregrini & aduenæ*, &c. non autem, *Sed tanquàm peregrini*, &c. Similiter legunt Hugo, & expos. sanctorum patrum 6. cap. Alij autem expositores communiter legunt, *Sed tanquàm peregrini*, &c. & sic etiam est iam in vsu. Ideò sic & nos scripsimus, parum tamen refert, quomodocumque legatur, quamuis melius quadrare videatur sensui, & contextui literæ, vt legatur, *Sed tanquàm peregrini & aduenæ*, &c.

Tertio notandum, quòd in hoc 6. cap. agitur de duobus principaliter. Primo de paupertate. Secundò de charitate ad proximum. Et sic hic sunt duo obligatoria ex regula. Primum est, *Fratres nihil sibi approprient*, &c. vsque eo, scilicet (*confidenter*) in quo includuntur multa obligatoria, scilicet de non habendo redditus, aut aliquid fixum, aut certum temporale, ibi, *Sed tanquàm peregrini & aduenæ*, &c. Item de mendicationibus, ibi, *Vadant pro eleemosyna*, & multa alia, de quibus latiùs infra in quæstionibus habetur, & quòd hoc sit obligatorium, omnes tam declarationes Papales, quàm expositiones Doctorales, seu magistrales id asserunt, quòd hoc est inhibitorium ex regula, vt supra cap. 1. quæstione 1. habetur, & hic etiam dicetur in suis locis. Alterum obligatorium ex regula est (*Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit*, &c) quòd est æquipollens, vt patet ex declarat. Clem. V. vt habetur supra *in cap. 1. quæst.* 1. & concordant omnes expositores. Pro quorum omnium maiore declaratione ponuntur decem, & nouem quæstiones subsequentes. *In hoc capite sunt duo præcepta ex vi regulæ obligatoria.*

Quoad

Caput sextum.

Quoad id, *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem.*

QVÆSTIO I.

Quæritur quid sit paupertas Euangelica, & quæ sint de eius intrinseca ratione, ad quã hic ex vi voti paupertatis regulæ obligamur, & an in particulari, & in communi ad hanc altissimam paupertatem Euangelicam ex vi regulæ obligemur?

Definitio Euangelicæ paupertatis.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Paupertas Euangelica, ad quã ex vi regulæ nos fratres Minores obligamur, est virtus heroica, qua propter Deum renunciat viator, & à se abdicat omne ius ciuile, seu politicum, & omne dominium politicum, semper viuens de non suo, tam in communi, quàm in particulari. Dicitur primò, quòd *Est virtus heroica*: quia consulitur in Euangelio, & pertinet ad votum paupertatis religionis, ad charitatis perfectionem acquirendam: dicitur, *Qua propter Deum renunciat viator omni iuri, & dominio politico, seu ciuili* (quod idem est) quia ad hanc paupertatem Euangelicam, & heroicam pertinent abdicationes quinque actuum politicorum, & talium actuum abdicationes sunt de intrinseca ratione, & quidditate seu essentia prædictæ paupertatis, & in abdicatione ipsorum ipsa essentialiter consistit. Isti autem quinque actus sunt dominium politicum, possessio politica, proprietas politica vsufructus politicus & vsus iuris: horum tres primi actus spectant ad rem ipsam, alij autem duo vltimi ad vsum rei. Et istis quinque actibus potera: addi sextus, scilicet ius ciuile, seu politicum: sed quia tale ius politicum est generale ad omnes illos quinq; actus, & spectat tam ad rem, quam ad vsum rei, ideò non ponatur, si placet inter illos quinque actus speciales, sed potius positum est pro genere in prædicta diffinitione. In abdicatione

dicatione ergo plenissima omnium illorum quinque actuum, & cuiuscumque iuris politici illa essentia paupertatis Euangelicæ, tam quoad rem, quam quoad vlum rei & tolã retinet, seu includit simplicem vsum facti, & ex consequenti abdicat à se reditus, & immobilia omnia quoad ius omne, semper viuens de non suo politice, & per consequens habet annexam mendicitatem, vt de eleemosyna talis pauper Euangelicus, vt talis est vivat, dicitur tam in communi, quàm in particulari, vt latius licet in supremo grada huius paupertatis Euangelicæ possibili in hac vita. Sunt enim gradus in tali paupertate Euãgelica: nam alius gradus renunciationis prædictæ est in communi, & in particulari, quàm in particulari tantum. Quòd autem hæc omnia sint de ratione paupertatis Euangelicæ perfectissimæ, quodque ad hanc nos fratres Minores teneamur ex vi regulæ, latius patebit infra in 3. puncto huius quæstionis. Nunc enim solum posita est diffinitio, & eius declaratio: & hoc expresse dicitur in tractatu decem plagarum paupertatis, 1. part. cap. 1. Radio primo, & secundo, & quarto, & octauo. Expresse concordant 4. Magistri, Hugo, & alij 6. cap. & Bonauentura 6. & 4. cap. vt latius patebit ex dicendis infra in 3. puncto, secundum Nicol. III. Nunc autem pro maiori declaratione prædictorum, & dicendorum, ponantur declarationes illorum quinque actuum iam dictorum.

Secundum punctum est, vt elicitur ex Florent. part. 4 summæ, tit. 12. cap. 4. §. 6. & ex tract. 10. plag. vbi supra, & ex tract. Ioannis Parisiensis super dissensione fratrum Minorum in 2. notabili, & ex alijs Doctoribus.

Ius ciuile, vel politicum, est potestas ciuilis vtendi, vel aliquid aliud faciendi circa aliquam rem, vel personam. Seu est potestas ciuilis exercendi aliquem actũ licitè circa aliquam rem, vel personam: vt filius qui potest ciuiliter petere à patre alimẽta, & coniunx à coniuge debitum coniugale. Et si quis potest ciuiliter vendere aliquem librum suum, vel alienum, tales dicuntur habere ius ciuile in patrem, vel in coniugem ad prædicta, seu ad vendendum librum talem. *Quid sit ius ciuile.*

Ius autem naturale vel diuinum est potestas, seu facultas à lege naturali vel diuina concessa ad licite vtendum, faciendũ, seu exercendum aliquid circa aliquam rem vel personam. vt filius qui potest alimenta petere à patre, & eis vti, vel alius in necessitate extrema à quocũque quamcũque rem. Similiter coniunx *Quid sit ius naturale & diuinum.*

coniunx à coniunge debitum coniugale, &c. etiamsi nullum ius ciuile sit, aut eis suffragetur. Et illud ius naturale, vel diuinũ potius dicitur fas: illud autem politicum propriè dicitur ius, vt patet in cap. *Omnes leges*, dist. 1. & infra in 3. puncto dicetur latius. Illud autem ius politicum consistit præcipuè in duobus, scilicet in faciendo de re, in qua quis habet dominium, sicut sibi placuerit, donando, vendẽdo, commutando, &c. huiusmodi. Secundo stat in hoc, quòd possit iudicialiter defendere, petere, & sibi vendicare ipsam suam rem, si alius à domino faciat de ea contra domini voluntatem accipiendo, detinendo, & vsurpando. Ideò dominium est ius habendi, possidendi, fruendi, & vtẽdi, & dispensandi, seu faciendi de aliqua re, putà vendendo, donando, aut distrahendo eam, sicut sibi placet cum quadam superioritate super eam, vel secundum aliquem modum determinatam à quadam superioritate, vel authoritate, seu lege diffinitum, seu per modos iure non improbatos: & talis res dicitur sua talis diu: vt 4. Magist. 6. c. & Zabarel. in Clem. *Ex ui* §. 15.

Quid sit dominium.

Quid sit possessio.

Possessio autem addit, quod non impediatur ab altero, vt in tract. 10. plag. radio 4. vel vt ait Florent. vbi supra, secundum Hostien. possessio est corporalis rei retentio corporis & animi iuris adminiculo interueniente.

Quid sit proprietas.

Proprietas verò, secundum Ioann. Pirrin & Florent. vb. supra est idem fere quòd dominium, sed vt habetur in tract. 10. plag. radio 4. proprietas superaddit ad dominium & possessionem, quòd dominus non habeat secum parem in possidendo, & per hæc patet quid sit appropriare.

Quid sit actio politica.

Actio est ius defendendi, petendi, seu repetendi iudicialiter & sibi vendicandi rem aliquam ab illo, qui de ea re facit contra voluntatem domini, vel habentis ius in ea: putà accipiẽdo, detinendo, vel vsurpando eam.

Quid sit vsus fructus.

Vsus fructus autem est ius rebus alienis vtendi & fruendi salua rerũ substantia, quia est ius in corpore, quo sublato, & ipsum ius tolli necesse est.

Quid sit vsus iuris.

In quo differat vsus fructus ab vsu iuris, & ab emphyteusi.

Vsus iuris seu ius vtendi, est ius rebus alienis vtendi, salua rerum substantia, & sic patet, quòd vsus fructus est pinguior, quàm vsus iuris: quia vsufructuarius potest pro se fructus accipere, & etiam pro alijs, putà vendendo vel dando: sed vsuarius non nisi pro se solo potest fructus accipere. Item vsufructuarius differt ab emphyteuta, quia ille habet vtile dominium, ille autem ius vtendi.

Simplex

Simplex vsus facti tantum est vsus rei concessæ, sine vllo iure p[ositi]uo in ipsa re, aut in ipso vsu rei, quo tamquam vsu facti tantum quis licitè iure naturali aut diuino vtitur re ad talem vsum sibi concessa, sicut volatilia aut iumenta vtuntur cibis eis obl[at]is, aut repertis, licèt irrationabilibus non competat vsum ius naturale, sed solùm rationabilibus.

Renunciare ergo omni iure politico, & dominio politico, nihil aliud est, quam non posse res, quibus per simplicem vsum facti tantum vtuntur fratres Minores, dare, commutare, aut distrahere authoritate propria, neque eis vti tanquàm suis, authoritatem, aut ius aliquod politicum in eis aut in earum vsu habendo, seu exercendo, etsi eis auferantur, siue iuste, siue iniuste non posse experiri in iudicio, siue repetere, aut iudicialiter vendicare tanquàm sua, aut tanquàm sibi aliquo iure politico debita, aut pertinentia. Ideò tales, qui sic omni iuri politico per paupertatem prædictam Euangelicam renunciant, non sunt domini, neque possessores, neque proprietarij, neque vsufructuarij, neque vsuarij politici talium rerùm, quia hæc omnia per talem paupertatem, & renunciationem nobis prohibentur, vt dictum est, & solum nobis remanet simplex vsus facti tantum: vt latius patebit in 3. puncto sequente: hæc omnia ex dicto tract[atu] 10. plag. & Ioanne Pirrino, & 4. Magistris, &c. expositoribus, 4. & 6. cap.

Tertium punctum est, quòd fratres Minores tenentur ex vi regulæ ad Euangelicam, & altissimam paupertatẽ supradictam, tam in communi, quàm in particulari; quódque Christus & Apostolicam seruauerunt, & verbo, & exemplo docuerunt: & prædicti fratres Minores solùm possunt habere simplicẽ vsum facti circa quæcumque, quibus vtuntur sine vllo iure politico. Probatur primum, quòd scilicet fratres Minores tenentur ad Euangelicam paupertatem supradictam, &c. quia sic declarat Nicol. III. art. 2. dicens, *Dicimus quòd abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam in particulari, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta: quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit, quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant in volentes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alueos deriuarunt*, & infra: *Cùm in rebus temporalibus sit considerare principium, proprietatem, possessionem, vsufructum, ius vtendi, & simplicem vsum facti: & vltimo, tanquàm necessariò egeat, licèt primis carere possit vita mortalium:*

Conclusio. Fratres Minores ex vi regulæ tenẽtur ad Euãgelicam, & altissimam paupertatẽ renuncian-do omnibus in cõmuni, & particulari.

talium nulla potest esse professio, quæ à se ipsam necessariæ sustentationis excindat. verùm contrarium fatetur professio vnius speciei de nobili Christum paupere imitata paupertate omnium abdicare dominium & eorum sibi concessionem necessitate facere coguntur. Nec propter hoc, quòd proprietatem rerum & dominium aliquod in hac abdicatione vitetur, sequitur quòd non remaneat professio, quin aliquam possessionem, seu proprietatem habeant, quod falsò est tantummodò in vendo habere vsum facti &c. Hæc Nicol. et Clem. V. ante quorum etiam dictum Et omnes alij Pontifices prædecessores in suis declarationibus similiter declararunt, quod hoc in communi, & in particulari intelligitur, vt patet in declarat. Gregorij IX. Quòd igitur solummodò habemus simplicem vsum facti tantum sine vllo iure naturali, seu diuino vtentes, rebus immobilibus, & mobilibus etiam vsu consumptibilibus huius vitæ abdicare nequeamus, sicut à vsum rei cuiuscunque, sicut volatilia & animantia ad seruitutem rebus suorum dominorum sine vllo iure eundi, patet hoc ex dictis declarat Nicol. III. & Clem. V. Similiter dicunt omnes expositores 6. & 4. cap. præcipue Bonauentura 6. cap. dicens, quòd intentio beati patris Francisci fuit, vt fratres, sicut seruo propter Deum facti in paupertate, & humilitate Domino seruientes vtantur rebus in aliena potestate positis: quòd patet hoc intendit in toto hoc 6. cap. dicens, *Fratres nihil sibi appropient*, &c Non dicit, *Nullus frater sib. approp iet*, hoc enim contra vnumquemque est omni religioni non habere proprium in particulari sed dicit, *fratres*, scilicet in communi, *Nihil sib. appropriant*: & hoc etiam innuitur ibi, vbi dicitur *Nec domum, nec locum*, scilicet in communi, *Nec aliquam rem*, scilicet in particulari, vt scilicet nullam proprietatem, dominium, aut ius reale omnino habeant. Quod autem talis paupertas sit altissima, patet primò, quia nulla maior rerum abdicatio esse potest, quàm vbi solum fit vsus facti tantum sine vllo iure politico relinquitur ad necessariam vitæ sustentationem, tam in communi, quam in particulari: ergo est altissima, quæ omnino, quantum possibile est, renunciat temporalia omnia: & hoc est, quod ait regula in hoc 6. cap. *Hæc est illa excellens altissima paupertas &c.* dum ibi intimus, & exterius corde, & opere prædicta paupertas obtineatur. Quod autem prædicta sit Euangelica, & eius culmen tenens, patet: quia paupertas Euangelica est omnia contemnere & renunciare, vt patet ex quo consilium de heroica virtute altis-

simæ

simæ paupertatis habetur in Euangelio, quæ est lex perfectissima, vbi perfectè pauperes Euangelizantur, quia in nulla alia lege humana, vel naturali, vel humana, tale consilium, tam specialiter in tali modo habetur, vt communiter dicunt Doctores Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, &c.* & Matth. 11. *Pauperes Euangelizantur* & innuitur etiam ibi Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, &c* Et Luc. 14. *Nemo potest meus esse discipulus, qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Et Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et Matth. 10. *Nolite possidere aurum &c* vt sic homines ad statum innocentiæ, vt erat possibile, Christus reuocaret, in quo statu nulla proprietas contracta fuisset ad cõmunitatem aliquam, vel personam, vt ait Chrysostomus: quod dupliciter intelligendum est, secundum Thom. quòd scilicet quatenus erat de iure naturali, virtute cuius non erat distinctio possessionum, licèt ex humano condicto facta distinctio prædicta non repugnaret iuri naturali, restitutæ innocentiæ, secundum Thom. 2. 2. quæst. 66. art 1. ad primum. Secundò autem, quia secundũ Hadrian. in 4. de restitut. q. 1. in responsione ad 2. a gu. principale iure naturæ omnia sunt, & debent esse cõmunia, & sine proprietate, pro statu innocentiæ, vt innuit Chrysostomus, & dictum est: vt de his latiùs, & pulchrè Bonauentura 4. cap. Sicque patet, quod paupertas Euangelica est omnia contemnere, & relinquere perfectè, & per consequens, quod ex quo perfectius quis contemnit & relinquit omnia tẽporalia, eo magis accedit ad culmen perfectæ paupertatis Euãgelicæ Sed nemo plus, aut perfectius contemnit, quam is, qui omnia relinquit, & nihil possidet omnino in particulari & in communi, vt Hieronym. in epist. ad Paulinum *Nemo perfectius erogat, quam qui nihil sibi omnino (vt ipsi Paulinum est) reseruauit* ergo talis paupertas supradicta est in culmine Euangelicæ paupertatis.

Matth. 19. *Matth. 10.* *D. Hier. in epist. Paulinum.*

Ad prædicta omnia expressè facit Bartholus lib. 1. minori carum cap. 1. dicens statum fratrum Minorum esse in altissima paupertate fundatum, nec vnquàm inter sæculares aliquẽ statũ reperiri aliquo iure institutionis ob aliquã causam vel delictũ huic similem, vel ita pauperrimum: nam homines liberi, quorum status est integer habere possunt in proprio & in cõmuni. Quia tamen sunt quorũ status propter pœnã diminutus est, vt deportatum insulam, quia licet ea, quæ in eis sunt perdãt, tamen ea, quæ iuris gentium sunt retinent, & ex hac causa possunt

Prima pars dicti statuti fratrum Minorum lib. 1. titulo 1. cap. 1.

ibi

ff. de pœnis leg. quidam sunt.

sibi acquirere,& actiones habere, *Vt ff.de pœnis, l. quidam sunt,* cum alijs concordantijs ibi positis. Quidam sunt serui pœnæ,& sic eorum status in totum perimitur,quia perdunt omnia: tamen pro alimentis potest sibi legari, & ipsemet potest per se,vel per alios iudicis officium implorare,vt sibi soluatur; *Vt ff. de alimẽtis & cib. leg. l sicuti,& l.si seruus ff.de ijs,qui pro nõ scriptis habentur,l.si in meta mm* Tamen fratres Minores,pro nulla re temporali possunt experiri in iudicio,vt infra dicetur, nullisq; alijs vsus pecuniæ reperitur interdictus.Nulli ergo sunt in tanta paupertate propter pœnam,in quanta isti sunt propter votum.Quidam etiam sunt, quos seruos fecit captiuitas,vel natiuitas,& illis etiam ex causa alimentorum potest legari, & in multis casis,pro re temporali in iudicio esse possunt, *Vt ff. de iudicijs,l.lis nulla*,& eis vsus pecuniæ non est interdictus,*Vt ff. de manumissis,legatis cui.* Nõ ergo sunt in tanta extremitate paupertatis,quanta sunt fratres prædicti propter Deum. De ijs etiam, qui in Ecclesia Dei militauerunt,nullum genus hominum reperio in tam stricta paupertate. De clericis enim sæcularibus, & religiosis non mendicantibus,non est dubium.De alijs verò religiosis mendicantibus constat,quòd aliqua habent in communi,quoad proprietatem,vt colligitur ex verbis domini Ioannis XXII. *in extrauaganti, Quia quorundam*, referentis verba Gregorij IX.dicentis, *Fratres Minores,& prædicatores in altissima paupertate Domino famulari*,& tamen constat ipsos prædicatores in communi habere etiam,quoad proprietatem aliqua,quia eorum statui non repugnat.Fratres autem Minores nihil omnino ex vi regulæ habere possunt,vt dictum est,&c. Hæc ille. Et Cardinalis Zabarella super Clementina *Exiui*, idem expressè dicit in solutione tertij argumenti, quòd fratres prædicatores habent aliqua in communi,quoad proprietatem,licèt dicantur mendicantes,quia habent horrea & cellaria. Fratres autem Minores in altiori sunt paupertate,tam in pecunia & alijs, quàm etiam in hoc,quòd illi possunt agere in iudicio, isti non. Item illi propriè dicuntur domini suarum rerum,isti non: sed tantum impropriè,quia scilicet possunt licitè vti talibus rebus ex concessione domini dantis ipsas res taliter possidentis. Vnde hìc est *fas vtendi* secundum ius naturale & diuinum:in alijs autem est ius politicum,& ciuilis actio, vnde & possunt de suis rebus disponere ad libitum:fratres autem Minores, tantum ad vsum simplicem facti,vt dictum est:& idem Panormit. *In cap. in præsentia*,

sentia, de probationibus. Et sic patet probatum, quòd fratres Minores ex vi regulæ tenentur ad paupertatē supradictam Euangelicam, & tam hoc in communi, quàm in particulari, quòd solum possumus habere simplicem vsum facti sine vllo iure ciuili, quodque talis paupertas est altissima & Euangelica: quòd autē sit sancta & meritoria, patet ex dictis, & habetur expressè in declaratione Nicol. III. Sed an propter hæc debeat nostra religio dici simpliciter perfectior alijs, videatur latiùs supra in introduct. q. 2. &c. & an habere in communi minuat aliquid de perfectione simpliciter, aut de perfectione religionis, quæ dicitur perfectio secundum quid, &c.

Nunc secundò restat probare, quòd Christus & Apostoli hanc paupertatem supradictam seruauerunt, & verbo, & exemplo docuerunt. Hoc autem probatur primò: quia sic habetur in declarat. Nicol. III. vbi supra, quæ est approbata solemniter in Concilio Viennens. & per Clemen. V. in sua declaratione. Et licèt dominus Ioann. XXII. oppositum decreuerit, tamen adhuc valet prædicta declaratio Nicol. III. vt latiùs videbitur infra, & in respons. ad 4. argumentum.

Apostoli nihil proprium habuerunt, neque in communi, neque in particulari.

Secundò probatur idem: quia vt refert Bonauentura cap. 4. in legenda beati Ioannis Euangelistæ habetur, quòd Apostoli dixerunt, *Nulla ratione possumus accipere eorum, aut vestes, aut domos, aut prædia, aut seruos, &c.* & ad id Chrysostomus super Matth. 10. *Nolite possidere aurum &c.* vbi patet renunciatio mobilium & immobilium in Apostolis ex præcepto Christi. Et Glos. super illud Ioann. 14. *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet, &c.* dicit, *Noluit Dominus habere, quod perderet: venit pauper, ne haberet diabolus quod auferret.*

Matth. 10.

Gloss. Ioan. 14.

Tertiò probatur, quia Christus & Apostoli fecerunt quicquid docuerunt, aut consuluerunt faciendum pertinens ad virtutem, & vitam Euangelicam, vt patet Actuum 1. *Cœpit Iesus facere & docere*, non enim vt hypocritæ dicunt, & non faciunt: sed prædicta paupertas altissima & Euangelica est, vt patet ex dictis, ergo eam verbo & opere seruauerunt, & docuerunt, saltem ad tempus, & vt personæ particulares in seipsis viam perfectionis alijs ostendentes: quod dico, quia pro aliquo tempore hanc paupertatem non seruauerunt, vt dicetur in responsione ad 3. argument. Neque vt personæ communes & Prælati Ecclesiæ, vt proximè dicetur in quarta probatione subsequente.

Actor. 1.

Quartò probatur, seu potiùs ad maiorem declarationem

omnium prædictarum probationum, pro hac difficultate, scilicet, quomodò Christus, & Apostoli seruauerunt, & conseruauerunt prædictam paupertatem Euangelicam.

Nota. Notandum, vt habetur in tract. 10. plag. paupertatis, in argumento 3. partis, quòd Nicolaus Glasberger in sua chronica dicit, quòd frater Vbertinus de Cassali, qui dudum tempore Clemen. V. ordinem Carthusiēs. intrarat propter tribulationem, quam in Concilio Viennensi passus fuerat, anno Domini 1313. requisitus de mandato domini Papæ Ioannis XXII. qui nuper dixerat in sua decretali, *Cùm inter nonnullos*, paupertatem Euangelicam non carere dominio in communi, quòdq; Christus & Apostoli habuerunt aliquid proprium in communi, tamen postea habens ordinem Prædicatorū ex sua parte ad disquirendam hanc materiam, & fratres Minores ex altera, fecit præfatum mandatum ipsi Vbertino, vt breuiter responderet circa hæc, quid sibi videretur. Qui respondit, quòd simpliciter nil est negandum, seu affirmandum, sed potiùs distinguendum sic. Primò Christus & Apostoli fuerunt in duplici statu: fuerunt enim vniuersalis Ecclesiæ Prælati noui Testamenti, & hoc modo habuerunt aliquid quoad distributionis & dispensationis authoritatem, pro dando pauperibus, & ministris Ecclesiæ, sicut de Apostolis dicitur: & hoc negare est hæreticum; & ex hac Prælationis authoritate Christus habuit loculos, quod nullus negat. Secundo, possunt Christus & Apostoli considerari in alio statu, scilicet, vt personæ singulares, & fundamenta perfectionis religiosæ, & perfectè mundi cōtemptores, & gloriam mundi conculcantes, & Christi consilia de supererogatione perfectionis in seipsis obseruantes, & dictæ perfectionis exemplum tribuentes, volentibus eam obseruare. Et si quæratur, an isto modo habuerint proprium. Distinguo de duplici modo habendi, scilicet ciuiliter & politice, seu mūdanè, quem modum habendi diffiniunt leges Imperiales, duas eius partes ostendentes his verbis (*Ea habere dicimur in nostris bonis, in quibus habitis defensionem, & in nō habitis repetitionem habemus*) & hoc patet, quòd qui hoc modo ciuiliter aliquid habet, potest sua defendere ab inuasore, & repetere à retentore in iudicio per iudicem temporalem, & isto modo dicere Christum & Apostolos habuisse rem mundanam, est hæreticum: quia est contra Euangelium, ibi, *Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tollere, præbe ei & pallium*, &c. Item, dato, quòd non

Christus & Apostoli secundum duplicem statum, in quo considerantur, habuerunt aliquid proprium in cōmuni, & non habuerunt.

fuit

fert tibi vestimentum, nec prohibere, &c. quod & ipse Christus fecit: qui fecit quod & docuit, Actuum ergo scilicet prohibuit defectione habiti, & deperditi repetitionem; & iste modus habendi propriè dicitur proprietatem, & dominium ciuile habere, & quia Christus & Apostoli hoc modo non habuerunt, ideo dicitur Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, &c. quia hoc modo non habuerunt dominium, nec proprietatem in particulari, neque in communi: & iste modo credo, quòd volūt dicere fratres Minores, licèt non satis distinxerint diuersos modos habendi. Alio modo possunt haberi res temporales, quoad ius naturale, vel quoad ius charitatis fraternæ, scilicet ad sustentationem eius naturæ & status, repellendo diuersas, ne aliquis male sapiant, vel ibūdē pompam euitent. & hoc modo Christus & Apostoli habuerunt bona temporalia, vt panem, vinum, pisces & vestes & cætera necessaria vitæ: quia hoc non prohibuit Christus, & aliter dicere est hæreticum: & hoc modo fratres minores habent aliquam rem: & sic credo, quòd volunt dicere fratres Perusinatores, hæc Vbertinus. Hæc eius responsio fuit in consistorio summi Pontificis, & à Papa, & ab vtraque parte contraria approbata est, quod factum est anno Domini 1329. die 27. Septembris. Addens ipse Vbertinus, quod erat paratus reddere rationem de prædictis; & ostendere falsa & hæretica alia in contrarium asserta: quibus auditis dominus Papa Ioann. XXII. fuit nostro ordini reconciliatus, reuocans quæ dixerat in cōtrarium. Hæc in prædicto tract. 10. plag. Et cum prædictis concordant Bonauentura 4. & 6. cap. addens, quòd prædictam perfectionem paupertatis Euangelicæ ad tempus seruauerūt Apostoli, & ad tempus ex causa imminente Christi passione, & post per paululum temporis ex dispensatione Domini eam non seruauerunt cum alijs discipulis & fidelibus, vt Act. 4. habuerunt, & post ad priorem formā paupertatis Euangelicæ redierunt, vt hoc infra in respons. ad 3. argum. patebit. Nos ergo fratres Minores ex regula, ad illam perfectionem Euangelicæ paupertatis supradictam, quā Christus & Apostoli, vt particulares personæ aliquādo, & pro maiori tempore vitæ Apostolicæ tenuerunt, obligamur, vt dictum est, vt ait Bonauent. cap. 2. in 3. tract. libri Monumenta Minorum, & idem sæpe replicat 4. & 6. cap. Et sic patet probatio totius 3. puncti principalis ex omni eius parte. *Matth. 19.*

Contra prædicta omnia multi Doctores oppositū tenentes,

præsertim omnes fere de ordine Prælatorum, signanter Florent. in 4. parte summæ titul. 12. cap. 4. per totum sat is argui, maximè probando tria (quæ in prædictis supponūtur) esse falsa. Nam tota hac quæstione præsupponitur, quòd in rebus aliquibus possit esse aliquis simplex vsus facti tantum sine vllo iure, aut dominio in re, aut in vsu ipsius rei habito. Secundò præsupponitur, quòd in rebus vsu consumptibilibus potest separari, aut distingui vsus ipsius rei à dominio, vel à iure ipsius rei. Tertiò præsupponitur, quod in Euangelio habetur talis paupertas, qualis supra in primo puncto diffinita est, qualis in hoc 3. puncto probata est, quòdque Christus & Apostoli seruauerunt, & consuluerūt. ¶ Contra hæc tria dicta argeit Floren. vbi supra. Et primo cōtra primum sic: quia si quis habet simplicem tantum vsum rei sine vllo dominio aut iure ergo iam vtitur tali re aliena sine vllo iure, & per consequens sine iure, & iniustè, & illicitè: & hanc rationem multiplici authoritate, & ratione probare nititur & roborare. Sed hæc ratio nil valet: nam ad eam respondeo, quod sine vllo dominio, aut iure politico vtimur talibus rebus, nō tamen sine iure diuino aut naturali, sicut aues & iumenta aut potius serui vtuntur rebus dominorum suorū, vt dictum est: & sic nos licitè vtimur eis. Ideò, vt habetur in tabul. 19. Vicarij Generalis in rebus, quibus vtimur, nō habemus ius vtendi, scilicet politicum, benè tamen habemus fas vtendi: quòd est ius naturale, vel diuinum, vt patet ex dictis. Faciūt ea, quæ notantur in cap. *Omnes leges*, dist. & in glos. ibidem. Cū dicitur, quòd non potest esse vsus simplex licitus sine iure aliquo vel proprietate Respondeo, quòd hoc est verum lege ciuili & humana, non tamen lege diuina: quia est fas, id est, æquū. Vnde dicitur in cap. *Omnes leges, fas lex diuina est: ius lex humana: transire per agrum alienum fas est, ius non est. Iure diuino licitum est comedere vuas in necessitate in agro alterius, sed non exportare. Contera etiā spicas, & comedere licitum est, vt dicitur 7. quæst. 3. cap. 1. Sed non mittere falcem, vt dicitur de consecra. dist. 5. cap. discipulos. Sed licet sit æquum lege diuina, quia est fas, non tamen est ius, id est, ius non dat ciuilem actionem.* Hæc glos. & addit; *Ibi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet id est, tu non habes, pro nocumento, immò tibi placet, & tu concedis, æquum est, vt mihi non prohibeas, licèt ius tibi (aliàs & melius mihi) id faciat: vt ff de aqua pluuia arcēda, l. in summa §. Itē varie.* Hæc glos. Sic ad propositū possum in rebus quibusq; etiā vsu cōsumptibilibus habere vsum simplicē facti tantū, id est, eis vti

Primū argumentū cōtra præcepta. Dissoluitur.

vti ad meam necessitatē legē diuinā, quia fas mihi est, id est, æquum te concedente ad meam necessitatem talem vsum, licèt in eius rebus non habeam, id est, ciuilem actionem aut dominium non habeam: quia lex ciuilis, vel humana hoc non mihi concedit. & per hæc soluuntur omnes authoritates & rationes, quæ adduci possunt in oppositum. Et concordat Nicol. III. artic. 2. addens *Nec his obuiare dignoscitur, quòd ciuilis prouidentia in humanis rebus hunc constituit, videlicet non posse vsum, vel vsumfructū à dominio perpetuo separari, quod ne dominiū domino (semper absente vsu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit: retento namque dominij talium rerum cum concessione vsus facti pauperibus meritoria est, & professioni pauperū opportuna, &c.* Hæc illa. Et hic patet responsio ad primum.

Contra secundum scilicet, quòd in rebus vsu consumptibilibus potest distingui, & separatim haberi, & concedi vsus simplex facti tantum, à dominio & iure ipsius rei, vel vsus rei. Arguit Florent. & alij hic. In rebus, cuius vsus non est sine proprietatis cōsumptione, impossibile est esse omne ius in vsu sine iure in proprietate, aut habere licitè vsum sine proprietate, quod patet: quia ex quo consumitur proprietas per talem vsum, iam ipse vsus non esset licitus nisi possit licitè consumere proprietatem annexam: proprietatem autem talem nō possem licitè consumere, nisi haberem eam, aut nisi haberem ius ad eam consumendam: ergo patet prædicta maior, quod scilicet in rebus, cuius vsus non est sine proprietatis consumptione, impossibile est habere licitè vsum sine proprietate, aut sine iure in proprietate consumenda. Sed in rebus vsu consumptibilibus, vtpotè in pane & vino, &c. quæ comeduntur, quando comeduntur, non est vsus commestionis aut consumptionis earū sine cōsumptione proprietatis simul: ergo in talibus nō potest vsus earum ab earum dominio & proprietate seu iure separari: & hæc est potissima ratio circa hoc, sed nihil concludit, nam facilis est responsio. *Secundū argumentum.*

Respondeo ergo ad hoc negando maiorem: nam in talibus rebus licèt non possit haberi ius in earum vsu sine iure in earū proprietate, de quo ego non curo, ex quo, vt dictum est, nullū ius nos habemus in rebus, aut in earum vsu, quæcumque sint illæ res, tamen benè potest haberi licitè vsus talium rerum vsu consumptibilium sine eo quòd habeatur proprietas, aut ius aliquod in eis, aut in earum proprietate aut vsu: quamuis sit in *Dissoluitur.*

separabilis proprietas, aut ius ob eorum vsu, cũ quo simul perit proprietas & ius: & potest quis licitè habere ipsa nudum simplicem facti, & per talem vsum consumere ea, & proprietatem annexam, vel inseparabiliter, licèt non habeat ipse ipsam proprietatem, aut ius prædictum annexum in vsu rei: quia cui conceditur principale, id est, cõsumptio rei per nudũ vsum eius, cõceditur & accessorie annexũ, etiam inseparabiliter, scilicet cõsumptio iuris & proprietatis cuiuscumque tali rei annexæ ad quemcumque pertineat tale ius, taliſque proprietas: sicque cõcedo, quòd dominium & proprietas talium rerum trãsit, id est, perit cũ vsu earũ, sicut apud Ioannẽ dicitur, quòd transit, id est, perit mundus, & concupiscentia eius. Non tamen transit dominium in aliquem, putà in consumentem, seu vtentem tali re, neque efficit, aut denominat illum dominum illius rei, aut iuris eius, quando non est capax talis dominij aut iuris ciuilis. Hæc omnia patent clare: quia volatilia & iumenta dominorum habent vsum simplicem rerum eis à dominis concessarum, vtpotè panis, vini, &c. non tamen habent dominium, proprietatem, aut ius ciuile in eis, aut in earum vsu, quia non sunt capacia talium dominiorum, aut iurium, aut quia non conceditur, nisi tantum simplex vsus earum, vt feris conceditur à suis dominis: & quamuis cum tali simplici vsu rerum consumptibilium pereat, & consumatur á prædictis volucribus, & iumentis dominiũ, & ius earum, non tamen sequitur ex hoc, quòd sicut habebant vsum earum, habeant dominium, & ius earum: sicq; patet, quòd per vsum simplicem facti tantum possunt licitè consumere tales res, & dominium, & ius eis inseparabiliter annexum, cuiuscumque sit tale dominium & ius, sine hoc, quòd habeant aut dicantur habere politice dominium, aut ius politicum talium rerũ, aut in earũ vsu, sicque potest haberi vsus simplex: quamuis dominium annexum nõ habeatur politice, licèt habeatur realiter, id est, licèt habeatur tanquàm res annexa rei ipsi consumptibili, non tamen tale dominium habetur, tanquàm dominium, aut tanquam ius politicum, sed vt consumatur cum ipsa re, quæ per vsum consumitur, seu consumenda est. Et cum his concordat expressè Cardinalis Zabarella in Clementina, *Exiui*, dicẽs, quòd potiùs videtur hic esse disputatio de verbis, quàm de rebus: rebus autem, & non verbis legem imponimus, *Vt l. 2. C. de legatis, & de liberis præteritis, l. 3.* Nunquàm enim interpretatio vocabuli tantũ valet, vt melior sensu existat: ideò stando in re,

semper

semper saluatur status nostri perfectio supradicta de paupertate, & de simplici vsu facti tantum. Nam vt ait idem Doctor in solut. primi & secundi argumenti, vbi supra fratres Minores habent vsum rerum consumptibilium, licitum tamen, qui tamen aliquando est & potest dici vsus iuris: nec propterea dicitur non esse simplex vsus facti: quia in his, in quibus vsus separatur à dominio, habent tantum vsum licitum; in alijs autem vsu consumptibilibus, dum consumuntur, si dicis quòd habent proprietatem, dico, quòd non habent eam tanquam proprietatem, sed in consequentiam vsus. Si autem dicatur, quòd non habent proprietatem, sed ex consequenti, donec iam vsi fuerint, & donec consumpserint talem rem, putà panem, vinum, &c. tunc iam cessat ratio in contrarium, & licet extrauagans domini Ioann. XXII. approbet primum dictum, seu modum, scilicet, quòd habeant proprietatem, seu ius propter inseparabilitatem, non tamen multum in hoc refert, ex quo non habent eam, vt proprietatem aut ius, vt prædixi, quodcumque teneatur: hæc Zabarel. qui expressè concordat cum prædicta nostra responsione: faciunt & ad hoc ea omnia, quæ ad 1. argum. dicta sunt, applicentur vt oportet.

Cõtra tertiũ, quòd scilicet in Euãgelio habetur nostra prędicta paupertas, quodque Christus & Apostoli eam seruauerũt, vt particulares personæ, & consuluerũt: sic arguit Florent. vbi supra, & alij, quia Ioan. 12. & 13. legitur dominus loculos habuisse, vnde necessaria pro se, & Apostolis & pauperibus emebantur, & prouidebantur: vt etiam patet Ioan. 4. ergo videtur pecunias saltem habuisse, quoad dominium & ius, seu authoritatem dispensandi, saltem in communi. Item Act. 4. dicitur, quòd erãt illis omnia communia: & Augustinus in sua regula dicit, quòd talis erat vita Apostolica habere in cõmuni proprium, seu dominium: & quòd secundum hoc ad id ipse suam instituit religionem. Sufficit ergo discipulo, si fit sicut eius magister Christus: & sicut eius magistri Apostoli fuerunt, Matth. 10.

Tertium argumentum.

Ioann. 12. & 13.

Ioan. 4.

Act. 4.

Matth. 10.

Item, quia si in communi, & particulari prædictam paupertatem Apostoli seruauerunt, ergo Episcopi eis succedentes similiter tenerentur seruare, & per consequens saltem à tempore beati Syluestri, quando possessiones rerum temporalium venerunt in Ecclesiam Episcopi essent in statu damnationis, vt dicebant Manichæi, quod absit: quia vt habetur 12. q. 1. *cap. expedit, & cap. illi autẽ, expedit facultates Ecclesiæ possideri, & prouidas*

perfectionis amore contemni: neque enim repugnat perfectioni habere in communi dominium, seu proprietatem, ergo.

Dissoluitur. Respondeo ad primum, ex Ioan. 12. 13. & 14. &c. secundum Bonauent. cap. 4. quòd Christus habuit loculos dupliciter. Vno modo, vt persona communis, scilicet, vt Prælatus Ecclesiæ, vt sic dispensaret pauperibus, & alijs sibi commissis, vt potè Apostolis & alijs discipulis, vt ait Chrysost. 4. super Ioann. homil. 8. & August. super Ioan. homil. 60. *Habebat loculos à fidelibus oblata reponentes, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiæ pecuniæ forma introducta est*: hæc August. & sic hoc modo, vt Prælatus Ecclesiæ habuit Christus dominium & proprietatem politicè aliquarum rerum, saltem quoad authoritatem dispensandi subditis & pauperibus, vt supra dictum est, secundum Vbertinum. Et similiter hoc modo Apostoli, vt Prælati Ecclesiæ habuerunt, sicut & Christus: & similiter Episcopi Ecclesiæ succedentes Apostolis in hac dignitate Prælationis habent, & habere possunt, vt innuitur ex August. vbi supra ad prouidendum pauperibus & subditis, & sic habere non minuit perfectionem simpliciter, vt dictum est supra in introduct. quæst. 2. quia & sic conueniunt cum Christo in habendo, & in habendi ratione. Alio modo Christus habuit loculos dispensatiue, scilicet pro *instructione*, seu consolatione infirmorum, & imperfectorum in hoc, qui scilicet habent loculos pro seipsis: qui etsi sint perfecti respectu aliorum habentiũ propria, vel multa & magna, cùm ipsi habeant pauca, sunt tamen imperfecti in hoc respectu illorum, qui nihil omnino habent in hoc mundo: vt ergo non putarent homines esse illicitũ habere loculos, ideò Christus dispensatiue propter imperfectos instruendos (quòd non est illicitum) eos habuit. Et hoc ait Chrysost. vbi supra dicens: *Multa enim ad nostram dispensans doctrinam agebat Christus.* Et Hugo super Psal. 10. dicit, *Habebat Iesus loculos conformans se imperfectis. Nam in numero imperfectorum inueniri voluit, ne præsumerent non accipientes, & confunderentur accipientes*, & concordat August. super illud Psal. 103. *Producens fœnum iumentis*, &c. dicens. *Cùm videret Christus Paulum aliquãdo ista non quæsiturum, præuidit ne damnaret quæsiturum, & præbuit exemplum infirmo*: & concordat expressè Nicol. artic. 2. dicens. *Neque his obstat, quòd interdum dicitur Christus loculos habuisse; nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt opera in suis actibus, viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum personam Christus*

Quomodò intelligẽdũ sit Christũ, & Apostolos habuisse loculos, & aliquod proprium in cõmuni.

Psal. 10.

susceperit:

suscepit in loculis, &c. Ex quibus expressè patet, quòd nihil valet glossa, quam dat Florent. in 4. part. summ. tit. 12. cap. 4. §. 21. quòd habuit loculos, pro infirmitate carnis infirmis condescēdens: & necessitatibus, & egentibus tum ex carnis infirmitate condescendens, quæ glossa facile refellitur per hoc, quòd sæpe dicitur, quòd imperfectis mente Christus condescendens egit sæpe opera nostræ imperfectioni conformia, &c. vt ad literam patet ibidem. ¶ Sed notandū, quòd vt bene ait Caietanus 2. 2. q. 188. art. 7. & sumptum est ex Bonauent. 4. cap. supra dicto, *sensum* portare, seu habere loculos dicitur, & est imperfectio moraliter ad hunc sensum, respectu sui oppositi, quia scilicet non est tam perfectum opus ex se, sicut est suum oppositum, scilicet nō habere loculos. Sicut comedere, aut fugere mortem, non est tam perfectū opus ex suo genere, sicut est abstinere & fortiter expectare mortem seu aggredi, &c. Et sic intelligitur, quòd Christus egit opera imperfectis conformia, fugiendo & portando loculos aliquando: quamuis respectu ipsius Christi, & cum circunstantijs, cum quibus Christus illa faciebat, perfectius & sublimius fiebāt à Christo, & erant perfectiora opera, quàm quæcumque alia etiam heroica aliorū, quia perfectius Christus comedebat, quàm Baptista abstinebat, &c. vt Nicol. III. ibidem dicit. Nos ergo fratres Minores non imitamur Christum in habendo loculos aut proprium primo modo, ex quo non succedimus in dignitate Episcopali, neque in secūdo modo, quo dispensatiue habuit, pro infirmis aut imperfectis, sed in eo modo, quo consuluit viam perfectionis, vt à loculis, & proprio quocumque in communi & particulari renunciaremus cū ipso Christo, & Apostolis, vt personæ particulares perfectionis viā verbo & opere ostendentes erant, vt supra probatum est: quod & innuitur Matth. 17. quando ad proprios vsus non soluit didrachma de loculis quos habebat, pro necessitatibus pauperū, & sibi commissorum, sed miraculosè de pecunia inuenta in ore piscis, vt latè supra probatum est. Sicque discipulus non est supra magistrum aut magistros: in eo quod tanquàm exemplum perfectionis imitatur, vt dictū est. Non enim contentus esse debet discipulus in his, quæ dispensatiue, pro imperfectis magister agit, sed ad imitandam eum in perfectioribus, vt oportet & decet conandum est, vt ait Bonauentura 4. cap. quanto magis, quòd hoc scilicet, *Sufficit discipulo, vt sit sicut magister*, potiùs dictum est, pro solatio tribulationis, vt scilicet in magistri exemplo,

Nota quo sensu intelligatur, gentium sit ad hunc sensum, respectu sui oppositi, quia scilicet non est tam perfectum opus ex se, sicut est suum oppositum, scilicet nō habere loculos.

plo, in tribulationum sustinentia viriliter perseueraremus, quàm vt in dispensatiuis cõdescensionibus, pro imperfectis eũ imitemur.

Ad aliud autem ex Act. 4. respondeo cum Bonauẽtura cap. 4. & 6. & 2. quòd illa erat vita seu regula constituta sub Apostolis, non pro ipsis Apostolis, prout erant personæ particulares, sed pro alijs fidelibus simul: & pro ipsis, prout erant Prælati, & sic diuersimode. Nam pro alijs omnibus, inter quos erat multitudo Neophytorum virorum & mulierum, quibus subita egestas forsan non conueniebat, erat illa regula sub Apostolis instituta tunc, vt viuerent sine proprio in particulari, sed haberent proprium in cõmuni: ita vt nullus eorum egeret, quoad vsum. Apostoli autem, vt personæ communes, & Prælati habebãt authoritatem dispensandi pretium rerum venditarum, & habebant loculos, vt supra dictũ est: sed vt personæ singulares ipsi & aliqui discipuli alij habebant vsum tantum illarum rerum communem cum alijs sine dominio politico, sicut in statu innocentiæ fuisset, vt innuitur 12. *quæst.* 1. *cap. dilectissimi*. Sed postea ipsi Apostoli prædictam dispensatiuam authoritatem eis ratione Prælationis competentem super illis bonis temporalibus illius *multitudinis*, *tanquàm impeditiuam* verbi Dei dimiserunt committentes eam alijs septem *diaconibus*, vt habetur Actuum 6. & ipsi Apostoli ad primariam nuditatem, & paupertatem eis à Christo iniunctam ad prædicandum missis, quã etiam ante passionem Domini seruauerunt, redierunt, vt personæ particulares carentes loculis, & omni dominio, & iure politico cuiuscumque rei, vt suprà dictum est. Ita quòd Apostoli quadrupliciter in hoc se habuerunt, & aliqui alij discipuli. Nam primò, vt personæ particulares perfectionem Euangelicam seruantes, & verbo, & exemplo docentes, caruerunt loculis missi ad prædicandum, & omni dominio, & iure politico rerũ temporalium omnium. Secundò imminente passione Christi de speciali eius dispensatione propter necessitatem persecutionis, tunc & post paululum temporis à passione Christi loculos habuerunt, pro seipsis etiam, vt personæ particulares. Tertiò ipsi, vt Prælati Ecclesiæ bona multitudinis credentium ad tempus dispensauerunt, & habuerunt authoritatẽ circa ea, vt Actuum 4. Quartò illam dispensationem, tanquàm impeditiuam verbi Dei dimittentes, eamque alijs committentes, vt Actuum 6. ad primariam reuersi nuditatem, vt personæ particulares loculis,

Apostoli quadrupliciter se habuerunt in obdicatione rerum temporalium.

loculis,& proprio & iure,aut dominio quocũq; politico carue runt in ſupradicta altiſsima, & Euangelica paupertate viuẽtes.

Et ſecundum prædictam diſtinctionem debeat intelligi multi textus iuris Canonici & Doctorum,qui vidẽtur dicere,quòd illa regula Actuum 4.erat communis Apoſtolis, & alijs viuendo ſine proprio in particulari habendo illud in communi: quia intelligitur accommode, vt dictum eſt,quôd ſcilicet alij habebant in communi,vt erant perſonæ particulares: Apoſtoli autem,vt erant Prælati habentes proprium in communi, ſed tantum vſum illorum bonorum communium,vt dictum eſt. Sicq; patet,quòd aliæ religiones ſequuntur illam vitam ſub Apoſtolis inſtitutam,pro illa multitudine fidelium modo prædicto Act. 4 habentes in communi proprium,vel dominium. Nos autem fratres Minores aliam perfectiorem regulam paupertatis, quã ipſi Apoſtoli, vt perſonæ particulares aliquando ſeruauerunt profitemur,vt dictum eſt:vt magis à temporalibus elõgati, & á periculis temporalium ad diuina confidẽtius ſubleuemur:hæc ex Bonauent.vbi ſupra.Et per hæc patet, quòd impugnationes & rationes,quas facit Florent.vbi ſupra §.22.quoad hoc volens oppoſitũ probare,nil valent,neq; Canones, aut authoritates,quas adducit,concludunt,pro eo cõtra nos, quia accõmode,vt dictum eſt,ſunt omnia intelligenda,& concordanda.

Fratres Minores ſeruant ſtrictiſsimã paupertatẽ,quã Apoſtoli ſeruauerunt.

Ad aliud,quòd ergo Epiſcopi tenerentur ſeruare præfatam paupertatem Euangelicam:Reſpondeo ſecundum Bonauenturam cap. 4. quòd Apoſtolis non eſt impoſita talis paupertas Euangelica,vt Prælatis, ſed vt perſonis particularibus miſsis ad prædicandum verbo & exemplo talem perfectionem, & legem Chriſti. Epiſcopi autem non ſuccedunt illis, niſi vt erant Prælati in dignitate,& authoritate Prælationis Apoſtolicæ, nõ in forma illius paupertatis,vt patet 12.q.1.*cap.*8.*videntes*. Ideò ergo ad illam vitam paũpertatis non tenentur, ſed illi tantum, qui ad hoc ſponte ſe obligant propter Chriſtum,vt ſunt fratres Minores, ex quo indifferenter talis vita omnibus volentibus eam imitari proponitur:vt etiam innuit hic Hieronym.ad Elbediadem, *Si vis perfecta eſſe, fac quæ fecerunt Apoſtoli,&c. Vende omnia,quæ habes,&c.* Et quod additur, quia habere in communi non minuit ſtatum perfectionis,ſimpliciter verũ eſt: minuit tamen ſtatum profeſſionis religionis, quæ eſt ſtatus perfectionis ſecundum quid, vt patuit ſupra in introduct. quæſt. 2. habetur, [illegible] quo ſ. expedit habere in cõmuni,&c. dico,

dico,quòd expedit quidem aliquibus & Ecclesiæ: sed etiam aliquibus alijs expedit,& conueniens est nihil habere politice, neque in communi,neque in particulari, vt ait Bonauent. vbi supra,id quod nos fratres Minores, tanquàm expedientissimũ ad salutem,& perfectionem religionis amplectentes de authoritate Euangelica Apostolica & Ecclesiastica profitemur: & sic patet responsio ad tertium.

Quartum argumentum.

Quarto contra omnia tria puncta,& præsupposita in hoc 3. pũcto principali huius quæstionis,& in tota hac quęst.arguitur, quia dominus Ioann.XXII. in suis extrauagantibus expresse oppositum decreuit,dicens hæreticum esse tenere, quod dictũ est.Nam in extrauaganti quæ incipit,*Cùm inter nonnullos*, declarat,quòd est hæreticum dicere,quòd Christus & Apostoli nihil habuerint proprium,nec in communi,neque in particulari: & in alia extrauaganti, *Id conditorem*,declarat,quòd in rebus vsu consumptibilibus non potest separari neque haberi nudus vsus facti sine dominio & proprietate: quòdque in quibuscumque rebus non potest hodie haberi vsus simplex facti tantum sine vsu in re,aut in vsu rei ipsius: quòd quę dominium rerum vsu consumptibilium non pertinet ad Ecclesiam Romanam, quòdque concessio syndicorum ad tractandum res, quibus vtuntur fratres,& alia secundum Nicol.III.& Martinũ IIII.nihil valet,& reuocat illam,ne deinceps talibus *syndicis* vtamur,&c.& in alia extrauagante, *Quia quorundam*,iterum ea omnia confirmat & decreuit hæreticum esse asserere contrarium ad prædictam extrauagantem:ergo per hæc videtur falsum omne, quod supradictum est, secundum Nicol. III. & in tota hac quæstione.

Quid dicendum sit ad extrauagantes Ioannis XXII.

Respondeo,quòd quoad hanc materiam de his extrauagantibus Ioann. XXII.& de declaratione D. Nicol.III.& Clem. V. sunt tres præcipui modi respõdendi,quorũ duo primi sunt in fauorem domini Nicol. III.& contra omnia supradicta in hac quæstione.Tertius modus est pro concordia,& pro saluanda veritate omnium extrauagantium Ioann.XXII.&declarat. Nicol.III.& Clem.V. & omnium prædictorum.Et in hoc tandem stãdum censeo,vt videbitur.Est ergo primus modus respondendi aliquorum,vt refert Florent.4. parte summæ tit.12. cap.4.§.23.quòd declaratio domini Nicol.III. & Clem.V. quoad hæc omnia supradicta est reuocata per extrauangantem domini Ioann.XXII.tanquàm falsa,aut tanquàm dubia. Sed certè

Primus modus dicendi.

Reijcitur.

certè hi modus dicendi est impius, idcò sicile repellitur à domino Florentino ibidem.

Secundus modus dicendi est ipsius Florentini ibidem, quòd scilicet dominus Ioan. XXII. in prædictis extrauagantibus declarauit & limitauit, quomodo deberet intelligi prædicta declaratio domini Nicol. III. sicque non contradicunt sibi inuicem. Sed dominus Nicolaus III. debet intelligi & limitari secundum extrauagantes domini Ioann. XXII. quia si Papa potest declarare, & limitare Sacrã Scripturam, ergo à fortiori iura, & Decretales aliorum Pontificum, & quod sic ipse Ioann. XXII. dicit in prædicta extrauaganti sæpe, quòd sic intellexit Nicol. III. sicut ipse ibi decernit; & per consequens omnia supradicta in hac quæstione essent falsa, nisi secundum extrauagantem Ioannis XXII. limitentur in oppositum sensum: & concordat Caietanus in 1. quodlib. in 2. parte apologiæ de authoritate Papæ cap. 13. quamuis alia via nitatur euadere, sed puerliter, vt patet intuenti. *Secundus modus dicendi probabilior.*

Sed certè iste modus dicendi nil valet, quia ipsa declaratio Nicol. III. apertissimè reclamat, quòd nõ intelligatur alio modo, quàm expressè sæpius sonat: maximè quia in fine ipsius declarationis habetur, quòd Nicol. III. vult intelligi ad literam, vt sonat, quòdque sic intellexit ipse: ergo dicere, quòd intellexit oppositum, quàm expressè sonat sæpius, non est declarare, sed peruertere sensum illius: maximè quia omnes tam Pontifices subsequentes, quàm Doctores intelligunt illam, vt sonat. *Reiicitur.*

Ideo tertius modus, saluo semper meliori iudicio, mihi ex supradictis videtur posse elici, pro concordia & veritate omnium hinc inde saluanda, & pro responsione, quæ satisfaciat. Iste autem modus stat in duobus dictis, quorum primum est, quòd dominus Ioann. XXII. non contradicit domino Nicolao III & quòd vterque vere locutus est, sed æquiuoce ad suũ quisque sensum, sic scilicet, quòd quãdo dominus Ioan. XXII. in extrauaganti, *Cùm inter nonnullos*, dicit, quòd hæreticum est dicere, quòd Christus & Apostoli nihil habuerunt in communi, seu particulari, certè verum dicit, quia ex quo eius cõtradictoria affirmatiua est vera, & catholica: hæc scilicet, quòd Christus & Apostoli habuerunt aliquid proprium, seu dominium in communi: quod patet, quia vt personæ communes, & Prælati Ecclesiæ habuerunt aliquid proprium, vt supra probatum est, secundum distinctionem factam per Vbertinum, sicque si aliquo *Tertius modus dicendi probabilior.*

quo modo, vt persona communis habuit proprium Christus & Apostoli, iam illa affirmatiua verificatur, quòd habuerunt proprium. Sicut si quis aliquo modo currit, verum est quòd currit: ad veritatem enim affirmatiuæ sufficit, quòd pro aliqua parte, seu pro aliqua singulari, seu aliquo modo verificetur, vt patet. Si ergo illa affirmatiua est vera & catholica: ergo eius contradictoria est falsa & hæretica: hæc scilicet, Christus & Apostoli nihil habuerunt in communi: nam negatio totum negat stando in rigore, quia significat, quòd nec vt personæ particulares, neque vt cõmunes, neque vt Prælati aliquid habuerũt in communi vllo modo, quod est hæreticum, vt patet ex dictis. Ideo D. Ioan. XXII. illam negatiuam decernit hæreticam, & benè, & affirmatiuam Nicol. III. decernit catholicã ad sensum supradictum, quod scilicet, vt personæ cõmunes & Prælati habuerunt propriũ, seu dominiũ aliquarũ rerũ in cõmuni: saltem quoad authoritatẽ dispensatiuã, vt supra. Dñs auten. Nicol. III. cùm dicit, quòd Christus & Apostoli seruauerũt paupertatem Euangelicã supradictã & verbo & exemplo docuerũt: loquitur de ipsis, vt personæ particulares ostẽdentes viam perfectionis, vt patet expressè ex suis verbis supra allegatis, &c. quia vt personæ particulares nihil habuerunt proprũ, & ideò cautissimè ipse D. Nicol. loquutus est semper, quia nunquã dicit absolute, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in cõmuni, neq; in tota sua declaratione datur illa proprietio negatiua, quæ in rigore probata est falsa & hæretica. Videns ergo loquens dictam affirmatiuam, scilicet, quod Christus & Apostoli prædictam paupertatem Euangelicam, seu perfectionem perfectissimam verbo & opere docuerunt & seruauerunt, quæ æquivalet huic propositioni modificatæ, scilicet Christus & Apostoli, vt personæ particulares ostendentes viam perfectionis, nihil habuerunt proprium in communi, &c. & ideo nos in tota hac quæstione caute loquuti sumus, non dicentes illam negatiuam absolute, quæ est hæretica: sed sicut D. Nicol. III. quòd Christus & Apostoli seruauerunt prædictam paupertatem Euãgelicam, seu cũ modificatione expressa, quod Christus & Apostoli, prut erant personæ particulares, nihil habuerunt in communi: sed neque in particulari, de quo non est dubium. Sicque omnia concordantur, & saluantur in veritate, quodque sic intellexerunt prædicti omnes Pontifices, facillime potest ostẽdi ex verbis & rationibus ipsarum declarationum & extrauagantiũ.

Notan-

Notandum tamẽ, quod licet Christus vt homo habuerit ex dono Patris specialì ab instanti incarnationis dominium omne super omnem creaturam, super regna, &c. secundum Thom. & veritatem, tamen noluit habere exequutionem huius dominij quoad temporalia vsque ad resurrectionem: & ideò dicitur, quòd vt particularis persona non habuit dominium politicũ, id est, quòd noluit habere exequutionem dominij sui, quod in omni foro poterat exercere, si vellet, aut si expediret nobis: quamuis etiam sine litigio, & sine hoc, quòd authoritati humanæ se subijceret, id posset licitè, & valide in omni foro exercere, vt dictum est. *Nota.*

Ad aliud, quod habetur in extrauaganti, *Ad conditorem*, respondeo, quòd vtrobiq; dicitur verũ, sed æquiuoce. Ideò dico, quòd D. Ioan. XXII. intelligit, quòd nunquã potest licitè haberi nudus & simplex vsus facti tantũ in quibuscumq; rebus consumptibilibus, aut inconsumptibilibus sine dominio, aut iure aliquo, quod est verũ de iure, aut dominio tantum naturali, seu diuino, quod dicitur fas, seu æquitas ad vtendũ tali re, quia sine tali iure, aut dominio nunquàm quis licitè vtitur re aliqua, vel sine dominio, aut iure politico. Nunc autem sufficit ad licite vtendum re aliqua, quòd vtens habeat ius diuinũ vel naturale, seu fas vtendi, vt patet: quia in extrema necessitate licitè iure naturali quis vtitur re aliena, super qua non habet ius politicũ: dominus autem Nicolaus III. dicit, quòd sine dominio & iure quocumq;, scilicet ciuili, seu politico, potest quis licitè habere vsum nudũ simplicem facti tantũ in re quacunque, etiam vsu consumptibili, vt patet ex supradictis, & sic concordantur omnia: quòd autem sic intellexerunt, certe ex ipsorum verbis, & rationibus facile haberi potest, si benè inspiciantur omnia. *Videatur ad propositum Scotus lib. 4. de iust. & iure q. 1. art. 1. & Ioan. de Fribur. de Tournay lib. 4. cap. 14.*

Ad aliud autẽ, quod D. Ioann. XXII. in prædicta extrauagãtis, *Ad conditorem*, dicit, quòd dominiũ rerum aliquarũ, præcipuè vsu cõsumptibilium, nõ recipit ipse, neq; pertinet ad Ecclesiam Romanã, & quòd hoc modo non vtamur tyndaris, &c. dico, quòd talia sunt instituta parè humana: & sicut vnus Papa instituit vno modo, potest alius destituere, & alius restituere. sicq; in hoc nõ est cõtrarietas, sed variatio aut mutatio institutorũ secundũ tempus, videre aut voluntatẽ. Ideo sicut D. Nicol. III. & Martinus IIII. dant instituerũt. D. Ioan. XXII. aliàs usa motu proprio & plenitudine potestatis restituere voluit, vt prædicitur. Quæ tamen restauratio quantum ad dicta huius quæstionis non respondenti.

Secundò

Caput ſextum.

Secundò dico, pro complemento iſtius quarti modi reſpondendi ad hoc quartum argumentum, quòd modò deminus Ioann.XXII. concordet cum Nicolao III. vt dictum eſt, modò non, tamen ſtandum eſt declarationi domini Nicol. III. & Clem.V. in hoc artic. tangenti paupertatem: & ratio eſt, quia eſt prædicta declaratio poſteà per ſucceſſores domini Ioann. XXII. confirmata ſæpius, vt patet in cap. 1. conſtitutionum Martini V. vbi ſic habetur, *Quoad votum paupertatis ſtatuimus, & ordinamus illud inconcuſſe tenendum, quod fœlicis recordationis Nicol. III. declarauit in ſua decretali extra de verborum ſignific. exijt qui ſeminat, à §. porro ſucceſſiue & ſeriatim, vſque ad §. verum, quia expreſsé continetur in regula, &c.* Hæc ibi. Vbi patet, quòd ab articulo 2. vſque ad artic. 5. incluſiue confirmatur prædicta declaratio, vbi continentur omnia ſupradicta: & ille Cardinalis fecit prædictas conſtitutiones de ſpeciali authoritate, & commiſſione domini Martini V. quæ cõmiſsio habetur fiff. 84. & poſteà ipſe Martinus V. confirmauit ipſas conſtitutiones, & omnia in ipſis contenta, vt patet in priuileg. *Pernigil ſmore fol.* 38. & *ff.* 36 Item Alexand. VI. in priuileg. *Vberes fructus*, fiff. 75. approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere voluit literas Mart. IIII. & V. & Eugen. IIII. Calixtus III. & Sixtus IIII. per quas literas huiuſmodi Pontifices conceſſerunt fratribus Minoribus, quòd vſum bonorum eis & dicto ordini relictorũ cum puritate ſuæ regulæ percipere, & habere poſsint: proprietate, ſeu dominio eorundem bonorum apud Eccleſiam Romanam remanente. Hæc ibi. Vt de hoc latè habetur infra quæſt. 2. in hoc. De ſyndicis autem, quomodò poſſumus eis vti nomine Eccleſiæ Romanæ, non obſtante extrauaganti domini Ioann. XXII. latè habetur ſupra 4. cap. quęſt. 16. &c. Et ſic patet reſponſio ad omnia obiecta: quæ omnia correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ, & cuiuslibet melius ſentiẽtis iudicio humiliter ſubjicio. Sed an vſus pauper moderatus, ſeu arctus includatur in prædicta paupertate Euangelica, an potiùs non, & quomodò ad eum pertinet, & quomodò ad tales vſus teneamur, latius agendum eſt infra quæſt. 14. & quęſt. 16. ibi videatur. hæc enim ſufficiunt pro præſenti quæſtione.

QVÆS.

QVÆSTIO II.

Queritur ad quem pertineat dominium, seu proprietas rerum & locorum, quibus vtimur nos fratres Minores.

REspondeo per duo puncta, quorum primũ est, Dominiũ omniũ rerum mobiliũ, quarum vsum facti, ordini, vel nobis licet habere, proprietasque earum pertinet ad Papam, & ad Ecclesiam Romanam, & hoc nisi donatores in se retinuerint in toto, vel in parte, patet: quia sic declarauit, & statuit dominus Nicolaus III. art. 2. §. *Ad hæc cùm fratres*, conformiter ad suum prædecessorem Innocent. IIII. Et de immobilibus, vtpotè de domibus & hortis (alia enim immobilia nos habere non possumus) idem fore dicit, quamuis addat aliquam distinctionẽ, quæ vt plenius sciatur summatim subsequitur, quòd scilicet similiter pertinet ad Papã, & ad Ecclesiã Romanã, dominiũ & proprietas locorũ emptorum à fratribus, seu concessorum, aut donatorum eisdem à quibuslibet, seu diuersis personis, seu cõmunitatibus, seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, nisi aliud in tali donatione, cõcessione, seu emptione fuerit explicatum, seu ipsis donantibus, seu concedentibus reseruatum. Dicit etiam, quòd loca prædictis fratribus donata de voluntate dantis fratres inhabitent, qua voluntate mutata, & fratribus patefacta habere ea relinquant, præter Ecclesiam, oratoria, & cœmenteria ad Ecclesiam destinata, quæ omnia in ius, & proprietatem Papæ, & Ecclesiæ Romanæ recipiuntur, dũmodò ex eius assensu, vel Ecclesiæ Romanæ fuerint specialiter accepta. Tamen si dans in dando, vel concedendo reseruauerit sibi tale dominium, tunc ad ipsum dantem, & non ad Ecclesiam Romanam pertinet talium dominium. Hæc ibi.

Prima conclusio.

Dominium, & proprietas omnium rerum, quas vtimur non habemus, sed Papa, & Ecclesia Romana.

Et quamuis dominus Ioann. XXII. in extrauaganti, *Ad conditorem*, hoc reuocauerit: tamen iam alij Pontifices successores prædictam declarationem Nicol. III. quoad hoc reualidauerunt, & confirmauerunt, & reuocauerunt extrauagantẽ domini Ioann. XXII. vt patet in constit. Martini V. c. 1. & in priuilegio ipsius

Extrauagãs Ioan XXII quæ incipit, Ad conditorem, per plures

ves sunmos Pontifices, quæ facultas fuerit Martino V. concessa, vt supra q. 1.

Secunda conclusio.

Dominium pecuniarũ, quibus fratres interuẽiunt in syndici citè vtũtur, ad sedẽ Apostolicam pertinet.



In Capitulo Generali, quod celebratũ est Romæ anno Domini 1600. Domin' Clemens VIII. ad supplicationem ordinis a iudicia

ipsius Martini V. *Peruigiles more*, fol. 38. & ff. 56. vt supra q. 1. dictum est in fine. Alij omnes Pontifices in bullis de syndico id quod ipsi fecerunt, vt patet supra 4. cap. quæst. 16. &c. Et insuper Nicol. V. in quadam bulla, quæ habetur Valisoleti sub plumbo, vt refert Specul. ffff. 13. idẽ fecit quòd Nicol. III. & IIII. in priuilegio, *Quia nonnulli*, fol. 28. id quod Benedictus XI. in priuileg. *Inter cæteros*, fol. 28 ff. 108. fecerant, latè omnia confirmans. Et tandem Alexand. 6. in priuileg. *Dum fructus uberes*, ffff. 75 confirmauit literas suorum prædecessorũ Martini IIII. & V. & Eugen. IIII. & Calixti III. & Sixti IIII. & Pauli II. super hoc, vt supra quæst. 1. in calce habetur. Et Leo X in priuileg. *Merentur*, ffff. 15. iterum facit, id quod Nicol. III. in sua declaratione prædicta, de quibus omnibus potest etiam videri in compendio, tit. *Exemptio*, vbi alia adduntur, quoad exemptionem pertinentia.

† Secundum punctum est, quòd dominus Nicol. III. vbi supra, & alij Pontifices, non recipiunt in suum dominium pecunias, seu res pecuniarias, seu ad pecuniam reducibilia, vt sunt arma, equi, &c. patet ex dictis, quia non recipiunt nisi res, quarũ vsum facti possumus habere. Sed postquàm vtimur syndico, secundum bullam Martini IIII. &c. omnia legata nobis facta, etiam pecuniaria, pertinent ad sedem Apostolicam, seu Ecclesiam Romanam, saltem quoad authoritatem dispensandi ea, ex quo nomine Ecclesiæ, & eius authoritate syndicus Papæ ea potest recipere, petere & expendere, vt supra cap. 4. quæst. 16. lamens VIII. tè dictum est. Similiter qui vtuntur syndico secundum constitutionem Martini V. tunc tales pecuniæ pertinent ad Ecclesiam Romanam, vt etiam dictum est supra.

Sed an dominium rerum pretiosarum, curiosarum, superfluarumque, quibus fratres de facto vtuntur, pertineat ad Ecclesiam Romanam: dicit Specul. ffff. 7. quòd non. Ratio eius est, quia Nicol. III. & alij de hoc loquentes, non recipiunt ad dominium Ecclesiæ nisi res, quarũ vsum facti licitè fratres habere possunt. Sed talium rerum superfluarum: vsum facti nõ possunt fratres licitè habere: quia contra regulam vterẽtur eis, vt tribus oblatæ, præcepitque, vt per totum ordinem acceptarentur bullæ Martinianæ, in quibus declaratur dominium quarumlibet pecuniarum etiam gratuito fratribus oblatarum ad sedem Apostolicam pertinere: videatur pater Miranda in explicat. regul. cap. 79. & Manuel Rodriguez tom. 3. qq. regul. q. 37 art. 4.

sit sedi Apostolicæ dominium cuiuslibet pecuniæ etiam gratuito fra

patebit

patebit infra quæstione 14.ergo. Sed certè mihi saluo melio- *Dominium*
ri iudicio videtur dicendum,quòd dominium talium rerum per- *rerum su-*
tinet ad Papam,sicut & aliarum rerum vtibilium non super- *perfluarū,*
fluarum,& ratio est,quia talium rerum vsus est nobis licitus ra- *quibus fra-*
tione materiæ(vt dictum est supra cap.1.quæstione 7. & dice- *tres vtuntur,etiã*
tur infra hoc sexto capite quæstione decimaquarta,&c.) quã- *vti tur, etiã*
uis sit illicitus ratione circunstantiæ, scilicet ratione qualitatis *pertinet ad*
& quãtitatis: sicut & potest ratione alterius circunstantiæ esse *summũ Pon*
illicitus,scilicet ratione modi,& finis,& temporis,vtpote quia *tificem.*
non modo debito,aut non tempore, seu fine debito ipsis vte-
remur:nunc autem Papa,quando dicit, quòd accipit dominiũ
rerum,quibus licitè vti possumus,ratione materiæ debet intel-
ligi,vtpote quia non sunt prohibitę,sicut vsus pecuniarum,ar-
morum,&c.nobis ratione materiæ conuenire possunt perso-
næ,statui,aut officijs nostris. Quòd autẽ sic intellexerit Nicol.
III patet,quia alias si res omnes, quibus non illicitè vtimur,
aut vti possumus ex quacumque circunstantia, non pertine-
rent ad Papam,sequeretur,quòd quando quis malo animo: seu
fine,seu malo modo,seu non opportuno tempore vteretur ha-
bitu, aut libris,quos habet ad vsum, quod tunc iam illorum
dominium non pertineret ad Papam, vel saltem sequeretur,
quòd si quis conuentus, aut prouincia haberet multos libros,
aut habitus, aut calices superfluos, aut duplicatos, aut curio-
sos, quòd iam non pertinerent ad Papam, quod non qua-
drat communi omnium intellectui:nam ex quo potest aliquan-
do,seu ab aliquibus fratribus haberi licitè vsus illorum vesti-
mentorum, librorum, in toto, vel in parte, si distribuantur,
iam vsus eorum potest aliquo modo esse licitus aliquibus in-
tra ordinem, & per consequens semper pertinent ad domi-
nium Papæ, licèt pro aliquo tempore respectu aliquorum, seu
aliquo modo sit illicitus talis vsus ratione talis circunstantiæ
superfluitatis, vel pretiositatis. Neque dicendum est, quòd
quando talis vsus est superfluus, aut illicitus respectu aliquo-
rum,tunc non pertinet ad Papam dominium eorum, sed quan-
do vsus non est superfluus,aut illicitus,quia hoc nulla ratione
fundatur. Igitur dicamus, quòd dominium omnium rerum,
quarum vsus potest aliquo modo esse licitus in sua materia
nostro ordini seu fratribus in generali,pertinet ad Papam,quã-
uis respectu aliquorum, seu aliquo modo, seu aliquando sit
superfluus, aut pretiosus,aut illicitus aliũde. Et forte sic intelle-

Dominium rerum, quarum vsus ratione materiæ est illicitus fratribus, non pertinet ad Sedem Apostolicam.

xit Speculum vbi supra, & è contra dominium rerum quarũcumque, quarum vsus nullo modo potest esse licitus ratione materiæ fratribus non pertinet ad Papam: patet ex dictis, vt est vsus armorum, &c. huiusmodi. Ad prædicta etiam facit Leo X. in priuil. *Mirentur*, sess. 15. qui concessit nobis aliquarũ rerũ pretiosarum vsum, vtpotè domorum, & rerum ad cultum diuinum cum quibusdam limitationibus: & talem vsum declarauit nobis licitum esse, & earum rerum dominium pertinere ad Ecclesiam Romanam, vt supra, de quibus etiam infra quæst. 14. latius habetur.

QVÆSTIO III.

Quæritur ex quo fratres nullum ius, aut dominium habere possunt, an possint vendere, & emere, & quomodò?

Prima conclusio. Nõ licét fratribus propriè vendere, seu emere, nisi cum conditionib' infra positis.

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Emere secundum 4. Magist. & Hug. 6. cap. stat tripliciter. Primò modo emere est de pretio rei emendæ conuenire. Secundò modo est solutionem rei emptæ, vel emendæ procurare. Et his duobus modis possunt fratres Minores aliquid emere, dũmodò in prædicta conuentione de pretio non se obligent verbo, vel facto, sed solùm bona fide promittant, quòd pretium rei procurabunt, vt supra 4. cap. q. 8. conditione 1. de mutuis dictum est, secundum Nicol. III. non enim possunt fratres se vllo modo proprie, & politice obligare ratione paupertatis, vt infra quæstione 5. habetur, & dummodò seruentur aliæ cõditiones requisitæ circa procurationem pecuniæ & solutionem, vt supra 4. cap. dictum est. Et similiter istis omnibus seruatis, possunt fratres alicui sæculari committere, seu rogare, vt ipse authoritate ipsiusmet aliquid emat, pro ipsis fratribus, vt ait Hug. 6. cap. Tertiò modo emere est pecuniam, seu pretium, pro re empta dare, & hoc modo non potest emere, nisi qui habet dominium aut vsum pecuniæ, & per consequens fratres Minores, qui nihil proprium habent, neque vsum pecuniarum, nõ possunt emere,

& iste

& iste tertius modus emptionis dicitur propriè emptio. Ideò hoc modo propriè fratres emere non possunt, neque ad hoc authoritatem pecuniæ, quam non habent, aliis dare possunt (vt ait Hug. 6. cap.)

Secundum punctum est, secundum eosdem 4. Magistros, & Hug. vbi supra. Vēdere etiam stat tripliciter. Primo modo est, rem propriam in alienum dominium pro pretio transferre, & hoc modo dominus vendit, qui habet proprium; ideò hoc modo fratres, qui proprium non habent, non possunt vendere. Secundò modo vendere est de re aliqua pretium accipere, & hoc modo fratres vendere possunt, tametsi secundum eorum professionem sit turpe, & inhonestum. Hæc illi. Et quidem hoc modo accipere pretium, id est, pecuniam, est turpe, & illicitum, etiamsi de authoritate mentis fiat, seu alterius, quia est contra fratrum professionem, & regulam prohibentem pecuniæ acceptionem, & ex hac parte est illicitum vendere illo secūdo modo, quamuis non sit contra votum paupertatis, si fiat de voluntate, & authoritate domini talis rei, quæ venditur, sicut seruus vendit rem domini sui hoc modo. Vnde si daretur modus, quomodò illa turpitudo acceptionis pretij, seu pecuniæ vitaretur, tunc certè de licentia domini talis rei fratres eam vendere possunt, quomodò autem hoc fieri possit, proximè dicetur. Tertiò modo vendere (secundum Hug. 6. cap.) est rem aliquam alteri omnino relinquere, & loco eius, absque aliquo dominio, vel iure ad solum simplicem vsum facti aliam accipere, & hoc modo bene possumus vendere: hæc Hugo. Sed certè hoc modo vendere dicitur valde improprie, & quo ibi nulla est æstimatio, neque pretium, & potius est, & dicitur commutare, de commutationibus autem infra quæst. 4. dicetur. Igitur his præmissis agendum est, quomodò fratres possunt vendere cauendo omnem turpitudinem pecuniæ, & proprietatis. Dico ergo, quod in hoc standum est Nicolao III. ar. 3. §. *Quia verò*, vbi de his agens, sic ait. *Quia verò dominium librorum, & aliorum mobilium, quibus tam ordo, quàm fratres vtuntur, quæ tamen non sint dominij aliorum ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dignoscitur; quia libros & mobilia interdum contingit, seu expedit vendi, vel certè commutari, fratrum vtilitatibus, & eorum consolationi prouidere volentes, eadem authoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vsum fratribus licet habere, de Generalis, & Prouincialis Ministrorum in suis administrationibus conuictum, vel diuisim* authō-

Vendere in triplici sensu intelligi potest.

authoritate procedat, quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res huiusmodi æstimato pretio vendi contingat cum fratribus ipsis per se, vel per alium recipere pecuniam regula prohibente non liceat, ordinamus & volumus, quòd talis pecunia, seu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vsus fratribus liceat habere per procuratorem à prædicta sede, vel à Cardinali gubernatione per ipsam sedem gerente eiusdem ordinis deputandum, iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. Hæc ibi. Ex quibus verbis eliciuntur quinque conditiones requisitæ ad licitè vendendum.

Ad licitè vendendum quinque conditiones requiruntur.

Prima conditio, quòd si res vendenda pertinet ad Papam, tunc de licentia Ministri Generalis, vel Provincialis, secundum Nicol. III. vbi supra: & etiam per extentionem Martini IIII. in priuileg. *Exultantes*, vbi de syndico agit, vt habetur supra 4. cap. quæstione 16. &c. de licentia Custodum, & aliorum fratrum, quibus ipsi Prælati prædicti commiserint, vendatur, & sic videtur, quod de licentia Guardianorum possit vendi, ex quo Guardiani ratione sui officij habent præfatam commissionem in Generali commissione eis concessa à suis Ministris, & Custodibus in sua ditione virtute consuetudinis, aut statutorum, aut etiam aliàs, vt patet in litera Guardianatus: quod est verum, *nisi* ipsis Guardianis specialiter per Prælatos superiores, aut per statuta, aut per consuetudinem, quæ æquiualet legi, quæ est optima legum interpres, hoc prohiberetur, aut denegaretur, quoad aliquid, aut quoad omnia vendenda.

Secunda conditio, quod sint mobilia: quia solùm hæc mobilia pertinentia ad Papam concessit ipse Papa posse vendi vbi supra. Sed forte per prædictum priuileg. Martini IIII. etiã conceditur posse vendi immobilia, licèt hoc non clare ibi exprimatur, videtur tamen id concedi in generali concessione ibi facta fiue immobilium exceptione. Ideò dixi forte, quia etiam per communicationem priuilegiorũ monialium, & aliorũm religiosorum, quibus concessum est posse vendere immobilia, id quoque licitum forte nobis est. De quo videatur in compendio priuileg. tit. *Alienatio*, tit. *ædificare*, tit. *Bona*.

Tertia conditio, quòd si pretium rei venditæ pertinentis ad Papam est pecunia, non potest accipi, nec expẽdi, nisi per syndicum Papæ, vt pecunia ad Papam pertinens, vt de hoc supra 4. cap. q. 16. latiùs habetur, vide ibi; secus si non esset pecunia, tunc

tũc enim possunt fratres recipere per se talem rem ad vtendum ea, vt patet.

Quæ ta conditio, qua contractus ipsius venditionis, & conuentio, seu æstimatio pretij, seu rei vendendæ, eiusque dominij translatio ibi interuenire est necessario facienda per syndicum Papæ, cuius est ipsa res, quæ venditur, non autem per fratres, neque per alium authoritate fratrum interpositum, & hoc est verum, quando talis res, quæ venditur, fuit pecuniario modo accepta, id est, eo animo, vt venderetur, seu distrahi etur pro alia re. Et ratio huius est, quia cùm talis res tali animo accepta ad vendendum sit vere pecunia, vt patet ex supradictis cap. 4. quæst. 1. ergo non potest, nisi vt pecunia per syndicum, quando pertinet ad Papam, aut per amicum spiritualem, quando eius dominium pertinet ad alium, distrahi aut alienari, quamuis possit per fratres ipsos recipi & transportari, vt supra cap. 4. q. 4. in 3. eius puncto dictum est. Et in hoc omnes Doctores concordant, & statuta de his agentia, de quo non est dubium.

Sed dubium est, vtrum similiter necessariò debeat talis contractus, aut conuentio, seu æstimatio pretij interueniens fieri per syndicum, quando res pertinet ad Papam, aut per amicum spiritualem, quando res vendenda pertinet ad alium: an etiam possit fieri per ipsosmet fratres personaliter, quando talis res vendenda non fuit pecuniario modo accepta, id est, eo animo, vt venderetur, aut distraheretur, sed principalius fuit accepta animo vtendi illa in suis vsibus: & post si contingat eam fieri inutilem, aut de ea aliquid superfluere, aut iam non esse necessariam, ita quòd expedit eam vendere, habent animum minus principaliter eam vendendi. *Dubium.*

Respondeo, quod Specul. fratrum Minorũ, & cum eo cõmuniter Doctores omnes fere de hoc loquentes dicunt, quòd nullo modo licet fratribus personaliter talem rem vendere modo prædicto, scilicet faciendo contractũ, & conuentionem, & pretij æstimationem, neq; tradere talem rem in potestatẽ emẽtis, sed quòd syndicus nomine Papæ, aut amicus spiritualis nomine alterius domini talis rei, potest & debet hoc facere, & non alius. Sed certè egonõ video rationem sufficientem ad dogmatizandum tam stricte, neq; vlla authoritas ad id cogit. Ideo saluo meliori iudicio dico, quòd in casu dubij præfati rem non *Non est contra regulam, quod fratres per se contractũ venditionis faciant*

etiam de licentia domini rei, dummodò pecuniario modo non sit accepta, & scandalū caueatur.

pecuniario modo acceptam, benè licet fratribus ipsis personaliter vendere de licentia Prælatorum, & domini talis rei, & contractum venditionis facere, & conuentionem, seu æstimationem pretij, dummodò caueatur scandalum, aut alia occasio peccati, & omnis alia praua circunstantia alias vitians, seu inducens talem actum. Ratio, quia nullus Pontifex, neque declaratio id prohibet, vt patet, quia Nicol. III. vbi supra de hoc agens, hoc certe non prohibet, quia solùm dicit, quòd pretium rei venditæ accipiatur per syndicum, & de contractu venditionis nil prohibet nobis: immò generaliter loquens sine exceptione concedere videtur, quòd de licentia Prælatorum potest fieri personaliter per fratres, etiam quando pretij æstimatio interuenit, neque alius Papa inuenitur, id prohibere. Neque per regulam est illicitum, ratione voti paupertatis, probatur, quia in prædicta venditione sunt multi actus, quorum vnus est æstimatio pretij; & hic certe non prohibetur nobis, sicut in re alterius agere de valore rei. Quid enim detrahitur paupertati propter hoc, quòd ego de hac, vel illa re, cuiuscumque sit, dicam, quòd valet tantum vel tantum? Item alius actus est traditio, vel translatio rei in potestatem *ementis*, & acceptatio pretij talis vel talis: quæ duo faciunt conuentionem, & cõtractum perfectum: certè de licentia domini talis rei, vt seruus domini nil iuris habens in re, non videtur quare non possit licitè id facere authoritate domini Papæ, aut alterius domini talis rei: quia & Nicol. III. vbi supra expressè videtur huic suffragari. Neque hîc interuenit pecuniæ acceptio, ex quo, vt supponitur, pretium pecuniarium debet per syndicum, aut per amicum spiritualem, vt pecunia accipi, & non per fratres, vt supradictum est: ergo de se non est contra regulam, quòd talis venditio fiat per fratres ipsos. Dico notatur de se, & dummodò caueatur scandalum: quia quatenus est de rigore regulæ, & declarationum, quoad hoc non videtur illicitum vendere modo prędicto simpliciter sine strepitu, & solemnitate iudiciali & iuridica, aut ciuili obligatione, &c. Secus autem si aliunde proueniat scandalum, aut praua circunstantia: tunc enim venditio de se licita fieret illicita ratione talis circũstantiæ, sicut & quodlibet bonum opus potest sic infici. Ideò si in tali venditione interueniat aliqua obligatio ciuilis, aut si iuridice fieret, vel in iudicio, aut si etiam ex hoc agendum in iudicio, iam tunc non liceret

licèret fratribus personaliter sic vendere rem quamcumque, sed per syndicum nomine Papæ, secundum priuilegium Martini IIII. & Nicol. III. quia hæc omnia sic prohibita sunt fieri aliàs ex regula, aut per Papam, aut ratione scandali, & huiusmodi (vt in suis locis de singulis agendum est in hoc 6. c.) Et quidem quamuis sit purius & honestius, quòd id fiat per syndicum, non tamen videtur dogmatizandum, quòd sit necessarium: maximè cum oppositum communiter practicetur, possitque frater Minor peccare contra conscientiam prædicto modo vendēdo per se, si ei dicatūr esse illicitum: in quo tamē non peccaret, si ei veritas diceretur. Non enim sunt fratribus plures laquei obijciendi, quàm ex sua professione tenentur: vtinam vel sufficienter ea seruentur, ad quæ ex regula, & professione tenētur, & non augeantur, neque minuantur vota nostra.

Quòd si contra hoc arguatur, quòd Martinus IIII. in priuileg. *Exultantes* concedit syndicum, vt vendat res omnes pertinentes ad Papam (vt patet supra 4. cap. quæst. 16.) ergo videtur, quòd id non licet fratribus personaliter agere: patet, quia alioquin non esset necessaria talis concessio. Item in tabul. 19. Vicarij Generalis habetur hoc modo, *Declaratur, quòd res vendēdæ, commutandæ, aut extra ordinem alienandæ, de consensu Ministri Prouincialis tradantur amicis spiritualibus, qui authoritate Apostolica Martini IIII. & V. secundum bonam conscientiam commutent, vendant, seu alienent: ita quòd per fratres talium rerum pretium nullatenus æstimetur.* Hæc ibi. Quod expressè videtur contra prædictā nostram singularem opinionem. *Obiectio.*

Respondeo ad illud Martini IIII. quòd illa concessio facta est, tanquàm necessaria pro rebus pecuniario modo acceptis ad vendendum (vt supradictum est) aut quia etiam res vendenda solemniter, seu iuridice cum obligatione ciuili, &c. huiusmodi, tunc enim ratione huius circunstantiæ non posset vēdi, nisi per syndicum, vt supra etiam nos diximus, & excepimus: & sic intelligitur illud priuilegium quoad hoc, alioquin illud priuilegium non esset nobis fauorabile, si per id prohiberetur, quod non est prohibitum per regulam, & declarationem Nicolai III. in suo rigore viuentibus non acceptantibus dictum priuilegium Martini IIII. Ad aliud de tabul. 19. Vicarij Generalis, respondeo similiter, quòd intelligitur de rebus pecuniario modo acceptis ad vendendum, vel quando *Dissoluitur.*

etiam

etiam res vendenda solemniter, &c. Dico etiam tertiò, quod hoc solum habet vim statuti declarantis & statuentis id quod purius & honestius est, etiam quando res non pecuniario modo accepta esset vendenda simpliciter. Multa enim statuuntur propter maiorem puritatem, aut propter vitandas occasiones peccatorum communiter apud simplices emergentes ex tali actu: & tale est huiusmodi statutum, seu declaratio, quod patet: quia declarat, quòd de licentia Ministri Prouincialis possit res vendi per syndicum, secundum priuileg. Martini IIII. & V. (cum tamen id liceat de licentia etiam Custodis: vt supra in prima conditione dictum est) ergo salua veritate, sic teneatur probabiliter, vt dictum est, quoad hanc quartam conditionem.

Quinta conditio est, quòd si res vendenda pertinet ad dominium alterius à Papa, tunc de voluntate, & authoritate ipsius domini potest vendi per fratres, per seipsos, aut per alium amicum spiritualem modo supradicto, dummodò pretium, si fuerit pecunia, recipiatur per aliquem amicum spiritualem nomine ipsius domini rei venditæ: sicut & alia pecunia ab eo donata, & ad eius dominium pertinens, secundum Nicol. III. vel potest recipitalis pecunia per syndicum nomine Papæ, sicut & de alijs eleemosynis pecuniarijs, dictum est supra 4. cap. quæstione 16. secundum priuileg. Martini IIII. & V. de syndico, & sic limito & intelligo, quod habetur in Serena conscientia quæstione 74. vbi dicitur, quòd non solùm per syndicum licet fratribus vendere, & cæteros contractus facere, sed etiam per ipsos ministratores rerum, vel pecuniarum, vel per ipsos dantes. Quomodò autem possunt vendi, vel dari habitus pro defunctis, videatur supra 4. cap. quæstione 15. de rebus etiam à nobis elaboratis, quomodò possunt vendi videatur supra 5. cap. quæstione 3. Et notandum, quòd qui aliter venderet, quàm dictum est, peccaret contra votum paupertatis: vt etiam habetur in Serena conscientia quæstione 74. vel etiam peccaret contra prohibitionem de pecunia, patet ex dictis.

(.?.)

QVÆS-

QVÆSTIO IIII.

Quæritur an fratres Minores possint commutare, distrahere, seu alienare res, quibus vtuntur & quomodò?

RESpondeo per duo puncta, quorum primum est; Fratribus Minoribus non licet authoritate sua rem aliquam, pro alia commutare, distrahere, seu alienare, sed solùm authoritate domini talis rei: & eo modo, quo ipse vult, & nomine suo: & ad hoc sufficit authoritas, seu voluntas eius probabiliter præsumpta, quando commode non potest haberi expressa. Hæc omnia patent ex quæstionibus præcedentibus in hoc 6. cap. quia ex quo fratres nullum ius, aut dominium in tali re habent: ergo non possunt de ea disponere, nisi vt dictum est: & concordant quatuor Magistri cap. 4. & 6. In quo notandum, quòd commutatio est, quando species vnius rei pro specie alterius datur, modò intercedat pretij æstimatio, modò non, secundum quatuor Magistros vbi supra. Et notandū, quòd hîc species capitur iuridice, id est, prout includit individuum, more Iuristarum. Nam Iuristæ sæpe vocant idem specie, id quod est idem etiam numero. Et è contra diuersum specie, id quod solum numero differt ab alio, vt vnus equus dicitur ab eis, quòd differt specie ab alio equo. Et idem genere vocant, quod est eiusdem speciei logice aut physice. Et diuersum genere, quod solùm est alterius speciei logice aut physice: vtpote duos equos dicunt esse eiusdem generis, sed diuersæ speciei, id est, diuersos numero, & vnum equum dicunt esse alterius generis à boue. In natura autem iuridica, qualis est hæc, de qua non agitur, quæ habet suos terminos & vocabula, est hoc aduertendum, ne quis decipiatur (vt de hoc latè Conradus de contractibus, quæst. 18. vt dicit Iurisconsultus, *l. 2. ff. si certum petatur*: & sic loquuti sunt quatuor Magist. vt supra, docentes, quòd cõmutatio est, quando species vnius rei, pro specie alterius datur, id est, quando vna res, quæcumque sit, pro alia quacumque datur, vt quando vnus asinus pro alio, dummodò aliqua illarum rerum non

Prima conclusio.

Fratres Minores non possunt commutare, distrahere, seu alienare rem aliquam, nisi authoritate domini rei: & eo modo, quo ipse vult, & nomine suo: & non possunt authoritate sua commutare, distrahere, seu alienare rem aliquam, quia ex quo fratres nullum ius, aut dominium in tali re habent: ergo non possunt de ea disponere, nisi vt dictum est: & aut a sinacerei.

Quid sit cõmutatio.

non detur pro pretio alterius rei æstimatæ, quia tunc esset vēditio & emptio proprie, non autem commutatio, vt patet ex dictis supra q. 3.

Quæ conditiones requirantur ad licitè commutandum.

Secundum punctum est, quòd ad licitè commutandum res pertinentes ad Papam, quibus iam vtitur ordo, requirūntur tres conditiones. Prima quòd fiat de licentia Ministri Prouincialis, & Custodis, vt supra quæst. 3 conditione 1. Secunda conditio, quòd sit res mobilis, vt supra q. 3. condit. 2. habetur. Tertia, quod si mediante æstimatione pretij commutantur, aut distrahuntur pro alijs rebus, tunc non nisi per syndicum fieri potest secundum communiter Doctores, & habetur in Serena conscientia quæst. 81. & in Specul. Sed vt mihi videtur, hoc nō est necessarium, propter rationes tactas vbi supra q. 3. conditione 4. ibi videatur, & omnino ad propositum applicetur cum limitationibus ibi positis, & responsionibus ad argumenta; quādo scilicet non fuit accepta talis res modo pecuniario, scilicet ad commutandum eam pro alia, vt ibi dictum est. Si autem talis res mobilis pertinens ad Papam, qua fratres vtuntur, est cōmutanda sine pretij æstimatione; & simpliciter pro alia re, tunc dicit Nicolaus III. vbi supra artic. 3. §. *Quia verò*, quòd potest commutari pro alij rebus, quarum vsum fratres licite habere possunt, & hoc secundum dispensationem Ministri Generalis. vel Prouincialis cōiūctim, vel separatim, de cuius vel quorum authoritate procedat. Hæc ibi. Vt habetur supra quæst. 3. Ex quo infertur (& ait Spec. fratrum Minorū) quòd posset quāin eade declaratione Nicol. III. quā sine additione & diminutione seruare debemus, non inuenitur expressè prohibitū, vel declaratum, quod scilicet ipsi fratres personaliter sine syndico nō possint facere præfatam commutationem; quando interuenit pecunia, aut pretij æstimatio: quod ipsi fratres possunt personaliter eam facere, nisi aliunde proueniat scandalum, aut alia circunstantia vitians, quamuis purius & honestius fieret per syndicum: maximè quia vix sit aliqua commutatio, quin interueniat aliqua æstimatio pretij, aut rei commutandæ, &c. hæc Speculum: & eius dictum & ratio militat pro nobis, etiamsi interueniat pretij æstimatio, vt supra dictum est.

Obiectio.

Quod si contra hoc arguatur, quia in tabul. 19. Vicarij Generalis habetur sic, *Declaratur, quod Prælati nostri per amicos spirituales possint commutare rem pro re, putà dare duo corria bouina pilosa pro vno raso parato, pro calceamentis, & huiusmodi.* Hæc ibi.

ibi. Ex quo videtur, quòd commutatio rei non interueniente æstimatione pretij, nō nisi per amicos spirituales fieri potest, vt supra q. 3. in 4. conditione habetur.

Respondeo hoc est statutum declarans & statuens, id quod purius, & honestius est, non autem quod necessario sub regulæ transgressione est faciendum, vt supra q. 3. dictum est. Si autem res commutanda pertinet ad dominium alterius à Papa : tunc quomodò, & per quem ipse voluerit, & eius nomine, & authoritate, & non aliter potest commutari, modò interueniat æstimatio pretij, modò non, & id de licentia Prælatorum, qui possunt concedere vsum rei, vt infra q. 7. habetur. Et sic limito, quod habetur in Seren. conscien. q. 74. vbi dicitur, quòd nō solùm per syndicum licet fratribus vendere, & cæteros contractus facere, sed etiam per ipsos ministratores rerum, vel pecuniarum, & per ipsos dantes. *Dissoluitur.*

QVÆSTIO V.

Quæritur an fratribus Minoribus liceat dare, & recipere commodatum, pignora, conuentiones, pacta, seu obligationes facere, aut recipere, seu contrahere debita intra, & extra ordinem, & quomodò?

REspondeo per quinque puncta, quorum primum, quoad obligationes, pacta, conuentiones est, quòd fratres Minores nō possunt se ciuiliter alicui obligare aliquo modo verbo, literis aut facto, pro quacumque re seu causa. Ratio, quia sunt incapaces iuris, seu actionis cuiuscumque temporalis, vt supra q. 1. dictū est: & qui nihil habet, non potest obligari pro temporali: quia esset inanis, & illusoria talis obligatio. Nam secundū ius *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.* Obligari autē impropriè non ciuiliter benè possunt sub conditione, sic scilicet, quòd possunt fratres de licentia sui superioris promittere bona fide, quòd laborabūt fideliter, vt possint satisfacere super tali re, seu negotio, seu facere tale quid: alias non possunt sine licentia

Prima conclusio. *Fratres Minores nō possunt vllo modo se ciuiliter alicui obligare.*

licentia sui Prælati sic promittere, quia qui non est suus, non potest vllo modo alteri obligari, aut promittere. Et cum his expresse concordat Nicolaus III. art. 3. vt supra 4. cap. quæst. 8. conditione 1. dictum est, quomodò possunt fratres mutuũ contrahere, quomodò non. Et Hugo 4. cap. & habetur in Seren. cõscient. q. 81. & 4. Magistri in 4. cap. vt supra 5. cap. quæst. 3. habetur. Quomodò autem quis se obligat ciuiliter verbo, aut literis, constat: quomodò autem facto, hoc potest constare ex circunstantijs, & consuetudine, seu natura talis facti, &c. huiusmodi. Vt si quis emat rem, eo ipso se obligat ad solutionem, nisi aliter exprimat, seu appareat. Et ait Hugo 6. cap. quòd cauere debent fratres, ne in contractibus, aut in alijs actibus, in quibus ipso facto est obligatio annexa, ne inquam putent verbum, aut actum talem obligatorium excusari ab obligatione, seu à culpa per quandam verborum inuolutionem, quam homines, cum quibus tractatur, non intelligunt. Non enim sola intentio sufficit ad hoc, quòd per tales actus non obligentur fratres de facto, aut ad hoc, quòd per tales actus non teneantur crimine fraudulentæ obligationis. Sola quippe intentio non potest facere *licitum, aut non obligatorium actum de se illicitum*, aut obligatorium. Ideò talis obligatio à talibus actibus expressè excludenda est, aliàs fraudulenter fratres se haberent: & ideò de his habentur multa in constitutionibus generalibus, quomodò fratres se habere debeant. Vnde & ex dictis patet, quòd contra nos nulla est actio pro temporalibus bonis in iudicio, neque pro sæculo iudicialis. sicut neque nos possumus eam habere cõtra alium, vt Zabarel. in Clementina *Exiui*, §. 13. Quomodò autem his non obstantibus liceat nobis facere pacta, & conuentiones personales, seu pro aliquo faciendo, videatur latiùs in compendio, tit. *Concordia*, tit. *Conuentiones*.

Secundum punctum est, quoad debita contrahenda: & dico, quòd non possumus ea contrahere propriè & ciuiliter, vt dictum est, sicut non possumus obligari. Impropriè autem, sc bona fide promittendo, patet ex dictis in primo puncto, & ideò in constitutionibus generalibus habetur circa hoc prouisum.

† *Secunda conclusio. Propriè loquẽdo nullus potest nobis ciuiliter esse obligatus aut debitor.*

† Tertium punctum, quomodò possunt nobis alij obligari, aut esse debitores nobis: & dico (vt habetur in Serena conscientia quæst penult. litera Z. secundum Barthol. in lib. minoricarum: quòd propriè loquendo, nullus potest nobis esse obligatus, aut debitor ciuiliter, pro aliqua re temporali, sicut nec nos

possumus

possit obligari hoc modo alicui, aut habere ius, seu actionẽ in aliquem, quæ propria, & ciuilis obligatio dicit hæc duo correlatiue, scilicet, quòd vnus tenetur obligatus ciuiliter alicui, & alius e contra tenet, & habet prædictam obligationem, seu ius, *vt ff de exception. l prima.* Sed loquendo impropriè, prout obligatio accipitur, pro quadam æquitate, qua quis in seipso tenetur lege aliqua ad dandum, vel faciendum: licèt ad hoc à nemine teneatur ciuiliter obligatus, & talis obligatio, quæ potest dici naturalis æquitas, parit officiũ iudicis, *Vt l. Quintus, de annuis legatis, & l. hæreditas, de pen. hæred* Et isto modo benè potest quis esse obligatus fratribus Minoribus, sicut & ipsi alij, vt dictum est: & similiter debitores.

Quartum punctum, quoad impignorationes dico, quòd (secundum quatuor Magistros, & Barthol. Pis. cap. 6.) fratres possunt impignorare res, quibus vtuntur, & hoc authoritate, & nomine eorum, ad quos talium rerum dominium pertinet. Impignorare autem in proposito est res sibi ad vsum concessas, pro magis necessarijs ad tempus obligare alicui & tradere. Hæc illi. Pro quo notandum, quod quia contractus impignorationis est contractus proprietatis, & habet aliquam obligationem annexam, ideò fratres Minores non possunt per se authoritate propria ciuiliter, aut iudicialiter talem contractum facere nomine suo: neque nomine alterius, tanquàm actores illius: quia sic haberent authoritatem ministerialem in sic dispensando, seu contrahendo, seu obligando se, vel alium ciuiliter, cuius actus non sunt capaces, quia sunt actus proprietatis. Igitur solùm possunt impignorare large, seu propriè, sic scilicet, quòd alius faciat contractum ciuilem nomine, & authoritate domini talis rei: & ipsi fratres tradant eam, vel ipsimet fratres possunt bona fide promittendo, quòd fideliter procurabunt satisfacere, & tradere talem rem alicui, & hoc habita authoritate domini talis rei expressa, vel probabiliter præsumpta: quia talis impignoratio non est propriè ciuilis, neque habet obligationem ciuilem annexam.

Tertia conclusio.

Fratres possunt impignorare res, quibus vtuntur, authoritate eorum, ad quos dominium talium rerum pertinet.

Notandum, quòd obligatio ciuilis appellatur hìc ea, quæ est iudicialis vel iuridica, pro qua oportet agere in iudicio. Ideò si talis res impignorãda ciuiliter, & propriè pertinet ad Papam: tunc syndicus eius, & non alius, debet facere talem contractũ, & obligationem ciuilem nomine Papæ, & fratres possunt tradere talem rem. Si autem pertinet ad alium, tunc ipse, vel alius

Nota.

eius

eius nomine & authoritate, potest facere prædictum contractum ciuilem impignorationis, & fratres non nisi solùm tradere talem rem impignorandam. Quòd si talis res non est impignoranda propriè & ciuiliter, sed improprie aut large, scilicet promittendo tantum, quòd bona fide procurabunt, &c. tunc ex quo non est propriè contractus ciuilis, aut actus proprietatis, aut obligatio ciuilis, benè possunt fratres per seipsos de licentia domini talis rei, quicumque ille sit, vt dictum est, eam impignorare, sicut & vendere, & quando intercenit pecunia, videatur supra 4. cap. quæst. 8. conditione 1. & q. 16. Et ad prædicta omnia requiritur licentia Prælatorum ordinis: & credo, quod sufficit licentia Ministri Prouincialis, & Custodis, & etiã Guardianorum, nisi in constitutionibus generalibus, aut Prouincialibus aliud circa hoc habeatur, aut nisi Guardiani à suis Ministris, & Custodibus circa hoc prohibeantur, vt dictum est supra q. 3. Et secundum prædicta credo intelligendũ esse, quod supra secundum 4. Magistros, & Barthol. Pis. dictum est. Sed an liceat vasa sacra impignorare, videatur in Summistis, tit. *Vasa sacra*. Similiter an nos possimus recipere pignora aliorum, pro aliquibus rebus commodatis dic, quòd eo modo, quo possumus dare pignora: sic è contra recipere sine obligatione ciuili nobis applicata. Similiter an possimus accipere pignora pro rebus venditis, aut pro habitibus datis pro defunctis, aut pro alijs debitis quibuscumque: dic quod pro rebus, aut pro pretio earum, aut pro legatis, seu pecunijs, aut pro debitis quibuscumque, quorum dominium, aut dispensatio pertinet ad Papam, vel Ecclesiam Romanam, possumus similiter recipere pignora, dummodò contractus, aut obligatio ciuilis impignorationis non fiat nobis, seu à nobis: sed syndico & à syndico, vt supradictum, vel illi, seu ab illo, seu per alium illius nomine, & authoritate, ad cuius dominium talia pertinent, pro quibus tale pignus datur, & dummodò caueatur scandalũ & species mali, & alia circumstantia vitians quomodocumque: quod dico, pro tanto, quia male sonat, quod nos quomodocumque pignora accipiamus pro quacumque re, aut debito, maxime apud eos, qui nostrum statum, & obligationem nondum perfectè norũt: neque aliud sciunt, aut de nobis æstimant, quàm id quod vident, scilicet pignora per nos recipi, aut detineri pro habitibus, aut alijs quibuscumque rebus, aut debitis. Ideò melius, & securius est, quòd per syndicum recipiantur, vt dictum est, vel per alium

Possumus recipere pignora aliorũ, pro rebus cõmodatis, absque obligatione ciuili nobis facta.

alium nomine,& authoritate aliorum non fratrum, & posteà nos possumus ea recipere à syndico ad custodiendum illa. Pro pecunia autem non pertinente ad Papam, &c. non possumus recipere vllo modo per nos, neque per syndicum, neque per alium pignora aliqua, quantumcumque sit nobis aliàs debita,aut promissa pro Missis,pro sermonibus, pro quocumque labore,seu exercitio corporali, seu spirituali : ex quo talis pecunia humiliter, sicut & pure liberaliter oblata sine alio iure,aut actione super eam,recipienda est eo modo,quo supra 4. cap.latius quæst.15.& cap.5.quæst.3. dictum est : ibi videatur, vt oportet.

Pro pecunia delata pro Missis, sermonibus, aut aliis exercitijs corporalibus, aut spiritualibus, nō possumus recipere pignora.

Quintum punctum,quoad commodata est,quòd commodare propriè importat obligationem ciuilem in commodatario ad restituendum rem commodatam, & hoc modo fratres non possunt esse cõmodatarij, id est, non possunt rem commodatam accipere, sicut non possunt se ciuiliter obligare, vt dictum est in 1.& 2.puncto. Improprie autem sine tali obligatione ciuili, sed solùm bona fide promittendo restitutionem rei, bene possunt accipere commodatum (vt aiunt quatuor Magistri 6. cap.) Et notandum, quòd commodare est rem aliquam eandem numero restituendam alterius fidei committere ad aliquem vsum ad tempus, vt vestes, libros, iumenta, &c. huiusmodi. Nam mutuare est rem non eandem numero, sed in alio æquiualenti restituendam alteri tradere, vt pecunias, panem, vinum, &c.huiusmodi, de quibus mutuis supra 4.cap. quæstione 8.conditione 1.habetur.Commodatum autem dicitur res ipsa commodata. Commodator est ille, qui rem dat commodatam. Commodatarius autem est is, qui eam recipit commodatam; vt dictum est, quomodò fratres possunt, aut non possunt esse commodatarij. Commodare autē animi obligatione nobis facta de restituendo,nos non possumus, vt dictum est, quòd non possumus impugnare; vide ibi, quia eo modo possumus commodare, sicut & impignorare, & non aliter, vt in quarto puncto habetur, quod est verum de se, nisi per Prælatos nobis prohibeatur aliquid circa hoc: quod ideò dico, quia in statutis generalibus habetur, quòd fratres non commodent vasa aurea,vel argentea,sæcularibus; aut extra ordinem propter lites, & obligationum pericula cauenda: ideò sic est faciendum.† Intra ordinem benè possunt inuicem fratres sibi commodare, & accipere commodata : etiam sine

Quarta cõclusio.

Fratres Minores propriè, & ciuiliter loquendo, non possunt tradere, aut accipere commodatum.

† *Intra ordinem benè possunt fratres commodare, & accipere commodatum.*

ẽxpressa licentia Prælatorum, dum nõ prohibetur, quia est actus charitatis, & est licentia probabiliter præsumpta, dum non prohibetur alicui specialiter in aliquo casu, vt ait Hug. & Bart. Pis. 6. cap Immò, & id suadetur faciendum, & oppositum cauendum in tab. 3. Vicarij Generalis, ibi videatur si placet. Aliàs si quis reniteretur nolens commodare res, quibus vtitur sine rationabili causa, videtur aliqualiter sibi vsum talis rei appropriare, vt de hoc infra q. 9. habetur.

QVÆSTIO VI.

Quæritur, an liceat nobis aliquid donare intra, aut extra ordinem, & donata recipere, & quomodò?

Primæ conclusio. Fratres Minores nõ possunt donare aliquid intra, vel extra ordinẽ, nisi de licẽtia dominorum rei, & suorum Prælatorum expressa, vel præsumpta.

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, quòd fratres Minores non possunt donare aliquid alicui intra, vel extra ordinem, nisi de licentia habita, vel probabiliter præsumpta ipsorum dominorum talium rerum. Ratio, quia donare est actus proprietatis, cuius sunt incapaces fratres, nihil proprium habentes, vt patet ex dictis supra q. 1. & concordant quatuor Magistri, & communiter omnes expositores 6. cap. Vnde notandum, quòd petere aliquid ad donandum authoritate nostra alicui vel alteri, cuius curã nos nõ habemus, nõ possumus, quia est actus proprietatis, vt dictum est, sine licentia dantis. Si autẽ sit pecuniaria res, quæ sic petitur ad dandum alteri, etiam à fortiori non possumus: tum quia est actus proprietatis, tum quia ex quo est pecunia, debẽt seruari modificationes circa pecuniam: vt de his latiùs habetur supra cap, 4. q. 7. ibi vide. Si autem talis res sit iam habita in nostro vlu, & eius dominium non pertinet ad Papam, sed ad alium quemcumque, tunc de voluntate, & licentia ipsius fratres possunt eam donare intra & extra ordinẽ, & sufficit voluntas probabiliter præsumpta, quando commode non potest haberi expressa â domino talis rei. Si verò talis res pertinet ad dominium Papæ, tunc non potest donari, nisi vt ipse Papa disponit. Si quæras, quomodò ergo dominus Papa disponit de talibus rebus ad suum dominium pertinentibus à

Respon-

Respondeo, quòd sic, vt habetur in declaratione Nicol. III. art. 3. *De vilibus autem mobilibus*, vbi sic habetur, *De vilibus autem mobilibus, quorum dominiũ pertinet ad sedem Apostolicam, liceat fratribus elargiri intra, vel extra ordinem causa deuotionis, vel alia causa iusta de licentia suorum superiorum, quemadmodum quoad ipsos dantes licentiam, & quoad ipsas res viles, & parum valentes, & earum pretium ab ipsis fratribus in Capitulo Generali, vel Prouinciali fuerit ordinatum.* Hæc ibi.

Ex quibus verbis ait Spec. fiff. 9. quòd eliciuntur 5. cõditiones requisitæ ad hoc, quod fratres possint aliquid donare de talibus rebus pertinẽtibus ad Papã. Quarũ prima est, quòd talis res iam sit in vsu fratrũ, & in dominio Papæ; nam nõ possũt fratres petere aliquid, vt dent aliis, neq; valorẽ vnius oboli, nisi de voluntate dantis, vt iam dictum est, & habetur supra 4. cap. *Quinq; conditiones requiruntur, vt fratres possint donare aliquid de rebus pertinẽtibus ad Papam.*

Secunda conditio est, quòd sit res vilis secundum quod de huiusmodi vilitate Capitulum Generale, vel Prouinciale determinauerint, vt dicit Nicol. III. Sed Leo X. fiff. 59. concessit, vt nõ solum in Capitulo Generali, vel Prouinciali, sed & quòd extra prædicta Capitula possint prædicti omnes Prælati, simul & per se, & eorum Generales Commissarij arbitrari, quæ res debeant viles, & parui valoris reputari, ad hoc, quòd possint per fratres donari intra, vel extra ordinem.

Tertia conditio est, quòd fiat de licentia superioris sui, secũdum Nicolaum III. Sed quis est superior, qui hanc licentiam cõcedere potest? dico, quòd Nicolaus III. non assignat aliquẽ, sed dicit, quòd illi intelliguntur superiores, quoad hoc, qui in Capitulo Generali, vel Prouinciali fuerint assignati. Sed Leo X. vbi supra etiam cõcessit, quòd non solũ Minister Generalis, vel Prouincialis, sed & Custos, & eorũ Generales Commissarij, vt dictum est, extra sua Capitula possint suis subditis concedere licentiam ad dandum, vel recipiẽdum præfatas res viles mobiles intra, & extra ordinem. Vnde infertur, quòd Guardiani ex vi sui officij non possunt præfatam licentiam concedere, nisi eis à præfatis Prælatis committatur. Committitur autem semper fere iam eo ipso, quo Guardiani instituuntur, vt patet in literis Guardianatus: sicque ex tali commissione possunt ad hoc licentiare, nisi specialiter prohibeantur: quia & sic videtur esse in cõsuetudine, quæ & habet vim legis, & sæpe præstat iurisdictionis potestatem: vel authoritatem superioritatis. Sine præfata autem licentia non possunt fratres inter seinuicẽ

vilem rem donare, aut recipere, vt ait Hugo 6. cap. quia licet res sint communes ad vsum, tamen earum dispensatio, vel dispositio solum conceditur Prælatis prædictis. Et concordia Serena conscientia quæst. 81 secundum Aluarum, & author Conform. secundum August. Et tandem in tabul. 9. Vicarij Generalis habetur declaratum, quòd fratres nullo modo possunt aliqua quantumcumque vilia, aliis fratribus, aut sæcularibus, sine licentia superiorum donare. Hæc ibi. Sed in tabul. Capituli Generalis Rapistanij, anno Domini 1511. celebrati, habetur sic, *Declaratur, quòd patres Prouinciales, Custodes, & Guardiani possunt dare intra, & extra ordinem aliquas paruas res viles, seu parum valentes intuitu pietatis, & charitatis, non autem subditi; nisi de licentia suorum Prælatorum prædictorum expressa, vel probabiliter, & iuste præsumpta.* Hæc ibi. Et sic patet, quòd Guardiani iam id possunt ex officio, quia eis sic concessum declaratur. Tamen præd. bis nõ obstantibus (ait Hug. & Barthol. Pisan. 6. cap.) quòd pro penna, acu, filo, & acubus, & huiusmodi vilissimis, & sæpe necessarijs, videtur, quòd sufficiat licentia generalis, vel quòd Prælatus sciens non contradicat, sed libenter permittat: quia tunc videtur licentia interpretatiua & sufficiens, quando de eius contraria voluntate probabiliter non præsumitur, qui enim tacet, cum libere contradicere possit, & teneatur, iam consentire videtur & censetur: quod pro tanto dico, quia aliquando Prælati tolerant, aut permittunt aliqua, quæ nollent fieri, neque concedere: sed tacent non prohibendo, ne sequatur aliud malum, aut propter vitandam proteruiam subditorum, qui scandalosè resisterent, si eis aperte prohiberetur, & talis tolerantia Prælatorum, non valet pro licẽtia, neque excusat subditos cum tali tolerantia facientes prædicta: vt dicetur in 2. puncto.

Res viles, & exigui valoris possunt fratres extra ordinẽ dare intuitu charitatis, vel gratitudinis de licentia suorum Prælatorum expressa, seu probabiliter præsumpta. Videatur Manuel Rodriguez to. 2. qq. reg. q. 47. art. 3. & Sorbus in compẽd. verbo donatio.

Quarta conditio est, quòd sit res mobilis, & ideò rem immobilem, vt putà de horto, vel de alia parte loci, vel domus, non possint fratres donare, neque passum pedis, & si dederint, non valet donatio, & taliter dantes exercent actum proprietarij & furti. Sed quoad hoc videatur compendium, tit. *Alienatio*, & alibi secundum subiectam materiam.

Non possumus donare rem immobilem.

Quinta conditio est, quòd res donanda non sit pecunia, quia vt habetur ex declarationibus Apostolicis, etiam Minister Generalis, cum toto Capitulo Generali, & cum toto ordine non potest donare, nec vnum quidem denarium amore Dei: quia

Non possumus donare pecuniam.

non

non sumus,nec esse possumus domini,administratores, aut dispensatores pecuniarum.Nec possumus de tali pecunia emere aliquid ad dandum alijs,& multominus exenia, aut munuscula.His tamen non obstantibus,benè possunt fratres rogare, seu intercedere apud aliquem pro aliquo,vt ei aliqua pecunia donetur,vt latiùs de his omnibus dictum est supra 4.cap.q. 7. cõditione 5.& q.9.per totam,ibi videatur, &c.

Vnde circa prædicta potest quæri,aut dubitari,vtrum si quis legauit fratribus decem,& mortuo ipso eius hęres rogat fratres (quia fortè est pauper) vt dimittant medietatem, aut aliquam partem,an possint fratres hoc facere?Respondeo,dicit Specul. fff 9.quòd clarum est,quod non,quia cùm non sint domini, ergo non possunt donare, neq; remittere,vt dictum est. Immò,si forte ipsi fratres non indigeant,aut nolint tale legatum acceptare,tunc prædictus hæres,non potest sibi retinere, sed tenetur expendere tale legatum in similes causas pias, vt supra 4. cap.quæst 8.& latius infra quæst.11.secundum Specul. fff. 21. Sed nunquid syndicus poterit facere talem remissionem? Respondeo,quòd Salmanticæ fuit hoc quæsitum ab eximio quodã Doctore Villasandino,& respondit, quòd non: non obstanti, quòd in bulla syndicatus,vt supra 4.cap. quæst. 16. continetur,quod syndicus habet potestatem remittendi,refutandi,&c. quia illud intelligitur,quando tale quid fit in vtilitatem fratrum,vel quia est dubium,aut sequitur litigiũ,vel solutio multum differretur,ita quòd sit melius, pro necessitatibus fratrum facere aliquam remissionem:& tunc non fratres,quia nullo modo possunt:sed syndicus debet facere præfatam remissionem, hæc in præfato Specul.Sed licèt ita sit maximè,quoad hæredem,qui non posset licite possidere, quod sibi esset remissum per fratres,aut per syndicum,vt dictum est, tamen quoad nos, videtur,quòd licitè possumus,& permittere, & rogare syndicum,quod remittat illi,& hoc quando si non remitteretur,esset scandalum contra nos,vt potè quia ille hæres, vel alius ignorans nostrum statum,& obligationem in hoc,non crederet nobis,sed quod potiùs fingimus talia ex auaritia,ne fiat talis remissio,quia vtilius nobis prouidetur in hoc cauendo scandalũ, quàm si cum scandalo totum legatum haberemus sine vlla remissione. Papa autem & Ecclesia non obligat nos ad aliquid cum scandalo faciendum,vel committendum: & etiam innuit Nicol.III.ar.3.de legatis agens,vt patebit infra quæst.11. Ideò

Dubium.

videtur, quòd licitè procuraremus tantam remissionem fieri per syndicum, quanta requiritur ad cauendum scandalum, & aliud omne peccatum ex parte nostra, quamuis quando immineret tale scandalum, si non fieret prædicta remissio, securius & melius esset omnino cauere ab illo legato, vt dictum est, & dicetur infra q. 11. ipse autem, cui fit talis remissio, non licitè possidebit, vt dictum est.

Secunda cõclusio. Nõ licet fratribus Minoribus aliquid recipere, aut habere ad vsum absque licẽtia Prælatorum.

Secundum punctum est, quòd nullo modo licitum est nobis aliquid quantumcumque parui valoris, petere, recipere, aut habere in vsu à quocumque detur, sine licentia expressa, vel probabiliter præsumpta nostrorum Prælatorum, qui ad id possunt licentiare. Responsio patet ex dictis, quia qui nihil habere potest, & qui non est suus, non potest disponere dando aut recipiendo, aliquid sine debita licentia superioris, vt dictum est: & expressè omnes expositores concordant in hoc, vt patet in Hug. & Barthol. Pis. 6 cap. & Serena conscientia quæst. 81. aliàs esset sine merito obedientiæ, & aliquando proprietatis crimen incurrere, de quo latiùs agẽdum est proxime quæst. 7. ibi videatur.

Res illicitè donatæ extra ordinẽ, debent ordini restitui, ni, i Prælati cõsentiãt in detentione.

Ex dictis patet, quòd res alij donata extra ordinem est obnoxia restitutioni, quousque Prælatus consentiat in detentione, quia dominus Papa non aliter concedit eam posse donari. ignorantia tamen probabilis, aut inuincibilis potest interim eam detinentem excusare à peccato, dum durat talis ignorantia probabilis.

QVÆSTIO VII.

Quæritur quomodò fratres possũt recipere aliqua ad vsum, & à quibus, & de quorum licentia. Similiter & vti talibus rebus, & an eis possit concedi vsus peculij?

Primus conclusio.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Recipere aliquid nullus frater potest sine suorum Prælatorum licentia à quocumque potente donare: patet ex quæst. præcedẽti

in

in secundo puncto. Sed nota hic duo: primum, quòd eo ipso, quò quis habet licentiam, seu potestatem ad donandum aliquid alicui fratri, non tamen sequitur, quòd potest talis frater recipere, nisi habeat aliquam licentiam, saltē interpretatiuam ad hoc, vt patet: quia licet mihi donetur à sæculari potente donare aliquid, vel a Prælato alterius iurisdictionis, nō tamen ego possum recipere, nisi meus mihi Prælatus dederit licentiā, vel nisi Prælatus, qui dedit illi licentiam ad donandum, sit etiam Prælatus meus intendens mihi dare licentiam ad recipiendum, id quod datum fuerit per illum, cui dedit licentiam ad donandum mihi: quod non conceditur communiter, nisi quando specificatur persona, cui est dandum. *Nullus frater potest aliquid dare nautè recipere, nec sine licentia Prælatorum.* Nota.

Secundò notandum, quòd sicut ad donandum possunt licentiare Prælati supradicti in quæst. præcedenti, in 3. conditione, scilicet Minister Generalis, Prouincialis, & Custos, & habentes commissionem eorum, & non alij: ita ad habendū vsum vtensilium, & aliarum rerum, requiritur, & sufficit licentia expressa, vel interpretatiua, seu probabiliter præsumpta Ministrorū, seu Custodum, vel aliorum, quibus ipsi commiserint, seu ordinauerint. Hoc patet ex Nicolao III. ar. 2. ibi, *Insuper nec vtensilia, &c.* vbi consequenter dicit, *Quòd hæc, scilicet vtensilia, & cæteras res secundum exigentiam personarum, & locorum, Ministri, & Custodes cum discretione disponant. cùm de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunstantiæ plus minusve, ac aliter prouidere requirunt. Prædicta tamen sic faciant, quòd semper in eis, & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout eis ex eorum regula licetur indicta.* Hæc ibi. Super quo ait Spec. ff. il. quòd hic sunt duo aduertenda. Primum, quòd dispon. re de vsu rerum ad solos Ministros & Custodes pertinet, vt patet ex dicta declaratione, vel ad habētes authoritatem ab ipsis, & nō ad Guardianos, ratione sui officij. Quamuis aliqui expositores antiqui aliud dixerint, quia antiquitus Guardiani vocabātur aliquā lo Ministri, aliquando Custodes. Sed nunc standum est prædictæ declarationi, vbi & vocabula Ministrorum, Custodū, & Guardianorum distinctè pro diuersis, vt sonant, accipiuntur, & aliqui etiam expositores moderni non attēdentes ad prædicta, sed secuti expositores antiquos, similiter cum ipsis dixerunt inaduertentes, vt patet in Hug. & Barthol. Pis. 6. c. & Seren. cōsicien. q. 81. & q. 13. Nunc autem secundū Nicolaū III. dicendū est, vt diximus, hæc Spec. & sic patet, quòd Guardiani ex

Nota.

ex vi sui officij non possunt licentiare ad retinendum vsum rerum particularem ad tempus, vltra id quod requiritur ad vsum regularem victus & vestitus. Et sic ad habendum vsum tunicarum, habituũ, librorum, & aliorum vtensilium, præter habitum, & tunicam, & chordam vnam, & præter requisita fœmoralia regulariter portanda requiritur licentia Ministri Prouincialis, Custodis, vel habentium authoritatem, seu commissionem abeis, quoad hæc videãtur aliqua particulariter statuta in tabul. Vicarij Generalis, & in statutis generalibus, & supra 4.c.q.9. & sæpe prædicti Ministri, & Custodes concedunt hanc suam authoritatem in toto vel in parte, vt libet Guardianis: ideò ab ipsis requiratur, si habent hanc authoritatem, & ex literis Guardianatus variatur, & consuetudine potest etiã, id quando oportuerit, inquiri, dum ad aliud non vacauerit in aliquo casu: & forte iam possunt Guardiani licentiare suos subditos ad hoc, sicut & ad donandum, vt declaratum est in tabul. Capituli Generalis Rapistanij, anno Domini 1511. celebrati, vt habetur supra q.6. ibi videatur, si forte valet ad propositum.

Possunt nõ solũ Ministri Prouinciales, sed etiam Guardiani, licentiam præbere sublitis, ad habendũ vsum omnium earũ rerum, quæ â su statu non exorbitant.

Secundò aduertendum est, in prædictis verbis Nicolai III. vt ait Specul. vbi supra, quòd solùm concedit dominus Papa facultatem prædictis Prælatis communicandi vsum rerum suis subditis, cum certa limitatione, scilicet, quôd semper reluceat paupertas, &c. Ideó, si aliter attentarent concedere, nihil valeret sua concessio, vel dispositio contra voluntatem superioris eorum, qualis est dominus Papa. Ideó pro maiori horum declaratione ponitur secundum punctum.

Quid sit peculium.

Secundum punctum est, quoad vsum peculij, Pro quo notãdum primò, quòd peculium quantum attinet ad propositum, dicitur pusilla substantia, seu pecunia specialiter applicata, nõ ad dominium, sed ad vsum alicuius fratris, vt faciat de ea ad libitum, distrahendo vel donando, vt elicitur ex Summistis tit. *Peculium*, videatur Gerson 1.part.sum.alphab.23. litera G. Nunc ergo dicit Ioan. Pirrin. in tract. de dispensatione fratrum Minorum conclusio. 2. corol. 2. quòd si vsus peculij, aut rei cuiuscũque ita sit certus, vel securus, quòd non possit per Prælatum reuocari, non potest concedi religioso cuique, & multò minus fratri Minori etiam per dispensationem, quia in tali vsu irreuocabile est ius, & proprietas contra votum paupertatis; nunc autẽ abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Papa possit indulgere

monacho

monacho existenti monacho, vt habetur, *Extra de statu monachorum, cùm ad monasterium.*

Si autem talis vsus est reuocabilis, sed indeterminatus, & indifferens, sic scilicet, quòd Prælatus relinquit religiosum in sua libertati faciendi de peculio prædicto, quod voluerit, vel quod bonum sibi visum fuerit, modò illud per suas operas, vel sermones, vel alia huiusmodi, modô aliunde, seu alia quacumque via, etiam licito modo conquisierit, prout faciunt aliqui Mendicantes, & fratres non reformati per diuersas vias, & modos prædicando bullas, & huiusmodi sibi prouidentes de necessarijs, iste talis vsus cuiuscumque rei non potest fratri Minori concedi; tum quia est occasio propinqua multarum transgressionum: nam occasione talis vsus, immò & abusus, multi habent habitus, tunicas multiplicatas superfluas curiosas, pretiosas, cellasq; multiplicibus suppellectilibus munitas contra regulam, est etiã causa thesautizationis contra regulam: quamuis ipsi dicunt, quòd parati sunt semper totum in manibus sui Prælati resignare: quod tamen raro, vel vix sufficienter fit: quia allegant licentias superiorum Prælatorum, & renituntur valde, vt experientia quotidiana testatur: & ad hoc dicunt, pro sua excusatione se habere à Prælatis superioribus licentias, quas & vocant gratias. Verum tamen, vt dictum est, semper est peccatum in fidelitatis, vel iustitiæ in ipso Prælato concedente, seu dispensante: cùm abutitur potestate ei tradita in ædificationem, & ipse eam facit in destructionem: in ipso autem fratre dispensato est peccatum auaritiæ, & causa aliorum prædictorum dictorum eiusmodi subsequentium. Item est contra prædictam declarationem Nicolai III. art. 3. qui non concessit posse vsum talium rerum concedi, nisi cum limitationibus prædictis secundũ Deũ & regulam, vt in primo puncto propriè dictum est, & Specul. ffff. 8. annotauit. Et multo magis sine vlla excusatione, aut colore est contra regulam, si talis vsus peculij, quoad pecunias cõcedatur indifferenter alicui, vt scilicet ipse procuret per vias, etiam licitas, pecunias, & vt sibi bonum visum fuerit, sibi prouideat. Hoc enim solum ex regula, & ex declarationibus conceditur, sic indifferenter, & generaliter posse fieri per Prælatos; alijs autem fratribus non potest cõcedi, sic generaliter pro suis necessitatibus, nisi in casu, seu pro casibus determinatis, vel pro conuentuum necessitatibus generaliter dummodò cauean tur omnes circũstantiæ, & sequelæ vitiãtes, vt supra latè dictũ est

Secunda cõclusio.

Vsus pecunij regularis per loquendo est fratribus interdictus, nisi sit reuocabilis, & determinatus ad arbitriũ Prælatorum.

est 4. cap. quæst. 6. & etiam hic proxime dicetur. Vnde & in Seraphin. conscien. q. 15. habetur secundum Aluarum, quòd mortaliter peccant Prælati, & prævaricatores regulæ sunt, & occasio peccati mortalis subditorum, si aliter, quàm in prædictis declarationibus Nicolai III. & Clem. V. continetur, licentiam dant subditis, quòd pro eis aliqua pecunia procuretur, aut deponatur, ideò enim sine licentia Prælatorum nõ potest per subditos pecunia procurari secundum regulam & declarationes: quia ipsi Prælati debẽt scire determinate, pure & sideliter, pro quibus veris necessitatibus fratrum ipsorum pecunia, secũdum regulam, & declarationes procuretur, vel deponatur, & Prælati se aliter habentes in hoc dupliciter peccant, tum quia dant licentiam fratribus: adde & tu, vel occasionem propinquam habendi pecuniam contra regulam, & eius declarationes: tum quia in peculio, pro eis dispensatur praue, quod nec Prælati religiosorum, qui in communi viuunt, facere possunt, *Cap. 2. & cap. cùm ad monasterium, de statu monachorum*, hæc in Serena conscientia. Et addit Ioan. Pirrin. vbi supra, quòd Prælati, & Guardiani, si non faciunt, vt fratres, viuant in communi sine tali peculio supradicto indifferenter concesso, de quibuscumque rebus putantur esse in statu periculoso, quia fauent destructioni religionis: nam vt habetur in Gerson 1. part. summæ, alphab. 23. litera S. secundum Gerardum; peculium habere non est habere principale dominium in re ipsa, sed minus quàm dominiũ, sicut habet seruus sub domino, filius sub patre, ex licentia ipsorum sub quibus sunt, seu facultatem pro tempore mutandi, distrahendi, vel administrandi, &c & hoc adhuc non libere, sed limitate sub alio id possunt, & in prædicto *cap. admonasterium*, hoc prohibetur posse concedi omnibus monachis, nisi pro adiuncto officio administrationis communis, ergo. De his vide Gerson. in 1. parte summ. alphab. 23. litera G. quia late cũ prædictis cõcordat, à quocumque ille tractatus editus sit: & Syluest. tit. *Religio*, S. §. 5. & tit. *Abbas*, *quæst.* 3. pulchre de hoc agit. Vnde & in quadam litera Reuerendissimi patris fratris Francisci de Angelis Ministri Generalis, anno Dni 1523. vehemẽter prohibebatur tanquã illicitum contra regulam, ne Guardiani darẽt missas fratribus dicẽdas, pro intentione ipsorũ, vt de earũ eleemosyna sibi prouiderẽt ipsi subditi de suis necessitatibus, & Vicarijs monialiũ, & scholasticis quibuscumq; id prohibebatur, ne sibi prouiderent indifferenter de eleemosynis missarum, &

Peccãt mortaliter Prælati non prohibẽtes subditis quære re pecunias sine præsenti, aut imminenti necessitate, prout in regula permittitur.

in

in statutis ordinis idem sibi prohibetur, tanquàm illicitum, vt patet in tabula Capituli Generalis Burdegalens. anno Domini 1520. celebrati, vbi sic habetur, *Mandatur omnibus fratribus per sanctam obedientiam, & sub pœna carceris, ne habeant recursum ad pecuniam, neque eandem apud quamcumque personam retineat, absque licentia speciali sui Prælati, quã nulli concedat, nisi in casu manifestæ necessitatis præsentis, vel imminentis, & in re particulari. Nec possint præfati fratres, nisi à suis Ministris Prouincialibus absolui, aut restitui, aut ab illis, quibus ipsi duxerint cõmittẽdũ.* Hęc ibi. Et in cõstitutionib⁹ generalib⁹ similiter habetur ad propositũ, ibi videatur.

Si verò præfatus vsus peculij rerũ vtibilium sit reuocabilis pariter, & determinatus per suum Prælatum, vt potè si Prælatus concedat suo religioso librũ, tunicam, aut huiusmodi determinata, pro suo vsu licito & honesto, aut alia necessaria suo officio, statui, seu personæ, cum facultate reuocãdi, quando & quoties ei placuerit, semper enim voluntas religiosi debet esse subdita Prælatis suis, vt scilicet resignet, quandocumque ipsi Prælati voluerint. Et tunc iste talis vsus peculij talium rerum vtibilium potest licitè concedi & haberi, & de hoc loquitur Nicol. III. ar. 2. vbi supra, in 1. puncto. Qui Prælati possunt concedere talẽ vsum ibi dictum est, quamuis in Seren. conscien. q. 42. & in litera C. videatur contineri, quòd B.P.N. Frãciscus nolebat aliquã rem, nisi breuiaria, haberi ad vsum specialem alicuius fratris, & Barthol. Pis. 5. cap. id etiam dicat. Tamen id est consilium, *non tamen est obligatorium.* Potest enim haberi vsus particularis rerum, vt dictum est, secundum Nicolaum III. & secundũ Ioan. Pirrin. vbi supra, quòd potest haberi vsus reuocabilis, & determinatus simul, alias non. Res autem concessa *per aliquem fratrem* particularem ad vsum alicuius fratris, si frater *non indiget, est conuertenda* in vsus aliorum fratrum, si dans in *dando non reseruauit* sibi dominium, & dispensationem talis rei, vt *supra q. 2. d Cum* est. quia pertinet ad Papam. Similiter si ipse *frater moriatur*, vt habetur in Seren. conscien. q. 82. Si autem pertinet ad *dantem*, ipsi est restituenda talis res, vel ad eius libitum concedenda, vel dispensanda per Prælatos. Si autem sit pecunia aut *legatum*, quomodò possit, vel non possit in alios vsus conuerti, videatur supra 4. cap. q. 9. &c. Et sic patet vsus rerum, aut peculij quomodò potest concedi, & haberi, & quomodò non.

Tertium punctũ est, qui sine licentia expressa, aut probabiliter præsumpta Prælatorum prædictorum recipit, aut retinet vsum *Tertia conclusio.*

Sine licentia Prælatorum non licet fratri Minori habere vsum cuiuslibet rei.

vsum alicuius rei, aliquando non peccat, aliquando peccat venialiter, aliquando mortaliter. Pro cuius declaratione notandum, quòd Prælato nolente, seu contradicente, seu renitente recipere rem aliquam, aut vsum eius retinere, est expressè mortalis transgressio contra votum obedientiæ & paupertatis. Qui autem recipit, aut retinet aliquam rem Prælato nescíente, & per consequens non consentiente, aut sine eius consensu, qui non scit aliquid de tali re: & cum tali animo talis subditus eam recipit, aut tenet, vt Prælatus omnino nesciat, peccat mortaliter crimine proprietarij contra votum paupertatis. Et similiter illi, qui tales res abscondunt ne videantur, aut capiantur à suis Prælatis, peccant crimine proprietarij, & furtiue tales res accipiunt & retinent: quia dispensant, aut disponunt de vsu rerum, & dominio earum, contra voluntatem Papæ, aut Prælatorum suorũ, ad quos pertinet rerum ad vsum dispensatio & dispositio, vt dictum est. Qui verò sciente Prælato, non tamen retinente, aut contradicente, sed neque concedente, aut consentiente, sed solùm sciente Prælato & permittente, seu tolerante, aut dissimulante propter cauendum aliquod malum, seu turbationem fratris, vel fratrũ, recipit, aut retinet vsum alicuius rei, hic est quidem sine merito obedientiæ in hoc, & forte non peccat, nisi venialiter tantum: peccaret autem forte mortaliter, si de contraria Prælatorum voluntate præsumeret, sicque tali re vteretur: ergo vt quis licitè recipiat, & vtatur aliqua re, requiritur, quòd Prælato sciente & consentiente expressè, vel interpretatiue, aut probabiliter: ita quòd probabiliter, & iustè de eius voluntate, & beneplacito præsumens vtatur, vel recipiat talem rem, & non sufficit eius premissio, aut tolerantia pura, nisi de eius beneplacito, vt dictum est, præsumatur, vt ait tract. 10. plagarũ, plag. 5. cum prædictis concordans.

Qui renuente Prælato, vel furtiue, & abscondite ab eo aliquid retinet peccat mortaliter.

Notandum tamen, quòd quando Prælatus scit, aut videt, & libere sine vllo timore alicuius mali spiritualis, aut temporalis, tacet non resistens, tunc consentire videtur, & censendus est cõplacere, & velle secundum regulam iuris. Secus quando ex timore mali alicuius, aut deteriorationis, &c. non audet resistere, aut prohibere, & ideo tacet. Talis enim permissio non excusat aliquando à mortali, aliquando à veniali peccato, vt dictum est.

QVAES-

QVÆSTIO VIII.

Quæritur, an possimus habere priuilegium aliquod?

RFspondeo, quòd priuilegia pro temporalibus bonis ad litigandum, vel ad habendum ius aliquod pro sepulturis, pro canonica portione, & huiusmodi, nullo modo possumus habere. Ratio, quia per votum paupertatis Euangelicæ sumus incapaces cuiuscumque dominij, iuris vel actionis, pro quibuscumque temporalibus, vt dictum est supra quæst. 1. Et hoc expresse dicunt communiter Doctores, vt patet, in expos. sanctorum patrum 6. cap. Et Serena conscientia quæst. 14. secundum Aluarum, dicit, quòd nulla maior proprietas est fratribus Minoribus, quàm tale priuilegium ad temporalia habere. Priuilegium enim dicitur lex priuata, vel ius priuatum ad aliquid, *dist.* 4. *cap. priuilegium*. Et concordans tractat. 10. plag. plaga 7. dicit, quòd non licet fratribus Minoribus personaliter assistere curijs, & processibus pro funeralibus, & huiusmodi temporalibus, etiam ex priuilegio, etiam ex dispensatione Papæ, nam sicut Papa non potest dispensare cum fratre, vt habeat propriũ manente religioso: ita non potest dispensare, vt habeamus priuilegium, aut ius priuilegij, quod est ius priuatum, quia ex vi nostræ professionis sumus incapaces omnis iuris, cui formaliter repugnat habere ius quodcumque. Et tolerabilius esset dispensare nobiscum, vt acciperemus, vel vt tangeremus pecunias, quàm vt haberemus priuilegium ad habendum ius *sepulturæ*, vel canonicæ portionis, & huiusmodi temporalium bonorum. Neque, vt credo, inueniuntur concessa fratribus huiusmodi priuilegia, sed ordinatum à Papa, quòd Episcopi, vel alij, quibus hoc committitur, habeant facere, quòd fratres non priuentur eleemosynis, & canonica portione danda, & huiusmodi: sed fratres ex auaritia successu temporis vsurparunt sibi officiũ Episcoporum, & ipsi litigant, & assistunt curijs, & in propria persona prosequuntur ius suum (vt ipsi dicunt) cùm in veritate nullum ius habeant, sicque transgrediuntur suum statum hæc ibi. Sed an nomine Papæ syndicus ad requisitionem fratrum possit

Prima conclusio.

Priuilegia pro rebus tẽporalibus ad rem familiarem pertinentibus habere non possumus.

ius.

ius priuilegij allegare, & defendere, & agere pro funeralibus, &c. eiusmodi, agens non ius fratrum, sed Ecclesiæ Romanæ allegans, videatur supra cap. 4. q. 16. &c. cum limitationibus ibi positis forte licebit.

Secunda cõclusio. Habere priuilegia pro exẽptionibus, non est contra regulæ paritatẽ.

Secundò dico, quòd habere priuilegia, non quidem pro temporalibus bonis, sed pro exemptione á iurisdictione, & subiectione ordinariorum, & pro alijs exemptionibus non est contra nostram professionem, neque contra aliam legem directè, & per consequens de se non est illicitum. Ratio, quia dispositio subiectionum, & iurisdictionum est de lege humana positiua, & Papa potest in hoc disponere (vt patet) ergo isti, vel illi subijci, pendet ex prædicta dispositione. Igitur cùm ex regula, vel ex alio iure diuino, vel naturali non teneamur esse subiecti istis, vel illis ordinarijs non magis, quàm alij Ecclesiastici, aut religiosi; possumus per priuilegia eximi licitè, sicut & alij. & tale ius priuilegij non repugnat paupertati nostræ, quia non est respectu bonorum temporalium. Tamen ex aliqua circunstantia vitiante, potest aliquando esse illicitum, sicut & omne aliud opus de genere bonum, potest per aliquam circunstantiam vitiari, quod in nobis ratione professionis nostræ facilius accidere potest. Nam ex quo nostra professio est fratrum Minorum in magna humilitate fundata, certè nisi causa rationabilis adsit, & appareat talis exemptionis, dissona erit talis exemptio nomine nostro Minorum: & secundum hoc limito, & intelligo Aluarum apud Seren. consoient. quæstione 14. dicentem, *Cùm fratres Minores tanquàm Euangelici viri debeant esse subiecti omni humanæ creaturæ propter Deum, & maximè Prælatis, extra de maiorit. & obedientia, cap. Solite: quid ergo faciunt in mundo fratres Minores maiores iam per priuilegia facti? Vere ergo contra eorum nomen, & professionem sunt omnia priuilegia, excepto priuilegio confirmationis regulæ.* Hæc ibi. Quæ limita, vt dictum est, hàs enim nihil concludit, neque valet hoc dictum Aluari, nisi sic limitetur. Maximè cùm Ecclesia tales exemptiones approbet in Concilijs, vt patet in compendio, *Except o.* Non ergo illicite vtimur eis, & causæ rationabiles multæ sæpe sunt talium exemptionum, vt in ipsis literis exemptionum continetur: quamuis aliquæ, & aliquando, quoad aliqua non sint tam rationabiles causæ. In facto enim sæpe potest errari etiam per Papam: maximè ex defectu relationis, ergo.

Tertiõ

Tertiò dico, quòd priuilegia respectu bonorum spiritualium & gratiarum, quæ dicuntur bullæ, seu indulgentiæ, seu concessiones pro absolutionibus à peccatis, à censuris, & pro alijs actibus spiritualibus benè possunt haberi, & impetrari ad prætatam regulæ obseruantiam, & conscientiæ serenitatem, & profectum spiritualem, dummodò aliàs modo licito, & per eos, quibus conuenit habeantur, seu impetrentur secundum leges diuinas & humanas, & secundum statuta religionis: ad bonitatẽ enim operis requiritur integritas circunstantiarum, quod ideò dico, quia prohibitum est in statutis ordinis & alibi, ne scilicet quis impetret, aut concessis bullis vtatur ad hoc sine licẽtia talium, vel talium Prælatorum, aut nisi tali modo, de quo videatur infra cap. 7. q. 3. & in compendio, tit. *Cruciata*, & tit. *Priuilegia*, & in alijs titulis secundum subiectam materiam. Dispensationes autem super regulam, quomodò liceat haberi & vti, infra 10. cap. q. 4. dicendum est, ibi videatur.

Tertia conclus.

Priuilegia pro bonis spiritualibus, quæ possint impetrare, & habere.

QVÆSTIO IX.

Quæritur, qui sunt actus proprietatis, aut quæ sunt signa exteriora, per quæ quis in foro exteriori potest censeri proprietarius, seu agere contra votum paupertatis, saltem ex ipso genere actus?

RESpondeo, quòd sunt decem & septem, quæ sequuntur, secundum sanctum Bernardinum, vt etiam refert Sepecul. lib. vltimo: & habetur in Serena conscientia q. 81. secundum Aluarum. Quorum primum est, conuertere rem communem alijs fratribus in vsum specialem absque licentia.

Enumerantur actus proprietatis.

Secundò, rem aliquam accipere, vel donare sine licentia.

Tertiò, per dies aliquot eundo extra loca, claues cellarũ, vel scriniorum frequenter Prælato non assignare, sed secum deferre, vel alibi deponere sine licentia.

Quartò, claues quorumcumq; repositoriorũ, vbi fratres habent supellectilia, vt libros, & huiusmodi, ne fratres illis debite vtantur

vtantur, non assignare. Adde semper, nisi ad hoc habeant debitam licentiam Prælatorum.

Quintò, librum vel aliam rem, cuius fratres cõmunem vsum habere debent: cum re illa quis non vtitur, nec in breui vti necesse est fratribus petentibus non præstare, nam hoc est vsum appropriare. Et cum hoc concordat expresse Hugo 6. cap. & tab. 3. Vicarij Generalis, quod intellige, quando sine rationabili causa talem rem, quis non communicat alteri, alias non: vtpotè quia ille est dilapidator rerum sibi præstitarum, & otiose vult laboribus aliorum vti, & ipse non vult conseruare, aut mundare vestes tales sibi præstitas, &c.

Sextò rem quamcumque Prælato celare, vel eo iubente non assignare, & tales in constitutionibus ordinis puniuntur vt proprietarij: licut & vere sunt proprietarij.

Septimò, habere libros duplicatos eiusdem tenoris sine necessitate: sed hoc non est vitium proprietatis, sed superfluitatis quoad vsum.

Octauò, de rebus communibus, plusquàm vellet Prælatus, vel eius officialis tollere.

Nonó, si Prælatus tollat alicui vsum alicuius rei, ipse frater murmurat, & turbatur, & coram Prælato superiori conqueritur, hic vere est proprietarius: quia Prælatus potestatẽ, & vsum habet tollendi, & dandi sicut vult.

Decimò, si coram superioribus Prælatis suis de re aliquâ cũ aliquo fratre contendit: sed debet dicere Prælato, fac de hac re, quod volueris, & maximè sunt damnabiles contendentes super pecunia, & suum ius allegantes: & hi sunt vere proprietarij, & tanquàm tales puniri possunt.

Vndecimò, promissionem alicui facere de re sibi facienda sine licentia Prælati, saltem probabiliter præsumpta: sed hoc magis videtur contra votum obedientiæ, & proprietas voluntatis, aut personæ, quàm rerum, aut quàm contra votum paupertatis.

Duodecimò, quodcumque votum sine licentia Prælati facere, quia qui non est suus, non potest de se vouere: aut alicui se obligare: sed & hoc potiùs est contra votum obedientiæ, quàm paupertatis.

Decimotertiò, quando frater propria voluntate, & importunitate multis annis in loco, vel cella permaneret, de quo habetur in cõstitution. antiquis Farinerij c. 3. quòd appropriatores loco-

locorum indè pellatur, & quòd appropriatores locorū etiam illi sunt, qui obedientiam datam adimplendū ad alium locum procurant per preces sæcularium reuocari.

Decimoquartò, rem in vsum cōcessam, in aliam sine debita licentia commutare, aut distrahere, & panem eleemosynarium, vinum, & huiusmodi, in aliam rem esibilem distrahere, nisi per medium procuratoris. Adde, quòd hìc potest etiam esse transgressio cōtra articulum de pecunia, vt supra 4. cap. &c.

Decimoquintò, eleemosynam pro ingruenti necessitate depositam, non statim expendere, vel in aliam necessitatem expēdere. Sed & hìc potest esse contra articulum de pecunia.

Decimosextò, facere sibi de eleemosyna conuentus prouideri, cùm habeat ipse frater alias eleemosynas specialiter pro suis necessitatibus depositas: nam constat fratres infirmos habētes pro suis necessitatibus speciales eleemosynas depositas, & non eas expendentes, sed de conuentu necessaria recipientes esse proprietarios: adde quòd etiam hìc potest peccari contra articulum de pecunia.

Decimoseptimò, eleemosynam sibi primo assignatam pro alijs futuris necessitatibus conseruari facere: sed & hoc potiùs est contra articulum de pecunia, hæc in Seren. conscien. q. 81. Et notandū, quòd sæpe est mortale in casibus prædictis, & sæpe veniale, maximè vbi, vel ignoranter, vel nō animo malo, aut proprietarios aliqua de prædictis fiunt, & secundū exigentiam, & circunstantias agi suum est iudicandum.

Quoad id, *Sed tam quàm peregrini, & aduenæ, &c. vadant pro eleemosyna confidenter, &c.*

QVÆSTIO X.

Queritur, vtrum nobis liceat habere reditus & possessiones, agros, vineas, greges pecorum, &c. huiusmodi.

REspondeo per quatuor puncta, quorū primū est, quòd ex vi voti prædictæ nostræ paupertatis non possumus habere *Primi conclusio.*

Caput sextum.

Ex vi nostræ professionis prohibemur habere possessiones, seu redditas annuales.

possessiones, nec redditus quoscumque: neque vsum reddituũ, neque id quod ad speciem, aut naturam redituum, aut possessionum appropinquat. Ratio horum omnium est, quia in prædictis omnibus aliquod ius annexum, seu aliqua thesaurizatio in futurum seu prouisio est, vt patet. Nunc autem ratione paupertat sr. pugnat omne ius politicum nobis, vt supra quæst. 1. Et insuper tenemur ad mendicitatem, vt patebit infra q. 13. cui repugnat thesauriz.t o, & prouisio in futurum, vt infra quæst. 12. dicetur. Ergo patet, quod nobis prædicta non licent. Et sic expresse declarauit Clem. V. in sua declaratione art. 7. vt proximè dicetur de singulis, & omnes communiter Doctores, & expositores 6. concordat expressè signanter quatuor Magistri, & Bonauent. Ioann. de Pechano, & expos. sanctorum patrum, & alij, & tractat. 10. plag. plag. 6. dicens, quòd pauper Euangelicus non potest habere aliquid fixum, aut firmum ex parte rei habitæ, vtpote quia talis res non potest auferri habenti, vt sunt possessiones agrorũ, & eiusmodi rerum immobilium. Neque aliquid firmum ex parte habentis, vtpotè quia nõ potest ciuiliter impediri habens quin habeat, vtatur, vel donet aliquam rem, quia talis pauper, qualis est omnis frater Minor, & totus ordo non habet aliquod ius ciuile in aliqua re. Et hoc est quod ait regula; *Sed tanquàm peregrini & aduenæ in hoc sæculo, &c.* vt ait expos. sine tit. 6. cap. vt per hoc innuatur nihil nobis habendum esse commune cum mundo, respectu temporis præsentis, futuri & præteriti: & ideò dicitur, *Tanquàm peregrini*, scilicet, tanquàm à nostra patria in hoc mundo distantes, & in futurum ad eam, vt victores peregrini in via peregrinationis huius anhelantes, sentientes hanc terram peregrinationis pro nunc, & in futurum extraneam. Respectu autem temporis præteriti dicitur (*Et aduenæ*) scilicet, tanquàm aduenæ trahentes originem aliunde, & tanquàm aduentitij, qui sentiunt terram, in quam deuenerunt, non esse sibi naturalem, & per hoc sentiunt eam sibi extraneam: sic nos sumus, tanquàm peregrini & aduenæ, dicitur (*In hoc sæculo*) ad excellendum errorem illorum, qui dicebant nos non debere, nec posse alicubi ad tempus commorari, quamuis etiam præciperetur à Prælatis, sed tanquàm peregrinos vagabundos nos vagari hinc inde semper debere. Contra quorũ errorem satis pulchre Bonauentura ad Magistrum innominatum, & Hug. 6. cap. & præfata expos. sine tit. 6. cap. disputant, & conueniunt. Nam dicitur

in

in regula, *Quòd tanquàm peregrini, & aduenæ simus*, non quidem respectu huius, vel illius loci, aut domus, vel prouinciæ, vel terræ specialis, sed respectu totius huius mundi, & potiùs animo, quàm corpore simus, vt aduenæ, & peregrini: ideò dicitur, *In hoc sæculo*, quod potiùs ad animum, & spiritum refertur, quàm ad habitationem corporalem, vt sic simus in mundo, quòd non simus de mundo, & hoc speciali modo præ cæteris Christianis, per prædictam paupertatem, & abrenuntiationem reddituum, & possessionum, vt dictum est, & cum prædictis concordans Hugo 6. cap. dicit, quòd instabiles aduenæ, & peregrini in hoc sæculo cum Apostolis illi sunt, qui nil fixum, vel immobile possidentes, de loco ad locum, pro maiorum arbitrio transeunt nusquam perpetuam, aut propriam, vt alij regulares stabilem mansionem habentes. Et sic patet primum punctum.

Secundum punctum, quoad redditus, & possessiones, No- *Quid sit redditus.*
tandum secundum tract. 10. plagarum, plaga 6. quòd redditus est duplex, scilicet formalis, & proprie captus, & virtualis, seu habens speciem redditus, seu ad naturam redditus appropinquans. Redditus formalis est ius, seu actio ad aliquid percipiendum annuatim. Et talis redditus expressè nobis est prohibitus ratione paupertatis, vt dictum est: & hoc expressè dicit dominus Clem. V. artic. 7. §. *Cumque annui redditus, &c. Cúmque annui redditus intra mobilia censeantur à iure, ac huiusmodi redditus obtineri paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio est, quòd prædictis fratribus redditus quoscumque, sicut & possessiones, vel eorum etiam vsum (cum eis non reperiatur concessus) recipere, vel habere eorum conditione considerata non licet.* Hæc ibi. De virtuali autem redditu proximè dicetur in 3. puncto. Et quamuis summa Ang. titul. *Alienatio*, §. 8. limitet, quomodò redditus computantur inter immobilia ex iure communi, tamen quoad nos in præsenti materia standum est dictis domini Clem. V. Quoad possessiones autem patet similiter ex dictis, & in Clemente V. ibidem, quòd non licet idcò nobis habere hortos, vineas, & huiusmodi, vt colantur, & olera, & alia hortalicia, seu fructus ex pretio distrahantur: quia sic declarat dominus Clem. V. art. 7. §. *Licèt verò*, dicẽs, quod hoc repugnat nostræ regulæ, & ordinis puritati, secundum quòd etiam D. Nicolaus III. art. 3 §. *Ad hæc*, declarauit & ordinauit, quòd si consimilia fratribus legarentur, per omnem modum fratres à

receptione talium abstinerent, cum etiam præmissa habere, vt pretium fructuum suis temporibus habeant ad naturam, & formam prouentuum appropinquet: & notandum, quòd possessiones dicuntur, quæ successiue fructificant, vt vineæ, agri, armenta ouium, vaccarum, &c. Ideò in tabul. Capituli Generalis Assisij, anno Domini 1526. celebrati, habetur ordinatum, quòd nullus Guardianus, vel Vicarius, aut alius quicunque præsidens vendere præsumat per se, vel per syndicum apud procuratorem domus, ligna, seu fœnum, vel alia, quæ nascuntur in hortis, & huiusmodi: nec pascua, aut hortos ipsos quouis modo locare.

Nõ licet fratribus habere hortos ad fructus vendẽdos, benè tamẽ recreationis gratia, neque vineas alvinum percipẽdũ, benè tamen ad vuas comedendas.

Habere tamen hortos, areasque competentes ad recollectionem, vel recreationem, & ad habenda necessaria hortalitia, pro nobis benè est licitum, & proueniens, vt dicit dominus Clem. V. vbi supra, & Petrus Anchar. & Zabarella super eadem Clementina, dummodò tales horti, seu viridaria sint competentia, prout decẽt paupertatem nostram, & nostrum vsum moderatũ, ad quem tenemur: vt dicit Clem. V. vbi supra, quòd sint competentia, aliàs peccaretur vitio superfluitatis, vel alio peccato. Ideò (vt habetur in Seren. conscien. quæst. 10. secundum Aluarum) non licet nobis habere præfata viridaria magna, magnos, vel plures hortos, superfluas officinas, alucaria & piscinas, quia vitium superfluitatis est. Ideò habere vineas ad colligendum vinum pro prouisione ad bibendum illicitum est: quia appropinquat ad reddit us, vel ad vsum reddituum, seu possessionum; vt proximè dicetur in 3. puncto: sed habere vineam solùm ad comedendum vuas, non credo illicitum, sicut neque est illicitum habere arbores fructuosas ad comedendum fructus suo tempore: aut sicut hortalitia ad tempus, quia in hoc parum fit contra mendicitatem, vel nihil, vt patet.

Secunda cõclusio. Neque etiã licet fratribus habere redditus virtuales, vel quod ad speciem reddituum appropinquat.

Tertium punctum, quoad vsum reddituum & possessionum, & quoad habentia speciem, seu appropinquantia ad reditus, vel possessiones, quæ omnia dicuntur redditus virtuales, vt habetur in tractat. decem plagarum, plaga 6. dico, quòd prædictos omnes redditus, seu quod appropinquat ad naturam, vel speciem reddituum, vel possessionum, non possumus habere: vt patet ex prædictis declarat. Clementis V. & Nicol. III. vbi supra. Nam & ideò dicitur in cap. *Religionum de religios. domi. libro 6. quòd debet esse incerta mendicitas, quæ victum præbeat mendicantibus religiosis*: super quo ait Ioann. Andreas, &

Domi-

Dominicus de Sancto Gemin. quòd conceditur incerta mendicitas, quia scilicet non habent quid certum, vnde victum sumant: sed talis mēdicitas dicitur omne quod est defectus, quasi defectum rerum dicens, cui quandoque ex misericordia alterius subuenitur, quandoque non, & sic impropriè est incertum mendici suffragium. Ideò habetur in tractat. 10. plag. plag. 6. vbi supra: quòd si aliquæ personæ vellent ordinare redditum perpetuum, quo in aliquo loco sustentarentur fratres, ita quôd aliqua proprietas apud ipsos fratres non resideret, sed apud alios: vt si relinquerentur eis aliqua territoria, vel agri, seu vineæ, de quibus per culturam, & industriam suam, vel aliorum prouideretur sibi de necessarijs ad sustentationem, ita quòd proprietas penes alium resideret, vt sicut habent hortos ad olera & fructus, ita habeant vineas, & agros ad sustētationē: quòd nō licet fratribus talia habere, quia hoc habere est, habere vsum reddituum, ved speciem, seu naturam reddituum, seu possessionum: & per consequens redditus virtuales, quod nullo modo licet, vt dictum. Et ideò in tabul. Capituli Generalis Burgens. anno Domini 1523. celebrati, habetur, quòd omnes vineæ, ex quibus fratres colligunt vinum, pro sua prouisiōne ad bibendum tollantur, destruantur, & eradicentur. Et cum prædictis expresse concordant 4. Magistri 6. cap. Similiter est illicitum habere legata perpetua, de quibus infra quæst. 11. latiùs agendum est. Similiter & propter eandem rationem est illicitum facere congregationes in futurum, de quibus etiam particulariter, & latiùs agendum est infra quæst. 12. Similiter & propter eandē rationem est illicitum habere agnos, oues, succesiue succedentes, vt semper fratres habeant carnes recentes, seu abundantes, & gallinas, aues, porcos, vaccas, columbas, & huiusmodi: super quo tamen habetur in prædict. tract. 10. plagarum plag. 6. quòd quoad agnos, non videtur, quòd in huiusmodi animalibus nutriendis fratres sint tuti in conscientia, siue illa ipsi nutriant, siue dent sæcularibus nutrienda in locis sæcularium: nisi forte quando talis necessitas, & talis exemplaritas, & talis discretio Guardianorum esset, quæ moderate talia iuste iudicaret esse congreganda, vt de hoc latiùs habetur infra quæst. 12. quæ requiruntur ad congregationes, seu prouisiones rerum ad victum opportunarum faciendas, secundum Nicol. III. & Clem. V. & Ioann. XII. ibi videatur de hoc, quando & quomodò possunt prædictæ congregationes fieri, frumenti, vini, & agnorum, &c.

Non licet fratribꝰ Minoribus habere vineas, aut segetes, ex quibꝰ vinū, aut frumentū, pro sua prouisione colligant.

huiusmodi. Nutrire tamen vnum, vel duos porcos, pro relevamine aliquo, vel gallinas pro infirmis, non videtur illicitũ contra paupertatem, dummodò aliàs caueatur scandalum, & aliæ circunstantiæ vitiantes, quia parum derogant hæc mendicitatem, vel nihil: & aliquando expedit hæc, moderate tamen, & ex causa nutrire, tum pro infirmis, tum pro aliqua recreatione fratrum, tum pro aliquali relevamine necessitatum, ne simus tam importuni, aut fastidiosi aliquando sæcularibus: dico semper, dummodò, & caute, & moderate, non superflue, aut relaxate, hæc & alia huiusmodi fiant: nam propter abusiones, quæ hic fieri solent ab aliquibus indiscretis, cauetur sæpe; & prohibetur per Prælatos, & per statuta, ne nutriantur gallinæ, porci, & huiusmodi, & ne seratur hordeum, nisi pro farrigine tantum, &c. huiusmodi.

Tertia conclusio. Nulli fratrũ licet petere eleemosynam per viam politicæ obligationis solvendã, nisi protestetur, quod pure eleemosynaliter eam petit.

Quartum punctum: ex dictis sequitur, quòd fratres non possunt petere, aut recipere eleemosynas frumenti, vini, &c. huiusmodi, & multò minus eleemosynam pecuniarim, quàm aliqui domini, seu magnates, seu cõmunitates, aut confraternitates solent facere quotanis habentes eas scriptas in suis libris inter salaria famulorum, seu inter sumptus, seu eleemosynas alias, quas ipsi solent, aut debent facere, seu soluere alijs, modo sint tales eleemosynæ liberaliter assignatæ, modò fiut pro Missis, exequijs, aut pro sermonibus: quia non licet eis petere, aut accipere, si tales eleemosynæ per viam obligationis politicæ essent soluendæ: ita scilicet, quòd ciuiliter in iudicio essent repetẽdæ. Ratio patet ex dictis, quia tales eleemosynæ appropinquant ad naturam reddituum, & sunt certæ ciuiliter, seu habent obligationem ciuilem annexam, vt supponitur, cuius nos sumus incapaces, vt etiam supra q. 5. dictũ est. Et quia solũ per viam eleemosynæ possumus humiliter recipere, aut petere aliquid: de ratione autem eleemosynæ, & mendicitatis, est quòd res, quæ sic eleemosynaliter petitur, accipitur, aut datur, sit incerta ciuiliter, vt supra, *cap. religionũ, de relig. domi. lib. 6.* aut quòd non habeat obligationem ciuilẽ annexam, vt dictũ est, & latè Gerf. 3. part. sum. alph. 56. litera Q. & alph. 68. litera C. & ii. parte alphab. 37. ergo non possumus petere, aut recipere talem eleemosynam certam ciuiliter, seu habentem obligationem ciuilẽ annexam, vt dictum est, modò sit data, aut oblata per dantes viuentes, modò in testamento legata: nisi fratres, quando eam petunt, aut recipiunt, expressè protestentur, quòd pure eleemosynaliter

synaliter eam petunt,& recipiunt,sicut de legatis perpetuis dicetur infra q.11.ibi videatur.Quòd si tales eleemosynæ nõ sic haberent talem certitudinem,seu obligationem ciuilem annexam,sed sic promittuntur,aut in libris scribũtur,aut assignãtur, quòd ciuiliter cõtra eos non est agendũ,sed solùm est promissio,aut debitũ naturale pro Missis,aut sermonibus,aut alia quacumq; causa,tunc licitè possunt fratres eam eleemosynam petere,& recipere per viam eleemosynæ, quia talis eleemosyna est incerta ciuiliter,quamuis sit certa moraliter sic ,quòd probabiliter creditur,quòd dabitur:nunc autẽ licitum est nobis petere, seu mendicare eleemosynam ab eo, qui probabilius creditur daturus,ex quacumq; causa aliàs licita,dũmodò non sit annexa certitudo,aut obligatio ciuilis,seu politica, vt dictũ est : & hoc modo credo,quòd sunt omnes fere eleemosynæ, quas domini, & cõmunitates Regnorũ Hispaniæ solent facere,& relinquere in testamẽto monasterijs,aut fratribus pure,liberaliter , aut pro sermonibus,licet eas habeant in suis libris scriptas & assignatas:ideò sic licitè recipiuntur,quantũ est ex vi paupertatis, nisi aliunde adueniat alia praua circunstantia , vtpotè superfluitas, vel alia eiusmodi:cum supradictis his concordat expressè Sylu. est.tit.*Legatum*,2.q.4.ibi vide latius.

QVÆSTIO XI.

Quæritur , an possimus recipere hæreditates aliquas,aut legata,& quomodò,& in quãta quantitate,& quomodò possunt talia legata peti?

REspondeo per quatuor puncta , quorum primum est, quoad hæreditates. Et dico, quòd *nullo* modo possumus esse,vel institui hæredes , aut successores defunctorum quorũcunque,directè,nec indirectè,nec iure directo , nec iure fideicommissi.

Secundò, quia hæreditas est successio iuris defuncti,vt habetur in Sũmistis,tit.*Hæreditas*.Nunc autem nos fratres Minores *Prima conclusio.*

Fratres Minores nullo modo hæredes instituí possunt.

rationepaupertati, sumus incapaces cuiuscumque iuris ciuilis, vt supra q. 1. dictum est: ergo. Et hoc expressè declarauit Clem. V. art. 7. §. *Quia igitur*, dicens sic, *Quia igitur in successionibus transit non solùm vsus rei, sed & dominium suo tempore in hæredes: fratres autem præfati nihil sibi in peculi acquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in communi. Declarando dicimus, quòd successionum huiusmodi, quæ etiam ex sua natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad immobilia se extendunt, considerata puritate sui voti, nullatenus sunt capaces.* Hæc ibi. Et licet Sixtus IIII. in priuileg. dum fructus vberes, fol. 62. contrarium concessisse videatur, tamen id etiam reuocando de conuentualibus intelligendum posteà declarauit in priuileg. *Licèt nos dudum*, fol. 22.

Et sic patet, quòd non possumus instituí hæredes simpliciter, neque adiecta clausula, quando scilicet instituit quis nos hæredes talis hæreditatis, vt in nostris necessitatibus hæreditas conuertatur: nec nos, nec nostra loca, aut Ecclesiæ, nec altaria, vt ait Petrus Ancharranus, & Baldus, licèt Bartholus oppositum senserit, vt habetur latiùs in Seren. conscient. q. 17. Neque etiam indirectè, vtpotè si quis testatus fuerit sic. Si hæres meus decesserit, hæreditas mea deueniat ad fratres, seu ad eorũ Ecclesiam, altare, imagines, &c. huiusmodi. Ratio patet ex dictis; & Clem. V. vbi supra, & Seren. conscien. quæst. 17. Neque etiamsi hæreditas iure fideicommissi fratribus relinquatur, vt habetur in Seren. conscien. vbi supra. Nouitij autem nostri ante professionem tacitam, vel expressam benè possunt esse hæredes, etiam ab intestato, quorum hæreditas ab ipsis expirat per professionem, vt latiùs Petrus Anchar. & Zabarel. super Clement. *Exiui*: & Summistæ, tit. *Hæreditas*, tit. *Religio*, tit. *Nouitius*, ibi videatur, vt oportet. Sed talis hæreditas fratribus inualide relicta, ad quẽ deueniat, & quomodò, ex quo fratres sunt incapaces, latiùs habetur in Seren. conscien. q. 17. & in Summistis, vbi supra videatur, ad nos enim nihil attinet. Quòd si frater Minor post professionem venerit ad talem statum, in quo posset habere proprium, vt ad Episcopatum, an possit esse hæres, & recuperare bona sua ad similitudinem restitui: videatur Barthol. in sua minorica & Summistæ vbi supra, & alibi, vt oportet: nihil enim ad nos de his, quæ iam foris sunt: de his videatur compendium, tit. *Hæreditas*, §. 5. & 6. Quòd si fratres nõ instituuntur hæredes, sed hæreditas ipsa relinquatur alicui cum hac conditione, quòd ipsam vendat, & quòd eius valorem in fratrum necessitates

Nouitij nostri ante professionẽ tacitam, vel expressã possunt hæredes instituí.

expen-

expendat,an fratres posſit acceptare talem valorem hæreditatis.Respondeo,si acceptarent,non facerent contra votum paupertatis, sicut nec facerent contra paupertatem, acceptando aliud legatum in magna quantitate, ex quo non succedunt in aliquo iure defuncti,neque sunt ex hoc hæredes, vt patet: & sic credo,quòd intellexit,& locutus est Zabarella, vt proxime dicetur.Peccarent tamen contra aliud ius,si acceptarent, quia contra ius naturale & diuinum,si tale legatum fieret in fraudē hereditatis,aut propter scandalum,& contra declarationem, & prohibitionem domini Clem.V.art.7.vbi supra, sic dicentis, *Nec licet eis valorem hæreditatum talium,vel tantam earum partem, quòd præsumi posset hoc in fraudem fieri,quasi sub modo, & formale gati dimitti sibi facere,vel sic dimissa recipere,quin potiùs ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus.* Hæc ibi. Et quamuis Zabarella super Clem. *Exiui*,§.13 potiùs dixerit,quòd pie potest sustentari,quòd fratres licitè possunt recipere talem valorem hæreditatis,modò dicto relictæ:tamen posteà ipse Zabarell. paulò inferius agens delegatis, dixit, quòd non possunt fratres licitè recipere,& quidem ita est,quòd non possunt,vt dictum est:quia, & expresse Clem.V.prohibuit,vt paulò inferiùs in 2.& 3.pūcto sequenti,vbi de legatis agitur,latiùs habetur.

Secundum punctum,quoad legata.Est supponendum priùs, quid sit legatum:& dico,quod legatum est donatio, vel eleemosyna,quædam à testatore relicta,& ab hærede, seu exequutoribus præstanda post mortem testatoris. Et sic differt ab hereditate,quia cum hæreditate transit ius successionis: ideò fratres possunt esse legatarij:id est,recipere legata eis facta, vt proximè dicetur.Fideicommissum autem hodie est idem fere, quod legatum:sed in fideicommisso est aliquid iuris: nam fideicommissum dictum est,quia olim pendebat ex fide hæredū:& nunc etiam dicuntur fideicommissarij illi,quorum fidei legata soluēda committuntur,qui etiam dicuntur testamentorum exequutores.Et quia in tali fideicommisso est aliquid iuris,ideò fratres Minores non possunt esse fideicommissarij hæreditatū, vt dictum est:neque exequutores testamentorum, vt dicetur latiùs infra quæst.18.Prædicta habentur ex Summistis, tit. *Legatum*, tit.*Hæreditas*,*&c.* Nunc ergo his suppositis,dico,quod nos fratres Minores benè possumus esse legatarij,id est,recipere eleemosynas nobis in testamento relictas, dummodò talia legata non relinquantur modo incongruo nostro statui, aut paupertati,

Quid sit legatum.

Quid sit fideicommissum.

Secunda cōclusio.

Fratres Minores possūt legata recipere eorum professioni congrua.

tati,& in quantitate moderata sine fraude. Probatur primum, quòd scilicet sit licitum nobis recipere legata,patet: quia sicut aliam eleemosynam pecuniariam, & non pecuniariam possumus recipere,seu acceptare modo aliàs licito oblatam nobis à dantibus viuentibus:ergo similiter a testatoribus relictam, patet:quia nulla ratio prohibitionis magis videtur in istis, quàm in illis,quia nullum ius ciuile nobis acquiritur,neque tranlit in nos cum tali legato,vt patet ex dictis.Et quamuis hæredes, aut exequutores teneantur iure naturali, & possint etiam ciuiliter cogi ad talia legata soluenda,vt dicetur infra in 4.puncto: tamen ex hoc nullum ius,seu actio ciuilis nobis acquiritur, nec nomine,aut authoritate nostra possunt ciuiliter repeti,aut cogi, vt patebit infra in 4 pũcto,& hoc sufficit nobis,ergo licitè possumus esse legatarij.Adduntur duæ conditiones, seu limitationes, scilicet, *Dummodò talia legata non relinquantur modo incongruo, &c.* Quia si relinquerentur expresse cum modo nobis non conueniente, non liceret nobis ea acceptare. Si autem indifferenter sine vlla expressione,tunc modo congruo, & licito nobis relicta intelliguntur, sicut eleemosyna etiam pecuniaria: si pecuniaria fuerint talia legata indifferenter nobis oblata,vt supra 4.cap.q.10.dictum est: & ad prædicta expressè facit Nicol.III.ar.3.§. *Ad hæc*,dicens sic, *Declaramus & ordinamus, quòd si testator modum secundum quem fratribus eorũ conditione inspecta recipere non liceret,exprimat in legando(vt si legaret fratribus vineam,vel agrum ad excolendũ,domũ ad locandũ,vel similia verba in similibus proferret,aut modos similes in relinquendo seruaret à tali legato,& eius receptione,per omnem modũ fratres abstineant.* Hæc ille.Est etiam aliud exemplum,vt habetur in Seren. conscien. q.[illegible].)vtpotè si quis leget nobis palatium, vel domum, vt inde habeamus fructus,vel redditus annuales,iura,census, & huiusmodi:quia sumus incapaces horum & similium,vt patet ex dictis supra q.10.Si verò modum licitum fratribus in legando testator expresserit (vt si diceret lego pecuniã pro fratrũ necessitatibus expendendam,vel domũ,agrum,vineam,& similia, ad hoc,quòd per certam personam,vel personas idoneas distrahãtur,& pecunia de rebus ipsis habita in ædificijs, vel in alijs necessitatibus fratrũ conuertatur)aut si in legãdo similibus verbis vtatur,vel modis,tunc possunt acceptari eo modo,quo eleemosyna pecuniaria legata,vt supra 4.c dictũ est,signanter q.10.ibi videatur.Si autẽ non sit pecunia,seu res aliqua in propria spe-

cie

cie vtibilis á nobis, vt pannus pro habitibus, frumentũ, &c. tunc sicut & alia similis eleemosyna non pecuniaria à dantibus viuẽtibus oblata, potest acceptari, vt dicit Nicol. III. si autem fratribus aliquibus generaliter sine vlla expressione legetur, tunc si est pecuniariũ tale legatũ, tanquàm eleemosyna pecuniaria indifferẽter oblata, vel Missa modo, nobis licito & cõgruo intelligitur factũ, vt supra 4.c.q.10. Ita quod nec legans merito, neq; fratres effectu talis legati fraudentur. Quòd si tale legatũ nõ sit pecuniariũ, tunc potest licitè recipi, sicut alia res vtibilis nobis eleemosyna liter indifferenter data. Et sic patet, quomodò, & quare est posita illa prima conditio, seu limitatio, scilicet (*Dummodò non relinquantur talia legata modo nobis incongruo.*)

Sed quoad hanc primam conditionem suprapositam dubitãt aliqui, an si quis legauit domum, vel palatium ad habitandum, seu vt ibi construatur Ecclesia pro nobis, an tale legatum sit factum modo nobis licito & congruo, vt possit à nobis acceptari, an non? Respondeo, quòd si tali domo, vel palatio non egemus pro nostra habitatione, vel pro Ecclesia facienda, seu contiguãda cum nostra domo, vel nostra Ecclesia dilatanda, tunc non est licitum tale legatum, neque nobis conueniens, quia non possumus habere domos, aut Ecclesias alias separatas á nostris habitationibus, sicut neque possessiones, aut redditus, neque parochias alias, vt patet ex dictis supra q.10. Et sic habetur in Seren. conscient. q.22. secundum Petrum Anchar. Si verò tali palatio, vel domo egemus, pro nostra domo, vel Ecclesia contiguanda, seu dilatãda, ita quod fiat vna habitatio contigua ex illa domo, seu palatio & ex nostra: tunc conueniens est, & licitũ nobis tale legatum: immò, & in tab. 19. *Vicarij Generalis* declaratum est, quòd licitũ est fratribus hospitari in domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuenti, hac cõditione, vt ibidem hospitentur fratres, & sibi prouideatur de vtensilibus. Hæc ibi.

Dubium. Quid si fratribus Minoribus legatur domꝰ, aut palatiũ aliquod

Secundò dubitatur ad prædictam primam conditionem, vtrum sit modo congruo, & per cõsequens validũ tale legatũ, quo scilicet quis relinquit in testamento Bibliam, vel Scotũ alicui fratri laico, vel Missale, Breuiarium illi laico? Respõdeo secundum Petrum Ancharr. in Clement. *Exiui*, quòd non valet: quia nõ est congruum illi laico, cui fit tale legatũ, ex quo vsus, ad quem tale legatum ordinatur, & causa non cadit in illo laico legatario, quia non est capax talis vsus. Hæc ille. Sed mihi saluo meliori iudicio, cum huiusmodi reuerentia videtur dicendum, quòd

Dubium. Quid si legatur fratri illud, quo nõ indiget

quòd illud esset verum, si testator expressè dixisset, quòd relinquit talem librum tali laico, vt studeat, vel vt celebret, seu vt recitet officium diuinum, tunc enim modus expressus non cõuenit illi legatario, ideò illi non valet vllomodo: dico tamen, quòd valet tale legatum ad vsum aliorum fratrum ordinis, ideò potest licitè recipi ad vsum aliorum, seu ordinis, secundũ Prælatorum dispositionem, vt supra 4. cap. quæst. 9. dictum est: quia modus expressus licet non sit conueniens illi speciali laico, est tamen conueniens conditioni, & statui fratrum sui ordinis, & Nicol. III. vbi supra, solum dixit esse cauendum à legato, quãdo modus sub quo legatur, non est conueniens conditioni, aut statui fratrum Minorum in Generali, vt patet in exemplis, quãdo legatur domus ad locandum: dico etiam, ex quo tale legatum fit modo incongruo statui nostro fratrum Minorum, quod potest acceptari etiam ab illo laico, non quidem ad vtendum tali libro, sed tanquàm legatũ pecuniariũ, vt distrahatur, & de pretio suis necessitatibus debite prouideatur, mediante pecunia, seruatis conditionibus ad pecuniam requisitis.

Dubium. Quid delegato nobis facto modo incongruo nostro statui?

Tertiò dubitatur, an legatum factum nobis modo expresso incongruo nostro statui fratrum Minorum; vtpotè domus ad locandum, ager ad colendum, &c. huiusmodi: licet non possint à nobis acceptari ad vtendum ipsis legatis sub eo modo, sub quo legantur, an possint acceptari, vt pecunia, scilicet, vt vendantur, vel distrahantur per syndicum, & pretium eorum in alias nostras necessitates conuertatur? Respondeo secundum Petrum Anchar. vbi supra, quòd non, & concordat Bald. quia expressè est contra Nicolaum III. vbi supra, quamuis Bartholi. in sua Minorica teneat oppositum, vt etiam hoc refertur in Serena cõscient. q. 22. Quòd si pro parte Bartholi dicatur, quôd per priuilegium Sixti IIII. & Leon. X. vt habetur supra 4. cap. quæst. 9. & secundum Petrum Anchar. concessum est, & habetur, quòd potest mutari legatum factum ad vnum vsum, & ex vna causa ad alium vsum, & causam per Prælatos. Respondeo, quòd illud est verum, præsuppositò iam, quòd tale legatum sit modo congruo, & licito nobis factum, & acceptum, vt patet in dictis priuilegijs, & c huiusmodi: & patet ex ipso Nicolao III. vbi supra dicẽte, quòd à tali legato modo incongruo nobis facto per omnem modum fratres abstinẽat. Notandum ly. *Per omnem modum*, & patebit intentũ. Item vbi supra Nicol. III. ibidẽ dicit, quod legatum modo congruo, & licitè dimissum, vtpotè

domus

domus, vt vendatur, & eius pretium in nostras necessitates expendatur, quod potest licitè acceptari & vendi, &c. ergo à contrario sensu legatum modo incongruo, & illicite nobis factum non potest acceptari, vt vendatur, &c. alioqui illud superflue diceret Nicol. III. de legato congrue nobis relicto, si id quoq; de incongrue relicto intelligeretur. Sed pro concordia videtur dicendum, quòd qui non acceptant bullam Martini IIII. de syndico, sed solũ viuunt secũdum declarationem Nicolai III. & Clem. V. non possunt acceptare tale legatum secundum Anchar. & Bald. Qui verò acceptant syndicum secundum priuilegium Martini IIII. benè possunt, vt ait Barthol. Et ratio est, quia ibi conceditur syndicus, vt omnia legata, & reducibilia ad pecuniam recipiat, & distrahat ad vsus fratrum, & tale est legatum hoc, sicut incertum ad pias causas, cuius dispositio pertinet ad Papam, & sic fuit declaratum in quodam Capitulo Generali, vt habetur in lib. firmamenta trium ordinum, in 3. parte, fol. 10. in statutis, & cap. 4. per priuileg. Martini IIII. Et sic patet prima conditio, & limitatio huius secundi puncti. Secunda conditio, seu limitatio eiusdem secundi puncti est, dummodò talia legata sint facta in quantitate moderata, & sine fraude quacumque vera, vel apparente, pro qua conditione latiùs declaranda ponitur tertium punctum subsequenter.

Tertia conclusio. Legata nobis facta nõ debent recipi, si sunt excessiua, & in magna quantitate.

Tertium punctum, quoad quantitatem legatorum, est quòd legata prædicta modo congruo, & licitè nobis facta possunt recipi, dummodò non sint excessiua in quantitate immoderata, & dummodò sint facta sine omni fraude vera, vel probabiliter apparente. Ratio huius est, quia tenemur ad vsus moderatos, & ad mendicitatem in spe Dei, ideó non possumus habere legata in quantitate excessiua, nisi quantum egemus ad vsus moderatos, & non ad prouisionem in futurum: ita quòd per talia legata non tollatur mendicitas, & per consequens non possumus accipere legata perpetua, per quę tolleretur mẽdicitas, aut per quæ fieret prouisio in futurum notabiliter. Neque possumus acceptare legata magna, quæ probabiliter hominibus apparerent in fraudem hæreditatis facta: quia cauendum ab specie mali, & á scandalo pusillorum, & curandum est de bono hominum testimonio. Hæc omnia patent ex Clemente V. art. 7. §. *Quia igitur*, vt dictum est supra in primo puncto. Et Zabarel. & Anchar. super Clem. *Exiui*, & Barthol. in Minorica: & communiter Doctores, vt etiam habetur in Seren. conscien. q. 19. & 20. Et ex dictis patet responsio ad dubium.

Si

Caput sextum.

Dubium. Si quæratur, an valeat tale legatum, scilicet, Sortes instituit hæredem Petrum, sub conditione, quòd aliquid annuum fratribus, aut conuentui nostro reddat in perpetuum, aut per tot annos, aut de triennio in triennium, &c. huiusmodi. Respondeo secundum Federicum distinguendo, quia aut tale legatum deputatur solùm ad cultum diuinum, putà vinum pro sacristia, frumentum pro hostijs, oleum pro lampadibus: & tunc licitè possumus illud recipere, etiam in perpetuum, quia per tale legatum non tollitur nostra mendicitas, neque est aliquis excessus aut fraus, vt patet: concordat Petrus Anchar. vbi supra, & summa Ang. tit. *Legatum* 1. §. 5. & Seren. conscien. q. 20. Adde & tu, dummodò non per viam obligationis ciuilis nos ea petamus, aut recipiamus: neque vllum ius, aut actionem ciuilem in tali legato prætendamus, quia sic iam viderentur annui reditus nobis prohibiti: vt supra q. 10. dictum est, &c. Sed eo modo, quo infra in 4. puncto habetur, debent peti, & acceptari. Si autem tale legatum relinquitur, pro victu & vestitu, aut indistinctè pro fratribus, seu pro eorum necessitatibus, tunc si tale legatum fiat in quantitate moderata, & vsque ad modicum tempus taxatum, vtpotè si relinquitur singulis annis vsque ad 10. annos, seu de trennio in triennium, vsque ad viginti annos, quòd dentur fratribus duo ducati in eleemosyna, vel vnum solemne prandium tali die. Tunc ait Federicus, & habetur in Seren. conscient. q. 20. quòd credit, quod licitè possemus acceptare. Ratio, quia potius tale legatum videtur quædam summa legata dilatata: neque per hoc videtur mendicitas tolli, sed aliquo modo subleuari: alioqui recipere tres denarios vsque ad duos annos esset illicitum eadem ratione, qua & acceptare tres aureos, aut sex, aut tale prandium supradictum, & similiter dicerentur annui redditus prohibiti, quod dicere absurdum sonat apud communiter intelligentes, & sic credit, quòd secundum hanc æquitatem loquutus est Clem. V. ait. 7. §. *Cum annui reditus, &c.* quòd scilicet tale legatum modo duplici prædicto non censendum sit inter annuos redditus prohibitos, maximè si sine obligatione ciuili petatur, & acceptetur per fratres, aut nomine fratrum, sed vt dicetur infra in 4. puncto. Et concordat Petrus Anchar. in Clement. *Exiui*. Et tale legatum non videtur in fraudem hæreditatis factum, nisi quando esset excessiuum consideratà facultate legantis, legati, vel legatarij: quod enim est excessiuum respectu vnius, vel vno tempore, seu vno

modo

modò factum, non est excessiuum respectu alterius, seu alio tempore, seu alio modo factum: tunc ergo, quando tale legatum esset excessiuum, seu appareret probabiliter excessiuum ex quacumque causa, vel circunstantia, tunc esset ab eo cauendum, tanquàm à legato fraudulento in fraudem, scilicet hæreditatis facto, vt dictum est, alias non: sed potest licite acceptari. Sed contrarium ad hoc tenet Bartholus in Minorica, & Baldus, vt in Seren. conscien. quæst. 19 & 20. refertur: quia dicit, quòd expressè videtur contra Clementem V. artic 7. §. *Cumque annui redditus*. Sed certè licet in rigore literæ possit videri cõtra Clem. V. tamen in sensu æquitatis non videtur contra eum, neque contra mendicitatem, neque fit, aut fieri videtur in fraudem tale legatum: ideò credo, quòd potest acceptari, vt dictum est secundum Federicum; & Petr. Anchar. &c. cum limitationibus dictis,

Si verò legatum sit excessiuum, attentis circunstantijs suprà dictis, aut etiamsi relinquatur ad longum tempus, seu simpliciter in perpetuum, & id simpliciter, seu pro nostris necessitatibus, aut pro victu & vestitu, quantumcumque modica quantitas, tunc non potest licitè acceptari, quia inter immobilia computatur, aut habet speciem, seu naturam reddituum nobis prohibitorum per Clementem V. vbi supra q. 10. aut videtur in fraudem factum, vt supra in 1. puncto habetur: & in hoc omnes Doctores supradicti concordant vbi supra. Et habetur in Seren. cõsc. q. 19. & 20. Vnde propter prædicta habetur in tab. 19. Vicarij Generalis, quôd de eleemosyna Illerdæ nullo modo licet nobis eam exigere, cũ sit annualis & perpetua. Patet etiam, vt habetur in tract. 10. plag. plag. 6. quòd nos non possumus per legata habere aliqua ligna in syluis perpetuis tẽporabus: neq; possumus habere capellas, vel cõfraternitates, aut funeralia, seu exequias perpetuas in nostris Ecclesijs, nisi vbi in huiusmodi essent omnia spiritualia, & sine vlla obligatione ciuili ex parte nostra, vt dictũ est supra latiùs. Sed & de hoc, & quomodo possunt peti legata perpetua proxime in 4. puncto sequenti habetur latiùs, ibi videatur. Quod si ad prędictorũ declarationẽ quęratur vsq; ad quantum tempus reputatur legatũ fieri ad modicum, vel ad magnũ tempus? Respondeo, quòd vsq; ad 10. annos reputatur esse ad modicum, vel ad magnũ tempus à iure, vt ait Zabarel. in Clem. *Exiui*, & Petr. de Plagarijs, *l. si cum præfinitione, ff. si quando dies le. ced.* Et habetur etiam in Seren. conscient. quæst,

Legata in perpetuum relicta licet excessiua nõ sint, non possunt à nobis acceptari.

quæſt.20.& ſumma Angel vbi ſupra. In omnibus autem ſupradictis notandum ſemper, quòd modicus exceſſus non vitiat, vt dicũt Zabar.& cæteri, vbi ſupra: & quia in moralibus rẽ ſtat ad punctum rei mediocritas ſecundum rationem, & quod parum eſt, pro nihilo reputatur. Quomodò autem legatum possit cõuerti in alios vſus, & cauſas, latiùs dictum eſt ſupra 4. cap. q. 9. & ſumma Ang tit. *Legatum* 2.§.11.&c. videatur.

Epiſcopus, & iudices ordinarij poſſunt compellere hæredes, vt ſoluant fratribus Minoribus, quæ in teſtamento legantur.

Quartum punctum eſt, quoad repetitionem, ſeu exequutionem legatorum nobis factorum. Notandum primo, quod Epiſcopus, & iudices alij, tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares, poſſunt ex vi ſui officij, nemine etiam ad hoc agente, compellere hæredem, vel exequutorem, ſeu illum, qui ad hoc tenetur ex teſtamento, vel aliàs quatenus relicta monaſterio, vel nobis adimpleat & ſoluat: vt hoc tenet Specul. in tit. *De inſtru. edit.* §. *nunc verò aliqua.* Et Barthol. in l. *ne quis quàm* § *fin. ff. de effr. procurſ.* & Ioan. Andreas in cap. *Si hæredes, extra de teſtamentis*, & Bald. *in l. nulli C. de Epiſcopis & clericis*, & Petrus Anchar. in Clement. *Exiui*: & expreſsè eſt ad hoc Nicolaus III. art. 3. vbi ſupra. Rationes huius poſſunt facile dari, vt de hoc latè habetur in Seren. conſcient. q. vltima, alphab. litera E. Et in compendio priuilegio. tit. *Hæreditas*, §. *vltimo.* Item cuilibet de populo competit actio ad hoc, & poteſt agere, vt legata & relicta ad *pias* cauſas impleantur: quale eſt legatum factum Eccleſiæ, & pauperibus religioſis, &c. vt habetur in compendio vbi ſupra: & ſum. Ang. tit. *Legatum* 2.§.15. Nos autẽ fratres Minores nulla legata poſſumus petere in iudicio, quia ſumus incapaces iuris & actionis cuiuſque ciuilis, vt ſæpe dictum eſt ſupra q. 1. Et addit frater Ioannes Philip. art. 1. fol. 102. quòd quamuis iudices ex ſuo officio, ſeu alij, vt dictum eſt, poſsint & teneantur aliquando cõpellere hæredes, aut exequutores, vt adimpleant præfata legata nobis facta, nos tamen non poſſumus directè ſeu indirectè talẽ compulſionẽ procurare. *Ratio eius eſt*, quia Nicol. III. art. 3. declarando prohibet nobis in pecunia aliquid iuris vllo modo habere in iudicio, aut extra. Et hoc idem voluit ſeruari etiam in pecunia legata, vt dictum eſt ſupra 4. cap. q. 8. & q. 10. Sed certè hoc eius dictum ſolùm habere videtur veritatem, quando nos fratres Minores, tanquàm habentes aliquid dominij, aut iuris in tali legata pecunia, aut tanquàm actores pro ea inſiſteremus, aut tanquàm tales talem compulſionem procurare videremur. Aliàs ſi ſimpliciter extra iudicium denuncietur iudicibus

cibus iniuriam defuncti,& nostram,vt ipsi ex suo officio procedant,vt voluerint,nō videtur illicitum sic procurare legatorum adimpletionem: quamuis forte in pecunia nō legata id facere esset aliqualiter illicitum,vt supra 4.cap.q.8.condit.7.dictum est:& quod dicit,quod Nicolaus III.voluit easdem modificationes seruari in pecunia legata,quas & quomodò voluit in pecunia non legata,verum est,quoad acceptādum eam, seu deponendum,non tamen omnino, quoad legatorum adimpletionem, seu expensionem,quia quoad hoc aliquid specialius voluit fieri paulò inferiùs ibidem dicens,quòd volebat prouidere quomodo nec piæ defunctorum voluntates, neque fratres Minores pauperes suis auxilijs fraudarētur: sicut & de eleemosyna deposita per dantem viuum,postea mortuum ante eius expensionem decreuit contra voluntatē hæredum.Prædictam autem prouisionem quoad legata intendebat facere per syndicū, vt supra 4 cap.q.16.dictū est,aut per iudices sæculares, vt iam diximus,quod ipse Nicolaus III.expressè sic ordinauit, quod per ipsos compellerentur hæredes , & exequutores adimplere legata nobis facta.Quomodò autem tales hæredes,aut exequutores possent compelli ad id,nisi præfati iudices id scirēt. Quomodo autem scirent nobis non esse datum legatum secundū formam testamenti,nisi ipsis significaretur à nobis, qui certius id scimus,tanquàm defraudati tali legato. Ergo videtur, quòd secure possumus procurare, quòd legata nobis facta adimpleantur modo supra dicto,cauendo à scandalo,& litigio, & assistentia in iudicio,vt dictum est:quia & sic expressè dicit Bonauentura 4 cap.dicens,*Quòd si exequutores testamentorum,aut defuncto rum timerent male ipse pecuniam contra formam testamenti, nec vellent eam concedere alicui pro fratrum necessitatibus ,tunc possent fratres à iudicare ordinarijs,& ad iudicibus prædictis iniuriam defuncti & suam, sine regula prouisionis continuam iudiciter petere tanquam suam,sicut est debita quæcunque portio testamenti.* Hæc ille. Ex quo patet noltrum intentum: maximè quia dictum fratris Ioan.Philip & eius ratio vbi supra. Solū habebat locum in legatis pecuniarijs,vt patet,non in alijs.Nunc ergo,ex quo probatum est,quòd in omni legato,tam pecuniario , quàm etiam non pecuniario possumus procurare, quòd nobis soluatur modo supradicto secundum Bonauenturā dicamus, quod sic est limitandus,& intelligendus frater Ioann. Philipp. vt iam diximus,si eius dictum debet valere,tanquàm continens veritatem.

Possunt licitè fratres procurare, vt legata ipsis facta adimpleantur: cauendo à scandalo, & à contentione in iudicio.

Immò & addit Bonauent.4.cap.quòd si cóingat hæredes, seu exequutores testamentorum repetere malitiosè pecuniam pro fratrum necessitatibus commendatam alicui, non est eis restituenda, cùm sint contrarij ipsius testatoris voluntati vltimæ, & per consequens immobili. Hæc ille. Et cõcordat Nicolaus III. art. 3. dicens, in simili casu, quòd quando antequàm pecunia cõcessa per dantem sit debite expensa, contigerit ipsum dantem mori, quòd etiam contradicente hærede debet expendi in tales fratrum necessitates, vt supra 4.cap.q.9.dictum est: quod secus esset, si ipse dans viuus mutata voluntate repeteret: ergo quoad expensionem pecuniæ non est idem omnino iudicium, quãdo est legata, aut quando per dantem adhuc viuẽtem depcsita est: ideò teneatur, vt diximus. Neque est contra Clem. V. prohibẽtem iudicialem repetitionem legatorum, & dicentem cauendũ à specie mali, quia hæc omnia cauentur modo prædicto, nec videtur vllo iure prohibitum, vt patet ex Bonauent. vbi supra. Quantò magis, quòd & per syndicum possumus repetere legata, licito & congruo modo nobis facta, vt supra 4.cap.q.16.dictum est: ibi videatur quomodò, & cum quibus limitationibus possunt per syndicum peti, & qui possunt vti tali syndico, ad hoc: propter breuitatem enim non expedit eadem sæpius & vbique replicari, seu repeti fastidiosè, quamuis purius, & exemplarius esset, quòd non syndicus, sed iudex ex officio suo, aut alius nomine populi procuraret, quòd prædicta legata nobis facta adimplerentur, sicut dictum est: & habetur in compendio, tit *Hæreditas* §. 2 lt. posse fieri.

Quarta cõclusio. Legata nobis facta nõ possunt repeti in iudicio authoritate fratrũ, sed solùm pure eleemosynaliter.

Secundum, in hoc quarto puncto notandũ est, & hoc quoad legata perpetua, quòd vt supra in 3.puncto dictum est, nõ possunt acceptari, nisi cum limitationibus ibidem dictis secundum aliquos Doctores: tamen modò acceptentur, modò non, dico, quoad eorum repetitionem, quòd non possunt vllo modo repeti quasi debita ciuiliter, tam in iudicio, quàm extra, nomine seu authoritate fratrum: sed solùm purè eleemosynaliter, & sic habetur declaratum in tabul. Capituli Generalis Burgens. anno Domini 1523. celebrati, in hunc modum, *Declaratur, quòd ad perpetua legata petenda, non possunt fratres recurrere, nisi per modum eleemosynæ, absque alicuius debiti obligatione, immò cum declaratione scripta, & sigillata hæredibus, vel commissarijs facienda: quòd scilicet fratribus non licet talia petere, nisi humiliter per modum eleemosynæ.* Hęc ibi. Per modum enim eleemosynæ benè licitum est ea petere,

aut

aut ad ea recurrere, quantumcumque perpetua legata sint, sicut & ad alia n eleemosynam pecuniariam, aut non pecuniariam procurandam possent in necessitate recurrere, vt etiam hoc habetur in summ. Ang. tit. *Legatum* 1. §. 5. Et ratio, quod non nisi eleemosynaliter licitum est ea petere extra iudicium, patet ex dictis in hac quæst. & quæst. 10. vnde & iterum in tabul. Capituli Generalis Assisij anno Domini 1526. celebrati, habetur hoc modo, *Decernitur ac præcipitur, quód fratres nullo modo recipiant aliqua legata perpetuò relicta aliquibus personis, vel hospitalibus, vel alijs locis, vt dent fratribus certam eleemosynam simpliciter, vt ipsi dicant certa officia, vel Missas. Immò, quòd Guardianus, vel præsidens faciat protestationem iuridicam, & authenticam ei, qui impl re tenetur testatoris voluntatem, quòd nolunt illas eleemosynas ex vi illius legati, nec volunt obligari, nec teneri ad illa officia, vel Missas: & quòd si voluerint legatary transferant in aliam locum: si tamen facta ista protestatione legatarius præfatus voluerit ex sua mera voluntate dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & Missas possint fratres cum bona conscientia recipere.* Hæc ibi. Et secundum prædicta hæc, intelligitur id quod in tabul. Vicarij Generalis habetur, quòd scilicet nullo modo licitũ est nobis exigere eleemosynam Illerdæ, cùm sit annualis, & perpetua: quia facta prædicta protestatione potest pure eleemosynaliter peti humiliter, & recipi oblatum, aliàs non. De modo autem petendi eleemosynam per viam confraternitatum, iam dictum est supra in 3. puncto: & latiùs supra 4. cap. q. 12. ibi videatur.

Quòd si ad prædicta quis obijciat, Si nos non sumus capaces obligationis ciuilis, quomodò ille hæres, aut exequutor tenetur, aut potest ciuiliter cogi per iudicem, aut per syndicum nomine Papæ, aut per alium ad talia legata supradicta soluẽda nobis? *Obiectio.* Responsio patet ex dictis supra q. 5. in 3. puncto, quòd impropriè, seu large est nobis ciuiliter obligatus, quia licet nobis non obligetur ciuiliter, potest tamen obligari alijs, scilicet Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ, ad cuius dispositionem pertinent talia legata nobis facta, & nomine eius syndicus ea repetit, quamuis ad vtilitatem nostram. Item ex obligatione naturali, qua nobis obligatur, potest oriri actio alicui contra talem, vt obligetur ciuiliter, non nobis, sed alij ad vtilitatem nostram, vt habetur in Seren. consc. q. penult. alphabetica, ibi videatur si placet. *Dissolvitur*

QVÆSTIO XII.

Quæritur, vtrum licitum sit nobis facere prouisiones, seu congregationes fruméti, vini, agnorum, &c. huiusmodi in futurum?

Prima conclusio. Non licet fratribus facere congregationes fruméti, & vini in futurum, si de quotidianis mendicationibus possit cõmode sustentari. Matth. 6.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Simpliciter, seu generaliter loquendo illicitum est contra votum paupertatis nostræ facere prædictas congregationes in futurum, vbi probabile, seu credibile esset de quotidianis mendicationibus nos posse commode, seu conuenienter secundum nostrum statum, & conditionem agere vitam. Probatur, quia paupertatis Euangelicæ est, vel saltem ei consequenter annexa est mendicitas, & non prouidere in tempus crastinum, & in futurum (vt patet supra quæst. 1.) Vita enim Euangelica non prouidet in crastinum, secundum illud Matth. 6. *Nolite solliciti esse in crastinum*: & capite eodem, *Respicite volatilia cæli, quia non congregant, & tamen pater vester, &c.* vt aiunt quatuor Magistri, & Bonauent. 4. & 6. cap. tractat. 10. plagar. plaga 6. Ex quo videtur, quòd vita Euangelica in gradu suæ perfectionis à personis particularibus imitabilis, qualem nos profitemur, habet talem paupertatem, & mendicitatem annexam: quòd non habeat congregationes in futurum, aut diuitias de rebus mendicatis, & concordat Chrysostomus homil. 33. in fine, dicens; quòd viris Euangelicis nihil amplius conuenit petere quotidiano cibo, etiam domi manentibus: vt Bonauent. 4. cap. refert. Item ex vi regulæ nobis imponitur paupertas talis, cui sit annexa mendicitas quotidiana, ita quòd nulla thesaurizatio, aut prouisio in futurum aliquarum rerum fiat, vbi aliàs sine tali congregatione commodè possemus probabiliter viuere: vt aiunt 4. Magist. 6. cap. & Bonauent. eodem 6. cap. vbi ipse, & expos. sanctorum patrum cap 6. & Ioan. de Pechano, & omnes patres, & Doctores nostri ordinis ab initio, & vsq; tunc sic intellexerunt & dixerunt, quòd ex vi nostræ regulæ, & nostræ paupertatis, interdicuntur nobis granaria, cellaria, & congregationes in futurum, seu faciendo longas prouisiones illarum.

illarum rerum, quæ quotidie mendicando haberi possunt ad cõmodam vitæ nostræ sustentationem, vt dictum est. Quod etiam patet, quia secundum communiter Doctores nos tenemur ad altissimam paupertatem, vt innuitur etiam 6. cap. ibi, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.* Nunc autem ad altissimam paupertatem pertinet carere prouisionibus in futurum, & auxilio humano non omnino confidere, sed soli Deo: vt habetur in collationibus Patrum, collat. 10. vbi dicitur, *Quæ maior, aut sanctior potest esse paupertas, quàm quæ nihil præsidij, nihilque virium habere cognoscens de aliena largitate quotidianum poscit auxilium, & vitam suam, atque substantiam singulis quibusque momentis in diuina operatione sustentari.* Hæc ibi. Et tandem sic decreuerunt, & declararunt dominus Nicolaus III. artic. 2. versic. *Insuper nec vtensilia, nec alia quorum vsum ad necessitatem, & officiorum sui status exequutionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluitatem diuitias, seu copiam, quæ deroget paupertati, vel thesaurizationem, vel eo animo, vt ea distrahant, seu vendãt, vel sub colore prouidentiæ in futurũ, nec alia occasione recipiãt, &c.* Hæc ibi. Et Clem. V. ar. 7. §. *Rursus cum prædictus sanctus, tam in exemplis vitæ, quàm verbis regulæ ostenderit se velle, quòd sui fratres & filij, diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cæli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant, nec metunt. Non est verisimile voluisse ipsum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam, & ideò non ex timore leui laxare se debent ad congregationes, & obseruationes huiusmodi faciendas: sed tunc tantum, cùm esset manifestum ex ibile ex iam expertis, quòd non possent vitæ necessaria aliter inuenire.* Hæc ibi.

Secunda cõclusio.

Secundum præfatum est, quando esset valde credibile, quòd non possent vitæ necessaria aliter cõmode inueniri, possumus facere prædictas congregationes talium rerum necessariarũ, vt-pote frumenti, vini, & olei, piscium, carnium, agnorum, &c. huiusmodi: dummodo fiant talium prouisiones moderate in diuturnitate, quantitate, & qualitate, & cum debita exemplari cautela, & mandato superiorum, & omnem aliam circumstantiam vitiã tem. Quod in casu potest fieri prædictæ congregationes, patet: quia quilibet non obligat in casu necessitatis probabiliter ad hoc, scilicet, quòd abstineamus a prædictis congregationibus rerum necessariarum ad commodam vitæ sustentationẽ, & per consequens, quòd careamus debita sustentatione vitæ,

Quando vitæ necessaria non possent aliter cõmode inueniri, dummodo fiant prouisiones moderate, licitum est prædictas congregationes facere.

Leo decim⁹ vitæ, aut debita exequutione officiorum ſtatus religionis. Ra-
conceſsit fra tio, quia media ordinantur ad finem, & ex fine eſt ſumenda
tribus de ob obligatio mediorum; nunc autem finis paupertatis, & mendi-
ſeruantia li citatis non eſt, vt careamus debita ſuſtentatione, aut exequu-
citè facere tione officiorum noſtri ſtatus, ſed potiùs è contra, vt patebit
congregatio infra quæſt. 13. ergo, quando per talem improuiſionem proba-
nes frumen biliter careremus debita ſuſtentatione, aut rebus opportunis ad
ti, & vini, exequutionem officiorum religionis, non eſt obſeruanda, ſed
licèt illis nõ tunc poſſumus prouidere moderate & debite, vt dictum eſt: &
indigẽt, vt concordat Zabarell. ſuper Clemen. *Exiui*, & Doctores, & expo
communiter ſitores omnes vbi ſupra. Et tandem Clem. V. dicens, *Sed tunc tã-*
tur pro aliis *tum (ſcilicet poſſunt fratres prædictas congregationes facere) cùm eſ-*
rebus, qui- *ſet multum credibile ex iam expertis, quòd non poſſent vitæ neceſſaria*
bus indigẽt, *alter inuenire*, vbi benè notat Zabarella vbi ſupra, quod timor
videatur leuis non excuſat, maximè Prælatos (nam de ſubditis proxime
Manuel Ro in 3. puncto dicetur, quòd excuſantur ſequendo Prælatorum
dr gu. 2 to- iudicium) ſed quando eſt timor, ſeu credulitas valde probabi-
mo 1. qq. re- lis ex iam expertis, quòd ſine talium prouiſione non poſſent
gul. q. 26. aliàs commode neceſſaria inueniri. Dictum eſt etiam, quòd
art. 3. dummodò tales prouiſiones, quando fiunt, fiant moderate, &c.
quia per hoc non conceditur vitium ſuperfluitatis vllo mo-
do, aut aliud vitium, ſeu peccatum: ſed ſolùm prouidetur
debitæ neceſsitati noſtræ paupertatis: ideò & cauendum à ſcan-
dalo, & ab omni alia circunſtantia vitiante vndecumque, bo-
num enim eſt ex integra cauſa. Dictum eſt etiam, quôd non
ſolùm frumentum, & vinum poteſt in prædicta neceſsitate cõ-
gregari, ſed & oleũ, piſces, carnes, & agni, & aliæ minutiæ ne-
ceſſariæ, ad debitam, & commodam vitæ ſuſtentationem, &c.
quia quamuis dominus Clem. V. ſolùm expreſsè declarauerit
eſſe nobis conceſſum congregare frumentum, & vinum, & de
aliis tacuit: tamen benè poſſunt alia congregari modo præ-
dicto: tum quia de ſimilibus idem eſt iudicium, præſertim, quã-
do eſt eadem ratio legis expreſſa, ſicut innuitur in prædic-
ti declaratione, quòd pro neceſsitate eſt licita congregatio
talium rerum, & licet de illis tantum exemplificauerit, tamen
non per hoc excluduntur alia, in quibus eſt eadem ratio neceſ-
ſitatis. Tum etiam, quia D. Ioan. XXII. in ſua declaratione, *Quo-*
randam extit, fol. 16. de hoc loquens, & approbans declarando,
& præcipiendo dicit, quôd in prædictis, ſcilicet congregatio-
nibus frumenti & vini, & in his ſimilibus ſtetur determinationi

Præla-

Prælatorum, vt infra 10. quæstio habetur: ergo. Et sic expressè concordat tract. 10. plag. 6. dicens, quòd quoad agnos nutriendos, seu congregandos, non videtur, quòd in huiusmodi animalibus nutriendis fratres sint tuti in conscientia: siue illa nutriant, siue dent sæcularibus nutrienda in locis ipsorum sæcularium, nisi forte, quando talis necessitas, talisque exemplaritas, & talis discretio Guardianorum esset, quæ moderate talia iudicaret esse congreganda. Hæc ibi. Et similiter indistinctè expositores dicunt de omnibus necessarijs cõgregandis: & sic patet, quid de gallinis, & porcis nutriendis dicendũ sit, vt supra q. 10. dictũ est. Et secundum prædicta est intelligendus Bonauent. 6. cap. & q. 7. super regulam dicens, quòd vbi congrue possumus sine iactura nostra, & aliorũ, debemus tempore opportuno nobis de necessarijs prouidere, &c. vt infra in respons. ad argumẽtum habetur. Similiter Hug. 6. cap. quòd minutorum prouisio, vt fabarum, cicerum, & huiusmodi leguminum, & fructuũ, propter eorum modicum pretium, vel raritatem in anno semel euenientium, potest pro necessitatibus nostris congregari in futurum, &c. & 5. Magist. 6. cap. idem innuunt.

Tertium punctũ est, quòd Ministrorum, & Custodum simul, & separatim in suis administrationibus, & Custodijs cum Guardiani, & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum, & antiquorũ in ordine fratrũ consilio, & assensu relinquitur iudicio, super prædictis, scilicet, quando & quomodò, & qua necessitate, & quantum debeat congregari in futurum secundum supradicta, & hoc eorum conscientijs oneratis specialiter, vt expresse D. Clem. V. vbi supra ait: ita quòd alij fratres subditi sunt securi, sequentes humiliter iudicium Prælatorum: dico, *Sequentes humiliter*, quia si ex culpa sua, qua nolunt paucis esse contenti, sunt in causa, quòd Prælati faciant cõgregationes indebitas, aut alios abusus, certè omnes in culpa inuoluuntur, & maculantur: vt latiùs infra 10. cap. q. 7. habetur. Item ipsi Prælati attendant, quòd non aliter eis committitur iudicium arbitrandi circa prædicta, nisi cum consilio & assensu aliorum, & cũ limitationibus supradictis per dominum Clem. V. Vnde ad maiorem firmitatem, & claritatem prædictorum omnium, & ad tollendos scrupulos subditorum, & scandala inobedientium circa hoc. Iterum & latiùs dominus Ioannes XXII. in declaratione sua, *Quorundam exigit*, fol. 16. sic dicit, *Nos de prafatorum fratrũ nostrarum consilio eorundem Ministrorum, & Custodum sub eadem formâ,*

Tertia conclusio.

Quantitas necessariarum, quæ futurum congregãtur, iudicio Prælatorum taxãda est.

quæ posita est secundum Clementem V. vbi supra, iudicio, præsentium authoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari, atque præcipere eo casu, quanter, vbi, quando, quomodò, & cuilibet granum, panem & vinum, pro vitæ fratrum necessarijs fratres ipsi quærere debeant, conseruare, siue reponere, etiam si reponenda sint in prædictis granarijs, & cellarijs conseruanda, statuentes, & districtè præcipientes mandamus, quòd in prædictis, & his similibus eorundem arbitrium, & determinationem siue iudicium generalis quidem in totum: Prouincialium verò in prouinciarum Ministrorum, ac Custodum, simul ac separatim in administrationibus, & Custodys ordinis memorati commissis esse debeat, iuxta Guardian' tantum, vt supra dictum, & duorum de conuentu discretorum loci sacerdotum, & antiquorum in ordine fratrum consilio, & assensu fratres omnes, & singuli sequi omnimode, illisque parere per omnia teneantur: ac insuper quòd illorum sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec sint, nec dici possint, vel debeant, nec ipsi seipsos autument suæ regulæ, vel constitutionum sui ordinis transgressores. Hæc ibi. Quæ omnia sunt valde notanda cum suis limitationibus & particulis.

Præclara verba D. Bonauen. quibus docet nõ solũ licitũ, sed etiã necessariũ quãdoque esse, congregationes aliquarum rerum in futurum facere.

Ex dictis omnibus patet secundum Bonauent. quæst. 7. super regulam, quare, & quomodò possumus plura seruare, & colligere mendicando, quàm id quod possit sufficere ad vnum diem. Nam in Euangelio fidelibus nõ prohibetur rationabilis, & debita prouisio, sed immoderata, aut indebita solicitudo in futurum: solicitudo enim notat curæ anxietatem, illicitam conquisitionem, auaram, & superfluam prouisionem. Sicut enim in operatione salutis nostræ principaliter spem in Deum iactare debemus, ita & in corporali subsidio solicitudinem debemus ei cõmittere: & tamen vbi congrue possumus sine iactura spiritualis profectus nostri, & aliorum nobis necessaria prouidere, possumus & debemus, ne aliter quasi Deum tentare videamur, vt miraculosè, sicut olim filijs Israel nobis quotidie alimoniam sub ministret. Licèt enim priorum fratrum puritas, pro maiori perfectionis ardore pauciora quàm nunc consueuerit ad victũ colligere necessaria, & populus propter hoc talem opinionem cõceperit, quòd nil nobis licet reseruare in crastinum, vt sonat ad literam, nec tunc, nec nunc aliquo modo nobis prohibitum est statuto, quin possimus ad victum aliqua etiam necessaria in futurum pro aliquo tempore prouidere, maximè de his, quæ in promptu cum indigeremus, non possemus acquirere medicando. Sunt enim aliqua, quæ nisi colligamus certo tẽpore, quando

est,

est eorum copia, quando inter manus communiter habentur à populo, postmodum, nec pro infirmis, nec pro hospitibus, nec pro alijs sine magna difficultate, vel magno pretio poterunt haberi, mendici enim maximè illo tempore, & ab ijs solent necessaria petere, quo & á quibus sciunt ea promptius á dantibus inter manus haberi, & libentius dari, vt potè circa horam comedendi: sic & Dominus populo certo tempore præcepit mannæ alimoniam colligere, quia non omni tempore in agro, etiamsi quærerent inuenirent, Exod. 16. Psal. 144. *Tu das illis escam in tempore opportuno*: in hoc enim non tam nobis, quàm illis, à quibus petitur, prouidemus, quando scilicet tali tempore petimus, quo ipsi facilius dare possunt, & sunt magis voluntarij ad eleemosynam largiendam. Hæc Bonauent. quæ omnia eius dicta intelliguntur secundum ea omnia, quæ dicta sunt: solùm enim hic reddit causam, quare non solùm ad vnum diem præsentem possumus licitè prouidere nobis, sicut & alij Christiani: & hoc quando est causa in nobis rationabilis secundum nostrum statum, & professionem ad sic prouidendum, vt dictum est: sicut & alij Christiani secundum suum statum possunt in futurum prouidere sibi sine noxia solicitudine; quando est in eis rationabilis causa ipsis proportionata secundum eorum statum. Non enim tenentur ad tam arctam paupertatem, neque ad mendicitatem, neque ad cauendum thesaurizationem, aut prouisionem in futurum, sicut & nos tenemur ex regula, vt dictum est: igitur accommode, & proportionabiliter sunt intelligenda prædicta verba S. Bonauenturæ, qui insuper dicit causam, quare quando est rationabilis causa prouidendi in futurum, talis prouisio fiat tempore opportuno, & magis debite, quàm alio tempore, aut modo indebito, & similiter dicetur infra quæst. 13. *Exod. 16.* *Psal. 144.*

quare potius ab aliquibus, & à diuitibus, & vno tempore petatur eleemosyna, quàm ab alijs, aut alio tempore, ibi videatur.

QVAE-

QVÆSTIO XIII.

Quæritur, vtrum fratribus Minoribus sit licitum, & meritorium mendicando viuere de eleemosynis, & an sit eis obligatorium ex regula, & quomodò, & à quibus possint, & debeant petere eleemosynam?

Prima conclusio. Statui fratrum Minorum licitũ est, & meritorũ de eleemosynis mẽdicatis viuere.

REspondeo per quatuor puncta, quorũ primum est, Fratribus Minoribus seruantibus debite suam professionem, licitũ est viuere de eleemosynis, seu mendicare, & est supererogatoriè meritorium, aliàs non. Probatur, quòd sit licitum, quia licitum est vnicuique petere humiliter, & recipere, & viuere de re sibi debita quomodocũque, vt patet. Sed bono religioso est debita à proximis, seu hominibus sua debita sustentatio ad victum, & vestitum, & sui status, & officij debitam exequutionẽ: quod patet, quia bonus religiosus semper tribuit beneficium, saltem spirituale hominibus, vel prædicando, vel altario ministrando, seu officio diuino debite insistendo, vel Sacræ Scripturæ studio instando ad vtilitatem Ecclesiæ, vel meritis, & exẽplis proficiendo per bonam vitam religiosam: ergo religioso aliquid horum tribuenti, vel simul aliqua, vel omnia beneficia debetur iure naturali recompensatio debita ad sustentationẽ, vt dictum est. Et facit ad hoc 1. Corinth. 9. *Si vobis spiritualia seminamus, non magnum est, &c.* Ergo patet, quòd omni bono religioso licitum est viuere de eleemosynis. Hic autem voco bonum religiosum, non quidem simpliciter, qui omnem vtilitatem supradictam exhibet Ecclesiæ cum merito suo, sed secundum quid, scilicet illum, qui aliquam de prædictis vtilitatibus præbet Ecclesiæ debito modo exercendo suum officiũ, & statum, & hoc sufficit, vt licitè viuat de eleemosynis. Immo & illi, qui bona temporalia, quæ habebant in sæculo, largiti sunt monasterio, seu pauperibus possunt de eleemosynis factis ipsi monasterio viuere, etiamsi non laborent corporaliter, qui propter pristinam conuersationem non consueuerunt corporaliter laborare,

1. *Ad Cor.* 9.

borare, vt ait B. Thom. 2.2.q.187.art.8.& 5. secundum August. in lib. *De operibus monachorum*, à quo prædicta ratio sumpta est. Secunda ratio ad id. m est, quia ei, qui non tenetur corporaliter laborare, pro sua sustentatione debita, licitum est per eleemosynas suæ necessitati prouidere, si aliunde non habet. Sed fratres Minores aliunde non habent, vt patet: quia non redditus, nec alia, vt patet ex dictis, neque regulariter tenentur corporaliter laborare pro sua sustentatione, vt patet ex declarat. Nicolai III. &c. vt supra 5. cap. q.1. ergo licitū est de liberaliter oblatis, vel mendicatis viuere.

Tertiò probatur specialiter, quòd est supererogatoriè meritorium viuere de eleemosynis, & de mendicitate, ita quod est meritorium, & de consilio Christi, quod probatur sic: licitum est, & meritorium supererogatoriè sequi consilia Christi: sed relinquere omnia, & effici mendicum propter Christum est huiusmodi, ergo. Discursus cum maiore patet, & minor probatur, quòd scilicet est consilium Christi, relictis omnibus effici mendicum propter eum: quod patet primo, quia Matth. 19. habetur, *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, &c.* qui autem iam omnibus distributis in pauperes nihil habet, & intendit spirituali vtilitati Ecclesiæ aliquo prædictorum modorum, certè supererogatoriè se humiliat, viuendo de humiliter mendicatis, & eleemosynaliter petitis & habitis, cùm posset sine tanta abiectione, humilique verecundia, etiam sine labore manuum sibi debitum stipendium aliter petere, & recipere, & viuere, sicut & alij clerici præbendati, aut reddituati propter eandem causam propter ministerium spirituale, quod impēdunt Ecclesiæ. Ergo ex prædicta humilitate, & contèmptus amore propter Christum egere, & mendicare supererogatoriè, meritorium est, & Euangelicum consilium est. Item secundo idem patet, quia in Euangelio talis mendicitas laudatur, vt supererogatoria. Nam vbi nos habemus Matth. 5. *Beati pauperes spirit*, littera Græca habet, *Beati mendici*, vt ait Chrysostomus Doctor Græcus. Item tertio idem patet exemplo Christi. Nam Christus fuit mendicus, aliquando non viuens de labore manuum suarum corporali, vt patet Psal. 39. *Ego mendicus sum & pauper*, vt ait Hieronymus ibidem, & refert B. Thomas vbi supra, quod non in persona Dauid, qui non fuit mendicus, sed in persona Christi hoc dicitur. Et tonitat Augustinus in Psalm. 108. *Persecutus est hominem*

Matth. 19.

Matth. 5.

Psal. 39.

Psal. 108.

inop.m,

inopem & mendicum, id est, Christum, saludas. Et idem Augus-
Psal. 103. tinus in Psal. 103. super illud, *Producens fœnum iumentis, &c.* dicit, *Nisi forte paupertatis, quòd Dominus ibat, & petebat, aut mendicebat, &c.* & Hieronymus ad Nepotianum dicit, *Quòd Christus, vt pauper cibo vescebatur alieno, quia scilicet de eleemosynaliter oblato; licèt non semper ostiatim mendicato ad humilitatis exemplum, vixit, vt erat persona particularis.* Et sæpe id innuitur in Euangelio Lu-
Luc. 22. cæ 22. vbi mendicant pullum & asinam: & Luc. 8. videtur mē-
Luc. 8. dicasse victum à mulieribus ministrantibus in via. Et Lucæ 9.
Luc. 9. hospitium à Zacheo, vt exemplum cæteris daret, & pœnitentiam pro nobis faceret, & vt nullum genus humilitatis exemplaris relinqueret inexpertum, & compleret prophetias prædictas in Psalmis, quia licèt esset dominus omnium, tamen voluit carere exequutione dominij, & potestatis temporalis, sicut & B. Alexius aliquando sic mendicauit ab extraneis, & à seruis suis in domo propria, & id virtuosè ex humilitate, & hoc idem tenet Bonauent. in expositione regulæ cap. 6. & Caietanus cū B. Thom. vbi supra art. 5. Quamuis Raulin in quodam sermone quadragesimali exponat prædicta omnia de mendicitate spirituali, & quamuis aliqui alij dicant esse blasphemū dicere Christum mendicasse, vt refert Gerson 3. part. summæ alphab. 56. litera Q & alphab. 68. litera C. Sed neutrum ibi approbat, aut reprobat Gerson, quamuis in alphab 58. videatur magis declinare ad ea, quæ dicta sunt secundum Bonauent. & B. Thom. Et Bernardus in quodam sermone de puero Iesu perdito, qui ipsi Bernardo ascribitur, expressè dicit, quòd Christus in triduo illo mendicauit ostiatim. Et beatus pater noster Franciscus in prima regula cap. 9. dicit, quòd vixit de eleemosynis: & ad eius exemplum nos mendicare instituit dicens, *Vadant pro eleemosyna confidenter, &c.*

Mendicitas nostra est sancta, & laudabilis, & meritoria, quam Christus & Apostoli exemplo docuerunt.

Quartò probatur ibidem, quia Alexand. III. in priuilegio, *Non sine multa*, fol. 13. & ff 25. declarauit nostrum statum, & mēdicitatem, & paupertatem esse licitum, sanctam, meritoriam, perfectam, & Euangelicam, & de eleemosynis licitè & meritoriè viuere sine labore corporali, &c. & idem fecit Bonifacius IX. in priuileg. *Sacrae religionis, fol.* 118. quoad fratres Dominicanos. Idem decernunt declarationes Nicolai III. & Clem. V. verbo, & vbi supra, vbi de mendicationibus quotidianis viuendam nobis esse sine congregationibus in futurum sine redditibus vllo modo decreuerunt: & concordant omnes Doctores, vt supra quæst.

quæst. 10. & 11. & 12. latè habetur. Et idē patet, quia cū hæc regula nostra, vt proximè dicetur in 3. pūcto, nobis imponat, quod viuamus de eleemosynis, & de mēdicitate, & sit approbata per Ecclesiam, vt supra in introduct. 2. quæst. 1. habetur: ergo mēdicitas nostra approbata est. vt sic habilis, & meritoria, & Euāgelica, vt patet ex dictis: ergo patet, quòd mendicitas nostra est licita & meritoria: quamuis Gerson 1. parte summ. alphab. 10. litera 9. & alphab. 11. & cardinal mendicitatem esse nouiter introductam post Apostolos, & eam mordeat ibi & alibi. Sed & in Concilio Constantiensi sessione 8. contra Ioannem Hus dicentem, quòd fratres per laborem manuum tenentur victum quærere, & non per mendicitatem, habetur decretum, quòd prima pars huius propositionis est scandalosa & temeraria, secunda erronea. Hæc ibi. Dictum est notanter, *Quòd ei licita, quoad fratres religiosè viuentes, & ad sustentationem religiosam, & non alias*, quod pro tanto dicitur, quia si aliquid istorum desit, non erit licitum viuere de eleemosynis, vel de mendicitate, quod vt pateat, sequitur 2. punctum.

Secundum punctum, Illicitum est viuere de eleemosynis, & de mendicitate fratribus Minoribus, qui nolunt patienter transigere cum necessarijs ad vsum moderatum rerum, vel qui non recompensant in spiritualibus pro eleemosynis acceptis. Probatur primum, scilicet, quòd qui nolunt transigere moderate, & patienter ferre egestatem, quòd periculosè, & illicite profiteantur statum hunc mendicitatis. Prima ratio est, quia pro tanto est bonum relinquere sua, pro quāto tollit solicitudinem impedientem à diuinis, & redditur homo aptior ad seruitiū Dei, & ad virtutes. Si autem contra euenit aliquibus taliter dispositis, quòd scilicet per mendicitatem efficiuntur magis soliciti ad temporalia, & impediuntur à diuinis, fiuntque minus apti ad ea, & ad virtutes, iam non est bonū; sed illicitum suis bonis relictis tali mendicitati, ex qua est occasio propinqua ad prædicta, & alia peccata se exponere. Ista maior sic dilatata, pro vtraque sua parte patet, & conceditur ab omnibus Doctoribus, & ratio naturalis eam suadet: & infra quæst. 16. latè probatur, ibi videatur. Sed quando quis non est paratus penuriam pati, & esse contentus cum necessarijs ad vsum moderatum, ad quem tenetur, iam efficitur minus idoneus ad diuina, & in propinqua occasione maioris solicitudinis & peccatorum, ergo illicitum est tali sic dispositio assumere statum hunc mendicitatis.

Secunda ca-sus.

Illicitū est viuere de eleemosynis fratrū Minoriū, qui nō de-siderāt nō est contentus, & qui in spiritualibus nō recompēsat.

Discur-

Caput sextum.

Discursus est bonus, & maior iam patuit: minor autem probatur, in qua est difficultas. Quòd enim status mendicitatis nostræ sit talibus indispositis suprædictis causa propinqua impatientiæ, murmurationis, perturbationisque continuæ: patet secundũ Gregorium in Pastorali, parte 3. admonit. 21. dicentem sic, *Qui iam quæ possident misericorditer tribuunt, necesse est, vt solicite perpendant, ne commissa indigne distribuan.* Et infra, *Ne cum pauca oportet plurima præbeant, & ipsi postmodum inopiam tolerantes ad impatientiam erumpant, audiantque quod scriptum est* 2. Cor. 8. *Non vt alys sit remissio, vobis autem tribulatio, cùm enim dantis mens nescit inopiam ferre, si multa sibi substrahit, occasionem contra se impatientiæ exquirit. Prius enim præparandus est patientia animus, vedum manus æquanimiter irruens inopia fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc meneem deterius murmuratio subsequens perdat*: hæc Gregorius, & Glos. vbi supra 2. Corinth. 8. dicit, *Non hoc ideò dixit Paulus, quin melius esset, sed infirmissimet, quos sic dare monet, vt egestatem non patiantur: quia secundum Gregor. tolerabilius est minus tribuere, quàm post largitionem ex inopia murmurare.* Et Chrysost. in tract. *de dignitate sacerdotali lib. 3. cap. 16.* dicit, *Inexplebile malum est paupertatis non voluntariæ quòd & murmurantem, & ingratam esse deiectet, nisi semper alimonia, sicut ex vberrimo fonte præbeatur, nec aliquando deficiat.* Hæc ille. Quòd etiam talibus sit causa maioris solicitudinis, & auaritiæ, & distractionis patet, quia qui habet patrimonium, aut proprium in particulari, seu in communi, seu redditus, facilius potest viuere, & cũ minori sua distractione, & solicitudine Deo, & virtutibus vacare, quàm is, qui nihil omnino habens, & tamen volens laute, & delitiose viuere, sicut & domini diuites & præbendati, & non esse contentus paucis sufficientibus ad vsum moderatum, ad quem tenetur, vult quærere per eleemosynas mendicando, quomodò prædictæ suæ voluptati satisfaciat. Non enim possunt hæc haberi mendicando, nisi cum maiori solicitudine, distractione, ac euagatione, quã si haberet iam vnde sic viueret, vt volũt tales: qui enim plura volũt, quàm habẽt, plura quærere euagãdo necesse est. Quòd etiã talibus sit causa auaritiæ, patet per Gregor. III. Pastoralis, admonition. 22. dicentem, *Hi enim propria indiscrete distribuentes, non solùm, vt supra diximus, ad murmur impatientiæ prorumpunt, sed cogente se inopia, vsque ad auaritiam deuoluuntur.* Hæc ille. Quòd etiam sit causa mendacij hypocrisis, & quodammodò furti, seu aliorum eiusmodi vitiorum, patet secundum Hugo 6. cap.

Gregor.

Gloss.

D. Chrys.

D. Gregor.

quia

quia mẽdicitas est sigillum veræ paupertatis & egestatis, quãdo verò deest egestas, tunc mendicans ad superfluitatem hypocrita est, & raptor: hypocrita dum paupertatem, quam non habet ostendit, raptor verò dum, quod non sibi, sed pauperibus indigentibus debetur vsurpat. Eleemosynæ enim sunt hæreditas pauperum, semper minus accepi, quàm me contingeret, ne alij pauperes sua sorte fraudarentur. Et sic ibi simul est mendatium cum hypocrisi, vbi fingitur egestas, quæ non est, ac de nomine pauperum quis gloriatur: res autem, scilicet penuria & egestas, quæ ostenditur, fugitur & oditur, penuriam pati nolendo. Quid enim est exterius more pauperum mendicare, & ad instar diuitum affluere velle, & abundare, vt ait Bonauentura, in quadam epistola, nisi prophanũ fœdumque mendacium, vt de hoc etiam latè dicetur infra quæst. 14. ergo patet ex dictis, quòd talibus indispositis ad penuriam patiendam, qui nolunt paucis esse contenti, vel qui nolunt aliquo carere, & pati penuriam, sed potiùs volunt habere certum suum victum, & vestitum ordinarium, & indeficienter, & quando carent murmurant: istis ergo, qui sic se habent, est illicitus status mendicationis nostræ: & dum iam eum assumpserunt, & resilire non possunt post professionem, illicitum est, & continuum peccatum permanere in tali voluntate culpabili, & cum tali proposito mendicare ad superfluitatem, sed tenentur deponere talem culpabilem voluntatem, & tenentur paucis velle transigere. Nam & stultum, & irrationabile omnino est sua dimittere, quibus licitè vti poterãt, & aliena cum auiditate quærere, & cum scrupulo peccati manducare panem. Vnde Gregorius in Pastorali 3. parte admonition. 22. dicit, *Quid eorum morte infœlicius, quibus de largitate nascitur auaritia, & peccatorum segetes, quæ ex virtutum semine procreantur*. Item quid risu dignius, quam quærere cum auiditate maxima, labore, & infœlicitate, & contemptu, & cum mala conscientia ea, quæ liberaliter dimissa sunt? Quid esset ridiculosius, quàm sarcinam temporalium propriorum reijcere, & alienorum tam auide quærere? Certe hi sunt, qui relinquunt sua, vt stulte, laboriose, contemptibiliter, & culpabiliter ad infernum rapiant aliena. Et in his omnibus suppradictis supponitur, quòd nos fratres Minores tenemur ad vsum moderatum rerum, vt infra quæst. 10. quarta latiùs patebit. Patet ergo prima conditio requisita ad licitam mendicitatem.

Grauis culpa est mendicare eleemosynas ad lautè, & superflue viuendum.

Secunda

Secunda autem conditio posita in hoc secundo puncto, quæ requiritur ad licitè viuendū de mendicitate, vel de eleemosynis est, quòd tales recompensent aliquo modo in spiritualibus. Quòd autem hoc requiratur patet, quia omnes Doctores super illud Apost. 2. ad Thess. 3. *Qui non laborat, non manducet*, tenēt esse illicitam mendicitatem existentibus corpore sanis, potentibus laborare, nisi in spiritualibus recompensent, vtpotè in sermonibus, in officio diuino, orationibus, &c. & in vita religiosa (aliàs esset illicitum, & alienum rapere) ideò enim approbatur mendicitas, non vt mendicantes otio vacent, sed vt melioribus exercitijs debitè occupentur, vt B. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. & 4. & 5. & vt supra dictum est in 1. puncto. Ex dictis in hoc 2. puncto patet, quòd si in nostra religione esset magna solicitudo circa eleemosynas superflue mendicandas, quòd tunc respectu taliū, qui sic solicitantur, iam noster status, nostraque paupertas esset inferior, & minoris perfectionis (immò, & illicita esset talibus) quàm sint aliæ religiones, seu status habentes proprium in communi, seu in particulari cum minore solicitudine, & licito modo, quamuis simpliciter nostra paupertas & mendicatio sit altior omnibus alijs abrenuntiationibus temporalium aliorū statuum, vt patet ex omnibus supradictis q. 1. & dicendis infra, præcipue q. 16. ibi videatur.

2. ad Thess. 3.

Tertia conclusio. Fratres Minores ex vi suæ professionis tenentur ad mendicitatē & ad viuendū de eleemosynis humiliter petendo.

Tertium punctum est, quòd nos fratres Minores ex vi regulæ tenemur ad mendicitatem, seu ad viuendum de eleemosynis humiliter eas petendo, & acceptando sine vllo iure ciuili. Hoc patet ratione sic, quia ex quo nullum ius ciuile, seu actionē possumus habere, neque redditus vllo modo; neque prouisiones longas in futurum, vt patet ex dictis supra quæst. 1. & 10. & 12. & tamen tenemur prouidere nobis ad vsum moderatum necessitatum nostrarum modo alias licito: & non restat vllus alius modus licitus nobis, nisi per viam eleemosynæ petere, aut accipere oblata, seu necessaria ad victum, & vestitum, & exequutionem officiorum nostri status, quo tenemur viuere de eleemosynis, seu de mendicitate (quod hic pro eodem accipio) nam mendicare est solo titulo necessitatis sine iure ciuili petere necessaria. Similiter & viuere de eleemosynis, est viuere de nō suo ciuiliter, sed de datis solo titulo necessitatis, aut charitatis sine vllo iure ciuili, aut non ratione, aut titulo iuris ciuilis, seu actionis alicuius tenentis se ex parte mendicantis, vel recipientis taleu. eleemosynam, vt supra quæst. 10. in 4. puncto secundum

Gerson

Gerson, vel (vt ait Augast. super Psal. 108. *Nuptiæ transferantur filij eius, & mendicent*: & refert Bonauent. 6. cap.) *Mendicare est ad misericordiam viuere*, & redit in idem, vt dictum est, qui enim ex sola misericordia alterius viuit, iam non ratione alicuius debiti, aut iuris ciuilis viuit, saltem non exercet illud, licet possit, vt de Domino Iesu Christo dictum est. Secundò probatur, quòd teneamur viuere de eleemosynis, & mēdicatione, quia sic communiter omnes Doctores tenent, nemine discrepāte, tam Theologi, quā Canonistæ, & doctrina Ecclesiæ, & cōmunis eius prædicatio tenens, quòd noster ordo est vnus de mēdicantibus, & declaratio Nicolai III. art. 2. & 3. Et Clem. V. ar. 7. ibi, *Quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam, &c.* vt supra quæst. 12. habetur, ergo. Item regula 6. cap. dicit, *Vadant pro eleemosyna confidenter, &c.* Ex quo patet, quòd quantumcumque nobis iure naturali, vel diuino, vel alio quocumque modo aliquid debeatur, pro Missis, sermonibus, exequijs, aut pro alijs exercitijs spiritualibus, aut corporalibus, aut pro quacumque alia causa, nos tamen non possumus recipere id, aut petere, nisi pure eleemosynaliter sine vllo titulo iuris ciuilis ex parte nostra: hoc patet ex dictis supra cap. 5. quæstione 3. & in hoc 6. cap. quæst. 1. & 5. & quæst. 10. Patet etiam, quare nostra mendicitas dicitur incerta, quia scilicet nō habet certitudinem ciuilem, & nullū ius, nec actionem ciuilem in re, quæ nobis eleemosynaliter datur, seu dāda est: quamuis habeamus certitudinem probabilem moralem, & sic patet, quomodò possumus habere certas eleemosynas, quas solent aliqui domini, vel communitates nobis facere, quia possumus habere certas moraliter, non autem certas ciuiliter, vt latiùs dictū est supra q. 10. in 4 puncto, vbi videatur. Sicque tandem patet, quòd ex quacumque causa, aut modo nobis aliquid dōnetur, scilicet, vel liberaliter oblatum, vel pro labore, aut exercitio nostro corporali, vel spirituali, vel humiliter mēdicatum, quomodocumque dōnetur, semper dicitur eleemosyna respectu nostri: quia non ratione, nec titulo iuris ciuilis, sed humiliter titulo necessitatis petitur, aut acceptatur.

August. super Psalm. 108.

Possumus habere eleemosynas certas moraliter, non tamē ciuiliter.

Quartum punctum, quomodò, quando, & à quibus possumus, & debemus mendicare, seu eleemosynam petere: dico primo, quòd honestè est mendicandū, scilicet, nec importune, nec procaciter, neque adeò verecūde, quòd superbiam redoleat, sed honestè, & humiliter corde, verbo & signo, vt non tanquā a

Quomodò debeat eleemosynā possulari.

imperiosè,& exdebitè,actiosè,& minè petant:neque sic verecundè, vt pusillanimiter, aut iusticiæ omittant efficium hoc habuerunt ad exemplum Christi. Ideo enim B.P. Franciscus vult, quòd confidenter petant, *Nec oportet eos verecundari, quia Dominus*, &c. quod est confortatio,& informatio paterna, ita quòd non sit tam excessus diffidentiæ, aut verecundiæ naturalis,sic prædominans,quòd fratres abhorreant ad humilitatis exemplum Domini nostri Iesu Christi se conformando petere humiliter eleemosynam,vbi & quando oportet,vt ait expos.sanctorum patrum,& expos. sine tit. 6.cap. *Et notandum*, quod quia exponere se humiliter ad misericordiam omnium hominum est maximè verecundum, & contra appetitum naturalem hominis sensualem : ideò hic opus fuit confortatione, & informatione exempli à Domino nostro Iesu Christo assumpta, & nobis per beatum patrem nostrum paterno affectu propolita, vt ait Bonauent. 6.cap. Secundò dico,quòd solum pro necessitate ad vsum moderatum nobis licitum est mendicare non ad superfluitatem, & hoc communiter omnes Doctores,& Christiani persuasum habent tanquàm notum; vt patet ex dictis supra in secundo puncto,& infra quæstione 14. habetur de his quomodò superflua petere, aut habere est contra nostrum statum specialiter. De his pulchra multa loquitur Bonauent. in suis epistolis, quæ habentur *infra quæst. 14.* & Hugo 6.cap. & alij expositores valde inuehentes contra superfluitates,& abusiones aliquorum, adeò quòd & ait Hugo, quòd etiam oblata quælibet,quando non indigemus respuenda sunt,in quo & cupiditas calcatur, puritas ordinis seruatur, populus ædificatur:& ideò id specialiter inspirante Deo, populus maiori sæpe deuotione ad offerenda opportune necessaria mouetur. Horum omnium experientia testis exititit apud intuentes fideliter. Tertiò dico,quod possumus necessaria petere, & eleemosynaliter accipere ab hominibus fidelibus potentibus dare,vt de hoc latiùs habetur in Summistis,tit. *Eleemosyna*, & insuper à multis, in genere nominis,& conditione,etiam ab excommunicatis & infidelibus,in multis casibus possumus nos re ipsere eleemosynam,in quibus alij pauperes non possunt,& à prædictis non possumus prohiberi per aliquos diœcesanos, vel per alias personas. Neque alij nomine nostro possunt mendicare sub grauibus pœnis,de quibus omnibus videatur in cõpendio,tit. *Eleemosyna*.

Quòd

Quòd scientia prædicta, in primo & tertio puncto significata, pulsat Act. 20. cap. *Beatus est magis dare, quàm accipere.* & quòd nos mendicando, id quod alijs, vel laborando, vel ciuiliter exigendo, aut reditus habendo poteramus licitè habere, grauam realiter pauperes meos despenitus destitutos viribus, & auxilio humano, ergo non licet nobis mendicitatem profiteri tam strictam, sed sufficit, sicut alij religiosi.

Respondeo secundū Bonauent. &c. negando cōsequentiam, *Dissoluitur.* nam si beatius est dare, quā accipere, ergo beatissimi sunt, quia omnia dederunt: quia secundū Hieronymū, *Nemo potest citius rogat quam quisibi à voluerunt.* Item, si recipere diminuit de beatitudine, ergo, qui magis recipiunt, magis deficiunt, & qui minus recipiunt, minus deficiunt: tales autem sumus nos fratres Minores, ex nostra professione in toto clero, qui cū possimus viuere, sicut alij clerici in statibus honoris & affluentiæ, viuimus in statu humilitatis ignominiæ & erumnæ, panossimis cōtenti, mendicantes, pro nobis tantum, sicut & Paulus mendicauit, pro alijs pauperibus, ad Rom. 15. & Galat. 2. Item licet dare simpliciter *Ad 1 cap.* beatius sit, quàm accipere, tamen cū circunstantia tantæ humi- 15. litatis recipere est melius, quàm dare, nam & Dominus suos discipulos ad receptionē informauit, quos *nudos* per sæcula destinauit edentes & bibentes, quæ apud homines sunt. Et sic patet, quòd nullam iniuriam facimus alijs pauperibus, quia nulli fa. it iniuriam, qui vtitur iure suo: cùm ergo ratione prædicationum, & aliorum spiritualium beneficiorum à nobis toti Ecclesiæ, & mundo collatorum debeatur sufficiens victus, & vestitus, & debita sustentatio, vt supra dictū est: ergo nulli facimus iniuriam recipiendo necessaria nobis debita: nisi forte in hoc faciamus iniuriā, quia quod possemus accipere abundantius, & cū honore, accipimus humiliter cū extremo contemptu, & confusione propter Deū (nam inter omnia genera petitionū verecundissima est mendicitas, quæ ad hominū misericordiam nos exponit) ergo lædimus pauperes, quā alij prabendati, ex quo pauperibus cōtenti humilius de communibus bonis Ecclesiæ, quàm alij clerici præbendati participamus: hæc ex Bonauent. Alia argumenta, quæ militant contra omnes religiosos mendicantes, videantur apud D. Thom. 2. 2. vbi supra, & alibi.

Sed & ad maiorem dictorum declarationem, præsertim eorum, quæ supra in 1. & 2. puncto dicta sunt, quæruntur aliqua

Dubi m. An mendi- cans ex cu- piditate ſuper- fluitatis ſui ſtatus pec- cet morta- liter.

dubio. I. primo dubitatur, an mendicans ex cupiditate, ſeu ad ſuperfluitatem reſpectu ſui ſtatus habendam, peccet mortaliter? Reſpondeo ſecundum Caietanum 2. 2. quæſt. 187. art. 5. poſſe mendicantem ex cupiditate otioſi victus, ex quo in veritate eſt pauper, ſeu in ſtatu paupertatis, nullam fraudem committere in proximum, ſed ſolum peccare in ſeipſum otiotam, & abiecti m vitam, abſque vlla rationabili cauſa eligens, ideò nulla videtur hic ratio peccati mortalis, neque etiam propter pœnam iuris ciuilis contra tales inflictam, ſeu infligẽdam: quia talis pœna non facit, ſed ſuppoſitam punit culpam, leuius, vel grauius ex cauſa, quamuis nõ ſit mortalis: vnde & quoad hunc caſum ſimiliter eſt dicendum, quoad religioſos, vt proxime in 2. dubio habetur.

Alio modo eſt quis mendicans ex cupiditate *habendi* diuitias, qui tamen adhuc eſt intra latitudinem pauperũ, ſeu in ſtatu paupertatis, & mendicando ſperat diues fieri, & hic peccat quidem, quia vtitur in debito medio ad explendũ ſuum improbum appetitum. Sed quia nec contra charitatem Dei, aut proximi agit in hoc, neminemq; decipit, ſic ſcilicet mendicando, ex quo eſt intra latitudinem, vel ſtatum pauperũ (vt ſupponitur) quamuis non eſt, tam pauper, vt deberet mendicare, excuſatur à mortali peccato: hoc eſt verũ, niſi aliunde ſub mortali teneatur cauere a diuitijs, ſeu ſuperfluitatibus habendis: quia ſi ſic teneatur, iam etiam peccaret mortaliter diuitias acquirendo, aut procurando ſuperflua notabiliter, mendicando, aut alio modo. Mortale eſt enim quærere, quod eſt etiã mortale habere. Ideò nos fratres Minores, quibus ſub mortali prohibitũ eſt habere notabili er ſuperflua: aut diuitias, mortale eſſet ex tali cupiditate ad ſuperflua, & ad diuitias habendas mendicare.

Tertiò modo eſt quis mendicans ex cupiditate ſcilicet diuitiarum, ſi extra latitudinem, aut ſtatum pauperũ eſt: & hic peccat mortaliter, & tenetur mendicatum pauperibus reſtituere. Ratio, quia talis vſurpat fraudulenter ſibi *eleemoſynas* datas pauperi, vt pauperi, ergo peccat mortaliter, & tenetur pauperi reſtituere. Probatur antecedens, quia ſecundum Scotũ in 4. diſt. 15. & cõmuniter Doctores, nõ ſibi, ſed pauperi dantur illæ eleemoſynæ mendicatæ: quia ex quo actu ſe mendicum fatetur, & pauperem, iam decipit dantem eleemoſynam ipſi, vt pauperi: ſicq; donatio eleemoſynæ eſt inuoluntaria, ex quo ignorantia

dantis,

dantis tollit voluntarij rationem, quoad illum mendicantem mendaciter, vt pauperem: ideò licet ille sponte donauerit mendico, vt pauperi, non tamen huic, ex quo non est pauper: ideò non acquiritur dominium huic; sed pauperibus tenetur dare, quibus dans sponte intendebat, & volebat dare, quia quoad id, respectu cuius donatio non est voluntaria, id est, quoad hunc mendicum fictum non valet, sed quoad id, respectu cuius est voluntaria, id est, quoad pauperem, ergo. Item ille mendicus fictus defraudat pauperes, quorum personam assumit: & quia nullus pauper in particulari fraudatus est, sed pauper in communi, ideó cuicumque pauperi det, satisfactum est. Ex quibus patet, quòd mendicantes in persona aliorum fraudulēter, & quæstores fingentes mirabilia, & promittentes tot & tanta non seruanda, non solùm peccant mortaliter mendacio vsurpando ea, quæ ipsis in aliena persona, vel officio dantur, sed & tenentur efficere, vt ad intentionem piam donantium producantur ea, quæ accepta sunt: vtpotè si aliqui religiosi mendicantes, vt eis dentur eleemosynæ, dicant seu prædicent, quòd pro benefactoribus fiunt tot, aut talia suffragia, aut quòd acquirunt tot indulgentias, &c. huiusmodi: quia si non ita sit, peccant mortaliter, & tenētur efficere, vt donantes habeant ea, quæ ipsis dicta sunt illo vel alio modo æquiualenti, si propter illa moti sunt ad dādum, vt dictum est.

Mendicus fictus, qui sine necessitate accipit eleemosynas nō potest illas retinere, sed tenetur pueris pauperibus erogare.

Prædictis tamen non obstantibus laudabile est, cùm quis diues mendicat solùm, vt humiliter actum mendicationis exerceat, dummodò non viuat de taliter mendicato, sed illud, vel aliud æquiualens de suo det egenis. Ratio, quia cum abiectione propria ex amore humilitatis victum veri pauperis quærit talis diues, & idem est quoad mendicatum, ac si mendicaret pro alio, quod est opus misericordiæ: & insuper sibi virtutis humilitatis actum exercet. Similiter laudabile est diuitem mendicare, quando in assumpta peregrinatione mendicat, & vinit de taliter mendicato, vt mēdicus ad tempus ex causa pia: quia quod in propria potestate constituit, & potest alicui in pœnitentiam imponi, laudabiliter potest sponte fieri: quia nil tale datur in pœnitentiam, nisi sit actus virtutis. Sed aliquibus diuitibus potest hoc dari in pœnitentiam: ergo & sponte fieri: & sic beatus Alexius alias diues, tamen relictis diuitijs peregrinatus est mēdicando propter Deum ad tempus. Nec obstat, quod iste mendicans est alias diues, quia licet ut homó sit diues, tamen ipse

Laudabiliter potest diues in aliquibus casibus mendicare.

peregrinus est pauper: præsupponitur enim, quòd iste sine sumptibus assumat, & peragat peregrinationē, nō ex cupiditate, sed ex piacausa, & quod viuat vt peregrinus, & vt mendicus. Tamen si quis diues mendicet absolute, non solū vt mendicet, sed vt de acquisito per mendicitatem viuat, ita quòd actus mendicandi ob abiectionem, & actus vescendi talibus mendicatis sit ob austeritatem victus, tunc talis mendicitas possit esse vtilis animæ alicuius particularis personæ, sic dispositæ, vt non nisi isto modo sciat has virtutes acquirere: tamen regulariter loquendo, talis mendicitas est indiscreta, & illicita illi diuiti: quia mendicum propriè, & absolute loquendo oportet esse pauperem, aliàs actus dissonat à circunstantia personæ: debent enim humilitatis actus conformes esse personæ. Nec rectitudo discretionis habet, vt austeritatem vitæ diues ex his, quæ pauperibus dantur, comparet, nisi fortè ipse tantundem, vel largiùs refundat pauperibus: ergo. Et sic patet responsio ad primum dubium.

Dubium. An peccēt religiosi, qui sine necessitate mendicant, otiosè viuendo.

Secundò dubitatur, an peccent, & quomodò religiosi (si qui sunt) qui absque necessitate & vtilitate, quam afferunt populo Dei, volunt otiosè viuere de eleemosynis, quæ monasterio dantur, vt sunt laici religiosi sani & robusti, &c. Respondeo secundum Caietanum 2.2.q.187.art.4. quòd nullus bonus religiosus excluditur à licito victu eleemosynarum monasterij, seu reddituum, si licitè illum religiosum habet monasterium. Vnde si quis vult regulam debitè, & sufficienter seruare cauendo à transgressione præceptorum, & aliorum, ad mortale obligantium, & orat, vt debet. talis comprehenditur inter afferentes vtilitatem Ecclesiæ ex sacrificio altaris, & inter clericos, seu sacerdotes quoad vtilitatem, quam affert ex orationum suffragijs, & sub studio scripturæ comprehenditur omnis contemplatio diuina laicorū, & clericorum, & sub prędicatoribus comprehenduntur ministri, seu ministrantes eis in officijs corporalibus religionis, ergo. Otiosi autem, qui aliquid prædictorum non faciūt, peccant sicut qui non seruant regulam suam, seu sicut qui desistunt ab actibus religiosis, & tamen viuunt de eleemosynis monasterij (vt proxime in tertio dubio sequenti dicetur, an mortaliter, an venialiter peccent, &c. Vnde si quis vult regulam seruare, & cauet à transgressione præceptorum, sed pigritia, & inuigilantia in ipso regnante, quasi inutilis viuit in monasterio: peccat quidem, sed non moraliter, viuendo ex monasterij prouentibus,

uentibus; seu eleemosynis,& cogi deberet ad aliquid operandum vtile,& decens virum religiosum.

Tertiò dubitatur,an peccẽt mortaliter,an venialiter religiosi, qui ab actibus religiosis,quibus tenentur, desistunt,& nõ viuũt bene,& tamen viuunt de eleemosynis quotidianis,vel redditibus,& an teneantur restituere,sic illicite vtentes, seu viuentes de prædictis eleemosynis,vel redditibus. *Dubium. An peccent mortaliter, vel venialiter?*

Respondeo per duo puncta,quorum primum est, quòd tunc tantum peccant mortaliter in huiusmodi omissione actuum religiosorum, viuendo de eleemosynis, aut redditibus monasterij, quando est ingratitudo mortalis in prædictis, aliàs solùm venialiter. Ratio, quia religiosi quantum est ex hac parte, quòd viuunt de eleemosynis, vel redditibus, solùm tenentur benefactoribus iure naturali gratiam retribuere in suis religiosis actibus, quod patet secundum Thomam vbi supra: quia inter religiosos, & dantes eis eleemosynas, seu redditus non est habitudo alia secundum aliquem contractum iustitiæ commutatiuæ propriè dictæ, sed solùm secundum debitum gratitudinis: nam donantes beneficium eleemosynæ conferunt gratis, cum spe tamen,quòd eis succurretur per orationes,& per merita religiosorum: & quòd per eorum bonam vitam,merita,& intercessionem impetrabunt bona spiritualia, & etiam temporalia à Deo & satisfacient,pro peccatis ipsorum benefactorum, vt innuitur Psal. 104. *Dedit eis labores gentiũ, vt custodiant iustificationes,&c.* Et Oseæ 4. *Peccata populi comedent*, & sæpius, vt patet Leuit.9.& 12. Numeror. 15. & 31. cap. & alibi: & latè probat Gerson alphab. 40.litera G.& alphab. 77. litera 9. & Bernard. & communiter Doctores,& sic patet prædicta maior probata. Gratiæ autem contrariatur ingratitudo, vt patet: ergo tunc tantum est mortale,quando ingratitudo est mortalis in omissione vitæ debitæ religiosæ,&c. & notandum, quòd talis ingratitudo potest esse duplex, alia quidẽ formalis, quando scilicet est cõtemptus interior beneficij recepti: altera autẽ est materialis,seu interpretatiua,quãdo scilicet illud omittitur,quod talis est cõditionis,quod necessariò rependendũ,seu exhibendum est beneficio recepto. Ideò ad rem dico,quòd si religiosi prorumpunt in contemptũ beneficij, seu eleemosynæ, sunt ingrati formaliter,& peccant mortaliter. Item si omittunt religiosos actus,ad quos de necessitate præcepti tenentur, sunt etiam ingrati mortaliter,quãuis materialiter:quòd si omittunt

Psal. 104. Oseæ 4. Leuit.9.& 12.

Aduerte hanc distinctionem.

aliqros religiosos actus, ad quos non tenentur sub præcepto; sunt ingrati materialiter, & venialiter tantum peccant, viuēdo sic de eleemosynis.

Obiectio. Quòd si arguitur, quòd omnis defraudatio proximi, & multo magis benefactoris in re notabili, in suo genere est mortalis: quia contra dilectionem proximi; sed religiosi desistentes à religiosis actibus defraudant benefactores quantum in se est, tam in notabili bono temporali eleemosynæ susceptæ, qua abutuntur, quàm etiam in bono spirituali, quod reddendum est, ergo peccant mortaliter semper viuendo de eleemosynis, si non incumbant omnibus actibus religiosis.

Diluitur. Respondeo, quòd quando deest contemptus reddendæ gratiæ, seu soluendi debitum beneficio, non est fraus, nisi materialiter, eoquòd non ex intentione detur opera ingratitudini, fraus autem in reddenda gratia materialiter interueniens, non semper est mortalis: sed vt dictum est, secundum consuetudinē omissi debiti mensuratur, quod in proposito est actus religiosus præceptus, vel nō præceptus: nam præceptus actus, si omittitur, est ingratitudo, & fraus mortalis, si verò ommittitur actus debitus quidem, sed non præceptus, veniale tantum est: sicque fraus in his semper reddit vsum eleemosynæ illicitum, aliquando quidem mortaliter, aliquando autem venialiter, vt dictum est.



Dubium. Secundum punctum, huius tertij dubij est, an religiosus, sic il-
Vtrum religiosus abutens eleemosynis teneatur ad restitutionem. licite, & mortaliter vtens eleemosynis, vtpotè quia ingratus, & fraudulentus materialiter, vt dictum est, an teneatur restituere. Et respondeo secundum Caietan. vbi supra, quòd non: sed talis priuandus est per authoritatem superioris vsu talium bonorū, seu eleemosynarum, si à præceptis desistat, vel si male viuat. Ratio, quia peccatum huius consistit in abusu rei sibi concessæ ad vsum, si non potest habere dominiū, vel ius in re, vt nos fratres Minores. Deniq; tale peccatū talis religiosi abutentis eleemosynis prædictis nō cōsistit in vsurpatione rei alienæ, sed in abusu rei sibi concessæ, nā bona religiosis collata eleemosynaliter, iam sunt facta sua ipsorum religiosorum, qui possunt habere dominium eorum ex donatione largitorum, vel sunt sic concessa ad vsum eorum, qui non possunt habere proprium, quales sumus nos fratres Minores, quòd nec contra iustitiam commutatiuam propriè faciunt, vel facimus, quia non fuit contractus talis, vt supradictum est; ergo inde nō oritur obligatio restituēdi.

Sed

Sed talia bona sunt tollenda à talibus religiosis abutẽtibus modo supradicto, vt superioris authoritate impleatur pia intentio donãtium ad Dei honorem, & ad vtilitatem spiritualem suam, vel Ecclesiæ, & vt Deo dicati redditus, vel eleemosynæ non prophanentur, ergo.

Obiectio.

Et si contra hoc arguatur, quòd sicut stipendium militare non datur nisi militantibus in veritate: ita stipendium sustentationis religiosorum non datur nisi religiose viuere volentibus, non ficte: ergo sicut miles armatæ militiæ non efficit suum, sed tenetur restituere, si ficte suscipit stipendium, vel si ficte prosequitur militiam, vt si desistit à militaribus actibus: ita & religiosus tenetur restituere, si ficte suscipit, aut non prosequitur actus religiosos, propter quos dantur eleemosynæ: quia & cessante causa finali, cessat effectus donationis ex tali causa.

Diluitur.

Respondeo negando consequentiam, quia nõ est simile, quia in stipendio militari intelligitur interuenire contractus iustitiæ commutatiuæ exigentis æqualitatem mercedis, & locatæ operę militis: ideò deficiente altero extremo æqualitatis est restitutio facienda, quia & stipendium non fit militi, siue à principio, siue post desistat à militia, quantum ad illam partem temporis, pro qua desistit, ex quo datur ei vt merces operis secundum formam iustitiæ. Sed in eleemosynis datis religiosis non est contractus iustitiæ commutatiuæ, sed liberalis collatio beneficij tẽporalis, ex parte dantis, quamuis ex causa, scilicet in spe retributionis, & est vinculum gratitudinis ex parte religiosorum recipientium, quod non est debitum morale, sed legale. Ideô ex quo à principio nulla fuit fraus, vt supponitur: statim vt facta sunt sua ipsorum religiosorum, vel saltem potuerunt vti eis sine obligatione restituendi ea, quæ non vt merces, sed liberaliter donata sunt, & per consequens abutendo eis non abutuntur alienis, ita quòd teneantur restituere, sed abutũtur proprijs, vel vt proprijs, ita quôd non obligantur restituere: sed benè obligantur satisfacere piæ intentioni donantium, seruando religiosos actus necessarios benè viuendo, vt tenẽtur. Et cum prædictis concordat Gerson alphab. 40. litera E. licet Adrian. in 4. de restitutione, quoad beneficiatos, seu præbendatos clericos, seu religiosos aliqualiter videatur prima facie dissonare, sed in re benê concordat cum Gerson: & cum prædictis his, vt etiam patet in quæstione, quam ibidem tractat agens, an teneatur restituere, is qui simulatione paupertatis, vel sanctitatis quid recipit,

Mirabilia verba Bernardi, & Bonauenturæ, pro recõmendatione benefactorũ.

pit, ibi latiùs, qui volet potest videre. Et conformiter ad prædicta omnia intelliguntur, & loquuntur sancti, vtpotè Bonauent. in opusculo, *Religio munda, & immaculata*, dicens, *Ora frater charissime instanter, & te in oratione exerce: quia pauperi non oranti æterna gaudia promittuntur.* Et Bernard. *Ora frater, instanter ora, quia ille dicitur habere tunicam sanguine mistam, qui carnem suam nutrit de pauperum sudore: nisi forte recompenset in oratione, & gratiarum actione. Cantando enim nobis bona ista proueniunt, grates pro eis geminis effunde, alioquin quæ hìc in deliciis seminis, in tormentis enumeris*, & habetur in Seren. conscient. quæstione 70. Et de his Gerson latiùs vbi supra dicens, quòd stultũ est eum religiosum, seu clericum recipere abundantes eleemosynas, & per consequens obligari ad amplius satisfaciendum, & effundendum de suis bonis spiritualibus, qui vix sufficit, pro seipso, & pro suis debitis suorum peccatorum satisfacere: quòdque talis est delusor aliorum, & sui ipsius, vide ibi: quia pulchrè de his agit in tractatu de solicitudine Ecclesiasticorum, & in sermone de vita clericorum in 2. parte summæ. Quare autem nunc plusquàm olim mendicemus, & frequenteinus diuites, & id rationabiliter, vide Bonauent. quæst. 8. & 9. quæst. 22. & 23. super regulam.



QVÆSTIO XIIII.

Queritur, an teneamur ad vsus strictos pauperes, seu moderatos, & ad vitandam pretiositatem, & superfluitatem rerum à nobis vtibilium, & quomodò?

Prima conclusio.

Ex vi nostræ professionis non tenemur ad vsus strictos, nemur ad vsus strictos pauperes & arctos.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est. Ex vi voti paupertatis Euangelicæ à nobis in regula promissæ, non tenemur formaliter, & directè ad aliquos vsus pauperes, seu moderatos. Pro probatione huius puncti, & ad omnia dicenda in hac quæstione, & alijs subsequentibus: priùs notandum, quòd licet sæpissime pro eodem accipiantur vsus pauper, strictus, arctus, crumnosus, penuriosus, exilis, seu tenuis, &

vlus

vſus moderatus, & comuniter confundantur iſta vocabula, & pro eodem accipiantur ſæpe à Doctoribus, vt eſt videre in ſuis tractatibus, ſeu expoſitionibus, tamen propriè loquendo, & diſtinctè valde differunt. Nam vſus ſtrictus, arctus, crumnoſus, penurioſus, exilis, ſeu tenuis accipiuntur pro eodem, ſcilicet pro quadam auſteritate, ſeu parcitate ſpeciali, & notabili, in quodam excellenti, & notabili gradu pauperis vſus alicuius rei ſecundum ſtatum ipſius vtentis. Vſus autem moderatus accipitur pro quodam vſu rerum temperato per medium virtutis moderantiæ, attentis debitis circunſtantijs perſonæ, ſtatus, & huiuſmodi. Vſus autem pauper generaliter accipitur pro omnibus ſupradictis, nunc vno, nunc alio modo: ſed ſæpe accipitur primo modo, vt ſit idem, quod vſus ſtrictus, arctus, &c. Et iſta differentia patet expreſsè ex Clem. V. artic. 8. vbi differentiam prædictam, & varietatem opinionum circa id recitat, vt patebit infra. Ideò nos in hac quæſtione, & in toto hoc tractatu ſic propriè terminos accipimus propter æquiuocationem, & obſcuritatem tollendam: vt ſcilicet vſus ſtrictus, arctus, & pauper ſint idem. Vſus autem moderatus ſit, vt accipiatur aliter, vt dictum eſt. Nota.

Hoc ergo ſuppoſito probatur primum punctum ſuprapoſitum, quia de ratione intrinſeca, vel eſſentiali paupertatis Euangelicæ formaliter, & directè, ſolùm eſt abdicatio iuris ciuilis dominij, & actionis cuiuſcumque politicæ: & in hoc ſtat quidditas, & eſſentia talis paupertatis, vt ſupra q. 1. dictũ eſt. In arctatione autem, ſeu limitatione vſus, non cõſiſtit eſſentialiter, aut directè prædicta paupertas Euangelica, ſed potiùs talis, vel talis limitatio, aut modificatio vſus rerum accidentaliter, aut indirectè, & ex conſequenti aliunde accidit, ſeu aduenit ab extrinſeco ab alia virtute ipſi paupertati, vt habetur in tract. 10. plag. part. 1. radio 5. ſecundum Aureolum, & radio 6. & 8. quod patet primò: quia Chriſtus habuit altiſsimam paupertatem Euangelicã, quam ipſe conſuluit, & non habuit illam in ſummo gradu, nec quoad cibum, nec quoad veſtitum, nec quoad domum, aut lectum, nam Ioannes Baptiſta habuit maiorem, quoad hæc (vt patet ex Euangelio) ergo vſus pauper, vel taliter, aut taliter limitatus, aut modificatus non eſt de ratione eſſentiali voti paupertatis Euangelicæ.

Secundò idem patet ex Nicolao III. artic. 2. vbi dicit, quòd abdicatio paupertatis omnium rerum, tam in ſpeciali, quàm in communi

communi est meritoria & sancta, quam Christus docuit & seruauit, &c. vbi de vtu paupere, vel moderato, nil dicit, nec quòd ad paupertatem Euangelicam pertinet, vel quod non. Et clarius Clem. V. art. 8. huic consonat, sic, *Dicere autem, sicut aliqui asserere prohibentur, quòd hæreticum sit tenere vsum pauperem includi, vel non includi sub voto Euangelicæ paupertatis, præsumptuosum, & temerarium iudicamus.* Hæc ibi. Tertiò idem patet ex 6. cap. regulæ, vbi dicitur, *Fratres nil sibi approprient &c.* Vbi nulla mẽtio fit de vsu paupere, vel moderato, sed de non appropriando in speciali, vel in communi, quæ est paupertas Euangelica: de qua paupertate subditur ibidem: *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis*, vt innuat altissimam paupertatem Euangelicam, de qua ibidem agit in sola abdicatione dominij, & iuris ciuilis cuiusque omnium rerum consistere, & non in vtẽdo rebus hoc, vel illo modo stricte, aut moderate, &c. Ergo sicut albedo formaliter, nec includitur, neque excluditur in ratione, seu essentia hominis, sed accidit ei: sic vsus pauper, seu moderatus, seu taliter, vel taliter limitatus, nec includitur, neque excluditur formaliter in ratione, vel in essentia paupertatis Euangelicæ, seu in eius voto. Sed prædicta paupertas Euãgelica essentialiter sumpta in sua ratione formali respicit prædictam abdicationem dominij, & iuris ciuilis cuiuscumque rei: vsum autem non, nisi per accidens, vel aliunde, scilicet ab alia virtute modificatum habet annexum. Vnde sicut accessorium non solùm sequitur naturam principalis, sed etiam multum iuuat ad conseruationem eiusdem: vt vouens castitatem, vouet ex condecenti consequenter abstinentiam, vtpotè vti grossis cibis, & ieunium ad castitatem opportunum, & fugere tenetur consortia, & consilia, & verba inhonesta in periculum castitatis. Sic vouens paupertatem tenetur ex condecenti ad virtutes paupertati annexas, quæ illam iuuant, sicut sorores, vt est humilitas, austeritas vitæ, parsimonia, moderantia, &c. huiusmodi. *Nam pauper superbus abominatio mihi, & pauper delicatus absit claustri*, vt ait Hugo de scala claustralium. Talem autem humilitatem, austeritatem, &c. non facit formaliter prædicta paupertas Euangelica, seu castitas, sed aliæ secundariæ virtutes, vtpotè humilitas, abstinentia, &c. huiusmodi, ad quas virtutes pertinent tales actus proprie & formaliter, sicut propriè, & formaliter tales actus sunt respectu obiectorum propriorum illis virtutibus secundarijs, vt patet. Sic in proposito moderantiam, seu arctitudinem vsus rerum vtibiliũ

Paupertas Euangelica formaliter loquendo cõsistit in abdicatione dominij, & proprietatis, & non in vsu arcto rerũ.

non

non facit prædicta paupertas Euangelica formaliter, vt dictum est: sed quædam aliæ virtutes secundariæ annexæ, seu adhærentes, vtpote temperantia, quæ prohibet pretiositatem, & accipit vsum moderatum, humilitas, quæ decorum, & accipit vilitatem sufficientiæ, quæ nomerositatem: & accipit necessarium tantũ, &c. huiusmodi, siue sint sua propria illa, quibus fratres Minores vtuntur, siue non. Ideò sicut non læditur castitas ipsa essentialiter, seu virginitas, licèt in virtutibus annexis lædatur, nisi altero duorum modorum, in quibus essentialiter consistit. Nam ipsa castitas, seu virginitas essentialiter consistit in non experiendo corporaliter delectationem, neque aliter virginitas amittitur, nisi aliquid horum duorum amittatur. Sic virtus paupertatis Euangelicæ consistit materialiter in quodam exteriori, putà in abdicatione omnis dominij, & iuris ciuilis cuiuscumque rei, & formaliter in quodam interiori positiuo, scilicet in firmo proposito non habendi aliquod ius, vel dominium in re quacumque, vt supra q. 1. dictum est. Sed esse in hoc mundo, tanquã aduenam, & peregrinum, & vti rebus, tanquàm omnino alienis, vt innuitur 6. cap. ibi, *Cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud, &c.* & nunquàm virtus prædictæ paupertatis Euãgelicæ essentialiter amittitur, nisi aliquod horum duorum, vel vtrumque amittatur. Ideò quæcumqne variatio in vsu paupere, vel moderato non corrumpit, nec auget eius essentiam formaliter, & directè, & per se: vnde pauper Euangelicus habens vestes pretiosas, vel volens vti continue cibis delicatis, lædit quidem intrinsece, seu essentialiter, & directè, & per se alias virtutes, vtpotè temperantiam, humilitatem, &c. ciusmodi, non tamen lædit directè essentiam paupertatis Euangelicæ, si sit in mente, & in opere exteriori omnimoda abdicatio dominij, & iuris ciuilis, vtendo illis rebus pretiosis, tanquàm omnino alienis. Sed notandum, quòd semper dictum est notanter, quòd talis vsus superfluus diues, aut pauper, aut moderatus non pertinet directè, & per se ad essentiam paupertatis Euangelicæ, quia indirectè, seu occasionaliter benè pertinet ad eam, & potest lædere, vel conseruare eam, sicut accessorium, aut consequens ad eam, vt dictum est, & dicetur adhuc latiùs in 5. puncto, &c. Etsi quãdo Doctores dicũt (dicunt autẽ sæpissime) quòd *vsus* superfluus, & immoderatus est cõtra paupertatẽ Euangelicã, intelligitur nõ per se, nec formaliter, sed *per* accidẽs indirectè, & occasionaliter, vt infra in 3. *pũcto* habetur, & infra q. 15. in 4. pũcto.

Secun-

Caput sextum.

Secunda conclusio. Ex prædicta regula obligamur ad illos vsus arctos & pauperes, qui in regula continentur.

Secundum per dictum est, quòd nos fratres Minores ex professione nostra, seu ex vi dictæ regulæ obligamur ad illos vsus arctos seu pauperes, qui in ipsa regula continentur, & eo obligationis modo, quo ibidem continentur, & non aliter, nec ad alios pauperes, qui ibi non habentur, seu exprimuntur: hoc patet ex dicta regula per Clem. V. art. 8. vbi prædicta determinatio eius post recitationem opinionum posita est. Intuendum, quod dicit ex vi regulæ, seu professionis, ad hæc obligamur non ex vi paupertatis Euangelicæ, neque ex vi alterius iuris, aut legis: sicut ex vi regulæ tenemur ad castitatem, & ieiunio sexta feria, & non ex vi paupertatis Euangelicæ, sed ex vi regulæ, quia scilicet iam sic promittendo obligati sumus ad contentos vsus arctos ibidem, & non ad alios.

Et si quæras, quinam sunt illi arcti, vel pauperes vsus cõtenti particulariter, seu specialiter, & expresse obligatorie, ad quos nos fratres Minores ex vi regulæ tenemur sub mortali? Respondeo secundum Special. lib. 4 quòd sunt omnia obligatoria tangentia paupertatem, seu pauperem vsum aliquarum rerũ, vt pote de non habendis pluribus tunicis, quàm duabus; vnam cum caputio, & alteram sine caputio, & de vilitate vestium; & de nõ portando calciamenta, & de non equitando, & de ieiunando, de cauendo à bonis ingredientium ordinem, de non recipiendo pecuniam, & generaliter de non habendo aliquid proprij in speciali, nec in communi, & quæ inde sequuntur, vt dictum est, & generaliter similia in regula obligatorie contenta. Nam alia, quæ non tacent obligationem in regula, solùm tenemur ad ea de consilio, vt de ieiunando post Epiphaniam, &c. cuius oppositi, de quibus omnibus in suis locis habetur latius. Ad alios autem vsus pauperes, qui in regula non continentur, non tenemur ex vi regulæ vllo modo, vt patet ex dictis. Et sic declarauit, & confirmauit sanctus Bernardinus in sua epistola, vt habetur 3. tract. &c.

Tertia conclusio. Immoderatus vsus rerum licet non sit strictus, iuris est fratribus Minoribus.

Tertium punctum est, vsus moderatus rerum à nobis vtibilium est licitus nobis fratribus Minoribus: & superfluitas, seu excessus omnis est nobis prohibita. Primum patet, quia sic sanctum Bernardinum declaratum per Nicolaum 3. artic. 2. & per eum per viros religiosos, & doctos, & Ioannem de Capistrano, & per alios natione eluciatum de mandato summi Pontificis, vt patet in epistola prædicti sancti Bernardini [illegible]. artic. 2. vbi sic dicitur,

citur, *Declaratur secundò quòd fratres non teneantur ex sua professione ad aliam arctam vsum rerum, quàm in regula particulariter expressum ut per illum satisfiant per clem. Non sine declarationè artic. 8. ex parte finis, quatenus, vt expressè claret ex declaratione Nicolai V. ar. 2. § porro, secundum regulam, & omnimodam veritatem moderatus vsus rerum ad vitæ sustentationem, & officiorum sui status executionem, maior quàm de pecunia concessus est fratribus.* Hæc ibi. Et paulò inferiùs in eadem epistola art. 4. concluditur, & declaratur, quòd in regula vsus carnium fratribus non prohibetur, licèt non deceat, nisi moderatus & discretus. Hæc ibi. Et idem in Specul. fff. alibi habetur, vbi etiam habetur, quòd patres nostri omnes antiqui sic intellexerunt, & determinauerunt vsum pauperem, vel moderatum includi in voto regulæ nostræ, quòd scilicet regula nostra vsum quēdam simpliciter reijcit & interdicit, vt patet vsum pecuniæ 1. cap. & possessionum & reddituum (vt supradictum est) quendam simpliciter exigit, scilicet in quacunque re extraneitatis affectum, & aspectū scilicet, vt qua re vtitur frater Minor, vtatur non vt sua: quia omne ius in re, & in vsu rei similiter, & vsurpatio siue de facto vendicatio, omnis vsus iuris ciuilis nobis ex regulâ interdicitur, & hoc ratione paupertatis Euāgelicæ, vt supra q. 1. dictum est: quendam verò vsum aliarum rerum nobis vtibilium sub rationabili circunstantiarum moderatione restringit & recipit.

Quæ autem sint res, quibus nos vti possumus? Respondeo, omnes res, quæ ad victum, & vestitum, & diuinum cultum, & sapientiale studium, seu ad officiorum nostri status, & conditionis exequutionem spectant, & non aliæ, vt arma, & eiusmodi: harum omnium rerum vsus moderatus nobis omnino licitus est, vt diximus: & expressè concordat Nicol. III. vbi supra. Et prædicta creditur esse intentio B. patris Francisci in regula expressa, & declarationum, & omnium Patrū, & Doctorum antiquorum ordinis, vt 4. Magistrorum, Bonauenturę, Hugonis, & alia in suis expositionibus & tractatibus, & apologia beati Bonauenturę, vt etiam patet in Ioanne Parisiensi super dispensatione fratrum Minorū 2. nota. & Seren. Oscien. q. 11. sine tit. & in tractatu quodā de paupertate, nondū impresso, edito à quodam Doctore antiquo sine titulo, & in tract. de necess. congr. solut. & in tract. defensorio contra deuiantes fol. 166. quæ quidem etiam explicatio prælicta de vsu pauperē, & moderato nobis licito, vt dictum est: facta fuit olim anno Domini 1285. & publicata

publicata per Ministrum Generalem fratrem Attolū,& tempore Martini IIII. fuit acceptata in Capitulo Generali montis Pessulani, præsente fratre Matthæo de Aquasparta, Ministro Generali,& similiter à fratre Gaufredo Ministro Generali, in Capitulo Generali Parisij repetita,& Vbertino tandem placita, vt habetur in præfato tractatu paupertatis Doctoris sine titulo, & recitantur in Specul.ffil.4.& tandem iterum per sanctum Bernardinum anno Domini 1440.clariùs elucidata,& declarata, vt dictum est:quamuis multi prædictorum Doctorum confuse accipientes vsum pauperem strictum,& moderatum, pro eodem, causam dubitandi, & scrupulum de multis præstiterunt *circa* hanc materiam,sed distinctè,& clare loquendo, *tenendum est*, vt iam sæpe dictum est:quomodò autem, & circa quæ debeat attendi prædictus vsus moderatus,& per quos, latiùs dicetur infra q.15. Et sic patet,quòd licitus est vsus moderatus,& quarūrerum,scilicet vtibilium tantum à nobis,quoad victum & exequutionem nostri status,vt dictum est: quoad vestitum tamen tenemur ad vilitatem vestium, vt supra 2.c.q.22.habetur: quia hic est vnus de vtibus strictis,ad quos specialiter ex regula tenemur,vt dictum est in 2.puncto:& de istis hic non agitur, sed iam præsupponuntur excepti specialiter.

Omnis superfluitas, & pretiositas in victu,& vestitu est nobis prohibita.

Nunc restat de 2.parte huius 3.puncti agere,quòd scilicet in victu,& vestitu superfluitas omnis,& pretiositas est nobis prohibita:quod probatur quadruplicater. Primò,quia qui tenetur ad aliquid,vt potè ad castitatem,tenetur ex consequenti, quamuis indirectè,seu per accidens ad ea, quæ necessariò requiruntur ad conseruandum castitatem, & ad cauendum occasiones proquinquas contra castitatem,vt patet:quia necessitas mediorum ex necessitate finis sumenda est secundum Aristot. *Et qui amat periculum,peribit in illo*, Eccles.3. & est regula magistralis, quòd qui tenetur ad finem,tenetur ex consequenti ad media necessario requisita ad finem,& tollere impedimenta ad talem finem,vt Angest.in Moral.cap.5.fol.28.& cap.8.fol.58.latè probat. Sed nos fratres Minores tenemur ad paupertatem Euangelicam,vt supra quæst.1.& ad cauendum à receptione pecuniæ per nos,vel per alium,vt supra 4.cap. & ad cauendum auaritiam,solicitudinem noxiam,& alia eiusmodi peccata ex iure diuino cauenda:vt patet ex dictis supra q.10 & q.12. & dicendis infra q.16.Hæc autem non possunt debitè seruari & caueri, si nos vtamur,vel velimus vti,& habere vlum abundantem superfluum

Ecclesi.3.

fluum & pretiosum, vt domini præbendati, & reddituarij habē-
tes reditus & diuitias, vt patet: quia ad quærendum superflua,
oportet nimis solicitari: & est occasio propinqua ad auaritiam,
vt supra q. 13. dictum est, & dicetur infra q. 16. & est occasio pro
pinqua ad violendum præceptum de pecunia cauenda, vt pa-
tet experientia. Similiter ad faciendas longas prouisiones in fu
turum, & ad reditus habendos, & ad aliquomodo vsurpandum
ius aliquod in iudicio vel extra, & occasio propinqua ad com-
mittendum alia peccata contra legem aliquam diuinam, natura-
lem, vel humanam, vel contra aliquod præceptum regulæ, vt fa
cile hoc probat experientia quotidiana, & constat his, qui ad-
uertere volunt: ergo illicitum est nobis habere velle vsum su-
perfluum, & pretiosum rerum, quia est occasio propinqua mult
plicis transgressionis, vt dictum est.

Secundò probatur idem, quia illicitum est pauperi existen-
ti in statu paupertatis, & mendicitatis viuere de mendicatis, aut
de eleemosynis ad vsum superfluum & pretiosum, seu abundā-
tem, vt patet ex dictis supra q. 13. quòd non est licitum viuere
de eleemosynis laute, seu ad superfluitatem, sed solùm ad ne-
cessitatem moderatam. Sed nos fratres Minores viuimus de
eleemosynis, seu de eleemosynaliter habitis, quomodocumque
habeantur, vt patet ex dictis in eadem q. 13. & non aliter viui-
mus: ergo non licet nobis viuere de eleemosynis ad superfluita-
tem, &c. & quidem ipsa statim fronte dissonat aperte à recta
ratione, quod pauper mendicus viuens de eleemosynis, vtatur
ad superfluitatem pretiositatem, & abundantiam, quia dissonat
qualitati, & statui personæ, & nostræ professioni talis vsus abū-
dans, vt patet, ergo.

Tertiò probatur idem authoritatibus, seu declarationibus
domini Nicolai III. art. 2 § *Insuper nec vtensilia, nec alia, quorum*
vsum ad necessitatem & officiorum sui status exequutionem (non enim
omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluita-
tem, luxum, seu copiam quæ deroget paupertati, vel hospitalitatem
recipiant, vel animo vt ea habeant, seu habeant, vel sub colore
prouidentiæ in futurum in certa occasione, quinimo omnibus appa-
rentiis, quod dominus omnino abdicatio, & in vsu necessitas.
Hæc ibi. Et paulò infrà, *Semper in eis, & eorum similibus pauper-*
tatis sanctæ regulæ, promissis ex eorum regula nuncupatur iuramē-
ti, & semper in præallegata declaratione dicit Nicol. III. quòd pro ne cessi
tatibus tantū possunt fratres procurare res, aut pecuniā modo

aliàs licito,& nunquàm ad pretiositatem, vel superfluitatem; & paulo superius ibidem ait, *Condecens fuit ei professioni, quæ sponte denuit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum non quarumcumque, sed sibi concessarum nec sponte refutare contentam.* Hæc ibi. Et in toto illo articulo nitatur probare, quòd solùm necessarius vsus moderatus rerum sine vllo iure est licitus fratribus: ergo omnis alius vsus superfluus est prohibitus. Idem dominus Clem. V. artic. 7. §. *Quamvis etiam*, &c. sic ait, *Ecclesia tamen peculia seruitiis sibi non vult, ea sub earum seruitorum conditione, & statui dissonare: propter quod sufficere debent fratribus paramenta, & vasa Ecclesiastica decentia munere, & magnitudine sufficientia competenter. Superfluas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcumque curiositas in his, seu his quibuscunque non potest ipsorum professioni, vel statui conuenire. Cùm enim hæc sapiant delationem, aut copiam, paupertati tantæ, quoad humanum iudicium derogant manifestè: quapropter præmissa seruari à fratribus volumus & mandamus.* Hæc ibi. Et notentur verba omnia, quia dicitur, quòd non solùm in diuinis ministerijs, sed & in alijs quibusque non potest conuenire statui nostro nimia pretiositas, aut superfluitas, vt supra in secunda ratione dictum est, & insuper mandat, sic obseruari: quomodò autem hoc valeat vel non valeat, quoad habendum res pretiosas in ministerijs diuinis proximè dicetur, & quoad ædificia sumptuosa, vt habetur infra in 4. puncto.

Quarto probatur idem authoritatibus innumeris Doctorum, quia Ioannes de Peckano in libro de perfectione Euangelica cap. 10 vt etiam habetur in Seren. conscien. quæst. 9. dicit, quòd nos nil habere possumus in vsu dominio, quod diuitias redoleat, vel delitias foueat. Item Bonauent. in quadam epistola, quam existens Generalis Minister misit ad totum ordinem, & habetur in 3. tract. lib. ordinis, fol. 265. dicit inter alia sic, *Occurrit ad fratrum constructio sumptuosa & curiosa, quæ paccm fratrum inquietat, grauat animos, & hominum peruersis iudicijs multipliciter nos exponit, & non sine præiudicio paupertatis occurrit sumptuositas expensarum: nam cùm fratres paucis nolint esse contenti. facti sumus omnibus onerosi, magisque sumus in posterum, nisi remedium celeriter apponatur: intèr autem plurimi reperiantur, qui non sunt culpabiles in aliquo prædictorum, tamen omnes involuit hæc maledictio, nisi à non facientibus ijs, qui faciunt resistatur, cùm inde clarius præmissa omnia in maximum, & nullo modo dissimulandum vergant nostri ordinis*

dinis

dicis detrimentum, quamuis tepidis, indeuotis, & carnalia sapientibus contrarios consuetudinem, & allegantibus multitudinem, quasi iam facta excusabilia, & irremediabilia videantur. Prauas ergo prælatorum horum consuetudines viriliter vos, o Prælati resecetis, quæ licèt videatur fratribus graue, requirit tamen hoc professionis perfectionis nostræ, requirit tribulationis incussus, requirit mundus Clamat sanctus pater noster Franciscus, sanguisque Christi aspersus, & dominus de excelsis, & infra, *Licèt autem non sit mei propositi vos nouis vitiis inuolare, oportet me tamen conscientia mea compellente totis viribus extirpationi intendere prædictorum, quatenus vita iesandalis (si tenemur) regulæ quam vouimus, sine cuius obseruatione saluari non possumus, & veritatem perspicaciter videamus, & impleamus professionem, & totis viribus puritatem custodiamus, quæ ex omnibus præmissis euidenter impugnatur.* Hæc ille. Vbi notandum, quòd dicit prædicta omnia sunt in detrimentum ordinis, & puritatis regulæ, & status nostri. Item idem Bonauentura in alia littera ad totum ordinem destinata, quæ incipit, *Quoniam ad hoc potissimum vigilare, &c.* & habetur vbi supra, hic ait *Visum est tamen hi, quos dissimilibus Capituli Generalis, vt minus sinistris ab ipsa demandarentur, ipsosque solicitos redderem ad eos possibilia abusus de medio tollendos, quibus syncritas religionis in pectore professionis celsitudo deprimitur, & sanctitatis claritas obscuratur. Sanè cùm Euangelici culminis obseruata professio, nos hactenus spectabiles & amabiles mundo reddiderit, multitudine iam in procliuitendente, & remissius agentibus his, qui præsunt, vitiorum quædam semites succrescere cernuntur, vertentes in scandalum, & in odium mundi eos, qui cunctis debuerant esse amabile exemplum. Nam frequentia diffusus, & importunitas quæstus viles nos, & graues efficit: proh dolor! cùm paucis nolumus esse contenti, & ædificia sumptuosa conamur erigere, vilia summo studio quæritantes, nobilia per incuriam perdimus,* & infra, *Et quantum paupertas est nostri ordinis prærogatiua sublimis, væ nobis, si hæc margarita conculcanda porcis viliter exponatur. Discurrimus curam & quæstum, sumptuositatem ædificiorum, librorumque, vestium ac ciborum, sic studemus computare; quòd à professionis excellentia vitæ obseruantia non discordet: fœdum est enim, prophanumque mendacium summæ paupertatis voluntariam se professorem asserere, & rerum nolle penuriam pati: meritis instar diuitem affluere velle & exterius more pauperum mendicare.* Hæc ille. Et in sua apologia cap. 7. & 9. & 12. latiùs cum his concordat: & cap. 6. expositionis super regulam. Item frater Bonagratia

Caput sextum.

Minister Generalis in prima litera ad totum ordinem destinata, præcipit, *Adhæreatis Christo normæ vestitus, &c.* vt habetur in quodam tractatu pulcherrimo nondum in prelo, postmodum alicubi, *Videas & mandatis meis omnibus, vt non adsis ipsis vestimentis, cibi, & aliis, in quibus debet relucere paupertas à superfluitate, curiositate, & superbia, quæ nostræ deleganti paupertati sic soluere cauetis de cætero, ne ab obfuratoribus nostris nobis possit infingi, quòd propterea sanctam virtutem ignorantes in ipsius sanctitate nouitate gloriam.* Hactenus. Item quatuor Magistri, & Hugo, &c. expositores 6. cap. & in suis tractatibus, & patet in Serenacensi sententia quæstione 9. & in Ioanne Petrino super dispensatione fratrum Minorum in 2. notabili, & alibi nil aliud habetur, quàm quòd vsus abundans, superfluus; & pretiosus quarumcumque rerum nobis prohibitus est. Similiter & Capitula Generalia vbique ferè id prohibent, vt illicitum, & contra nostrum statum: vnde Concilium Constantiense fol. 26. & ff. 110. statuit, quòd Generalis possit, & debeat tollere quæcũque superflua à conuentibus sibi subditis, tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus, quantum fieri bono modo potest, seu per tunc habito consilio antiquorum, & discretorum fratrum, & quod præfatus Generalis eligat, si opus fuerit, aliquas personas fideles, qui prædictas superfluitates authoritate dicti Concilij vendant, & commutent, aut alijs in operibus conuertant. Item omnes monachi, & religiosi ratione sui status tenentur ad abũdantiam, superfluitatem, pretiositatem omnium, saltem in rebus ad victum, & vestitum pertinentibus resecandam; vt patet in epistolis beati Bernardi ad Robertum, quæ est prima epistola: & in epistola apologetica ad quendam Abbatẽ Cluniacensem, vbi de his pulcherrime agit, quæ propter breuitatem omitto: & idem patet in epistolis beati Hieronymi, vt in epistola ad Rusticum monachum, & Hugo de Sancto Victore libro de institutione nouitiorum cap. 12. multa loquitur ad rem. Immò & communis animi conceptio omnium rectè sapientium, aut potius non dissipientium sic habet, quod nobis non licet viuere abundanter more dominorum præbendatorum habentiũ redditus, ex quo sumus in statu paupertatis, & mendicitatis, & pœnitentiæ, ad acquirendum virtutes, & perfectiones, quæ ex paupertate, & pœnitentia, & abstinentia secũdum communiter Doctores proueniunt, vt infra quæst. 17. ponuntur. Immò oppositum proueniret ex nostra mendicitate cum vsu opulento;

velle;

velle enim abundare, & esse mendicum, non solùm est ridiculosum, & prophanum, & abominabile, sed inducens ad nimias deordinationes quæstuum, solicitudinum, & auaritiæ hypocrisis, etiositatis, adulationis, importunitatis, simoniæ, &c. vt infra q. 17. habetur.

Igitur quoad hoc resolutorie dicendum, quòd sic licitus est nobis vsus moderatus rerũ, quibus vtimur, quòd est necessariũ cauere ab abundantia, seu opulenta superfluitate, seu curiositate, & prætiositate rerum ad victum, & vestitum, & tenemur esse parati penuriam pati propter regulæ obseruationem, & nostri status puritatem, & velle paucis ad vsum moderatum nobis cõgruentem secundum nostrum statum esse contenti, alioqui qui notabiliter oppositum facit, vtpotè qui notabiliter, & communiter habet vsum abundantem, vel superfluum, vel pretiosum rerum, vel qui est in proposito firmo, quòd non vult carere superfluis, aut abundantibus, aut pretiosis notabiliter: neque pati penuriam propter obseruantiam regulæ, & professionis, volens, quòd nunquàm ei deficiat ordinarius victus & vestitus, ac si esset præbendatus, vult esse certus de suo ordinario victu, & vestitu, &c. immò potiùs vult regulam non seruari, aut professionem, quàm ipsum carere aliquo, talis frater est in statu dãnationis, quia est in continua transgressione suæ professionis, saltem interius in voluntate, & proposito firmo supradicto: sicut ille, qui etiam est in voluntate mœchandi, aut in voluntate firma occasionis propinquæ ad mortale: ex quo probatum est, quòd sub mortali tenemur cauere vsum notabiliter abundantem, vel superfluum rerum, quibus vtimur. Et hoc expressè dicitur in Enchiridion fratrum Minorum in decisionibus quorũdam dubiorum, dubio 8. & 11. & 12. fol. 72. 74. & 75. Et conformiter hæc inter alias conclusiones, quas posuit frater Bonagratia Minister Generalis post sanctum Bonauen. vt refertur in supplemento fol. 8. prope finem decisionum quorundam dubiorum fuit hæc, scilicet, *Quòd omnis frater Minor sanus, & fortis ducens communiter vitam carnalem in cibo, & potu, viuit continue in peccato mortali, & in ira Dei, quia talis vita est prohibita omnibus religiosis præsertim mendicantibus ratione suæ professionis, & status pœnitentiæ cui talis vita opponitur.* Hæc ibi. Sed & de his, scilicet, quando est mortalis transgressio in hoc, & quando non, infra quæstione 15. & latiùs cap. 10. quæstione 3. & quæstione 7. habetur.

Tenemur sub mortali cauere vsũ abundantẽ, & superfluum rerũ, quibus vtimur.

Caput sextum.

Quarta conclusio. Non possumus sine dispensatione Papæ habere sumptuosa ædificia, neque ornamenta pretiosa, & superflua ad cultum diuinum.

Quartum punctum est, quoad res, quibus vtimur in ministerijs diuinis, & quoad ædificia nostrarum domorum & Ecclesiarum, an similiter teneamur cauere abundantiam, opulentiam, pretiositatem, superfluitatem, &c. eiusmodi, sicut in alijs rebus ad victum, & vestitum pertinentibus. Ad quod dico primo, quòd si non adsit debita, & rationabilis Papæ dispensatio, fratres Minores contra regulam, & professionem suam faciunt procurando, vel vtendo domibus, aut ædificijs, & Ecclesijs sumptuosis, vel excessiuis in multitudine, & magnitudine, vel paramentis, & vasis Ecclesiasticis nimis excessiuis pretiosis, aut curiosis, & alijs vtensilibus superfluis, aut pretiosis. Totum hoc patet per rationes, & authoritates suprapositas in 3. puncto, in 2. eius parte, &c. applicentur huc. Insuper specialiter, quoad hæc expresse dicit Hug. 4. & 5. cap. id quod diximus. Addens, quòd ars dæmonum est sub specie cultus Dei destruere in paupertate sanctissima verissimum Dei cultum, vt & apparens deuotio veram propositi deuotionem extinguat. Hæc ille. Vnde & in tab. 3. Vicarij Generalis, & in tab. 6. Vicarij Generalis, & in alijs statutis ordinis super his habetur ordinatū, quòd tanquàm illicitæ tollantur superfluitates multæ sub grauibus pœnis, ibi videatur. Item quia dominus Clem. V. sic declarat, & præcipit obseruari, vt patet artic. 7. §. *Hinc est etiam*, vbi quoad ædificia specialiter, sic dicit, *Cum vir sanctus fratres suos in paupertate summa, ac humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter & effectum, sicut fere regula tota clamat, contemnit ipsis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcumque ædificia, quæ consideratio fratrum inhabitantium numero excessiua in multitudine, & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quòd vnique in suo ordine deinceps temperatis, & humilibus ædificijs fiat contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quæ patet oculis, contrarium foris clamet.* Hæc ibi. Item quoad paramenta, & vasa Ecclesiastica, & alia vtensilia quæcumque eidem Clem. V. artic. 7. §. *Quamuis etiam*: idem expressius dicit declarando esse prohibita nobis ex vi nostræ professionis, & insuper ipse sic mandat seruari, vt ad literam positum est supra in 3. puncto in 2. probatione 2. partis, ibi videatur. Ex quibus patet, quòd non solùm ex vi præcepti Papalis, sed etiam ex vi nostræ regulę, seu professionis est illicitum, & prohibitum nobis habere superfluitatem, aut pretiositatem nimiam in prædictis, vt dictum est, vt benè innuit etiam Specul. fiff. 5. cum prædictis satis expressè

præsè contendant. Quamuis in tract.10.plag. plag. 3. & 9. dicatur & male, quòd solùm ex præcepto Papali domini Clemẽtis V. est nobis prohibitum, & quôd Papa imposuit nobis vilitatem habendam in prædictis: quòdque esset bonum habere relaxationem, seu dispensationem talis præcepti à domino Papa. Hæc tria dicuntur in prædicto tractat.10.plag. Sed vt dixi, non solùm ex præcepto domini Clemẽtis V. sed ex vi nostræ professionis prohibentur prædictæ superfluitates: vt patet per rationes, & authoritates supradictas, etiam antequam dominus Clem. sic declararet & mandaret: & quòd dicitur in prædicto tractatu, quòd Papa imposuit nobis vilitatem habere in prædictis, hoc salua reuerentia, non est ita, vt patet, sed solùm declarauit, & mandauit, & voluit, quòd à superfluitatibus, & nimia pretiositate esset abstinendum in prædictis, & quòd temperatus & moderatus, seu humilis vsus haberetur, quod autem ibidẽ etiam dicitur, quòd esset bonum habere dispensationem, seu prouisionem á D. Papa proximè dicetur, quomodò hoc valeat, quomodò non: ergo teneatur, vt dictum est.

Et notandum, quòd notanter dicit dominus Clem. V. vbi supra, loquens de paramentis, & vasis Ecclesiasticis specialiter, quòd nimia pretiositas, aut superfluitas, & curiositas in his, seu alijs quibuscumque non potest nostræ professioni, aut statui conuenire, quod ideò notandum dico, quia pretiositas dummodò non sit nimis excessiua, non repugnat quòd à nobis habeatur in rebus ad cultum diuinum pertinentibus, in aliquibus maior, in aliquibus minor, secundum quòd ad reuerentiã cultus diuini magis vel minus accedit, vel conuenit: quia talis vsus pretiosus dum non est nimius, censetur moderatus in tali materia, vt sunt calices argentei, ornamenta serica, & huiusmodi communiter habita in cultu diuino: secus si sint ampullæ, seu lampades argenteæ, & ornamenta aurea, gemmata, & huiusmodi: nam moderatus vsus secundum diuersas circunstantias diuersimodè consideratur, vt dictum est. Ideò in epistola sancti Bernardini art.6. habetur declaratum hoc modo, *Sextò declaratur, quòd in calicibus, & patenis argenteis, dummodò non nimiæ, & excessiuæ magnitudinis & pretiositatis sint, non repugnat regulæ, immò satis conuenit, quòd possint haberi & ad euitandum immunditiam, & pericula ergà sanctissimam Eucharistiam* Hæc ibi. Et quidem hoc ipsum videtur esse de intentione beati patris nostri Francisci, vt patet in testamento, vbi sic dicitur: *Hæc sanctissima*

mysteriis super omnia volo honorare, & venerari, & in locis mundis collocare, &c.

Sixtus IIII. & Leo X. confirmat fratribus Minoribus, quod possint licentiare, & licentiatos inhabitare, habere pecuniosam & abundantem ornamentorum suppellectilem ad cultum diuinum.

Secundo dictum est notanter etiam, quòd sine dispensatione rationabili non possit superfluitas, aut nimia; retinetur, an præ dictis haberi: quia si adsit rationabilis dispensatio, tunc licet, sicut in alijs omnibus præceptis, aut votis dispensabilibus, habetur, ea rationabilis dispensatio, vt infra cap. 10. q. 4. habetur. Sed an circa hæc sit aliqua dispensatio, & an sit rationabilis, videndum est: & primo quidem dico quod circa hæc sunt duæ dispensationes, quarum vna est Sixti IIII. fol. 63. ii. 67. fff. 100. vbi conceditur nobis tute posse recipere, & tenere paramenta aurea, argenteaque, & alia ad cultum diuinum pertinentia, & habere magnas, & diuersas campanas, quando à Capitulo Prouinciali videtur, quod sine scandalo notabilium personarũ aliàs commode fieri non possit, licet, quòd non possunt prædicta remittere, vel recusare. Cauant tamen fratres, ne ipsi sint causa, vel scandalum fingant vbi non est. Hæc ibi. Et in Capitulo Generali Aquilæ anno Domini 1472. fuit hæc concessio acceptata, & inter alias recollectiones ipsius Capituli Generalis posita est, vt in prædicto fff. habetur. Alia est concessio Leonis X. in priuileg. Merentur, fff. 15. vbi sic habetur, *Nos igitur attendentes, quòd domorum, & aliarum rerum, tam pro diuino cultu, quàm pro communi vsu vestro vobis concessarum, solùm ad vsum, & non fructũ, nec possessionem cedunt, nec cedere possunt sed Apostolicæ mandato alienare possunt, ac ad eandem sedem illa omnia, quæ de nouo, vt nostri prædecessores fecerunt in proprietatem dictæ sedis recipimus, pertineãt, & quòd eorum domorum ambitus loca, aut paramentorum multiplicitate, nobis magis vestris commoditatibus coadiuuatis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & decernimus, vos illorum tantum esse custodes, & non possessores, & propterea illos absque vestræ professionis macula, aut violatione, ea locorum sanctorum celebritatem, & solemnioribus officijs decentiori cultu paramentis diuinam honorare maiestatem & ipsis cultum augere, & alijs, quibus tam eodo, quam fratres vtuntur communiter, vel diuisim vti, & posse libere, & licitè posse, prout etiã fœlicis recordationis Iulius Papa II. prædecessor noster fratribus eiusdem ordinis, & familiæ Regni Angliæ, ad instantiam charissimæ in Christo filiæ nostræ modernæ Reginæ Angliæ illustris concessisse dicitur, & sit perpetuis futuris temporibus in ordine, & familia vestris ab omnibus illius fratribus teneri, & obseruari debere volumus, & mandamus,*

damus, non obſtante, &c. Hæc ibi. Et loquitur ibi Leo X. de domibus, ædificijs, & Eccleſijs noſtris ſumptuoſis, quæ in ordine cõſtruuntur per alios, aut etiam per ipſos fratres, & de paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis pretioſis nimis, quæ etiam in numero & pretio videntur repugnare paupertati, & de alijs, quibuſcunq; quibus fratres vtuntur communiter, vel diuiſim, vt patet ex ipſo priuilegio, & eius narratione, ſeu relatione ibidem præmiſſa.

Sed an illis diſpenſationibus, vel conceſsionibus licitè, aut tuta conſcientia poſſumus vti tanquàm rationabilibus dicit Specul. lib. 6. & collector compendij, titul. *Ornamenta Eccleſiaſtica*, quòd non, quia non ſunt rationabiles: tum quia non eſt ſufficiens cauſa, ſi ſæculares debitè informarentur per nos, quia ſic non ſcandalizarentur, ſed potiùs ædificarentur, quando nolumus acceptare pretioſa ornamenta ad cultum diuinum, &c. vt Sixtus IIII. concedebat: tum etiam quia Leo X. non benè informatus de noſtra obligatione id conceſsit, quod vel non cõcederet, ſi eſſet benè informatus, aut etiamſi vellet, non poterat contra votum noſtræ profeſsionis ſine ſufficiente cauſa ad id diſpenſare: cauſa autem ſufficiens ad ſic diſpenſandum nulla eſſe videtur. Ideò ergo dicit, quòd potiùs in foro conſcientiæ eſt diſpenſatio, quàm rationabilis diſpenſatio: quamuis in foro Eccleſiæ, & iudiciali valeat, & per conſequens dicit, quòd non eſt licitum in foro conſcientiæ vti talibus conceſsionibus, præſertim hac vltima Leonis X. quæ eſt valde relaxatiua, & ſine vlla rationabili cauſa: hæc in ſententia habentur in prædicto ffff. 6. in Specul. *Opinio collectoris.*

Sed ſalua reuerentia, & veritate modeſtius, & temperantius dicendum mihi videtur: dico ergo, quòd aliud iudicium habendum eſt quoad vtentes prædictis rebus pretioſis, &c. ſecundum prædicta priuilegia, & aliud quoad procurantes prædicta ſuperflua, & pretioſa contenta in dictis priuilegijs, aut diſpenſationibus. Nam quoad fratres vtentes, dico, quòd omnes fratres poſſunt licitè recipere, & tenere paramenta, &c. vt in conceſsione Sixti IIII. habetur cum limitationibus ibi poſitis: quia eſt ſatis rationabilis diſpenſatio ad tollendum ſcandalum, vel turbationem perſonarum probabiliter imminentem, & vt deuotioni talium perſonarum ad Dei honorem condeſcendatur, dummodò fratres non præſtent cauſam prędictis, vt ibidem dicitur: neque tenentur fratres valde eſſe ſoliciti ad informandum tales perſo- *Reijcitur.* *Videatur Manuel Rodriguez to. 3. qq. regul. q. 25. art. 2.*



personas, vel ad multum dissuadendum eis, sed sufficit, quòd non prouocent eos ad id, & quod non fingant scandalum, vbi non est, vt ibi dictum est, & certè temerarium videtur dicere, quòd sic non sit licitum vti tali concessione, quam totum Capitolo Generale supradictum, vt licitam approbauit, & instituit inter alias resolutiones pertinentes ad obseruantiam licitam paupertatis. Similiter dico, quòd omnes fratres possunt licitè domibus, & ædificijs sumptuosis vti, & ibi morari, & paramentis, & vasis Ecclesiasticis pretiosis valde, & multiplicibus, & alijs quibuscumque, quibus fratres vtuntur communiter, vel diuisim, vtpote cellis, officinis, libris, & alijs vtensilibus domorum nostrarum, &c. secundum priuileg. Leonis X. suprad. tum: quia videtur rationabile, & habere causam rationabilem, illam scilicet, quæ in dicto priuilegio exprimitur: quia scilicet talium rerum sumus tantum custodes, & ex ipsorum vtu nihil magis adijcitur nostris commoditatibus corporalibus, quoad victum & vestitum, & propter honorem cultus diuini, sicut supradictum est, quod vt satisfiat deuotioni nobilium personarum, & earum turbationem vitemus, permittamus vti paramentis pretiosis, ita vt domini Papæ deuotioni satisfiat, & voluntati piæ, & deuote ad cultus diuini honorem possumus licitè

Hæc concessio Leonis X. potiùs videtur declaratio.

talibus vti, maximè quia ex quo ipse Leo X. declarat, & decernit esse licitum talibus vti, & vult, & mandat idem: iam videtur decernere rationabilem concessionem, seu dispositionem tacitam, & eius causam rationabilem esse, & tanquam talis habenda est, dum oppositum non constat manifestè, vt est communis practica, & regula Doctorum vtriusq; iuris, & nos sic humiliter stantes Papæ declarationi, & decreto omnino tuti sumus in conscientia: neq; est dicendum, quòd Papa non fuit debite informatus de nostra obligatione. Constat enim, quòd sic fuit informatus sufficienter, vt patet in relatione ipsius priuilegij expressè; & dato quòd non ei fieret tam extensa relatio, & informatio nostræ obligationis, tamen Papa censetur habere in pectore suo omnia iura communia, cuiusmodi est obligatio nostræ regulæ, de qua in Clementina V. in sua declaratione habetur, quæ est inserta corpori iuris: ergo licitè possumus vti prædictis rebus secundum prædicta priuilegia. Et quoad ædificia idem adhuc clarius patet: quia quamuis Clem. V. vbi supra decreuerit, quòd ædificia nimis sumptuosa nõ conuentui nostro statui, tamen ipse postea in Clemen. *Cupientes de pœnis*, præcepit

sub

sub excommunicatione, quòd talia loca non relinqueremus absque licentia sedis Apostolicæ: ergo licitè possumus ea inhabitare, & eis vti, vt etiam sanctus Bernardinus in sua epistola artic. 4. declarauit, & habetur in Spec. ffff. 6. ergo, quoad fratres vtentes prædictis rebus, patet, quôd possunt licitè vti secundum prædicta priuilegia. Sed quoad fratres procurantes fieri, seu haberi talia sumptuosa, pretiosa, &c. dico, quòd illicite contra statum nostræ professionis talia procurant. Ratio, quia in dictis priuilegijs non conceditur talibus, quòd possint ea procurare vllo modo, vt patet ibidem. Immò in concessione Sixti IIII. id eis specialiter prohibetur, vbi supra dictum est. Postquàm autem iam semel habita sunt, seu facta sunt culpabiliter, seu inculpabiliter procurata per ipsos fratres, vel per alios, tunc licitum est talibus vti, vt dictum est. De ædificijs autem, Ecclesijs & sepulturis nostris multa habentur in compendio, tit. *ædificare*, tit. *Ecclesiæ*, tit. *Sepulturæ*, *&c.* quæ huc non attinent, ibi videantur, si placuerit.

Iterum autem hîc tandem admoneo, quòd secundum omnia supradicta proportionabiliter, vt in suis punctis habentur, debent intelligi & limitari omnes Doctores, vbicumque dicentes, quòd tenemur ad arctum, strictum, penuriosum, seu pauperem vsum rerum, vt patet in Ioanne Pirrino super dispensatione fratrum Minorum in secundo notabili, vbi allegatur sanctus Bonauentura in apologia & alibi: & patet in tract. de necess. cõgr. solut. fol. 108. vbi dicitur, quòd secundum determinationem Ecclesiæ non omnis vsus, sed necessarius, & penuriosus, & mendicus nobis conceditur, &c. vt ibi allegat Nicol. III. & Henricum Gandensem 1. & vlt. cap. dist. 2. & 7. quodlib. q. 29. & Bonauent. 13. cap. suæ apologiæ, dicentes, quòd tenemur ad arctam sustentationem naturæ, &c. eiusmodi verba. Similiter & fratrem Ioannem Philip. art. 3. dicentem, quòd nos tenemur esse contenti paucis, & necessaria sustentatione naturæ, & operationibus secundum nostræ professionis exigentiam nobis competentibus commodè exercendis, & mille alias similes authoritates eiusmodi sonantes, debemus secundum omnia supradicta intelligere & limitare, ne ex confusione vocabulorum decipiamur, sicut & multi peralogizati sunt, & nõ satis distinctè rem intellexerunt, & multæ authoritates ex prædictis referuntur in Spec. ffff. 18. & 19. quæ debent sic intelligi, alias nõ satis ad rem ibi adductæ sunt, vt patet ex dictis, & infra dicendis quæst. 15.

sequente. Ideò ad maiorem declarationem prædictorum ponitur quæstio subsequens.

QVÆSTIO XV.

Quæritur quomodò, & circa quid debet considerari, aut mensurari prædicta moderantia vsus quoad nos, vt sic cognoscamus, quando est, aut dici debet vsus moderatus nobis, aut superfluus, aut pretiosus: & similiter ad quem pertinet iudicare de hoc, quãdo scilicet est vsus moderatus, an non; & an fratres subditi maculẽtur ex abusu Prælatorum circa prædicta, aut etiam ex communi abusu aliorum alij maculentur, & an quilibet excessus in vsu rerum supradicto sit mortalis, an non?

Prima conclusio. Vsus moderatus rerũ debet attendi secundũ qualitatem personarum, locorum, & alias circumstantias.

REspondeo per quatuor puncta, quorum primum est, Moderatus vsus debet attendi secundum qualitatem nostri status & personarum, & secundum varietatem temporum, & locorum conditiones, & alias occurrentes circumstantias, vipotè in qualitate, & quantitate rerum, & alijs huiusmodi: hoc habetur in Specul. lib. 5. & 18. & 19. Simul omnia ibidem dicta colligendo, & secundum declarationem Nicolai III. art. 2. & secundum sanctum Bernardinum in sua epistola prædicta, artic. 3. & Hugo 6. cap. & Benauent. in sua apologia cap. 12. & tractat. de necessit. congr. solut. vt etiam refert frater Ioann. Pirin. super dispensatione fratrum Minorum, & expos. sine tit. & idem dicit tract. paupertatis nondum impressus: & tractat. defensorius contra deuiantes, fol. 196. &c. & communiter Doctores. Restat declarare particulas: dicitur primò, *Quòd moderatio vsus nostri debet*

debet attendi secundum qualitatem nostri status. Nam constat, quod conditio status, seu personæ est vna de circumstantijs requisitis ad actum aliquem esse ei conuenientem, vel non: & similiter ad hoc, quod aliquis vsus rei sit conueniens ei, aut non, nam comedere lautè tria, vel quatuor cibaria, & gallinas quotidie, est vsus moderatus respectu status, & personæ regię, aut alterius in dignitate etiam spirituali constitutæ, vt sunt Episcopi, &c. qui vius est diues, & superfluus respectu personæ minoris status, vt patet. Igitur vt aliquis vsus sit nobis moderatus, debemus attendere nostrum statum, & qualitatem eius, & personarum nostrarum: quia sumus in statu religiosorum pœnitentium, & pauperum præ alijs religiosis, vt ex dictis patet. Videamus ergo, qui, seu qualis vius rerum ad victum, & vestitum suum conuenit religiosorum statui pauperum præ alijs religiosis, & tunc patebit ista circumstantia.

Et si quæras quis, aut qualis vsus conuenit religiosis pauperibus? Respondeo, quòd standum est rationabili consuetudini patriæ: rationabilis autem iudicatur, quæ ab omnibus communiter, præsertim à viris approbatis, & Prælatis approbatur, vt latiùs hoc, & pulchre docetur in tract. defensorio contra deuiantes fol. 196. &c. & sic patet prima cõditio, scilicet secundũ qualitatẽ status, & personarum, & ly personarũ induit idem, quod ly status, & è contra. Nam sæpe in iure Canonico & ciuili qualitas personæ accipitur etiam pro qualitate, vel conditione status, & è contra: & idcò pro maiori declaratione nos simul vtrũque posuimus, dicendo secundum qualitatem status, & personarum: vel pro tanto dicitur personarum, quia prædicator plurib̃us indiget, pro suo officio, quàm alius simplex frater: & similiter de Prælatis, & alijs respectiue.

Dicitur secundo, *Secundum varietatem temporum, & locorũ conditionis*, quia tempore infirmitatis, aut laboris magni, aut festi, & huiusmodi, lautior cibus, aut delicatior, seu maior reputatur moderatus, qui alio tempore non sic esset. Similiter in loco conuiuij, aut loco abundantiori, &c. eiusmodi, vt patet: vel quando cum magnatibus in suis mensis comeditur, &c.

Dicitur tertio, *Secundum alias conditiones, seu circunstantias occurrentes, vtpotè in qualitate, & quantitate talis rei, & cætera eiusmodi*, quæ omnia sunt considerandi, & seruanda ad hoc, quòd aliquis vsus aliquarum rerum sit, & iuste censeatur moderatus respectu nostri. Nam cùm moderatio vsus sit virtuosa, requirit

inte-

Quid sit respectu nostri superfluum, curiosum, & pretiosum.

integritatem omnium circunstantiarum ad eam requisitarum; quales sunt omnes supradictæ. Et secundum prædicta patet, quid sit superfluum, quia est id quo sublato reliquum commode sufficit ad vsum moderatum, vt duo, si vnum sufficit, tunc superfluit alterum, & tria si duo, &c. & hoc pertinet ad virtutem sufficientiæ, quæ rerum numerositatem virtuose ordinat, amputando numerum rerum non conuenientem ad vsum moderatum. Curiosum est, quod sit ad delectationem sensuum immoderatam, vt picturæ, ælaturæ, pulchritudo, & decor, vbi simplex ædificium, vel aliud eiusmodi absque talibus curiositatibus picturarum, & pulchritudinum sufficeret ad vsum moderatum, & contra curiositatem est simplicitas & humilitas, quæ prohibet decorum, & sumptuosum, & accipit commodam vtilitatem sufficientem ad vsum moderatum talis rei. Pretiosum est, quod vltra valorem rei sufficientis ad vsum moderatum habet, vt vbi sufficit crux, aut calix argenteus, quærere aureum, & procurare ampullas, & lampades argenteas, vbi sufficiunt nobis stanneæ: & idem de candelabris, & huiusmodi: & contra hoc est temperantia, quæ prohibet valorem nimium, seu pretiositatem rei, & accipit valorem rei sufficientem ad vsum moderatum. Et sic patet, quòd omnia prædicta attenduntur, maximè in numero, quantitate, qualitate, pretio, & sumptuositate, & decore, vt ex Hugo 6. cap. & tractat. de necess. congr. solut. & Ioann. Pirrin. in 2. notabili, & Seren. conscient. quæstione 9. & Specul. fff. 19. & tract. 10. plag. 1. parte cap. 1. radio 5. & ex alijs Doctoribus communiter. Et notandum, quòd non sine causa semper dictum est in prædictis diffinitionibus, quòd curiosum, superfluum, pretiosum est, quando excedit vsum moderatum. Dictum est enim propter hoc, quod non omne, quod in numero, quantitate, decore, valore, &c. excedit vsum strictum, certum aut punctualem, debet statim iudicari, superfluum, curiosum, pretiosum, &c. Sed quando excedit numerum, aut quantitatem, vel pretiositatem, &c. requisitam ad vsum moderatum, qui non stat in extremitate, aut penuria vsus, nec in indiuisibili punctualiter. Nam in rebus, quarum vsum penuriosum tenemur habere, vtpotè vilitatem vestium, &c. tunc id quod excedit à prædicta vilitate, benè dicitur pretiosum, aut superfluum respectu vsus talis stricti: licèt non sit superfluum respectu vsus moderati. In rebus autem alijs, quarum vsum penuriosum non



tenemur

tenemur habere, sed earum vsum moderatū, vt supra quæst. 14. dictum est; de quo hic agimus: tunc id solùm, quod excedit numerum, qualitatem, quantitatem, aut pretiositatem conuenientem ad vsum moderatum, est superfluum, aut curiosum, &c. & non quod excedit numerum, aut quantitatem, &c. requisita ad vsum penuriosum. Ita quòd dupliciter dicitur aliquid superfluum, aut pretiosum. vno modo, quando habet numerum, aut qualitatem, &c. plusquàm conueniat ad vsum penuriosum: & hoc solùm est, & debet dici superfluum, & illicitum in rebus, quarum vsum penuriosum tenemur habere: alio modo dicitur superfluum, aut pretiosum, &c. quando scilicet habet numerū, aut qualitatem, &c. plusquàm conueniat ad vsum moderatum: & hoc solum debet dici, & est superfluum, & illicitum in rebus omnibus, quarum vsum moderatum tantum possumus habere: de quibus hic loquimur, & in quo videbatur aliqua difficultas in cognoscendo, qui vsus dicitur moderatus, quando superfluus, pretiosus, aut aliàs immoderatus: & conformiter ad prædicta habetur declaratum in prædicta epistola sancti Bernardini articulo 3 folio 97. sic scilicet, quòd superfluitas, & curiositas non debet discerni respectu necessitatis certæ, seu vsus certi, quoad statum fratrum Minorum, sed moderati: cùm vsus moderatus non possit dici superfluus, & curiosus, & per consequens, nec vitiosus, immò secundum veritatem omnimodam, & regulam licitus, vt patet ex domino Nicolao vbi supra. Hæc ibi. Ex dictis etiam patet, quomodò debet intelligi Bonauent. in cap. 12. suæ apologiæ, dicens, quòd hic est modus nostræ paupertatis, *Quòd scilicet sic relinquat dominium, quòd non recipiat vsum, sic recipiat vsum, quòd non reseruet dominiū, sic ãſtudinem vsus seruet, quòd sustentationem naturæ necessariam non deuitet: sic necessitati subueniat, vt ab arctitudine vsus non recedat.* Hæc ille. Et Hugo 6. cap. pulchre ad prædicta dicit multa, quæ ex prædictis omnibus patet; quomodò debeant intelligi proportionabiliter.

Nota bene hãc distinctionem.

Secundum punctum est, quòd prædicta moderatio, vel superfluitas, aut excessus in vsu nostro non potest, nec debet iudicari per subditos, sed per Ministros, & Custodes, vel per eos, quibus ab ipsis committitur, vt prouideant fratribus de necessarijs, qui de talibus super eorum conscientijs debent districtè iudicare, vt patet in declaratione Nicolai III. art. 2. §. *Insuper nec pecuniæ, &c.* & art. 4. §. *Et quamquam*; hoc ad litteram se habet

Secunda conclusio.

Iudicium vsus moderati, vel superfl[uitatis] vel [illegible] Prelatorum [illegible]

& status: quæ virtus habet multos gradus, & quilibet gradus suam aequalitudinem, intra quam seruatur virtus, & gradus virtutis, vt est communis doctrina Theologorum, & Philosophorum. Sit ergo in proposito dicendum, quòd nunquàm est mortalis transgressio circa hoc, nisi excessus sit talis, tantus, aut toties frequentatus, quòd eius vsus sic notabiliter repugnet vsui moderato, quod iam simpliciter introducere videtur vsum diuentem, aut opulentum nobis sub mortali prohibitum: & in hoc omnes communiter Doctores concordant, vt habetur in Seren. consciē. q. 11. secundum Vbertinum, & Hugolinum, & Ioannem Pirrin. in suo tract. in 2. notabili, & in Spec. fili. 4. &c. Et Federicum, & Petr. Anchar. & Zabarel. in Clemen. *Exiui*, & expos. tractatum paupertatis sine tit. nondum impressum, vbi de his pulchra habentur.

Nota. Pro quorum maiori declaratione notandum, vt habetur in prædicto tractatu paupertatis, quòd tripliciter dici potest, quòd possumus conuenienter sine vsu alicuius rei viuere. Vno modo sic, quod sine tali vsu talis rei possumus qualitercumque viuere, & exercere necessaria ad nostrum statum, & conditionem. Secundo modo sic, quod sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statui, officijs & societati nostræ, & ita quòd ille talis vsus illius rei in nullo est nobis *decens & vtilis. Tertiò modo sic, quòd* sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statuti, officijs & societati nostræ, ita tamen, quòd vtilitas talis vsus talis rei per aliquid aliud æquiualens æquè bene posset suppleri. Primò modo non tenemur sic conuenienter viuere, neque moderantia vsus stat in hoc, quòd vitetur omne illud, sine quo possumus conuenienter, id est, qualitercumque viuere, & exercere nostra officia, nam multa sunt, sine quibus possumus viuere secundum decentiam status & officiorū: quibus tamen vtendo non excedimus vsum moderatum, sed sunt de meliorem decentiam vsus moderati, vt sunt ædificia, libri, studia literarum &c. eiusmodi: secundum Nicolaum III. Secundo modo benè teremur viuere conuenienter sine vsu talis illius, qui in nullo nobis est decens, & vtilis, &c. quia talis vsus est omnino superfluus respectu decentis status nostri, ideò quando talis vsus superfluus manifestè apparet, quòd sit sic superfluus, aut immoderatus, *semper est peccatum magnum*, vel paruum, secundum proportionem, & magnitudinem, vel modicitatem.

dicitatem superfluitatis rei, & vsus eius. Tertiò modo non tenemur viuere sine illo vsu illius rei, qui vius est decens nostro statui: parmais benè possit per vsum alium ipsius, vel alterius rei æquiualentem suppleri, nequc ibi est aliqua immoderantia, aut superfluitas, aut peccatum, nisi illud aliud æquiualens simul cũ alio haberetur in vsu: tunc enim est superfluitas vitiosa, vt dictum est. Hæc ibi. Et notandum, quòd vbicunque in locis supra allegatis dicitur, quòd immoderantia vsus, aut superfluitas: est contra paupertatem Euangelicam, & contra votum eius: & è contra, quod vsus pauper, seu moderatus pertinet ad substantiã eius, debet intelligi non quidem directe formaliter, vel per se, sed indirectè, & per accidens; & occasionaliter, vt patet ex dictis supra q. 14. in 1. 2. & 3. puncto.

Quoad id, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.*

QVÆSTIO XVI.

Queritur, in quo stat excellentia, perfectioque paupertatis: & an vsus moderatus, seu pauper ad eam conseruandam valde faciat, & quomodò? Et è contra, An immoderantia, superfluitas, & solicitudo inde sequens minuat aliquo modo ipsam paupertatem Euãgelicam, & statum nostræ paupertatis faciat imperfectiorem, quàm sit status habentium aliquid proprium in communi?

REspondeo per quatuor pũcta, quorum primum est, Excellentia perfectioque paupertatis simpliciter non stat in maiori tantum defectu, vel penuria, vel vilitate rerum corporalium, *Prima conclusio.*

& status: quæ virtus habet multos gradus, & quilibet gradus suam magnam latitudinem, intra quam reperitur virtus, & gradus virtutis, vt est communis doctrina Theologorum, & Philosophorum. Sit ergo in proposito dicendum, quòd nunquam est mortalis transgressio circa bona, nisi excessus sit talis, tantus, aut toties frequentatus, quòd eius vsus sic notabiliter repugnet vsui moderato, quod iam simpliciter introducere videtur superfluentem, aut opulentum nobis sub mortali prohibitum: & in hoc omnes communiter Doctores concordant, vt habetur in Seren. consil. 11. secundum Vbertinum, & Rogerium, & Ioannem Pirrin. in suo tract. in 2. notabili, & in specul. in 4. &c. Et Federicum, & Petr. Ancher. & Zabarel. in Clement. *Exiui*, & expos. tractatum paupertatis sine tit. nondum impressum, vbi de his pulchra habentur.

Nota. Pro quorum maiori declaratione notandum, vt habetur in prædicto tractatu paupertatis, quòd tripliciter dici potest, quòd possumus conuenienter sine vsu alicuius rei viuere. Vno modo sic, quod sine tali vsu talis rei possumus qualitercumque viuere, & exercere necessaria ad nostrum statum, & conditionem. Secundo modo sic, quod sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statui, officijs & societati nostræ. & ita quòd ille talis vsus illius rei in nullo est nobis decens & vtilis. Tertiò modo sic, quòd sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statui, officijs & societati nostræ, ita tamen, quòd vtilitas talis vsus talis rei per aliquid aliud æquiualens æquè bene potest suppleri. Primò modo non tenemur sic conuenienter viuere, neque moderantia vius stat in hoc, quòd vitetur omne illud, sine quo possumus conuenienter, id est, qualitercumque viuere, & exercere nostra officia, nam multa sunt, sine quibus possumus viuere secundum decentiam status & officiorũ: quibus tamen vtendo non excedimus vsum moderatum, sed sunt ad maiorem decentiam vsus moderati, vt sunt ædificia, libri, studia literarum &c. eiusmodi: secundum Nicolaum III. Secundo modo bene tenemur viuere conuenienter sine vsu talis illius, qui in nullo nobis est decens, & vtilis, &c. quia talis vsus est omnino superfluus respectu decentis status nostri, idcò quando talis vsus superfluus manifeste apparet, quòd sit sic superfluus, aut immoderatus, semper est peccatum magnum, vel paruum, secundum proportionem, & magnitudinem, vel modicitatem,

dicitatem superfluitatis rei, & vsus eius. Tertiò modo non tenemur vivere sine illo vsu illius rei, qui vsus est decens nostro statui: puta, si bene possit per vsum alium ipsius, vel alterius rei æquipollentem suppleri, nec ibi est aliqua immoderantia, aut superfluitas, aut peccatum, nisi illud aliud æquivalens simul cũ alio haberetur in vsu: tunc enim est superfluitas vitiosa, vt dictum est. Hæc ibi. Et notandum, quòd vbicumque in locis supra allegatis dicitur, quòd immoderantia vlus, aut superfluitas: est contra paupertatem Euangelicam, & contra votum eius: & è contra, quòd vsus pauper, seu moderatus pertinet ad substantiã eius, debet intelligi non quidem directè formaliter, vel per se, sed indirectè, & per accidens; & occasionaliter, vt patet ex dictis supra q. 14. in 1. 2. & 3. puncto.

Quoad id, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.*

QVÆSTIO XVI.

Queritur, in quo stat excellentia, perfectioque paupertatis: & an vsus moderatus, seu pauper ad eam conseruandam valde faciat, & quomodò? Et è contra, An immoderantia, superfluitas, & solicitudo inde sequens minuat aliquo modo ipsam paupertatem Euãgelicam, & statum nostræ paupertatis faciat imperfectiorem, quàm sit status habentium aliquid proprium in communi?

REspondeo per quatuor pũcta, quorum primum est, Excellentia perfectioque paupertatis simpliciter non stat in maiori tantum defectu, vel penuria, vel vilitate rerum corporalium, *Prima conclusio.*

& status: quæ virtus habet multos gradus, & quilibet gradus suam magnam latitudinem, intra quam seruatur virtus, & gradus virtutis, vt est communis doctrina Theologorum, & Philosophorum. Sic ergo in proposito dicendum, quòd nunquàm est mortalis transgressio circa hoc, nisi excessus sit talis, tantus, aut toties frequentatus, quòd eius vsus sic notabiliter repugnet vsui moderato, quod iam sin pliciter introducere videtur vsum diuentem, aut opulentum nobis sub mortali prohibitum: & in hoc omnes communiter Doctores concordant, vt habetur in Seren. conscien. q. 11. secundum Vbertinum, & Hugolinum, & Ioannem Pirrin. in suo tract. in 2. notabili, & in Specul. fol. 4. &c. Et Federicum, & Petr. Anchar. & Zabarel. in Clemen. *Exiui*, & expos. tractatum paupertatis sine tit. nondum impressum, vbi de his pulchra habentur.

Nota. Pro quorum maiori declaratione notandum, vt habetur in prædicto tractatu paupertatis, quòd tripliciter dici potest, quòd possumus conuenienter sine vsu alicuius rei viuere. Vno modo sic, quòd sine tali vsu talis rei possemus qualitercumque viuere, & exercere necessaria ad nostrum statum, & conditionem. Secundo modo sic, quod sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statui, officijs & societati nostræ. & ita quòd ille talis vsus illius rei in nullo est nobis decens & vtilis. Tertiò modo sic, quòd sine tali vsu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis, & nostro statuti, officijs & societati nostræ, ita tamen, quòd vtilitas talis vsus talis rei per aliquid aliud æquiualens æquè bene potest supplen. Primò modo non tenemur sic conuenienter viuere, neque moderantia vsus stat in hoc, quòd vitetur omne illud, sine quo possumus conuenienter, id est, qualitercumque viuere, & exercere nostra officia, nam multa sunt, sine quibus possumus viuere secundum decentiam status & officiorũ: quibus tamen vtendo non excedimus vsum moderatum, sed sunt ultra ipsam decentiam vsus moderati, vt sunt ædificia, libri, studia literarum &c. eiusmodi: secundum Nicolaum III. Secundo modo benè teremur viuere conuenienter sine vsu talis, qui in nullo nobis est decens, & vtilis, &c. quia talis vsus est omnino superfluus respectu decentis status nostri, ideò quia talis vsus superfluus manifestè apparet, quòd sit sic superfluus, aut immoderatus, semper est peccatum magnum, vel paruum, secundum proportionem, & magnitudinem, vel modicitatem.

dicitatem superfluitatis rei, & vsus eius. Tertiò modo non tenemur viuere sine illo vsu illius rei, qui vsus est decens nostro statui: puta is benè possit per vsum alium ipsius, vel alterius rei æquipollentem suppleri, neque ibi est aliqua immoderantia, aut superfluitas, aut peccatum, nisi illud aliud æquiualens simul cũ alio haberetur in vsu: tunc enim est superfluitas vitiosa, vt dictum est. Hæc ibi. Et notandum, quòd vbicunque in locis supra allegatis dicitur, quòd immoderantia vlus, aut superfluitas: est contra paupertatem Euangelicam, & contra votum eius: & è contra, quod vsus pauper, seu moderatus pertinet ad substantiã eius, debet intelligi non quidem directe formaliter, vel per se, sed indirectè, & per accidens; & occasionaliter, vt patet ex dictis supra q. 14. in 1. 2. & 3. puncto.

Quoad id, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.*

QVÆSTIO XVI.

Queritur, in quo stat excellentia, perfectioque paupertatis: & an vsus moderatus, seu pauper ad eam conseruandam valde faciat, & quomodò? Et è contra, An immoderantia, superfluitas, & solicitudo inde sequens minuat aliquo modo ipsam paupertatem Euãgelicam, & statum nostræ paupertatis faciat imperfectiorem, quàm sit status habentium aliquid proprium in communi?

REspondeo per quatuor pũcta, quorum primum est, Excellentia perfectioque paupertatis simpliciter non stat in maiori tantum defectu, vel penuria, vel vilitate rerum corporalium, *Prima conclusio.*

Excellentia paupertatis Euangelicæ simpliciter consistit in vna abdicatione rerum.

ralium, seu temporalium: sed in maiori, veraque abdicatione paupertatis interioris, & exterioris, & abstractione maioris solicitudinis, & affectionis eorum. Ratio vtriusque patet: quia hoc secundū magis facit ad finem religionis obtinendum, scilicet ad virtutes, & charitatem habendam, & ad Dei familiaritatem, & spiritum assequendum: vt latiùs patebit infra in 2. & 3. puncto. Patet

Non ideò etiam in secunda, quia si aliter esset, ergo pauperes mendici, qui nihil, & non in exili, & stricto rerū vsu.

etiam secundo, quia si aliter esset, ergo pauperes mendici, qui non sunt in statu religionis, sed per mundum vagantes, & alij vxorati pauperes eruminosi, si voluntariè, & patienter æquo animo ferant talem penuriam rerum eis prouenientem à casu, vel aliunde, essent in statu altiori paupertatis, quàm religiosi paupertatem profitentes, & carentes voluntariè solitudine rerum. Habentes tamen vsum rerum moderatum, & non tam penuriosum, sicut illi primi: hoc autem dicere est contra omnes communiter Doctores. Christus enim fuit in altiori paupertate, non tamen habuit vsum tam penuriosum, vt alij sancti, vt supra quæstione 14. in primo puncto dictū est. Patet tertiò auc-

Matth. 5.

toritate Matth. 5. *Beati pauperes spiritu*: vbi non simpliciter pauperes à Domino beati vocantur, sed principaliter pauperes spiritu, scilicet affectione temporalium: quibus ideò Regnum cœlorum repromittitur. Patet quartò auctoritate regulæ hoc 6. cap. vbi dicitur, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis*, &c. vbi loquitur non de penuria rerum in exteriori, sed de abdicatione dominij, & iuris cuiusque ciuilis, & de abstractione solicitudinis temporalium, de solo Deo pendentes in affectu, dicit, quòd hæc est *Illa celsitudo*, &c. *quæ vos hæredes, & Reges Regni cælorum instituit*: quia secundum Bonauenturam in sua apologia, euangelica paupertas pro eo, quod à terrenis spiritum subleuat, & tanquàm ea, quæ in cœlis totaliter thesaurizat, ideò perfectè ipsam profitenti suadet omnibus temporalibus debere nudari, quoad affectum, atque dominium, & arcta (hoc est moderata) necessitate sustentationis esse contentum, quoad vsum: & in 6. cap. super regul. ait, quòd ideò nostra paupertas prædicta dicitur altissima, quia à mundo remotissimos, & per consequens cœlorum Regno summe vicinos, & excelsos facit: illi etiam vitæ æternæ, vt est possibile simillimos, vbi nihil terrenum est proprium, vel commune. Ideò sequitur, *Quæ vos charissimos fratres meos hæredes, & Reges Regni cælorum instituit*: hæredes quidem, quia omnia dimittentibus

Matth. 19.

pro Regno cœlorum promittitur gloria æterna, Matth. 19.

Vos.

Vos qui reliquistis omnia, &c. Reges autem: quia solutione plenarie facta pro re emenda: ideò Matth. 5. dicitur, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Sunt ergo tanquam domini cœlorum, qui cuncta dederunt propter Deum: quamuis nondum sint in eius possessione. Hunc autem modum acquirendi regnum cœlorum, & finem, ad quem prædicta paupertas nostra ordinatur, ostendit subsequenter regula, dicens, *Pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit.* Ad hoc enim ordinatur prædicta nostra paupertas, vt per eam liberati ab impedimentis, scilicet à solicitudine temporalium, virtutum sanctitatem augeamus, & vt sic simus præ cæteris in omnibus celsiores, sicut in hac paupertate sumus cæteris arctiores. Non enim secundum se solam bona est, nec laudanda paupertas (secundum Bernardum) sed in quantum liberat ab illis, quibus homo impeditur, quo minus spiritualibus intendat, & quibus magis superbiat, & magis in exterioribus delectetur, & inquantum voluntariè, & libere, & patienter assumitur, & toleratur propter Christum, & propter virtutis affectum, & exercitium. Sequitur, *Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentium*, scilicet eo ipso, quo in terra morientium nihil quærunt, *Cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes*, vt scilicet omnia, quæ in vsu fratrum sunt, hanc prædicent paupertatem & abdicationem, vt scilicet, *Nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi perpetuum habere velitis sub cælo.* hæc omnia ex Bonauent. 6. cap. & Speculo fil. 5. quæ omnia patent, quod loquuntur de paupertate prædicta, quoad maiorem abdicationem, & abstractionem solicitudinis temporalium, a tquam valde conducit, & requiritur moderantia, & paupertas in vsu exteriori, vt proximè in secundo puncto subsequenter dicetur.

Secunda cõclusio.

Secundum punctum est, ad conseruationem paupertatis Euangelicæ valde facit, & eam extollit vsus pauper, seu moderatus, & eò magis, quò est vsus magis pauper, seu magis moderatus.

Ad conseruationem paupertatis Euangelicæ, plurimum cõfert vsus rerum moderatus.

Ad probationem huius sunt priùs notanda aliqua, quorum primum est, quòd duplex est solicitudo quædam circa habita, & iam possessa, quomodo regantur, & custodiantur, & ex illis prouideatur necessitatibus quotidianis: & hanc tenent omnes religiosi possidentes in communi, quia oportet eos solicitari circa ea, quæ possident, custodiendo, & ad vsum

fratrũ reseruando,& gubernando ea,&c. Alia est solicitudo in acquirẽdo,vel procurãdo temporalia ad vsum præsentẽ,vel tu turũ,& sine hac esse nõ potest status etiã omnia abdicantiũ.Cũ enim non habeant possessiones,ex quibus necessaria habeãtur, oportet quærere,& acquirere per modum aliás licitum sibi.

Nota primò.

Nota secundò.

Secundo notandum,quòd licet quælibet harum solicitudinũ retrahat ab amore æternorum,tamen magis retrahit prima, quàm secunda.Ratio,quia magis retrahit amor terrenorũ iam habitorum,seu possessorũm à perfectione, quàm sola solicitudo in acquirendo nondum habita,quia cùm terrena non possidentur,solicitudo eorum non tantum impedit.Nunc autem prima solicitudo nata est de se habere amorem annexũ magis,quã secunda;magis itaq; amantur habita & possessa,quam non habita,vt ait Augustinus ad Paulinam.& Zerasiam dicens, *Quòd terrena plùs diliguntur adepta,quàm concupita constringunt : illa enim velut membra præscindantur,ista autem velut extranea facilius repudiantur.* Item solicitudo ista secunda circa acquirenda est magis naturalis,quia sine ipsa non potest vita durare,vt proximè dictum est,& dicetur, & ideò de se minus retrahit, & hæc omnia intelligenda sunt cæteris paribus,& quantum est de se,seu ex sua natura. Nam propter aliquam circumstantiam potest magis impedire ab amore cælestium ista secunda solicitudo, quàm prima,vtpotè propter indispositionem hominis, si ex fragilitate,vel malitia sua magis solicitat, &c. vel quando quis nimis abundare vult, & per consequens acquirere præter necessaria ad vsum sibi conuenientem,quia tunc oportet magis solicitari, & per consequens talis maior solicitudo circa acquirenda plùs impedit,quàm illa,quæ est circa habita debitè conseruanda & gubernanda.

Augustin.

Nota tertiò.

Tertiò notandum, quod licet impossibile sit esse aliquem statum sine solicitudine aliqua de prædictis, tamen ab vtraque solicitudine oportet elongari statum perfectionis paupertatis: quãtum possibile est,& commode fieri potest, salua debita sustentatione naturæ,& debita exequutione officiorum sui status. Primum patet,quia vita præsens indiget victu, & vestitu, & multis alijs,de quibus commode solicitari oportet, vnde cũ de reijcienda solicitudine noxia Christus doceret, Matth. 6. Luc. 12.non dixit absolutè (*Nolite solliciti esse*) oportet enim habere curam rerũ necessariarũ,quia aliàs viuere non possemus, immò tenemur conseruare naturam non destruendo, nec perimendo

Matth. 6. Luc. 12.

sine causa. Sed ait: *Nolite solicite esse, quid manducetis, &c.* vbi docuit reijciendam esse solicitudinem circa materiam, non autem omnino circa comestionem, aut vestitum, &c. sumus enim homines, non Angeli, vt pulchre ostenditur in facto S. Ioannis Abbatis. Nam voles esse sine aliqua solicitudine, vt Angelus reiecto habitu eremum petijt nudus, & sine aliqua prouisione, qui postea necessitate compulsus veniens ad cellam fratris & pulsans, ac dicens, aperi mihi, quia ego sum Ioannes frater tuus. Alter facetè respondit, Nequaquam frater meus Ioannes, quia ille iam factus est Angelus, qui tandem coram fratre pœnitentiã egit. Oportet ergo habere aliquam solicitudinem temporaliũ, tam habentes in communi, quàm non habẽtes in cõmuni. Quòd tamen ab vtraque solicitudine oportet elongari statum perfectionis, patet, quia status tantò erit perfectior, quantò reddiderit magis liberum hominem à solicitudine superflua præter necessaria ad vsus prædictos, non solùm à solicitudine distractionis, sed prouidentiæ; & quantò ex conditionibus ipsius status est maior opportunitas elõgandi se ab vtraque solicitudine supradicta, tanto erit perfectior: quia tantò est magis idoneus status ille, vt in eo acquiratur perfectio, quantò in eo est minor solicitudo, quæ minus suffocet amorem Dei, vel eum sopire videatur: & è contra tantò erit status imperfectior, quantò est in eo maior necessitas implicandi se solicitudini supradictæ, vt de hoc etiam proximè latiùs patebit in probatione huius secundi puncti principalis.

Exemplum ex Ioanne Abbate.

Quarto notandum, quòd licet carentia prædictę duplicis solicitudinis statum perfectionis constituat, vt proximè dictum est, tamen plùs constituit statum perfectionis paupertatis, carentia solicitudinis illius primæ circa habita, quàm carentia secundæ solicitudinis circa acquirenda, quantum est de se, & cæteris paribus, vt in 1. & 2. notabili huius dictum est: quia illa carentia illius solicitudinis primæ per totalem abrenuntiationem terrenorum plùs elongat animum ab amore terrenorum, quantum est de se, vt dictum est: & eò magis, quò talis carentia est maior, maiorque renunciatio eorum in communi, & in particulari, vt supra in troductione quæstione 3. dictum est, & probatum. Ideò in regula nostra carentia primæ solicitudinis prædictæ, quæ est per plenissimam abdicationem omnium, includitur in arctissimo præcepto regulæ, *Fratres nihil sibi approprient*, vt supra quęstione 1. dictum est. De solicitudine autem

Nota quæ tó.

Status fratrum Minorum, tanto perfectior est, quanto minus de terrenis acquirẽdis solicitatur.

autem secunda non datur nobis in regula præceptũ, sed remittitur conscientiæ Prælatorum, vt solicitum curam gerant secundum loca, & tempora, &c. vt supra 2. cap. q. 6. habetur, quia sine hac non potest subsistere humana infirmitas: potest tamen esse sine vlla solicitudine in possidẽdo, sicut absque omni dominio, & possessione rerum. Et isto modo status omnia abdicantiũ dicitur perfectior de se, quia tollit solicitudinem maximè retrahentem ab amore terrenorum, & retinet solũ illam, sine qua viuere non potest, implendo consilium Euangelicum: *Nolite solliciti esse*: sed addit, *de crastino*, vt scilicet non sit cura, nisi pro necessitate temporis instantis, vt cuilibet tempori tantum solicitudinis exhibeatur, quantum præsens necessitas exposcit. *Crastinus enim dies* (ait Saluator) *solicitus erit sibi*, id est, satis est diei crastino sua solicitudo, sine eo, quòd grauet alium diem præcedentem cum sua solicitudine.

Nota quintò.

Quintò notandum, quòd abdicatio, seu renunciatio terrenæ substantiæ cum solicitudine quadruplicitèr se habere potest, & comparari, scilicet, aut maior abdicatio cum minore solicitudine, aut minor abdicatio cum maiori solicitudine, aut maior abdicatio cum maiori solicitudine, aut minor abdicatio cum minori solicitudine. Si ergo detur aliquis status vbi sit illud primum, scilicet maior abdicatio cum minori solicitudine: talis sine dubio erit perfectissimus, quoad paupertatem: quia in tali nulla, vel minima cura est de rebus mundi, & sumi potest, & debet omne de rebus diuinis: & in hoc statu existentes possunt esse perfectissimi, quasi non indigentes eis, quæ sunt mundi quibusque, nec sapiunt terrena, nec mundus allicit arridendo in prosperis, nec terret in aduersis. Status autem quartus, scilicet, vbi esset minor abdicatio, & maior solicitudo, esset infimus omnium statuum perfectionis. De duobus reliquis, si vis scire quis perfectior status sit, an scilicet, is qui habet maiorem abdicationem cum maiori solicitudine, an qui habet minorem abdicationem cum minori solicitudine, oportet librare & ponderare solicitudinem maioris abdicationis cum minori abdicatione, minorique solicitudine simul, scilicet, an magis auertat à Dei amore vna, quàm alia. Si enim sit parum maior solicitudo eorum, qui omnia abdicauerunt, hæc non tollit status perfectionem: cùm talis solicitudo pertineat ad prouisionem necessariam vitæ, sitque actus meritorius. Nam si absque detrimento, immò & cum magno profectu charitatis, & perfectionis potest quis,

quis intermittere contemplationem æternorum propter necessitatem proximorum,& agere ea,quæ sunt vitæ actiuæ : & hæc non nisi cum maiori solicitudine temporalium : multò ergo fortius cum profectu charitatis propter necessitatem propriam potest quis sustinere solicitudinem paulò maiorem: *Quia talis* (vt ait Gregorius) *transitoria cuncta esse conspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat*:ideoque non semper putandum est, quod vbi sit minor solicitudo, ibi sit semper perfectior status: sed debet alia,vt dictum est, considerari. Si verò solicitudo maior cum abdicatione excedat modum, ac temperamentum necessariæ prouisionis curam carnis gerendo,non solùm in necessitatibus,sed etiam in desiderijs: tunc licèt status ille quoad abdicationem sit perfectior alio per ablationem temporalium possessionum,& nõ habeat talem solicitudinem circa possessa, tamen sit imperfectior propter excessum solicitudinis circa nõ necessaria & superflua,quia talis solicitudo valde grauat cor ad terrena deijciens illud ab amore diuinorum,& à virtutibus, & ad auaritiam,& ad alia vitia cor & affectionem pronam trahit, vt per August. super Psal. 63. *Tantum quære quantum depellendæ necessitatis satis est. Cùm autem quod superfluum est quæris, compedes tuos onerare desideras.* Hæc ille. Quod est contra finem, propter quem paupertas in religionibus introducta est secundum communiter Doctores. Ideò enim abdicatio terrenorum, & paupertas ad perfectionem conducit, quia tollere solet amorem temporalium, vt sic fiat dispositio ad diuina, & ad virtutes in schola virtutum,vt supra in introductione quæstione 2. habetur. Vbi ergo non tollitur amor terrenorum,sed per prædictam magnam solicitudinem augetur, & cõmutatur in amorem vilium & infimorum, certè magis nocet talis maior abdicatio cũ illa maiori solicitudine, & magis nocet perfectioni continua vagatio,& distractio,& solicitudo maior,quàm possessio reddituum in communi cum minori solicitudine: quæ namque perfectio est nihil habere,nec possidere,& nunquam,& raro vitam claustralẽ,seu recollectam tenere? Ideò enim nostra abijcimus, vt liberiores alijs simus,non autem, vt magis cæteris solicitemur. Nã qualis perfectio est omnia relinquere, si cupiditas terrenorum non abijciatur? Terrena certè non nocent,si non amãtur,vt ait Gregorius. Ergo patet,quòd vbi est solicitudo notabiliter maior & excedens, quamuis cum maiori abdicatione, facit statum simpliciter imperfectiorem alijs, & e contra, vbi

August. super Psalm. 63.

minor

minor solicitudo, ibi status perfectior, vt probatum est cum suis limitationibus, & circunstantijs supradictis.

Probatio conclusionis secundæ.

His ergo suppositis probatur secundum punctum principale huius quæstionis suprapositum, quòd scilicet paupertas, & moderantia vsus valde facit ad conseruationem veræ paupertatis & perfectionis: & è contra immoderantia valde nocet. Ratio, quia status ille est perfectior (quantum ad paupertatem cæteris paribus) qui quantum est de se, magis reddit liberum cor à solicitudine noxia temporalium, magisque dispositum ad diuina, & ad virtutes: hoc patet ex dictis in notabilibus præcedentibus, & supra in introductione quæstione 2. & in hoc 6. cap. quæst. præsenti, & infra quæst. 17. Sed qui est contentus cum vsu paupere, seu moderato sibi ad suas necessitates, & exequutionem officiorum, paratus penuriam pati, vbi aliter commode non possit sibi prouideri: talis vsus quantum est de se, tollit solicitudinem noxiam, occasionesque propinquas ad omnia prædicta, & disponit valde ad Deum, & ad virtutes: ergo disponit, & facit ad consequutionem veræ paupertatis, veræque perfectionis, & eo magis, quo magis moderatus, seu pauper rationabiliter est talis vsus. Discursus est bonus, & maior patet ex dictis cum suis limitationibus, & minor etiam patet ex dictis, quia ad vsum moderatum, seu pauperem habendum non requiritur solicitudo noxia, sed rationabilis tantum, & non habet occasiones propinquas peccatorum, sed potiùs tollit, in eo præsertim, qui est paratus patienter penuriam pati, vt patet ex dictis supra quæstione 14. & infra in quæstione 17. vbi de vtilitatibus paupertatis, & mendicatis notiæ agitur, ergo. Et illud quod additur, scilicet (*Et eo magis, quo magis moderatus, & cætera*) patet ex proportione, sicut tale ad tale, sic & magis tale ad magis tale, dummodò rationabiliter talis vsus pauper habeatur: & cum prædictis expresè concordat Henricus de Gandauo 7. quodlibet. quæstione 29. vt habetur, & refertur in tractatu de necess. congr. solut. & in Speculo fil. 19. dicens, *Quòd status omnia abdicantium, vt perfectissimus, & in apice perfectionis non claudicans ex parte, vtriusque solicitudinis supradictæ, scilicet circa possessa, & circa acquirenda: oportet quod sit æqua lance (quòd vulgo aiunt en fil) perfectionis paupertatis, vt sicut quantum alios excedit in renunciatione paupertatis, scilicet in carentia primæ solicitudinis quoad possessa: sic etiam tantum excedat in rationabili pariter vsu omnium, quibus iuste vti potest.* Hæc ille.

Qui

Qui licèt non nominet expresse statum nostrum fratrum Minorum, tamen clare loquitur de nostro statu: & per prædicta verba non intendit dicere, quod obligamur ad vtus strictos, & pauperiores, sed quòd quo vsus parcior fuerit rationabiliter, eò magis est conueniens nòstræ paupertati, & abdicationi omnium rerum, & magis disponens ad perfectionem nostri status, quamuis non teneamur nisi ad vsus moderatos, vt supra quæst. 14. & 15. dictum est latius. Ex dictis patet, quòd vsus immoderatus, vel superfluus valde nocet paupertati nostræ, & dissonat, & impedit perfectionem, vt proximè de hoc in 3. puncto subsequenter habetur.

Vsus rerum superfluus, & nimius valde nocet Euangelicæ paupertati.

Tertium punctum est, Vsus immoderatus, aut superfluus rerum, quibus aliàs licite poteramus vti, valde nocet paupertati nostræ Euangelicæ, & perfectioni nostri status. Ratio patet, quia est causa transgressionis voti paupertatis, & aliorum peccatorum, vt supra quæstione 14. in tertio puncto, & quæstione 13. in secundo puncto, & infra quæstione 17. vbi de nocumentis, & vtilitatibus nostræ paupertatis agitur. Et insuper, quòd sit causa maioris solicitudinis noxiæ vltra prædicta probatur, quia ad superfluu habendum oportet solicitari valde discurrendo, vagando, & distrahendo ad ea quærendum, ex quo ea non habeamus. Qui enim plura vult habere, quæ non habet, oportet quærere magis solicite, quàm si haberet: ideò si non excedimus alios in vsus parcitate moderata cum voluntate prompta ad penuriam patiendam vbi oportet, pro conseruando spiritu ad diuina secundum Dei legem, & regulam nostram: sed volumus æquari, aut magis abundare, quàm alij, iam oportet nos habere maiorem solicitudinem. Regulariter enim, si nihil habentes volunt ita viuere, seu abundare, & ita esse certi de suo victu, & vestitu ordinario, quòd eis non deficiat vllo modo, sicut reddituarij, & nisi velint parsius viuere; & esse parati ad patiendum penuriam aliquando, vt dictum est, oportet eos magis distrahi, vel contra aliqua præcepta regulæ, vel legis diuinæ facere; vel cogere Prælatos ad solicitandum, distrahendum, vel culpabiliter faciendum: qui enim necessitatem arctissimam excedit, id est, qui non est contentus cum vsu moderato sibi; vel qui non est paratus penuriam pati, vt dictum est: iam sæcularem curam noxiam probatur habere, vt patet in collationibus patrum, collat. 9.

Quartum

Caput sextum.

Fratribus, qui olunt cum molestia verũ vsu cere, satius fuisset, si laxorem religionem intrassent.

Quartum punctum, ex dictis patet, quòd aliquibus fratribus nostri ordinis, qui nolunt paucis esse contenti, neque esse parati aliquando propter obseruantiam professionis promissa: qui ideò nimiam, & distractiuam solicitudinem habent, melius fuisset, si aliam religionem reformatam intrallent, vbi communiter viuitur habendo aliquid proprium in communi cum minore distractione & solicitudine. Nunc autem iam nostram regulam professi tenentur velle viuere efficaciter secundum regulam promissam, volendo paucis esse contenti, nec possunt retrocedere hinc ad alium inferiorem exeundo, aliàs non sunt in bono statu. Primum patet, quod scilicet talibus fuisset melius aliam religionem laxiorem intrasse; & ratio est, quia licet iste noster status est de se perfectissimus, tamen quoad illos, qui sic sunt indispositi, non est conueniens, vt supra in introductione q. 2. & q. 3. & 2. cap. quæst. 19. dictum est. Item licet in se sit perfectissimus, tamen si communiter haberetur nimia solicitudo, & maxima distractio inde proueniens, ita quòd iam non benè seruaretur, nec debite viueretur regulariter, iam esset inferior aliis ordinibus benè regulatis *in cõmuni* aliquid habentibus. Nam status ille est imperfectior, licet non ex se, saltem ex circunstantia, qui habet annexam solicitudinem magis distractiuam a diuinis, & maiorem quàm alij status, vt patet ex dictis in 2. puncto, & supra in 2. cap. quæst. 19.

Perfectius viuunt, qui habẽtes proprium incõmuni nõ solicitantur, neq; qui nihil habẽtes, temporales nimis solicite, & distracte curans.

Sic autem est in nostro ordine, si communiter sic viueretur volendo viuere cum abundantia, præsertim si super alios status abundare velint. Item quoad illos, qui sic viuere vellent non parati ad aliquam penuriam patiendam, vt dictum est. Ex quo non possunt id habere, nisi cum maiori solicitudine distractione, ne, ac euagatione, & cum multiplici transgressione aliorũ; exceptorum legis diuinæ, vel regulæ, vt supra dictum est. Ergo istis sic indispositis nostra religio, nostraque obligatio ad paupertatem, non est via, sed impedimentum ad perfectionem, & melius fuisset illis alia via habere in communi cum minori solicitudine, & cætera.

Item idem secũdò probatur, quia status ille inferior est aliis saltẽ respectiue, in quo statu vix, aut tardius aliquis potest perfectionem attingere; sed sic est de nostro statu respectu illorũ sic dispositorum cum tanta solicitudine, & distractione; quia pro talibus status habentium in communi, recollectæque viuentium natus est disponere eos ad perfectionem, quia possunt

esse

esse amplius à mundo semoti, & spiritualibus exercitijs, quibus perfectio acquiritur, magis vacare, scilicet ieiunio, silentio, orationi, contemplationi, ac virtutum exercitio. Ista enim sunt instrumenta perfectionis religionis, & vbi horum dispositio est, ibi & profectior modus viuendi est. Notum est autem maiorē dispositionē in alijs ordinibus benè regulatis esse, quàm in huiusmodi nostro respectu talium sic indispositorum. In nostro statu, si cōmuniter sic abundanter viuere vellent, iam omnes fere oportet etiam communiter solicitari, scilicet Prælatos disponendo, & subditos exequendo, & ab omnibus ferè communiter committeretur transgressio contra aliqua præcepta in sic solicite & abundanter quærendo, vt patet ex supradictis. Sicque nulla, vel parua quies spiritui remaneret in talibus saltem sic indispositis, sine qua regulariter perfectio non acquiritur secundum Gregorium, *Nequaquam mens ad superna tollitur, si continue curarum tumultibus in infirmis occupatur.* Item quid prodest non habere possessiones, nec redditus, & tamen quærere triticum, vinum, arietes, & prouisionem aliarum rerum in tanta abundantia, vt habentes redditus, & extra vagari ad hæc mendicanda? Vnde qui licitum modum vtendi licitis vult excedere, necesse habet expensas amplificare, ac solicitudinem acquirendi augere, & in periculum aliorum peccatorum se, suosque Prælatos exponere. Non enim sunt occupationes, nisi propter occupationum pretia, dicente Seneca ad Lucillum, *Facile est occupationes euadere, si occupationum pretia contempserimus.* Item quid prodest propria omnino renunciare, si non tollitur, sed potius augetur amor, & solicitudo terrenorum, & in amorem, & solicitudinem vilium, & infirmorum viliter probrose insuper, & culpabiliter commutatur? Ergo talibus indispositis melius est statum inferiorem assumere & obseruare, quàm altiorem, & ab illo cadere, vt ait Gregorius in registro epistola 41. *Sic est aliquis ad altiora promouendus, vt dum ipse exterius proficit, in deterius non decrescat, nedum ad altiora producatur minor ille seipso cadere compellatur. Neque qui in planis titubant, in præcipitio pedem ponant* (ait idem Gregor. in pastorali) ergo talibus, qui non sunt dispositi in voluntate ad seruandum sui status rigorem, nec perfectionem acquirere possunt sic indispositi, melius fuisset inferiorem assumere, quem melius obseruarent.

Seneca ad Lucil.

Gregor. in regist.

Sed postquàm iam semel talem statum professi sunt, & capti, illaque

illaqueatique sunt verbis oris sui, non possunt hinc exire ad lexiorem religionem, nisi vbi ignoranter professi fuissent, aut nisi communiter ordo esset deformatus, vt supra in introductione quæst. 3. & in 2. cap. q 15. & q. 2. & q 16. & q. 19. Ibi omnia videantur, vt oportet. Sed tenentur tales velle regulariter vivere paucis contenti, vt tenentur parati esse penuriam pati, & tenentur deponere suam prauam, seu inordinatam voluntatem, & se conformare regulæ, & statui nostro, quem promiserunt. Alioquin semper sunt in statu damnationis, dum permanent in prædicta volũtate mortaliter culpabil, nolentes paucis debite vivere, neq; esse parati ad penuriam patiendã aliquando propter regulæ obseruantiam: sed potius volunt, vt non deficiat eis certus suus victus, & vestitus ordinarius, aut abundans, sicut si essent reddituarij, quomodocunque res se habeant, aut tempora. quòd si eis non sic prouidetur, statim murmurant, & conturbant domum, suosque Prælatos, & sunt causa transgressionis suæ, & aliorum suorum que Prælatorum, vt supra q. 13. dictum est, & q. 14. Sed & de his, quomodò subditi sunt causa transgressionum communium, & Prælatorum, & quòd ipsis imputantur communes abusus, & transgressiones Prælatorum, latius dicetur infra cap. 10. q. 7. & aliquid dictum est supra q. 15. In tertio puncto secundum sanctum Bernardinum, & sanctum Bernardum in apologia epistolæ suæ. Concordant cum prædictis tractatus Enchiridion fratrum Minorum in quibusdam dubijs, dubio 3. & 5. & 8. & 11. & 12. &c.

QVÆSTIO XVII.

Quæritur, quæ sint vtilitates, seu fructus nostræ paupertatis, & mendicitatis supradictæ volentibus eam seruare, & vivere secundum eam: & è contra, quæ sunt incommenta nolentibus?

Quæ sint vtilitates pro ue-

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Sex sunt fructus, vel vtilitates, precipue proueniẽtes ex paupertate præ-

prædicta Euangelica,& mendicitate ijs,qui voluntariè virtuo- *uentes ex*
ſeque ſecundum eam viuunt. Primò, quia valet ad expiationem *Euangelica*
culparum præteritarum,& vitia ſuperfluitatis. Eſt enim pau- *paupertate.*
pertas caminus expurgans,& eliminans, & conſumens ſordes,
ſcoriamque vitiorum, Eſai. 48. *Elegi te in camino paupertatis*: & *Eſai.48.*
Gregorius. *Mala Lazari purgauit ignis inopia: bona diuitis epulonis* *D. Gregor.*
remunerauit: fœlicitas vitæ tranſeuntis. Illum paupertas affixit, &
te: ſit, iſtum abundantia remunerant & repulit,& infra. *De pauperi-*
bus ſolicite penſate, quia eorum vitam virga paupertatis exerceat,
quoſque ad rectitudinem perducat: & Prouerb. 6. *Omnem ſubſtan-*
tiam domus ſuæ,&c.

Secundo peccatorum radices occaſioneſque extirpat: per eam enim abſcinditur prima radix vitiorum, ſcilicet cupiditas, ſeu amor terrenorum,ex quo paucis cõtenta nil amplius quærit in terris. Item timor male humilians,quia nihil habet,neque vult habere in mundo,nil timet,quod poſsit amittere, iuxta illud Satyricum: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Valde enim fortis eſt pauper,cùm non habeat vnde iniuriam patiatur in rebus,quas non habet,præſertim ſi habeat humilitatẽ annexam, ſicut & debet habere,vt proximè dicetur,omnino liber eſt pauper verus ab omni timore omnium: quia dum nõ ambit maior fieri inter homines ab hominibus quærens in nuptijs Eccleſiæ nouiſsimum locum, volens in cœnis primos recubitus,nec ſalutationes in foro,nec ab huminibus vocari Rabbi, neque primas cathedras in ſynagogis,quæ omnia annexa ſunt noſtræ profeſsioni,paupertatis noſtræ fratrum Minorum ex regula: iam certè nihil eſt, quòd Frater Minor verus huiuſmodi pauper timeat in mundo. Nam ſi ſæuiat totus vndique mundus aduerſus talem pauperem,ad quam ſortem viliorem poterit eum deijcere,quàm vt mendicus humiliter panem quærat? Id plane, quod ipſe elegit ſponte. Sicque amputat omnia ferè vitia, eorumque radices,& occaſiones Chryſoſt. ſuper epiſt. ad Hebr. dicit, *Chriſtianus in paupertate conſtitutus, qui tamen diuitijs veris* *D. Chryſ. ſuper epiſt. ad Hebr.*
magis ditatur, exclusit à ſe ſuperbiæ typum, non erit arrogans, ſed pa-
tiens obediens, pudicus & mitis: non adulator, ex quo non quærit
fauorem alicuius, aut lucrum temporale, non applauſum populi, cui ni-
hil eſt ſuper terram. Amputat ſolicitudinem temporalium omnium: quia qui contentus eſt paucis ad victum quotidianum, vilibuſque contegi de Dei prouiſione præcipue pendens, ſicut aues cœli non congregans in futurum, certè non eſt vnde ſolicitetur:

licitetur in crastinũ. Amputat etiam discordiæ causas & litium: quia qui non habet aliquid, nec meum, nec tuum, vnde omnis causa litis oritur, iam non habet vnde contendat, neque vnde in auaritiam, aut in iniustitiam cadat. Similiter & scandala proximorum amputat: nam eo magis scandalum cauent tales pauperes mendici, quanto amplius eleemosynis hominum indigent. Item amputat occasiones luxuriæ, quia tales pauperes penuria castigantur in carne, arctius de eleemosynis viuendo (vt tenentur) per quod (quæ de se est, vt fera syluestris) domesticatur subiugo rationis, & spiritus, &c.

Paupertas disponit ad cæteras virtutes acquirendas, & conseruandas.

Tertiò disponit ad virtutes acquirendas, conseruandas, & ad perfectionem: ex paupertate enim perfecta cum mendicitate benè regulata oriuntur plurimæ virtutes. Ideò enim paupertas vocatur mater religionis à Guilielmo Parisiensi, quia sicut mater generat, & nutrit filiam: sic paupertas generat, & nutrit, & custodit humilitatem: quia pauperes prædicti tanto esse omnibus humiliores debent, quanto magis aliorum subsidio egent, & quominus habent vnde superbiant, omnibusque se inferiores constituant, ex quo ab omnibus subsidium accipiunt. Necesse est enim, vt qui de alieno viuit mendicus & pauper, quòd omnibus se subijciat & humiliet debite, & rationabiliter propter Deum: & ideò beatus pater noster Franciscus apte suos fratres vocauit fratres Minores, quia minores omnibus hominibus nos facimus ab eis mendicando ea, quibus viuamus, minor enim recipit à maiori. Nunc autem pauper superbus abusio mũdi. Paupertas etiam prædicta nutrit obedientiam: quia vbi non est interesse, facilius obeditur. Similiter parit, & nutrit castitatem, per temperantiam, seu penuriam, quia sine Cerere & Bacchio friget Venus, caroque domesticatur, & castificatur inde vnde castigatur corpus. Similiter & moderantiam, qua talis pauper cum paucis est contentus: necesse est enim, vt qui de alieno viuit, & pauper mendicus, quod paucis sit contentus cum vsu moderato, & in austeritate viuat. Similiter & pacem cum hominibus, & charitatem. Cùm enim paupertas prædicta tollat hæc duo, scilicet meum & tuum, vnde lites proueniunt inter homines, & cupiditatem, quæ est venenum charitatis, radixque omnium malorum: iam ergo per consequens habet pacem cũ omnibus hominibus non potens litigare iudicialiter super aliquo, sed potiùs per charitatem patet ad omnes, nihil mundanum concupiscens, similiter & confidentiam in Deo, nam necesse

esse est, quòd ex quo quis renunciauit omnibus temporalibus omnino illa prouisionibus in futurum, quòd speret in Deo, & iactet cor suum in eum, qui nutriet ipsum, ex quo *Pascit volatilia cœli.* Matth. 6. & 14 *Et qui dat escam pullis corvorum inuocantibus eum,* Psalm. 146. iuxta illud Psalm. 54. *Iacta curam, vel cogitatum tuum in Domino, &c.* vnde legitur in vitis Patrũ, quôd quidam obtulit cui iam patri seni pecuniam, dicens, habe pecuniam pro remedio necessitatum, ex quo iam senuisti, & non potes acquirere necessaria. Cui senex, *Post septuaginta annos auferre mihi meum nutritorem nunc venis? Ecce multo tempore infirmus nihil mihi, Deo mihi tribuente, & me pascente, &c.* & ex hac confidentia, quam generat & nutrit paupertas prædicta, consequenter oriuntur, & conseruantur aliæ virtutes, qui enim recognoscit se præ omnibus alijs Dei adiutorio egere in ipso confidens, certè iam cauere tenetur ab omni offensa, per quam indignus reddatur eius beneficio, & è contra solicitus tenetur esse ad omne eius obsequium, atque virtutem, per quam dignificetur ad eius beneficia quotidiana recipienda, ne ex culpa sua iuste spe sua fraudetur: & inde ad promerendum, & petendum per orationem quotidianam panem suum quotidianum à Deo patre suo, de cuius pendet prouisione, magis allicitur, & disponitur per paupertatem. Similiter & prædictæ, omnesque aliæ virtutes per paupertatem prædictam custodiuntur, & perficiuntur, & probantur. Custodiuntur quidem secundum Hieronymum ad Paulinum dicentem: *Socrates magnum auri pondus à se abiecit, nec putauit se virtutes posse simul & diuitias possidere.* Item Gregorius in homilia, *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis inuamenta, &c.* sequitur. *Nudi ergo cum nuditate incedamus. Qui enim ad certamen cum diabolo properat, vestibus se impedire non debet, ne vnde ad votum regitur, ad casum illic teneatur.* Hactenus. Perficiuntur autem secundum Chrysostomum in epistola ad Hebr. *Non habentes diuitias non propterea doleamus, sed magis gratias vniuersorum Domino Deo agamus, qui à nobis parua habere cauum mercedem voluerimus quàm diuites fieri. Et cauea (si voluerimus) ampliorem, ex paruis enim, & in paruis multa lucramur, & ad honorificentius*: nam Euangelici pauperes per mundum discurrentes, quot vident necessitates in Christi fidelibus, tot habent cordium cruces, & dolores in visceribus suæ pietatis: vnde & tales sunt maiores eleemosynarij, in affectu verò vbi est sedes misericordiæ coram



Hieron. ad Paul.

D. Greg.

D. Chrys. super epist. ad Hebr.

Caput sextum.

Deo,& ab omni sæculi auaritia alieni, nulli rei intrinsecæ par-
ent,quin liberaliter eam tribuant,pro Christi pauperum sub-
leuando defectu,& si non tribuant nummos,conferunt tamen
affectum,verum pariter & orationes. Probatur verò secundum
D. Ambr. lib. 2. offic. Ambrosium in 2.lib.de officijs dicentem, *Non potest quisquam præmium accipere nisi qui legitime certauerit:nec gloriosa victoria,vbi non fuerint laboriosa certamina*. Omnes enim pugnant contra pauperes,siue rationalia,siue irrationalia, & adhuc inanima-
ta: sed de his omnibus vera paupertas triumphum reportat, vt liquido apparuit in sancto Iob, cum ad extremam deuenit inopiam.

Similiter prædicta paupertas valet ad orationem, & contẽplationem habendam,& conseruandam. Nam ex quo talis paupertas excludit omnem solicitudinem noxiam: atque timorem,curam,amoremque temporalium,cæteraq; vitia, depurans animum ab eis,eleuans ad Deum Patrem per confidentiam,cæterasque virtutes,aptum ad diuina faciens hominem, iam certè talis pauper sic aptus,& idoneus ad diuina factus, paucis con-
tentus,solum Deum quærit,atque cœlestia,& inde clauso ostio animæ ad omnia humana,& temporalia,orat in abscondito sui spiritus Patrem cœlestem, ad cœlestia per contemplationis alas, orationisq; fine vllo visco terreno sublimiter eleuatus:ita vt licèt maneat per necessitatem corporis super terram, habeat tamen iam conuersationem in cœlis: & hìc est finis paupertatis nostræ. Cum enim paupertas sit virtus moralis, & heroica, oportet habeat circunstantias bonificantes, præcipuè circunstantiam finis,qui est,vt vouens paupertatem eam voueat,vt Deo liberius vacet,seruiatque quietius,ac melius. Vnde Chrysost. homilia super Matth. dicit, *Paupertas Regina est pluribus non subiecta, sed inuicta: portus tranquillus palæstra, & gymnasium philosophiæ*. Nec solum securo est in hoc sæculo, verum etiam in futuro, discente Bernardo, super Psalm. *Qui habitat*, *fœlix paupertas voluntaria omnia relinquentium, & sequentium te Domine Iesu, fœlix plane,quæ tam securos, & tam religiosos faciet in illo singulari fulgore elementorum, in illo tremendo examine meritorum,in illo tanto discrimine iudiciorum*: & Chrysost. super epistolam ad Hebr. *Sectemur paupertatem,maximum quippe bonum est, nihil enim est opulentius eo qui paupertatem sponte diligit*. Ideò 2. Corinth. 6. *Nihil habentes, & omnia possidentes*, scilicet iure charitatis: paupertas namque Euangelica, si sit primum quærens

Mira encomia paupertatis ex sanctis patribus.

D. Chry. homil. vlt. super Matth.

D. Bernar. super Psal. qui habitat.

D. Chrysost. super epist. ad Hebr.

2. Ad Cor. 6.

Regnum

Regnum Dei,& iustitiam eius, omnia à patre cœlesti apponũtur ei ad debitam sustentationem, & cum ipsis paucis contenta solo Deo diues,& opulenta,nihil iam amplius quærit super terram, diues enim est, cui nihil deest ad votum: huiusmodi autem est prædicta paupertas soli Deo intendens à mundo penitus,vt est possibile abstracta conuersationem suam habens in cœlis.

Quartò, prædicta paupertas disponit ad aliorum hominum ædificationem, quia per eam nos fratres Minores habemus occasionem exeundi ad aliorum ædificationẽ,& vt sic per nostrum exemplum alij inducantur ad mundanorum contemptũ, ad confidentiam Dei,& spem in Deo reponendam: & ex consequenti ad spiritualia magis exigantur: & vt sic viuentes ex eleemosynis ad maiorem sanctitatem vitæ nos accensi meritis orationibus verbo & exemplo debitum gratitudinis persoluamus nostris benefactoribus, qui tali spe nobis sua temporalia dederunt,vt pro eis intercedere mus,Deus etiam ideò dedit nobis labores gentium,vt custodiamus iustificationes eius,vt propter nos misereatur mundo,& hominibus, de quorum substantia viuimus ad honorem Dei,vt de his supra q. 13. & supra in introductione.

Quintò,prædicta paupertas disponit ad debitam prædicationem Euangelicam expeditius,liberius,cõstantius, & minus tepide exercendam,vt patet ex dictis supra: qui enim nihil habet,nihil timet amittere,& sic prædicatio est magis ædificatoria, & fructuosa, cum nos solùm non faciamus eam venalem pro temporalibus,quæ nolumus habere paucis contenti, sed & sic hominibus appareat gratis ex charitate facta oratio, eoquòd non sua, sed ipsos animasque eorum quærimus ad salutem. Ideò enim Christus,quando misit discipulos ad prædicandum, prohibuit,ne deferrent, vel acciperent aurum, vel argentum,Matth.10.ne scilicet ipsorum prædicatio venialis videretur. Vnde Chrysostomus super illud, *Vos estis lux mundi,talis est luminis virtus,vt non solùm luceat, sed & illuc ducat illos, qui eam sequuntur. Cùm enim homines sæculi vident Apostolicos viros omnia præsentia contemnentes,& ad futura præparatos ante omnem sermonem operibus suis credent.* Et Damascenus in 3. libro ait, *Diuinæ cognitionis prædicatio non in bellis, & in carnis exercitibus aduersarios ducit: sed pauci mundi pauperes, & illiterati, verberati, & mortificati crucifixum carne mortuum prædicantes, sapientibus,*

Paupertas valde conducit ad prædicationem Euangelij libere, & fructuosè faciẽdam.

Matth.10.

D. Damasc. 3.lib.fid.

Chrysost. & insipientibus præualuerunt: & Chrysost. super illa: Matth. 20. Similis est homo patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, dicit: Similis est operarius mercede sua: quis enim operarius? Manifestum est quoniam Apostoli, eos enim oportebat, vt nec vna re paterent admurmurationi eos, qui docebantur ab eis omnia prabentes, & nihil a eis accipientes ab ipsis, & ipsi rursus abstinerent vt tanquàm despecti ab eis: & idem Chrysost. hom. 46. super Matth. ait, Si autem duodecim homines paupercula bona terrarum conuerterunt, ex hoc quanta sit nostra malitia, cum tanti existentes ei, qui errant, corrigere non possumus, quos decem millibus mundis sufficere oportebat, & esse fermentum? sed dices, signa habebant illi: sed certè non signa eos mirabiles fecerunt, multi enim etiam dæmones proijcientes, quia iniquitates operati sunt, non facti mirabiles, sed punitiores fuerunt. Sed quid inquam est, quod eos offendit? Pecuniarum vtique contemptus, gloriæ mundanæ despectus, & ab omnibus vitæ huius negotijs ereptio: quasi hæc non habuissent, etiamsi decem mille mortuos suscitassent, non solùm nulli profecissent, sed & seductores fuisse æstimati. Hæc ille. Qui ibi, & Matthæi 10. & alibi de laudibus Pauli multa de hoc dicit ad rem, vt Bonauent. in sua apologia etiam refert plura ex his ex Hieronymo, Ambrosio, & Doctoribus, quòd scilicet paupertas valde profuit Apostolis ad prædicationem Euangelij, libere & fructuose faciendam.

D. Chrysost. hom. 46. super Matth.



Error aliquorũ damnatus.

Per hæc autem non est dicendum, sicut & aliqui quondam erronee dixerunt, quòd mendicitas est vinculum, vel præcipuum medium prædicationis Euangelij, seu verbi Dei, ex eo quòd spinæ diuitiarum suffocant semen verbi Dei, Lucæ 8. quòdque soli mendicantes prædicant Euangelium, eoquòd pauperes euangelizantur: hoc inquam dicere est error, vt ait Gerson 1. part. summ. alphabet. 10. litera 9. & alphab. 11. part. Similiter error damnatus per Ioannem XXII. in extrauaganti, *Quorundam exigit*, vt etiam refert Floren. 4. part. summ tit. 11. c. 7. §. 5. est dicere, sicut & dixerunt quidam de paupere vita, seu paupe res de Lugduno, quòd nullus conseruauit Euangelium post Christum, & matrem eius, & Apostolos, nisi beatus Franciscus, & qui secundum eius regulam viuunt. quamuis sit verum, quòd paupertatem Euangelicã in suo excellenti statu, seu gradu nullus solemniter professus est post Christum, & matrem eius, & Apostolos, nisi B. pater noster Franciscus, & professores regulę eiusdem quia in Ecclesia Dei constat, quòd vsque ad tempora B. Francisci non fuit professio solemnis de tali paupertate, quãuis alij eam seruauerunt, sicut & perfectionem Euangelicam,

de

de facto etiam ex voto, nõ facta tamen professione solemni, & communi statu religionis, pro tali perfectione paupertatis obseruanda.

Sextò, valet prædicta paupertas ad maius meritum, & præmium speciale, nam maius meritum est cæteris paribus, vbi maior paupertatis virtus propter Deum effulget, & specialis meriti prærogatiua est in hac paupertate vestigia Christi præ cæteris perfectius imitari, & ei configurari, secundum illud Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & sequere me*, & illud Matth. 8. *Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput*: & alibi, vt ex supradictis patet. Et quòd ex hoc sit maius præmium, specialisque prærogatiua, patet secundum Chrysost. super illud Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, & super illud Matth. 19. *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c.* ait Chrysost. *Vt ergo dignus cœlo efficiaris, deride præsentia, ita enim eris, & hìc clarior, & futuris amplius potieris bonis*: & Bernard. super eodem dicit, *Vt propulsore paupertatis sit honor iudiciariæ potestatis pro labore refrigerii amplissimæ sessionis*: hæc Bernard. serm. 51. & patet, quòd loquitur de paupertate potissimum, quæ habet exteriorum penuriam, & vilificationem, quæ est paupertas Euangelica cum memoratis, & inde subsequentibus, vt dictum est: vt latius Bonauent. in 9. cap. suæ apologiæ tractat prædictam authoritatem Bernardi, & Matth. 19. & vt refert Florent. 4. part. summ. tit. 15. cap 11. §. 6. secundum aliquos Doctores tria requiruntur, vt pauperes spiritu, scilicet voluntarij, & Euangelici simul, & Christum sequentes secundũ perfectionem vitæ promissa, habeant potestatem prædictam iudiciariã à Christo promissam ipsis simul cum Apostolis. Quorum primum est, abdicatio curarum temporalium, ne scilicet impediatur animus à perceptione sapientiæ, & contemplationis. Secundum, habitus circa diuinam iustitiam, seu legem scitam, & obseruatam. Tertiũ, quòd illam iustitiam, vel legem alios docuerit, scilicet verbo, vel exemplo, sicque talis doctrina erit complens meritum iudiciariæ potestatis debitæ conuenientis tali Euangelicæ paupertati, vt etiam de hoc reddit causam ibidem Flor. secundum Thom. in 4. d. 17. ar. 2. q. 1. & 2. & ad 6. supradictos fructus reducuntur omnes alij, qui particulatim ponuntur à Doctoribus cõmuniter, vt est videre in Bonauẽt. super reg. & in 11. cap. suæ apolo-

Matth. 19. & 8.

D. Chrysost. super c. 19. Matth.

D. Bernar. serm. 51.

Tria requiruntur in paupere Euãgelico, vt dignus sit iudiciaria potestate.

apologiæ:& in Specul.ffil.25.& in tractat.10.plag.plag. 5. & alibi.

Paupertas inuoluntaria, indebite seruata, ratix est plurimorũ malorum.

Secundum punctum principale huius quęstionis est, quòd opposito modo paupertas,& mendicitas non voluntariè assũpta,seu non voluntariè,& prompte, & debite obseruata, cum animo parato ad penuriam patiendum viuendo cum paucis ad vsum moderatum,vt supra q.14.dictum est: potiùs est occasio perditionis finalis, & multiplicium vitiorum oppositorũ ad prædictos fructus,radixque malorum,quàm instrumentum virtutis,aut salutis:sed id omne non ex se, sed ex culpa ipsorum fratrum nolentium viuere secundum quod promiserunt: patet,quia est causa impatientiæ,murmurationis, auaritiæ, solicitudinis noxiæ,distractionis,vagationis,tædij ad spiritualia, cæcitatis animæ, & conscientiæ, obstinationis duritiei cordis, mendacij,hypocrisis,adulationis, simoniæ,turpislucri, rapinæ, pusillanimitatis,scandali,infidelitatis,&c.eiusmodi, vt supra q. 13.& q.16.&c.& per consequens est destructio totius religionis & virtutis.Immò,& totius virtutis moralis,& humanæ curialitatis.Nam ad vilia quærenda tales ex cupiditate ad ollas AEgypti anhelantes,fastidientes manna cœleste,viriliter,& cũ animæ periculo quærunt AEgygptijs carnes, & mũdana hæc, quæ per votum professionemque euomuerant,resumunt,vt carnes vilificati,& exosi inter homines, & iusto Dei iudicio, per quæ peccant per eadem puniuntur: quia etiam inter homines ab hominibus contemnuntur,qui humana contempserant,quia & à prima sua vocatione,& voluntate retrocedentes, & voti pœnitentes mundana anxie,& superflue requirunt. Inde conuertit quoque Deus cor hominum mundi, vt iuste odio haberent populum suum, *Psal. 104.* Psal.104.& quia fœtere nos fecimus religionem,paupertatemque Euangelicam coram Pharaone ipsam vilificantes:inde nos etiam Deus abominabiles dabit in to *Exod.5.* ta AEgypto,scilicet in mundo coram hominibus Exod. 5. & cauendum insuper est, ne tales tanquàm ingratos Deus excæcari,obstinatosque tandem in suo peccato mori permittat, qui panem Angelorum cœlitus Dei amore collatum, manducantes de mensa Domini,de laboribus populorum,de sudoribus pauperum,ipsi in otio,atque quiete volunt abundare, & tanquàm super cibo leuissimo eorum anima vult nauseare. De quo Psal. *Psalm. 68.* 68. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,& in retributiones,& in scandalum,&c.*de his omnibus pulchre Bonauent.in suis epist. & Hug.

& Hug. 6. cap. & Gerson in 1. part. summ. alphab. 4. litera Z. & 9. & alphab. 56. litera N. 3. part. summæ, & 2. part. summ. in sermone de vita, & honestate clericorum & alibi. Tandem ad præ dicta omnia notandum, quòd aliqui renunciant mundo, vt vere pauperes, & Apostolici propter Deum cum parata voluntate ad penuriam paupertatis, & isti præmiabuntur cum Apostolis, vt supra, de quibus Psal. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo meo spem meam*, & Psal. 54. *Iacta cogitatum tuum in Domino &c.* Alij renunciant, vt Iudas, qui de rebus religionis defraudant, vel abuntur, & isti cum Iuda male pereuntes punientur, de quibus Psal. 106. *Ascendunt vsque ad cœlos*, scilicet in ingressu religionis, *Et descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat*, scilicet male viuendo inter sanctos. Alij renunciant, vt Ananias, & Saphyra, qui scilicet de bono mundi non omnino corde & opere se exuerunt, non sunt pauperes voluntarij, non parati ad penuriam paupertatis opportune propter Deum patiendam, & isti vix euadent vltimam maledictionem, quia vix vere conuertuntur ad cor ex sua praua affectione excæcati, de quibus dicitur Psal. 48. *Qui in multitudine diuitiarum, & in virtute sua gloriantur, &c.* Alij renunciant, vt Giezi, qui scilicet in statu religionis abundantius sine vllo defectu, quàm in sæculo viuere volunt, & hi lepra multiplicium peccatorũ respersuntur, & viles abominabilesque, vt leprosi reddũtur Deo, Angelis, & hominibus, tandem extra castra gloriæ separandi, de quibus Psal. 51. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, &c.* Qui quidem secundum Bonauent. 4. cap. super regulam in fine, signantur per Antiochum radicem iniquitatis, qui 1. Machab. 1. legitur templum prophanasse: quia scilicet tales per odium paupertatis, affectionemque abundantiæ radicem destructionis totius religionis habent, omniaque sancta religionis prophanant. Antiochus enim interpretatur, *Silentium paupertatis*, & dicitur etiam radix iniquitatis, quia radix malorum cupiditas, odiumque paupertatis, templum Dei, omnemque virtutem religionis prophanant, & contenebrescente studio sapientiæ, quasi sole: iam luna studij scientiæ, atque rationis in sanguinem commutata per affectionem ad carnalem, mundanamque abundantiam obscuratur & excæcatur.

Nota varios modos relinquendi mundum.

Psalm. 72. & 54.

Psalm. 106.

Psalm. 48.

Psalm. 51.

1. Mach. 1.

QVÆSTIO XVIII.

Quæritur, an liceat nobis asſiſtere curijs, aut litigijs & iudicijs, & eſſe exequutores teſtamentorum, vel diſpoſitores, ſeu conſultores eorum, & reſtituendorum, & eſſe iudices arbitros, aut aliorum negotiorum geſtores, aut tractatores, ſeu interuentiores in nuptijs, ſponſalibus, & alijs huiuſmodi negotijs & officijs?

Prima concluſio.

Non licet fratrib⁹ Minorib⁹ in curijs aſsiſtere, neq; in tribunalib⁹ litigare, pro negotijs tẽporalib⁹ pertractandis.

REſpondeo per tria puncta, quorum primum eſt, quoad aſsiſtendum curijs, aut iudicijs, dico, quòd nos fratres Minores nullo modo poſſumus aſsiſtere curijs, aut actibus litigioſis, pro rebus temporalibus, pro funeralibus, &c. huiuſmodi nos immiſcere: neque ad id nos perſonaliter præſentare ad agendũ, ſeu ad aſsiſtendum, ſeu inſtigandũ aduocatos, ſyndicos, ſeu procuratores noſtros cùm noſtra negotia pro rebus temporalibus ibidem agitantur, & ſic decreuit Clem. V. art. 7. §. *Amplius*. Ratio huius eſt, quia ſi vere ipſi fratres agunt, ſeu proſequuntur ius ſuum iudicialiter, iam expreſsè faciunt contra votum paupertatis, vt ſupra q. 1. modò id proſequantur per ſe, modò per alium nomine ipſorum, ſeu ius ipſorum fratrum allegantem. Si autem non vere aſsiſtunt, tanquàm ius ſuum proſequentes, ſeu allegantes, ſed tanquàm informantes, ſeu inſtigãtes iudices aduocatos, ſeu ſyndicos, & procuratores ibi in iudicio, iam licèt non faciant contra votum paupertatis directè, ſaltem tali actu exteriori, tamen adhuc eſt illicitum ratione ſcandali: quia veriſimiliter apparet hominibus ex talibus inſtigationibus, quod pro iure ſuo, ſeu pro ſuis rebus temporalibus ſic aſsiſtant in iudicio: ideò contra ius naturale, vel diuinum de vitando ſcandalo proximorum peccant tales fratres: & has duas rationes modo ſupradicto intellectas aperte ponit dominus Clem. V. vbi ſupra dicens ſic, *Amplius cùm non ſolùm, quod malum eſſe dignoſcitur*,

tur, seu & omnè, quod speciem habet mali, sit à viris perfectis specialiter euitãdum. Ex talibus autem assistentijs in curijs, & instigat onibus, cùm de rebus agitur in ipsorũ commoda conuertendis, creduntur verisimiliter ex his, quæ foris patent, de quibus habent homines iudicare in ipsis rebus fratres assistentes aliquid quærere tanquàm suum. Nullo modo aebent huiusmodi voti & regulæ professores se talibus curijs, & litigiosis actibus immiscere, vt & testimonium habeant ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant voti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum. Hæc ibi. Ex quibus patet, quòd ex vi voti nostræ paupertatis, & ex iure diuino, suppositio tali voto tenemur cauere tales assistentias in iudicio, & instigationes, vt dictum est, & non ex solo præcepto Domini Clementis V. vt aliqui, & male dicere voluerunt: & ad prædicta faciendum, non possumus habere priuilegium aliquod, nisi esset causa sufficiens ad habendum talem dispensationem, vt latiùs dictum est supra q. 8. Igitur, quando syndicus iudicialiter agit pro rebus temporalibus, tunc non nomine fratrum, nec allegando ius fratrum, sed Papæ, vel Ecclesiæ Romanæ debet agere, & fratres non possunt compare re iudicialiter agendo, instigando, informando, vel aliàs quomodolibet ad id iuuando, vt dictum est: sed solùm possunt extra iudicium informare iudices, syndicos, & procuratores, seu aduocatos de veritate rei, seu facti, & ostendere priuilegia, quæ super tali negotio habentur concessa, sicut super negotio alieno facere possent, vt constet de veritate, & iustitia pro Ecclesia Romana, quamuis ad vtilitatem fratrum. Similiter possunt hæc facere, in iudicio, tanquàm testes, aut aliàs modo prædicto, sicut super negotio alieno possent facere, dummodò constet, quòd non faciunt id tanquàm suum ius allegantes, & dummodò caueatur aliàs scãdalum omne probabiliter inde emergens, vt dictum est, videatur supra 4. cap. q. 16. &c. quomodò ad quæ, & quibus liceat vti syndico, quoad lites iudiciales.*

Quãdo syndicus iudicialiter cõtendit pro rebus temporalib⁹ fratrum, tunc nomine Ecclesiæ Romanæ, & non fratrũ debet agere.

Ex dictis etiam patet, quôd multominus sub prætextu charitatis possumus iudicialiter agere, vel assistere iudicio pro tẽporalibus aliorum pauperum, vt negotiorum gestores ipsorũ, vel parentum, vel amicorum, nisi vt dictum est, informando de veritate rei extra, vel in iudicio, & vbi omnis species mali, & scandalum omne abesset, quia charitas debet esse ordinata & discreta, alias non vera, sed ficta charitas est. Cum prædictis cõcordat Specul. ffff. 7. & 8. tractat. 10. plag. plag. 7. & communiter Doctores. Pro alijs autẽ negotijs non temporalibus, vtpotè pro,

pro prædicationibus,confessionibus,&c. huiusmodi, aut pro curis illatis agere in iudicio, non est contra votum paupertatis, potest tamen esse contra aliud ius diuinum vel humanum: vtpote si cum scandalo,aut per modos indebitos, aut alias illicite contra aliquod ius,seu malo fine,siue odio, aut liuore vindictæ fiat.

Secunda cõclusio. Fratres non possunt iudicialiter esse executores testamentorum.

Secundum punctum,quoad exequutiones, & dispositiones testamentorum,dico secundum Clementem V.art.7.§. *Verum etiam,verùm etiam cùm dicti ordinis fratres non solùm à receptione, proprietate,dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipsius, sint penitus alieni, quemadmodum sæpe dictus prædecessor noster (scilicet Nicol.III.) in declaratione huius regulæ plane dixit. Cumque dicti ordinis professores pro nullare temporali possit in iudicio experiri, prædictis fratribus non licet, nec competit: quin potiùs considerata puritate sui status, debent sibi scire interdictum, quòd huiusmodi executionibus, & dispositionibus se exponant, cùm hæc, vt sæpius absque litigio & contrectatione, vel administratione pecuniæ nequeant expediri. Verùm tamen in his exequendis dare consilium ipsorum statui non obsistit, cùm ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio, actio in iudicio siue dispensatio tribuatur.* Hæc ibi. Ex quibus patet primo (vt habetur in Spec.ffff.9. quod non possumus esse exequutores testamentorum, neque intromittere, neque indispositionibus eorum, aut restitutionibus vsurarum, & male ablatorum faciendis, quando ex his prouenirent fratribus ipsis actio, seu ius aliquod, aut quando ex his deberent se intromittere litigijs, seu actibus iudicialibus, seu in contrectatione, dispensatione, seu administratione pecuniæ, neque possumus esse exequutores vltimarum voluntatũ, quando sustinere deberemus vicem hæredum, vtpotè quia nos deberemus per nos, vel per alios actionem mouere, & in iudicio respondere: vel quando aliquod litigium iudiciale inde nobis speratur, vel quando aliqua res venit vendenda, vel distrahenda, vel in pecunia distribuenda (vt habetur in Seren. conscient. quæst. eadem secundum Petrum Anchar. & Barthol.) consiliatores autem puri benè possumus esse ad prædicta, vt dictum est, dummodò illi, cui consilium est dandum ad disponendum de bonis suis, vel aliorum sibi commissorum, non sit statim intraturus nostram religionem: quia hoc est nobis specialiter ex regula prohibitum, supra 2.cap.q.9. & eadem est ratio rei alterius, & suæ per ipsum disponendæ, & dummodô non speretur nobis

nobis lis, vèl actio prouentura, seù aliàs scandalum, seù siniſtra ſuſpicio de tali conſilio etiam nudo à nobis dando, vt aiunt hæc omnia Zabarel. & Petrus Ancharr. ſupra Clementinam *Exiui*, ſupradicta.

Secundò patet, quòd non ſolo præcepto domini Clementis V. eſt nobis prohibitum, & illicitum eſſe exequutores, &c. modò ſupradicto, ſed ex vi regulæ directè, ſeu indirectè, quia ſcilicet ex tali exequutione, ſeu diſpoſitione ſequitur actio, ius, vel litigatio, ſeu pecuniæ adminiſtratio, vel contrectatio: quæ omnia ex vi paupertatis noſtræ, & ex vi prohibitionis pecuniæ ſupra 4. cap. prohibita ſunt nobis per regulam: & in hoc ſe fundauit dominus Clem. V. vbi ſupra, & communiter Doctores prædicti ad dicendum, quôd prædicta nobis prohibita ſunt, vt dictum eſt: & ſic dicit Specul. vbi ſupra, quãuis ibidem etiam dixerit, quòd dominus Clem. V. prohibuit nobis prædicta, quod eſt intelligendum ſic, ſcilicet, quòd dominus Clem. V. tanquàm aliàs ex regula prohibita declarando, ſeu decernendo interdixit, ſeu potius interdicta eſſe decreuit, vt patet ex ſuis verbis, vbi ſupra.

Tertiò patet (vt habetur in Seren. conſcient. quæſt. eadem) ſecundum Barthol. & concordat ſumm. Ang. tit. *Exequutor*, §. 26. quòd nos benè poſſumus eſſe electores aliquarum perſonarum, vbi tamen nulla pecuniæ diſtributio, aut adminiſtratio, ſeu contrectatio nobis acquiritur: nec actio vlla, aut litigiũ in iudicio, aut ius aliquod nobis prouenit aliquo modo: vtpotè ſi decem floreni relinquuntur in teſtamento, vt expendantur per aliquem in decem pauperes eligendos, ſeu nominandos per talem fratrem Minorem, aut de conſilio eius, tunc talis frater poteſt eos eligere, ſeu nominare, quia hîc ſola electio ſine diſtributione, quæ iam à teſtatore facta eſt, fit per prędictũ fratrem Minorem, neque vllum ex hoc litigium, aut ius, aut adminiſtratio ſuper talibus florenis imminet, aut acquiritur ipſi fratri Minori, ergo.

Poſſumus eſſe electores aliquarum perſonarũ, quibus indifferenter elcemoſyna in teſtamẽto legatur.

Sed Zabarel. ſuper Clem. *Exini*, & Petr. Anchar. ibidem ſecundum Baldum, vt etiam habetur in Seren. conſcien. vbi ſupra dicunt oppoſitum, quòd ſcilicet talis frater nõ poteſt eſſe elector, vt dictum eſt. Ratio, quia electio prædicta eſt pars exequutionis, cuius ſumus nos incapaces, vt ſupradictum eſt. Item quia in tali electione acquiritur aliquod ius, ſeu adminiſtratio, ſeu authoritas aliqua ſaltim miniſterialis in eligendo perſonam, ſeu

Singularis opinio.

diſpen-

diſpenſando pecuniam ipſi fratri Minori ſuper talibus bonis diſpenſandis huic, vel illi, quia alij non poſſunt diſpenſare, *niſi* cui ipſe dixerit, vel nominauerit, vel ſaltem ex tali electione, & nominatione orietur actio in iudicio: ſi non fratribus, ſaltem ipſis pauperibus ſic per fratres electis, qui inde videntur electi ab ipſo teſtatore, ſaltem mediate, *l. votum, in principio ff. de legatis 2. per medium*: ergo non videtur electio fieri poſſe, *ar. cler. religioſus de procurat.* Eſt etiam alia ratio, quia de facili officium talis electoris poſſet trahi ad quæſtum pecuniarum prohibitum per Clem. V. Propter has rationes ergo tenent iſti Doctores contra Barthol. & contra ſummam Angel. quòd nos non poſſumus eſſe electores, vt dictum eſt: ſicut nec poſſumus eſſe exequutores.

Reijcitur. Sed ſaluo ſemper meliori iudicio videtur, quòd ſolùm nobis eſt prohibitum, & illicitum eſſe electores, ſicut & exequutores, quando ſcilicet ex tali electione, vel exequutione nobis proueniret, ſeu acquireretur actio, vel ius aliquod, vel adminiſtratio, ſeu contrectatio pecuniaria, vel quando oporteret nos iudicialiter litigare, vt dictum eſt: quia in tantum prædicta exequutio, ſeu electio, modò ſit pars exequutionis, modò non, nobis prohibita eſt, inquantum eſt contra noſtrum ſtatum, aut cõtra regulam vergit directè, vel indirectè, vt dictum eſt: quando ergo nihil prædictorum nobis acquiritur, ſeu prouenit contra regulam noſtram: ergo non prohibetur nobis nudum conſilium, vel electio, ſeu exequutio nuda, quamuis pauperi electo per nos, ſeu alijs, quibuſcumque oriatur ius, ſeu actio in iudicio ex noſtra electione, ſeu conſilio, & quamuis alij poſsint, vel nõ poſsint diſponere, ſeu diſtribuere alijs, ſeu aliter, quàm ijs, quibus nos conſuluimus, aut quos elegimus, vt eis diſtribueretur, *id enim ex cõditione, ſeu diſpoſitione teſtatoris prouenit, ſufficit nobis*, quòd nos non prætendamus ex tali electione aliquod ius, aut actionem, aut adminiſtrationem habeamus in rebus pecuniarijs diſtribuendis, ſed ſolùm nudum conſilium, nudamque electionem facientes à reliquis abſtineamus, nullũ ius allegantes pro nobis, neque ex hoc litigantes, vt dictum eſt. Sicut enim in caſu, quo quis in ſuo teſtamento diſponeret decem florenos dandos decem, aut duobus hominibus, quos nos fratres Minores eligeremus, ſeu nominaremus in ſyndicos, aut in confratres noſtros, poſſemus licitè eligere quos vellemus, dum modò ius aliud circa illos florenos, & adminiſtrationem, ſeu actionem

actionem caueremus: quamuis ex tali nostra electione oriatur actio illis sic à nobis electis, & quamuis exequutores non possent alijs dare. Ita in proposito dicendum censeo conformiter ad Barthol. & summ. Ang. si sic intelligantur, vt dictum est. Neque ex hoc est occasio propinqua; quamuis sit remota ad quæstum pecuniarium, si fiat, vt dictum est. Si autem fratres plusquàm dictum est, velint se intromittere, iam illis esset illicitum, vt aiunt Zabarella, Ancharranus, Baldus, &c. & forte secundum prædicta possunt prædicti Doctores concordari.

Quartò patet, quòd hoc modo supradicto, sicut possunt esse nudi consultores, & electores, ita fratres Minores possunt esse exequutores nudi, qui impropriè dicuntur exequutores, id est, coadiutores aliorum virorum, & principalium exequutorum ad dandum eis consilium, & vt fideliter illi exequantur officium exequutionis, dummodò, vt dictum est, non prætendant ex hoc vllum ius, vel authoritatem, seu actionem, seu administrationem pecuniæ. Neque litigiosis actibus iudicialibus oporteat se immiscere, aut se immisceant. Modo ex hoc oriatur actio iudicialis alijs, modò non, & modò alij exequutores possint sine talibus fratribus Minoribus, in adiutorium datis exequi suum officium, modò non, patet ex dictis ex eadem ratione: & sic credo, quòd communiter est in consuetudine facere exequutores testamentorum fratres Minores, id est, socios, vel coadiutores, vt fidelius, & melius fiat exequutio secundum testatoris voluntatem: quantum ipsi fratres sunt capaces & possunt: salua suæ regulæ, & status puritate, vt dictum est, quamuis hoc non explicetur in testamẽto; quia de iure intelligitur talis modus, talisque conditio necessaria. Ex dictis omnibus infert Petrus Anchar. vbi supra, quod frater Minor post professionem nõ potest diuidere bona inter filios sic, nec inter alios posset, nisi solùm consulendo, &c. huiusmodi, & de hoc sup. q. 9. cap. 2. habetur.

Fratres Minores possũt esse nudi exequutores testamentorum simul cum alijs, tanquã adiutores eorum curantes, quod legata fideliter implean tur.

Quintò patet, vt habetur in Serena conscientia quæstione 2. quòd nos benè possumus esse consultores, & electores, seu nominatores aliquarum personarum, quæ recipiant, & dispensent aliqua legata nobis, aut subditis nostris, aut etiam monialibus nobis subiectis pro nostris, aut eorum, seu earum necessitatibus secundum, quod nobis visum fuerit, dispensanda, seu distribuenda in necessitates prædictorum fratrum, seu monialium subiecta-

subiectarum. Ratio, quia dispositio rerum, aut eleemosynarum, pro nostris, & nobis subiectis relinquitur, & pertinet ad Prælatos, habentes curam prouidendi subditis, vt supra 4. cap. q. 6. & q. 7. conditione 5. Neque in hoc est aliquod ius ciuile, aut administratio, seu litigatio prohibita, vt patet, si seruentur modificationes contentæ supra 4. cap. q. 8. & q. 9. ibi videatur, & alibi secundum subiectam materiam habetur.

Tertia conclusio. Fratres Minores in rebus ciuilibus non possunt esse fideiussores iudices, aut aduocati.

Tertium punctum quoad officia, aut negotia, quæ possunt, vel non possunt fratres Minores habere, seu exercere, dico secundum Petrum de Anchar. in Clementina *Exiui*, quòd nos non possumus officium alienum facere nostrum cura, & solicitudine in officij gestione. Nec possumus esse fideiussores, nec fideicommissarij, nec accipere fideicommissum. Hæc ille. Neque possumus esse procuratores, neque aduocati pro rebus, aut iuribus temporalibus, quamuis possimus charitatiue intercedere, dummodò aliàs fiat prudenter, & cum debitis circunstantijs. Neque (vt habetur in constitutionibus generalibus Barchinonens. cap. 5. & 6.) possumus esse iudices, aut arbitri quorumcunque: arbitratores autem ad sedandas lites amicabiliter sine iure ciuili nobis inde acquisito bene possumus esse secundum summam Ang. titulo *Arbiter*, §. 4. dummodò id fiat cum debitis circunstantijs. Sed quia inde aliquando redundat scandalum, aut occasio alicuius illiciti, ideò in constitutionibus ordinis aliquando prohibetur, ne simus arbitratores, quamuis ex vi nostræ professionis possimus esse: neque tabelliones, aut notarij, seu scribæ publici possumus esse: neque tale officium exercere, vt de his latè Summistæ titulo *Tabellio, iudex, &c.* secundum subiectam materiam tractant: & in constitutionibus Martini V. sub certa pœna prohibetur nobis, quòd nullus frater præsumat regere in contractu, vel alibi scholas puerorum, vel sæcularium aliorum. & in constitutionibus generalibus Barchinonens. capit. 5. habetur, quòd nullus frater procuret per se, vel per alium quouis modo committi sibi, vel alteri fratri aliqua negotia, per Reges, Principes, Comunitates, seu Prælatos, seu quod cum ipsis maneat equitet, & cæt. b gravibus pœnis ibidem. Vnde & Gregorius 9. priuilegio, *Cum iam per eius gratiam*, & Innocentius IIII. concesserunt nos non teneri ad recipiendum commissiones causarum, & sententiarum exequutiones, &c. huiusmodi, etiam de authoritate Papæ sine licentia

Nõ tenemur ad recipiendum commissiones causarum, neque ad sententiarum exequtiones etiã de authoritate Papæ, absque licentia Prælatorũ.

centia nostrorum Prælatorum ad vitandum scandalum, & multiplicem transgressionem, quæ inde occasionaliter probabiliter oriri potest, vt habetur de his latiùs in compendio, tit. *Exceptio*, & alibi secundũ subiectam materiam. Similiter nobis prohibitum est intromittere nos in matrimonijs, & spõsalibus, seu nuptijs quoruncunq; tractandis. Ratio, quia talia negotia decent religionem, præsertim nostram: vt patet, quia sunt negotia sæcularia, quamuis licita ex se, tamen ratione status, seu personæ tractantis sunt indecentia talem personam religiosam ea tractantem, vt patet: quia sæpe scandalizantur sæculares videntes nos intromittere in ipsis, & alijs negotijs sæcularibus, quamuis non scandalizentur ipsi, pro quibus tractantur. Item multa mala secuta sunt, & sæpe sequuntur in dedecus religionis, quia fratres se de talibus intromiserunt: ergo illicitum est propter prædicta se in talibus negotijs intromittere: non tamen semper est mortale, nisi quando notabile scandalũ, aut speciei mali notabilis, probabiliter sequeretur, aut appareret: & cũ hoc concordant tractat. 10. plag. plag. 10. Potest tamen esse mortale, si insuper sub præcepto prohibeatur per Prælatos, aut per statuta ordinis, ne de talibus fratres se intromittant, & sæpe super hoc habentur statuta, & præcepta prohibentia idem, tam Generalia, quàm Prouincialia, videantur in suis statutis de hoc agentibus. Immò & aliqui dixerunt (vt refertur in dicto tractat. 10. plag. part. 2. radio 1.) quòd implicite est hoc prohibitum per Clem. V. ar. 7. §. *Ampliùs cùm, &c.* vbi dicitur, *Quòd ab omni specie mali, de qua possunt homines probabiliter iudicare malum contra nos, est cauendum*, & quòd ideò nobis cauendum esse decreuit, ne scilicet nos intromitteremus in exequutionibus testamentorum, & litibus iudicialibus: ergo vbi idem est iudicium, & species mali, & scãdali, est idẽ ius, eademq; ratio prohibitionis, eademq; prohibitio, qualis videtur esse in omnibus negotijs supradictis dedecentibus statum nostræ religionis, & ex consequenti dicunt, quòd eodem præcepto domini Clementis prohibita sunt omnia negotia habentia speciem mali, quòdque peccat mortaliter, qui in prædictis se intromittit, sed illorum ratio nihil valet, tum quia Clem. V. vbi supra solùm agit, & loquitur de negotijs, quæ sunt, vel esse videntur contra paupertatem nostram, aut contra regulam nostram, qualia non sunt negotia sponsalium tractandorum, nec alia eiusmodi, quantumcumque sæcu-

Alienũ debet esse à fratre Minore, intromittere se in tractãda matrimonia, & sponsalia.

sæcularia: tum etiam quia dato quòd de omnibus regulis habentibus ipsum malè loqueretur, non præcipit ipse, quod omnia talia cauentur, sed ea præsupponens alias de iure diuino cauenda, inde concludit specialiter esse cauenda ea de quibus specialiter ibi agit, modò ipse ibi præcipiat ipsa, de quibus specialiter agit esse cauenda, modò non: sed potius declarat esse specialiter prohibitum ex regula, & ex iure diuino; suppositò voto nostræ religionis assistere curijs, aut iudicijs, & esse executores testamentorum, vt supradictum est, & non loquitur de alijs. Neque semper vbi est eadem ratio prohibitionis, est eadem lex, aut prohibitio, aut declaratio, sed cum certis limitationibus & distinctionibus, quæ cõmuniter ponuntur à Doctoribus, vt est videre in Summistis, præcipuè in Syluestrina, tit. *Argumentatio, & tit. lex, quæst. 17 quæst. 18 &c.* & nihil horum est in proposito, vt patet ex dictis: ergo teneatur, vt supra dictum est, quod talia negotia non prohibentur per dominum Clem. V. sed aliunde ex iure diuino, tanquàm dedecentia statum religionis prohibentur aliquando sub mortali, aliquando sub veniali: possunt etiam prohiberi per Prælatos, & per statuta religionum, & per Ecclesiam generaliter, & specialiter, & ideò de hoc videat quilibet, quid & quomodò in sua religione, quibusque statutis prohibeatur: de hoc enim alia certior regula dari non potest. Similiter non possumus esse medici, chirurgi, &c. huiusmodi, sed ex priuilegio concessum est circa hoc aliquibus religiosis, vt in compendio habetur, tit. *Infirmi fratres*, ibi videatur.

Quoad id, *Et vbicumque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos; &c. Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, &c.*

QVAES-

QVÆSTIO XIX.

Quæritur, an teneamur inuicem charitatem in signo, seu familiaritate exteriori, & in affectu interiori, & in opere exteriori circa curam maximè infirmorum exercendã, habere & quomodò?

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Nos fratres Minores tenemur non quidem ex vi regulæ specialiter, sed ex iure diuino inuicem charitatem in signo, seu familiaritate exterius, & in affectu interius vere, & debite habere, & ad id specialiter ex vi regulæ instrumenta, & consilium nobis datur. Probatur, quòd teneamur prædictam charitatem inuicem habere ex iure diuino, quia cum charitatem de iure diuino habendam in affectu ad omnes, & specialiter ad confratres: similiter ad familiaritatem charitatiuam ad eos non minus tenemur, quã alij Christiani ad suos confratres, seu propinquos spirituales proportionabiliter. Ad charitatem enim hæc pertinent secundo 1 communiter Doctores in tertio dist. 27. & alibi. Quod autem ex vi regulæ hoc non sit speciale obligatorium, patet, quia dominus Clemens V. non computauit inter obligatoria ex vi regulæ, vt supra 1. c. q. 1. ergo. Quod autem sit cõsilium & instructio, ac etiam admonitio ad bonum ex vi regulæ, patet supra 1. c. q. 2. de eundem fratrem Gundisaluum, & secundum prædicta debent intelligi omnes expositiones dicentes, quòd ex præcepto id licet alijs ex iure diuino, & quòd specialiter ex vi regulæ nobis hoc imponatur, scilicet consultoriè, & admonitoriè, vt dictum est. Et quidem rationabiliter hic regula de præfata charitate in signo, & familiaritate exteriori, & in affectu interiori agit consulendo, & admonendo spiritualiter nos ipsis alijs fratribus dicens, *Et vbicunque sunt, & se inuenerint fratres ostendant se domesticos, &c.* tum quia secundum expos. sine tit. & habetur in quarto ex primo ex iis propositis in consilio Constantiensi tit. 4. Hic nouiter ordo fundatur in perfectissima chari-

Prima conclusio.

Non tenemur ex vi regulæ, sed de iure diuino charitatem erga omnes interius habere, & exterius exercere.

tate interiori & exteriori: tanquàm in fundamento ſuo præcipuo, quo collapſo, & ipſe ordo collabetur: quando fratres ad ſibi prouidendum particulariter, pro ſuis infirmitatibus, & neceſsitatibus cogentur, tunc paupertas peribit pariter & obedientia: ſimulque tota religio deſtruetur. Ideò ſimul poſt paupertatem agitur de charitate illam ſuſtentante. Et Bonauentura 6. cap. ait, quòd quia fratribus neceſſaria eſt fraterna conſolatio, ideò ait & *Vbicumque ſunt fratres*, ſcilicet ſiue in domo, ſiue extra domum ſe inuenerint, *Oſtendant ſe domeſticos*, id eſt, quaſi ſint vnius domus, & familiæ inuicem, non ſolùm publice, ſed & familiariter, & ſecrete. Ideò ait, *Inter ſe*, vt ſit tanta familiaritas affabilis & ſocia dilectio ſub modis ſanctis, & honeſtis, vt quilibet alius confrater merito concipere poſsit in corde ſuo confidentiam de fratre ſuo, quam protinus ſubinfert regula dicens (*Et ſecure manifeſtet vnus alteri neceſsitatem ſuam*) vt ſcilicet per confratrem debite, & charitatiue releuetur, ſicut neceſsitas filij releuatur per matrem pijſsimam in filium ſuum. Ideò ſequitur, *Quia ſi mater diligit, & nutrit filium ſuum carnalem, &c.* vbi oſtenditur, quod charitas debet haberi vera, & efficax in affectu & effectu, vt cõmode poteſt haberi non ficte, quia talis eſt charitas ſeu amor matris in filium ſuum carnalem: ergo ſimiliter debet eſſe fratris in confratrem ſpiritualem: ratio ſecundum Bonauent. quia amor gratuitus ſcilicet charitas fortior eſt carnali, & quia charitas ſuperat mortis innatum horrorem, & quia charitas habet fundamentum ſui bonum infinitũ, propter quod nihil finitum præualet contra eam, quia & ſpiritus excellentior eſt carne. Vbi notandum ſecundum expoſ. ſine tit. quod hic non loquitur B. pater noſter Franciſcus de ſignis, aut affectu carnalis, ſeu mundanæ amicitiæ, quia talia non reficiunt, ſed potiùs inficiunt charitatem. Cùm ergo de ſpiritualium fratrum ſpirituali amore loquatur, oportet quòd talia ſigna charitatis à ſpirituali etiam amore procedant, & quod modis conſonis ſpirituali amori exhibeantur. Hæc ibi. Et conſonat expoſ. ſanctorum Patrum 6. cap. ſecundum illud Ioannis 13. *In hoc agnoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem ad inuicem habueritis*, & Lucæ 22. *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

Ioan. 13.

Luc. 22.

Secunda cõcluſio.

Secundum punctũ eſt, Ex vi regulæ tenemur fratres Minores curare cõfratres noſtros infirmos, ſeu eis ſeruire de neceſſarijs, vbicumq; fuerint. Probatur, quia regulæ 6. cap. ſic dicitur,

(Et

(Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit,&c.) quod secundũ Clementem V. est obligatorium æquipollens præcepto ex vi regulæ specialiter, vt supra cap. 1. q. 1. Et notandum, quod est affirmatiuum præceptum obligans semper, sed non pro semper. Sed pro loco, & tempore, quando est necessaria talis cura à nobis impendenda, sicut de alijs præceptis affirmatiuis communiter dicitur à Doctoribus: vnde quando per alios eis debite seruitur, & prouidetur, non est necesse, quod omnes tali curæ incumbant, nisi quando probabiliter constaret, quod alij negligunt notabiliter infirmis fratribus seruire, tunc enim quilibet, qui cõmode potest, tenetur eis seruire, seu prouidere. Et maximè Prælati tenentur de hoc esse soliciti, tum ratione Prælationis, tum ex alio præcepto regulæ eis specialiter iuncto supra 4. cap. *Pro necessitatibus autem infirmorum, &c.* vt supra 4. cap. quæst. 6. habetur: ideò quoad hæc habentur specialiter multa statuta Generalia, & Prouincialia, quod Prælati prouideant de infirmarijs, & alijs necessarijs, pro infirmorum debita cura: & quod sint soliciti, quomodò eis seruitur & prouidetur per infirmarios, &c. sub grauibus pœnis, videatur in statutis Generalibus, & Prouincialibus, & quidem impiè facerent Prælati, & alij fratres contra ius diuinum, & naturale, & contra regulam multipliciter peccarent Prælati, & alij fratres circa hoc negligentes notabiliter, vt dictum est. Sed an fratres possint esse medici, chirurgi, aut minutores nostrorũ confratrum infirmorũ, videatur in compendio, tit. *Infirmi fratres*, & ibi quoad infirmos habentur multæ concessiones.

Ex vi regulæ tenemur fratres nostros infirmos curare, & eis charitatiuè inseruire.

Sequitur in regula, *Sicut vellent sibi seruiri.* Vbi notandum, quòd quamuis ex regula sit specialiter obligatorium nobis seruire fratribus infirmis, vt dictum est, non tamen videtur esse etiam specialiter obligatorium ex vi regulæ, quòd tali modo eis seruiamus, sicut vellemus in simili necessitate nobis ab alijs seruiri, sed solùm ex iure diuino, seu naturali manet obligatoriũ, quòd scilicet tali modo eis seruiamus, sicut nobis vellemus rationabiliter in simili infirmitate, seu necessitate fieri, iuxta illud, *Quod tibi vis fieri, alteri fac*: & illud, *Diliges proximum tuum, sicut teipsum, &c.* Et ratio huius est, quia Clem. V. vbi supra explicando obligatoria ex vi regulæ, solùm explicauit esse obligatorium, hoc *(Si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire)* non addidit, sicut vellent sibi seruiri. Et sic videtur aliquibus, quòd ex vi regulæ sit solùm admonitio

Seruire infirmis, sicut nos vellemus nobis meritò ipsis seruiri, est obligatorium non solũ iure diuino, sed etiam ex vi regulæ.

hoc,quod dicitur(*Sicut vellent sib. seruire*) quamuis ex iure diuino,vel naturali hi alij obligatorium sit ceteris in rigore iuris esse seruiendum,tamen si videntur posse dici, tamen scripsi exercerem, quòd sit obligatorium ex vi regiæ.licet Clem.V. non explicauerit causa breuitatis.Neque enim omnes conditiones obligantes explicauit ibidem omnium illorum quæ supponuntur, vt supra 3.cap quæst.1.& 2.dictum est. ergo dicamus quod est obligatorium seruire infirmis,sicut nos vellemus rationabiliter nobis in tali necessitate seruiri & sic tenuet Specul.lib.3.& communiter exposi.6.c.Ideò non solum contra ius diuinum,sed & contra hoc præceptum regiæ ageret,qui seruiret quidem infirmis,sed defectuose valde notabiliter.

Nota. Notandum tamen secundum Hug.6.car.quòd fratres debẽt alter alteri seruire,sicut pro indigentia necessitatis, ægritudinis,vel personæ,rationabiliter vellent sibi seruiri. Infirmus autem,si pauper est voluntarius,petiet non quæ diuites, sed quę pauperes infirmos decent.Nam pauperis est modicis esse contentum,& in necessarijs sæpe deficere,defectumque æquanimiter tolerare:grandium autem est grandia quærere,& nullium in votis æquanimiter ferre defectum.Hæc ille. Neque enim, vt benè ait Ioann.Philipp. more reddituariorum pessimus communiter prouideri:& ad hoc facit,quod infra 10. cap. dicitur,quòd *debemus habere patientiam in infirmitate.*

DE POENITENTIA FRATRIbus peccantibus imponenda.

CAPVT SEPTIMVM.



I qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatũ fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos Ministros Prouinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, quàm citius poterunt sine mora. Ipsi verò Ministri, si presbyteri sunt, cum misericordia iniũgant illis pœnitentiã. Si verò presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cauere debent, ne irascantur, & cõturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & cõturbatio, in se, & in alijs impediunt charitatem.

Caput septimum.

GLOSSA.

NOtandum, quòd in hoc 7. cap. agitur de absolutione, & remedio peccatorũ sacramentaliter confessorum (modò sint publica peccata, modò secreta: & modò ipsa pœnitentia pro ipsis peccatis imponenda sit publice, modò secrete secundũ peccati qualitatem, vt latiùs in q. 1. dicetur) Nam de visitationibus, & correctionibus in foro exteriori iudiciali infra 10. cap. agetur, quamuis super eòdem peccato vtrumque forum, scilicet sacramentale, & iudiciale, & vterque modus pœnitentiæ concurrere posset aliquando. Et in hoc cap. solũ est vnum obligatoriũ ex vi regulæ ibi (*Si qui fratrum instigante inimico, &c.*) *vsque eo, sine mora*, vt patet in q. 1. Et quoad Prælatos habentes clauem absolutionis reliqua ponuntur ex vi regulæ, vt consilia & monitiones, præter illud, quod dicitur, *Iniungi faciant per alios sacerdotes*, quia videtur obligatorium ipsis ex vi regulæ, ne scilicet alijs sacerdotibus extra ordinem possint committere hanc authoritatem absoluendi de reseruatis, vt patebit infra quæst. 3. Ideò ad maiorem declarationem ponuntur quinque quæstiones, quæ subsequuntur.

In hoc capite solùm est vnum obligatoriũ ex vi regulæ de recurrendo ad ministros.

QVÆSTIO I.

Quæritur, an de omnibus reseruatis peccatis teneantur fratres Minores ex vi regulæ recurrere ad habentem clauem absolutionis, & quomodò sit ad eum recurrendum, pro absolutione?

Prima conclusio. Fratres Minores tenentur

REspondeo per duo puncta, quorum primũ est, Nos fratres Minores tenemur ex vi regulæ specialiter recurrere pro absolutione ab omnibus peccatis mortalibus reseruatis tantùm publicis, ad Ministros nostros, seu ad alios habentes authoritatem, seu clauẽ absolutionis. De occultis autẽ etiam tenemur

recurrere

recurrere pro absolutione, sed non ex vi regulæ directè. Probatur primum, quod scilicet ex vi regulæ obligamur specialiter ad hoc, vbi sic declarauit Clemens V. quod vbicumque in regula ponitur hoc verbum, *Teneantur*, habet vim præcepti, vt patet supra eod. quæst. 1. hic autem dicitur, quod teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, ergo, & in hoc omnes Doctores, & expositores concordant. Quod autem hoc præceptū intelligatur solum de peccatis mortalibus reseruatis, patet, quia regula expressè dicit, *De quibus mortaliter peccauerint* : & quia venialia, nec reseruantur, neque debent reseruari, quamuis forte possint aliqui reseruari, seu etiam præcipi, quod talia quis confiteatur, vt de hoc alibi in materia de confessione latius in 4. tractatur à Doctoribus, ibi videat qui volet: & notandum, quod peccatum mortale non solùm est ratione materiæ, seu ex genere, aut ex obiecto, sed etiam ex circunstantijs secundum communiter Doctores. Quòd hoc præceptum intelligatur de peccatis mortalibus manifestis reseruatis tantum, patet ex declaratione Gregorij IX. & Innocentij III. vbi dicitur, quòd hoc cap. 7. de manifestis tantum, & publicis peccatis intelligitur ex vi regulæ, non autem de occultis, seu priuatis peccatis: & quamuis præfatæ declarationes Gregorij IX. & Innocentij IIII. non valeant quoad modū recurrendi pro absolutione, quia quoad modū talem iam aliter est prouisum, vt patebit infra in 2. puncto: tamen quoad declarandum, quod regula intelligitur de peccatis tantum publicis reseruatis, benè valet, quia quoad hoc nec sunt reuocatæ, neq; est aliter declaratum, vt patet. Item omnes expositores concordant dicētes, quòd hic regula intelligitur, & loquitur solū de recursu administros pro absolutione, & penitentia de peccatis tantū publicis reseruatis: non autem de occultis, vt patet in Banau. 7. c. Hug. Bart. Sis. expos. sanctorum Patrum, & Seren. consc. 9. §. 5. & expos. sine tit. 7. c. Et ratio huius est, quia regula præcipit, quod recurratur, quàm citius potest sine mora: hoc autem vix fieri potest ita celeriter, quin ex hoc detur occasio suspicandi probabiliter, quod talis fratercrimen mortale reseruatū, sicq; esset via reuelandi peccata occulta. Non est autem credendū, quod regula præcipiat id vnde peccata occulta reuelentur, quia contra ius diuinū, seu naturale esset talis coacta reuelatio occultorum (vt etiam habetur in Seren. conscien. q. alphabetica litera 8. secundum Petrum Ioannem) tum quia ex eo; quòd ad Ministros etiam laicos,

ter ex vi regulæ recurrere pro absolutione.

Recursus ad Ministros, de peccatis tantum publicis est intelligendus.

qui tunc in principio ordinis erant, præcipit, quòd talis recursus fiat: ergo non de occulto omnino intelligitur, quia contra secretum confessionis præciperetur, tum quia ex eo, quod regula dicit, *Et cauere debent, ne rasuram, & conturbentur propter peccatum alicuius, &c.* videtur, quòd nõ de secretis peccatis, de quibus in confessione sacramentali non debet esse ira, nec conturbatio, sed de publicis peccatis dignis iracundia, in quibus castigandis solet esse ira, & conturbatio propter scandalum, dictum sit. Sicque non videtur de pœnitentia secreta per solùm sacerdotem confessorem secrete iniungenda, sed potiùs de publica à confessore iuxta taxationem Ministri laici iniungenda intelligi, & agere hic regula, dicens, *Quòd ministri, si presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundũ Deũ, &c.* id est, secundum illam formam, quam ipsi ministri iudicauerint expedientem. Sicque patet, quòd ex vi regulæ agitur de pœnitentia sacramentali, quamuis publica, pro confessis sacramentaliter, & de recursu ad Ministros pro talibus peccatis publicis, pro quibus pœnitentia publica sacramẽtaliter est imponenda, sicut olim solebat imponi secundum ius, vt habetur dist. 50. *cap si quis post remissionem*, & cæteris capitulis sequentibus, vt recitant Gabriel in 4 dist. q. 3. dubio 6. secundum Richardum. nam si de pœnitentia in foro tantum iudiciali hic ageretur, non esset necessarium, vt Ministri laici committerẽt eam sacerdotibus ordinis: ergo loquitur regula hic specialiter de peccatis, pro quibus est recurrendum ad habentem clauem absolutionis sacramentalis, pro quibus est pœnitentia publica imponenda secundum iudicium Ministrorum, vel habentium clauem absolutionis.

Ex vi regulæ non tenemur recurrere ad Ministros pro absolutione peccatorũ, quæ secreta sunt.

Ex dictis patet, quòd ex vi huius præcepti regulæ directè non tenemur recurrere pro absolutione de peccatis reseruatis occultis, dico directè non tenemur ex vi regulæ, pro occultis: nam indirectè fortè etiam tenemur, vt ait Petrus Ioann. & habetur in Seren. conscient. quæst. alphabetica litera S. dicens, quòd hic regula loquendo de acceleratione publicæ pœnitentiæ, per quandam consequentiam videtur innuere consimilem debitam, tamen festinantiam de secreta pœnitentia pro peccatis secretis se velle fieri ad habentem clauem absolutionis sacramentalis de eis. Et concordat expos. sine tit. 7. cap. Sed quia nõ constat, vtrum regula similiter sub præcepto id velit imponere de peccatis occultis, quamuis id velit monendo, aut consu-

lendo:

lendo:quia vt dictum est,non loquitur expressè, nisi de recursu pro peccatis publicis præcipiendo:ideò dixi; *Forte indirectè tenemur*; tamē quomodocumque sit,modò ex regula teneamur indirectè,vel directè, pro occultis recurrere pro absolutione, modo non; hoc tamen est verum, quòd de iure diuino & humano tenemur recurrere debite pro absolutione de peccatis reseruatis occultis ad habentem clauem absolutionis eorum: sicut & pro absolutione de alijs peccatis occultis non reseruatis,tenemur debite recurrere ad habentem clauem absolutionis eorum,& in hoc non est dubium secundum communem,& catholicam doctrinam, vt in quarto sententiarum agitur latiùs,& etiam hoc idem dicunt expositores supradicti, præcipuè Hug.& Bart.Pis.& Seren.conscient.& expos. sanctorū Patrum, vbi supra. Et hæc quoad primum punctum.

Secundum punctum est quoad modum recurrendi pro absolutione:& de hoc dico,quòd est recurrendum ad habentem clauem absolutionis super peccatis publicis reseruatis, quàm citius poterunt sine mora(vt ait regula)id est, quàm citius commode poterunt ordinato,& debito modo, & honestè secūdum formam ordinis. vt ait Hugo 7.cap.& Bonauent.& expos. Gnetit.7.cap. I I enim possumus,quod de iure possumus: & addit Hug.quod potest recurri per se, vel per nuncium, si ex causa rationabili impeditur talis frater à prædicto recursu debite faciendo,pro peccatis publicis reseruatis intellige semper: nam pro peccatis occultis reseruatis non tenetur quis vllo iure cōfiteri per nuncium,vel per literas, seu etiam per interpretem, saltem sacerdoti absenti,& multo minus laico Prælato: immò, & aliqui dicunt esse illicitum,videatur in 4. sententiarum dist. 17.Pro peccatis autem reseruatis occultis (ex quo regula non loquitur de eis obligatorie,vt dictum est) dic,quòd solùm tenemur de præcepto diuino, & Ecclesiastico recurrere pro absolutione ad habentem clauem absolutionis eorum,quando tenemur,aut quando debemus confiteri,aut celebrare, aut Eucharistiam communicare. Ratio, quia non obligamur ea confiteri specialiter alio iure,nisi præcepto diuino, & Ecclesiastico, vt patet,quia nullum aliud statutum id præcipit nobis specialiter, quòd scilicet ea alio tempore,quàm citius poterimus confiteamur:nam quod habetur in 6. cap. constitut. generalium Barchinonens. vbi sic habetur, *Statuimus, quòd si qui fratrum mensalis criminibus (scilicet casibus reseruatis) fuerint irretiti, pro absolutionis*

De præcepto diuino & Ecclesiastico tenemur recurrere pro peccatis secretis ad habentē clauem absolutionis eorū.

solutionis beneficio ad habentem clauem absolutionis recurrere debeat sine mora. Hæc ibi. Patet, quòd non loquitur obligando, neque præcipiendo; sed statuendo: nunc autem statuta illa non obligant ad culpam ex se, nisi alio iure nos obligemur: ergo cùm alias iure diuino, vel Ecclesiastico non obligetur quis ad confitendum statim casus reseruatos secretos, nisi cui, & quãdo obligatur ad confessionem aliorum peccatorum, aut nisi, quando committetur alia peccata, vt sic faciat integram, debitamque confessionem omnium suorum peccatorũ: sequitur, quòd tunc, & non ante tenetur recurrere ad habentem clauem absolutionis eorum, vt dictu est. Et hæc est cõmunis doctrina Theologorum in 4. dist. 17. quamuis Bonauent. & alij dicant specialiter de religiosis, quòd tenentur statim confiteri, quàm citius poterunt sine mora omne peccatum mortale etiam non reseruatum, & adhoc videtur declinare Petrus Ioann. in Seren. conscient. q. alphabetica q. 5. Sed, vt dixi, hoc non tenetur communiter nisi, vt dictum est. Si autem apud aliquos religiosos esset statutum sub præcepto obligans ad statim confitendum reseruata, seu non reseruata, tunc illud esset seruandum: sed *in nostra religione nullum tale obligatorium est pro nunc*, idcò non tenemur ad statim de reseruatis occultis peccatis. Nam de publicis iam supra diximus, ex regula specialiter obligamur statim recurrere ad habentem clauem eorum. Quomodò autem debeat fieri confessio de reseruatis his peccatis occultis specialiter simul cum alijs, an possit aliquando dimidiari confessio relictis istis reseruatis inconfessis vsque ad aliud tempus cum alio confessore habente clauem eorum, & an possit fiater cum cõtritione interim celebrare, vel communicare, an non, videatur latiùs in 4. sentent. dist. 17. & in Sũmistis tit. *Confessio*. Circa hæc enim standum est iuri communi, & dictis Doctorũ cõmuniter. Ideò de his nihil specialius est in ordine nostro necessariò agẽdum: hoc tamen est notandum, quod nullus tenetur, pro absolutione à peccato occulto quocumq; sic recurrere ad aliquem quemcumque, neque tali modo, aut tempore, quod ex hoc probabiliter reueletur suum tale peccatum occultum, aut quando ex hoc alij probabiliter de eo crederẽt tale peccatum, seu aliud graue malum, seu peccatum, aut quando ex hoc aliter probabiliter imminet scandalum spirituale, seu temporale malũ grande, aut quando probabiliter timeretur reuelatio confessionis. Quæ quidem reuelatio non est facile de aliquo præsumenda,

nisi

nisi ex coniecturis valde probabilibus habeatur talis credulitas: & semper dico probabiliter, quia non sufficit suspicio, aut dubium de his, sed requiritur vera, & magna probabilitas, seu verisimilitudo, non ficta de prædictis, vt quis exculetur: de his latius habetur apud Doctores vbi supra; ibi videatur.

Ex dictis patet, quòd iam non valet modus ille recurrendi, pro absolutione reseruatorum occultorum, quem D. Gregor. IX. instituerat in sua declaratione, dicens, *Volumus, vt Generalis Minister constitui faciat tot confessores per prouincias, quot cum Ministris viderint expedire, de maturioribus, & discretioribus sacerdotibus, qui super priuatis (scilicet occultis casibus reseruatis) audiant pœnitentes, nisi ipsi fratres Ministris, aut Custodibus suis ad eorum loca declinantibus maluerint confiteri.* Hæc ille. Hæc, inquàm dispositio iam non valet, quia in constitutionibus Barchinon. habetur aliter ordinatum, quòd scilicet ad habentem claue absolutionis recurratur sine mora, vt commodè potuerint fratres, nõ expectando aduentum Ministrorum, aut Custodum, aut aliorum superiorum: sed vt iam dictum est. Et sic tenet Specul. fiff. 2. & 3. vt supra in introductione q. 6. dictum est. Nota.

QVÆSTIO II.

Quæritur, qui sunt, qui possunt reseruare casus & quales? Et qui possunt absoluere, & absolui per quem à talibus reseruatis, & à censuris Ecclesiasticis?

Prima conclusio. Capitulum Generale, & Prouinciale, possũt reseruare casus quos voluerint, tam publice, quã secrete commissos.

REspondeo per tria puncta, quorum primum est, Capitulũ Generale, & Prouinciale potest, Generale quidẽ Generali ter pro toto ordine, Prouinciale autẽ, pro sua tantũ prouincia reseruare casus quos voluerit, tã publice, quã in secreto cõmissos: vt non nisi per Generalem, vel Prouincialẽ, seu per alios Prælatos, aut fratres possint taliter peccantes publice, vel occulte absolui. Ratio, quia cùm per regulam nulla exceptio fiat, sed generaliter dicatur (*De quibus ordinatum fuerit inter fratres*) ergo

ergo relinquitur potestas reseruandi casus prædictos Capitulo Generali,& Prouinciali,vt dictum est: & hoc tam quoad numerum,quàm quoad qualitatem peccatorum reseruandorum, scilicet quoad publica,vel occulta, & quia potestas reseruandi casus,sicut est in alijs religionibus,ita & in nostra: & hoc expressè dicunt Hugo,& Bartholo. Pisanus, & expositor sine titulo cap.7.& habetur in Seren.conscient.quæst.85.& quæst. alphabetica litera S.Immò & Alexander VI.in priuilegio *Intelleximus*,digesto tertio concessit & decreuit, quòd omnes Prælati nostri etiam Guardiani possunt reseruare sibi casus de peccatis occultis suorum subditorum:ita quòd post prædictam reseruationem nullus inferior eis absoluere possit de prædictis,& si attentatur absoluere,talis absolutio est nulla,& absoluens incidit in pœnam absoluentium à casibus non concessis.Sed postea in Capitulo Generali Assisij anno Domini 1526. celebrato,habetur sic,*Ordinatur & mandatur authoritate Apostolica & totius Capituli Generalis,quòd nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquem, sed solus Minister Prouincialis id poterit.* Hæc ibi.

NullusGuardianus habet facultatem reseruãdi sibi casus.

Secunda cõclusio. Absolutio à reseruatis collata per non habentẽ authoritatẽ, & iurisdictionem, est nulla.

Secundum punctum est,qui possunt absoluere, & absolui per quem a casibus reseruatis.Et dico primò,quòd non potest quis absoluere,nisi habeat authoritatem,seu commissionem,seu clauem absolutionis à prædictis,sicut neque de alijs non reseruatis potest quis absoluere,nisi habeat clauem, seu vsum clauium absolutionis ipsorum super talem subditum, & super talia peccata,neque per alium potest quis absolui,vt est communis doctrina Doctorum in 4.sententiarum:alias absolutio est irrita, & inanis, & nulla, vt multi Pontifices declararũt,vt Innoc.VIII. & Alexan.VI.vbi supra,& Leo X.in priuileg. *Multa accepimus, ffff.* 124.& multi alij,vt facile est videre in compendio, titulo *Absolutio*,per omnes fere §.ibi videatur, vt oportet. Item sic est declaratum in Capitulo Generali Burdegalens. anno Domini 1520.celebrato, sub grauibus pœnis in contra facientes, seu affirmantes,quòd potest aliter fieri:& iterum in Capitulo Generali Carpensi,anno Domini 1521.celebrato, vt ponuntur intra quæst.4.& tandem in Capitulo Generali Assisij,anno Domini 1526.celebrato sic habetur,*Declaratur iuxta determinationes Summorum Pontificum,quòd fratres confitentes peccata reseruata eis, qui absoluendi non habent potestatem, seu authoritatem, etsi formam absolutionis recipiant,nullo tamen pacto remanent absoluti.* Hæc ibi.

Hæc veritas vltimo determinata est in Cõcilio Trid. sess.14.c.7.

Secundum dico,quòd quamuis dicat Hug 7. c. quòd quando aliqua

aliqua peccata publica reseruentur per Capitularia Generalia, vel Prouinciales, Ministris Prouincialibus et tam, quæ occulta Custodes absoluere possint peccata, quando fuerint occulta: similiter & alij fratres possint absoluere de prædictis occultis, nisi specialiter prohibeantur per ipsos Magistros: quia si non reseruantur Ministris, quando sunt publica, non autem quando occulta. Hæc igitur dictum Hugonis, quamuis de se sit verum, tamen quia iam in ordine statutum, & declaratum est oppositum, ideo non est citandum generaliter & communiter, nisi specialiter constaret, quòd solum publica reseruãtur. Nam in ordine iam hoc habetur in practica, quòd scilicet tam publica, quàm occulta peccata intelliguntur Ministris reseruata, nisi aliud, vt dictum est, exprimatur, seu constet aliquando. Ideò, nec de publicis, neque de occultis reseruatis possunt Custodes, neque alij fratres absoluere, nisi ad hoc habeant de Ministris, seu Capitulo Prouinciali authoritatem, seu commissionem: & hoc habetur expressè in constitutionibus generalibus Barchinon. 6. cap. vbi sic habetur, *Item Custodes non possint absoluere à prædictis (scilicet reseruatis Ministro Prouinciali) etiam in priuato commissos, nisi per Ministrum Prouincialem specialiter committatur eisdem* Hactenus. Ergo.

Nullus frater de reseruatis publicis, aut occultis potest absoluere, nisi ex facultate sibi à Ministris subdelegata.

Tertiò dico secundum Hug. 7. cap. quòd quamuis de reseruatis nullus possit absoluere, nisi de Ministri Prouincialis, cui reseruantur peccata, licentia, vel authoritate, seu commissione, vt dictum est; tamen non est bonum, neque expediens negare, seu restringere talem potestatem absoluendi de reseruatis occultis, Custodibus & Guardianis, vel aliquibus alijs fratribus, quia talis restrictio esset causa, quòd subditi manerẽt in suis peccatis multo tempore, timentes ea confiteri Ministris: vel saltẽ esset occasio, quòd subditi ad eos recurrentes se aliquo modo reuelarent, vel diffamarent, sicque talis clauis potius esset ad claudendum, quàm ad aperiendum cœlum. Ideò expedit, quòd cõmittant hanc suam authoritatem de reseruatis occultis, Custodibus, Guardianis, vel etiam fratribus, vt viderint expedire, & sic voluit Gregor. IX. in sua declaratione, quòd fieret, quòd scilicet Ministri committerent suam authoritatem alijs supra peccatis reseruatis occultis: Sic etiam nunc iam est in ordine consuetum, pòt committant eam Custodibus & Guardianis, vt proximè dicetur. Nam de peccatis reseruatis publicis constat etiam, quòd possunt Ministri sacerdotes quales regulariter

Non debent Ministros Prouinciales suam authoritatem absoluẽdi à reseruatis restringere, neque alijs tribuere.

iam debent eſſe, ſeu laici, quales aliquando fuerunt in principio ordinis, vbi erat raritas ſacerdotum, vt ait Bonauent. committere ſuam authoritatem alijs, vt Gregor. IX. & Innocent. IIII. in ſuis declarationibus, & omnes Doctores in ſuis expoſitionibus dicunt.

Quartò dico, quod iam generaliter in toto ordine prouiſum eſt circa hoc, quòd proxime dictũ eſt. Nã in tab. 20. Vicarij Generalis in Capitulo Generali Albun. anno Dñi 1530. celebrato, habetur ſic inſtitutũ, *Quòd ſcilicet vniuerſi cõfeſſores monialiũ noſtræ familiæ obſeruantiæ habeant præſenti decreto ſemper actiue authoritatem Prælatorum ſuper moniales in foro conſcientiæ, quoad cauſas & ſententias, habeant ſimiliter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in eorum abſentia.* Hæc ibi. Et hoc eſt amplius declaratum in ſubſequenti tabul. 21. Vicarij Generalis Lauali. anno Domini 1505. vbi ſic habetur, *Declaratur, quòd illa clauſula in tabul. Capituli Generalis Albienſ. inſerta, ſcilicet, quòd Guardiani, & eorum Vicarij habeant authoritatem Prælatorum in foro conſcientiæ, &c. ſic debet intelligi, quòd videlicet authoritas per patrem Prouincialem conceſſa Guardianis remaneat ſemper penes eorum Vicarios, ſeu Vicarios Vicariorum ipſis Guardianis ſuum conuentũ pro ſuis negotijs exeũtibus.* Hæc ibi.

In abſentia Guardianorum habent eorum Vicarij eandem facultatem abſoluẽdi à reſeruatis, quæ ipſis Guardianis in literis Guardianatus concediꝛtur.

Super quo notandum primò, quòd iam communiter in literis Guardianatus ponitur prædicta commiſsio, ſeu authoritas conceſſa Guardianis per Prouinciales. Ideò ibi videatur, quid eis committitur ex vi ſui officij Guardianatus, & quomodò? Quia nihil aliud, neque aliomodò poſſunt ex vi ſui officij, niſi quid, & quomodò eis ſic in literis Guardianatus committitur ſuper caſibus reſeruatis, & alijs pertinentibus ad officium Miniſtri Prouincialis. *Dico ex vi ſui officij Guardianatus nihil aliud poſſunt, &c.* quia tanquàm perſonæ particulari poteſt eis aliud, ſeu aliter committi particulariter à prædictis Miniſtris, tamen ex vi Guardianatus nihil alud habent communiter Guardiani, quàm in eorum literis habetur, vt dictum eſt. Et hoc ſcire eſt neceſſarium, vt ſciant Vicarij eorum, quid ipſi poſſunt in abſentia ſuorum Guardianorum: quia nihil aliud, nec aliter, niſi quid & quomodò ſuis Guardianis ex vi officij Guardianatus per Miniſtrum Prouincialem commiſſum eſt, vt in literis Guardianatus communiter ſolet haberi.

Secundô notandũ, quòd vt patet ex dictis in tab. 20. Vicarij Generalis committitur Guardianis ex vi ſui officij poteſtas Prouin-

Prouincialium super reseruatis,& alijs,hoc solùm actiuè,vt ipsi absoluant alios subditos suos,seu vt dispensent, vel vt dent licentiam illis ad aliqua ibi contenta in literis Guardianatus. Nō autem passiuè,id est,non vt ipsi Guardiani absolui possint,aut dispensari,&c. Ideò,si volunt habere authoritatem passiuè pro se,vt ipsi etiam possint absolui,oportet,quòd particulariter ipsis,vt personis particularibus concedatur. Et quamuis ipsi Guardiani habeant hanc authoritatem passiuè sibi concessam, eorū tamen Vicarij non habent,nisi solū actiuè in absentia Guardianorum:quia ex vi officio Guardianatus solū conceditur eis actiuè,vt dictum est,& eorum Vicarij solùm habent, quòd eorum Guardianis ex officij Guardianatus concessum est, & quomodò concessum est scilicet actiuè tantum:Prouinciæ autē possūt in suis capitulis statuere,quòd etiam passiue cōmittatur prædicta authoritas Guardianis tantum,non autem eorum Vicarijs, vt videtur consuetum in prouincia Castellæ.

Vicarij in absentia Guardianorum non habent authoritatem passiuam sibi, sed actiuam erga alios.

Tertiò notandum,quòd Guardiani, & multò minus eorum Vicarij prædictam authoritatem ipsis ex vi sui officij cōmissam per Ministros Prouinciales non possunt committere alijs fratribus,vt absoluant,vel dispensent,&c. nisi eis specialiter concedatur. Ratio,quia commissarius particularis non potest alijs committere secundum ius, vt potest videri apud Summistas, tit. *Confessio*,tit. *Vicarius*,tit. *Commissarius*,tit. *Delegatus*: quòd si eis conceditur,quòd possint committere, possunt & similiter eorum Vicarij committere alijs,sicut & sui Guardiani: & hoc si ipsis Guardianis prædicta authoritas committēdi alijs erat cōcessa,etiam ex vi sui officij Guardianatus. Nam si solū particulariter,vt personæ particulari est eis concessum, quòd possint alijs committere,tunc licèt ipsi Guardiani possint cōmittere,nō tamen eorū Vicarij:quia solū possunt Vicarij in absentia Guardianorum, quid & quomodò suis Guardianis ex vi Guardianatus concessum est,vt patet ex dictis. Nunc autem communiter cōceditur Guardianis ex vi sui officij authoritas Ministri Prouincialis actiuè,& aliquando passiuè,sed cū potestate etiam cōmittendi alijs actiuè,vt patet in literis Guardianatus,& ideò eodem modo possunt eorum Vicarij cōmittere alijs. Sed credo, quòd virtute præfatæ commissionis non potest Guardianus, & multo minus eius Vicarius committere Generaliter alicui subdito vel subditis suis prædictam authoritatē, vt possint absoluere, seu etiam absolui quotiescumq;, & quomodocumq;, seu

Licèt Guardiani habeant à Prouincialibus authoritatē actiuam, & passiuā cōcessam, ipsi tamen eam gene-

generaliter subditis cõcedere non possunt, sed solùm in particularibus occurrentibus: seu quecumque, etiam subdito suo, sed solùm in particularibus occurrentibus possunt id committere alicui, vel aliquibus, & non etiam omnibus suis subditis, vt pro hac vice, seu pro tali vice absoluant, & absoluantur a reseruatis sibi cõcessis. Et ratio est, quia commissarius particularis habens facultatem committendi solùm potest in casu particulari, & nõ vniuersaliter pro quocumque, & ad quemcumque committere, quia talis est intẽtio Ministri Prouincialis concedentis, seu committentis, vltra quam se non potest extendere Guardianus, seu eius commissarius quicumque ab eo habens facultatem committendi.

videatur Nauarr. in Manuali c. 27. num. 45. & Man Rodr. tom 1. qq. regul. q. 27. ar 9.

Quintò dico (vt habetur in constitut. Barchinonen. 6. can. & Seren. conscien. q. 86.) quòd si Minister Prouincialis committat alicui subditorum authoritatem super casibus sibi reseruatis, si contingat talem Ministrum Prouincialem mori, vel ab officio amoueri, talis commissio penes illum, cui facta fuerat, remanet, donec Minister Prouincialis in prouincia habetur.

Qui habet authoritatẽ à Prouincia li ipso suspensi, vel morientis fruitur ea, vsq; ad alterius electionem.

Tertium punctum, quoad prædicta dubitatur primo, vtrùm à Ministri Prouinciales, Custodes, & Guardiani, & eorum Vicarij possint absoluere de peccatis reseruatis interemptos, fugatos, vel administrationũ fratres hospites, sicut possunt eos fratres subditos? Respondeo, quòd hoc pendet ex iure communi, à quo non est expressum Prælato, seu sacerdote possint absoluere violatores, peregrini, & vagabundi, habentes, seu non habentes domicilium, seu habitationem alicubi determinatam, vt communiter Doctores in 4. dist. 17. & Summistæ præsertim summ. Ang. tit. *Confessio* 5. §. 11. & *confessio* 5 §. 12. & Sylvest. *Confessor* 1 q. 10 q. vbi duæ principales opiniones recitantur. Sed ad præsentem non fundamus quendo, & attendendo statuta, & consueta singulorum ordinis, & ex omnibus illis opinionibus sumendo, quæ communius, & melius videtur, saluo meliori iudicio, dicemus; quod

Prælati possunt fratres hospites in suis prouincijs, & administrationibus à reseruatis absoluere.

præfati Prælati, & superiores bene possunt absoluere reseruatis, sicut & possunt de non reseruatis absoluere. & dare licentiam absoluendi fratres hospites intra terminos suarum administrationum, sicut possunt cum suis subditis facere. Et hoc maximè, quando tales hospites ibi debent communicare, celebrare, seu confiteri secundum ordinis statuta, seu consueta limitationibus non videtur dubitandum de hoc, & magis videntur

dentur concordare Doctores Veruer. & Rodo. & Archid. Pa-no. Pala. in 4. dist. 17. q. 3. artic. 3. concl. 4. & Summistæ vbi supra, quia & ex quo intra terminos ad ministrationū tales hospites subjiciuntur Prælatis pro tunc, & se debent cum alijs conformare, videtur ergo, quòd subijciuntur quoad forum confessionis pro tunc, vt sic licite possint facere omnia, quæ viro religioso decent, qualis est debita confessio, & per consequens absolutio peccatorū, sicut alij fratres subditi ibi possūt cōiteri & absolui quo ad Prælati religionis sic volunt: quia & aliquarum Prouinciarum consuetudines sic habent.

Sed notandum quòd territorum Guardianorum quoad hoc maximè quoad hospites est solū suus contractus, vt ait Summa. Angel. *de excommunicatio*, §. 15. Ideò extra conuentum suum dubium est secundum tuam. Rosan possit absoluere fratres hospites Guardianus, seu eius Vicarius, saltem de casibus reseruatis. Sed salvo meliori iudicio videtur, quôd sicut tota prouincia est territorium Ministri Prouincialis, ita & tota Guardiania sit Guardianorum, maximè quando sine præiudicio diœcesanorū, vel curatorum agitur, & constitutio generalis videtur ad hoc, & ordinis consuetudo, vt innuitur in sum. Ang. vt supra, & tit. *Sententia* §. 6. Sylues. tit. *Excommunicatio cap. 2. q. 5. & tit. pœna q. 11.* Ministri autem habent pro territorio totam Prouinciam, & Custodes totam Custodiam. Sed quia hæc omnia pendent ex voluntate superiorum statuentiū & ex consuetudine, ideo securius esset, vt hoc declararetur in Capitulo Generali, sicut in prouincia Castellæ, pro ipsa prouincia est declaratū & statutum, vt supra dictum est, sine vlla limitatione, quòd hospitēs possint absolui à Guardianis, sicut & alij Guardianorū subditi, & hoc esset melius ad tollenda dubia, & scrupulos, & alia pericula. & non sic pro toto ordine est statutum in Capitulo Generali Assisij anno Domini 1525 licèt nō sit positū in tab. ipsius Capitu. & ea, quæ dictantur, intelligitur de peccatis reseruatis Ministris Prouincialibus. Nā de excommunicationibus, & alijs censuris videtur quod hospites possint absolui, & dispēsari à Ministro Prouinciali & eorū Vicarijs, seu cōmissarijs & Custodibus, sicut & in Custodijs possunt, secundū priuilegia multa: vt habetur in cōpendio tit. *absolutio* §. 7 & *excommunicatio*. Sed an Guardianis interpositis possint eos absoluere à prædictis cēsuris, dubiū est, & credo, quod ex cōmunicationem priuilegiorū fratrū prædicatorū, prout possunt, iuxta videatur in cōpendio, vbi supra

Guardiani in loco dispensationis Ministri Prouincialis possunt absoluere hospites suos à censuris, & casibus reseruatis sibi à Iure, seu Prælato superiori, sunt hospites absoluere à reseruatis, & à censuris Ecclesiasticis.

& alibi secundum subiectam materiam, quia ibi latiùs de his.

Dubium secundum.

Secundò dubitatur, an ipsi Prælati possint absolui à peccatis reseruatis etiam à cẽsuris, sicut ipsi possunt facere cum suis subditis? Respondeo de Ministris Prouincialibus, constat, quòd à peccatis possunt absolui ex vi sui officij, à censuris autem possunt similiter ex priuilegio, vt habetur in cõpendio vbi supra. Vicarij autem Prouinciales, seu Commissarij Prouinciales generaliter deputati habentes vicem Ministrorũ in omnibus similiter possunt. Custodes verò similiter possunt à censuris absolui, & dispẽsari virtute priuilegiorum, vt patet in cõpendio vbi supra: sed à peccatis reseruatis non possunt absolui, nisi eis per Ministrum Generalem, vel Prouincialẽ concedatur, quia super hoc non habent priuilegium aliquod, & per statuta ordinis generalia hoc omnibus inferioribus Ministro Prouinciali prohibetur, vt patet in cõstitutionibus generalibus Barchinon. Guardiani autem iam dictum est supra in 2. puncto, quòd non possunt absolui à peccatis prædictis reseruatis sine licentia Ministri Prouincialis. A censuris autem dic, quòd si ipsis communicatur priuilegium fratrum prædicatorum, quòd sicut Ministri, ita & Guardiani possunt absolui, & dispensari: si autem non communicatur, dic, quòd non possunt. Sed an eis communicetur præfatũ priuilegiũ, an non, credo, quòd sic stando in rigore: quamuis collector cõpendij, tit. *Absolutio ordinaria quoad fratres* §. 7. attendens, quòd non vtebantur Guardiani præfato priuilegio, dixerit aliqualiter oppositũ, quòd scilicet nõ cõmunicatur eis prædictũ priuilegiũ, quãdo à superioribus eis hoc prohibetur. Sed de his in nostris annotationibus super compendium latiùs dicetur secundum subiectam materiam, ibi videatur.

QVÆSTIO III.

Quæritur, an per alios à prædictis Prælatis, & commissarijs eorum, possint fratres Minores absolui, & dispensari à peccatis reseruatis, & nõ reseruatis, & à censuris intra, vel extra ordinẽ etiã virtute bullarũ, seu priuilegiorum aliquorum, & quomodò?

Respon-

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Generaliter & vniuersaliter, seu regulariter loquendo, sine bulla, seu priuilegio speciali, dico, quod nullus frater Minor de obseruantia potest intra, vel extra ordinem confiteri, neque absolui, nec dispensari à peccatis non reseruatis, vel reseruatis, vel à censuris, nisi per prædictos Prælatos, vel eorum Vicarios seu Commissarios eorum, aut nisi de licentia ipsorum, & hoc intra ordinem, seu per sacerdotes ordinis dumtaxat. Particulæ singulæ huius primi puncti simul declarantur, & probantur. Dicitur primo, quòd generaliter & regulariter loquendo sine bulla, aut priuilegio speciali hic nunc agimus. Nam in sequenti tractabimus, num virtute bullæ, seu cuiuscunque priuilegij id possit fieri. Dicitur secundo, quòd nullus frater Minor potest intra & multo minus extra ordinem absolui, nec dispensari à quibuscunque peccatis reseruatis, vel non reseruatis, vel à censuris, nisi per prædictos Prælatos, vel eorum Vicarios, seu Cõmissarios, vel nisi de licentia ipsorũ, vt in q. præcedẽti dictũ est. Et ratio est, quia absolutio seu dispẽsatio facta à nõ suo iudice est nulla. Ergo cum omnes aliqua prædictis non sint sacerdotes proprij, neque iudices fratrum: sequitur, quòd eorum sententia & absolutio est nulla. Et hoc idem est declaratum statutum, & prohibitum per multos summos Pontifices, vt patet in compendio, tit. *Absolutio, excommunicatio, dispensatio, &c.* Ibi videatur, & in constitutionibus generalibus ordinis idem habetur quoad peccata, & omnes communiter expositores, vt Hug. & Barthol. Pis. 7. cap. & alij expresse idem dicunt, quoad peccata reseruata, & quoad peccata non reseruata, & est communis doctrina Doctorum vtriusque iuris, vt etiam patet in Summistis, tit. *Confessio excommunicatio, dispensatio, &c.* secundũ subiectum materiam. Dicitur tertiò, & hoc intra ordinem, seu per sacerdotes ordinis dumtaxat, quia Ministri non possunt licentiam dare absoluẽdi de casibus sibi reseruatis extra ordinẽ, seu per sacerdotes, qui non sint de ordine nostro, sed per sacerdotes tantũ ordinis nostri, vt ait Hug Bart. Pis. Neq; possumus absolui per sacerdotes, qui non sint de nostro ordine etiam cũ licentia ipsorum Ministrorum á prædictis casibus reseruatis ex vi regulæ, vt supra q. 1. dictum est. Et cum prædictis concordat Speculum lib. 16. & ratio eorũ est, quia regula solũ concedit, quòd per alios sacerdotes ordinis Ministri possint imponere pœnitentiam, seu hoc facere, ibi, *Si verò Ministri presbyteri non sint,*

Prima cõclusio.

Nullus frater Minor intra, vel extra ordinem potest confiteri, neque absolui, nec dispensari à peccatis non reseruatis, vel reseruatis, vel à censuris, nisi per prædictos Prælatos, vel eorum Vicarios seu Commissarios eorum, aut nisi de licentia ipsorum, & hoc intra ordinem, seu per sacerdotes ordinis dumtaxat.

Particulæ singulæ huius primi puncti simul declarantur, & probantur

Dicitur primo, quòd generaliter & regulariter loquendo sine bulla, aut priuilegio speciali hic nunc agimus.

Dicitur secundo, quòd nullus frater Minor potest intra & multo minus extra ordinem absolui, nec dispensari à quibuscunque peccatis reseruatis, vel non reseruatis, vel à censuris, nisi per prædictos Prælatos, vel eorum Vicarios, seu Cõmissarios, vel nisi de licẽtia ipsorũ, vt in q. præcedẽti dictũ est.

Ita docuit Concilium Triden. sess. 14. c. 7. & latè probat Suarez 3 p. tom. 4. disp. 26. num. 12. & disp. 28. sect. 4.

Ministri nõ possunt facere facultatẽ absoluẽdi à peccatis sibi reseruatis, sacerdotib⁹ qui non sunt de ordine nostro.

ini regi faciant per alios ſacerdotes ordini, &c. Sed certè hæc eorum ratio non videtur aperte ſuam intentum probare tum quia non videtur, quòd hæc regula obligatoriè hoc prohibeat ipſis Miniſtris, ſed ſolummodò ait, aut dicit, quid faciendum &

† *Clemens quomodò*, ſcilicet per alios ſacerdotes ordinis, quando ipſi Mi-
III. ibi- niſtri erant laici in primitivo tempore ordinis ſecundum Bo-
bet Pala- nauent. propter raritatem ſacerdotum. Sicque de Miniſtris ſa-
& facerdo cerdotibus non loquitur, neque eis prohibet hoc regula. Im-
tibus alte mò, ſi de omnibus Miniſtris loqueretur, non videtur loqui
ris ordi- obligatoriè, vt dictum eſt, quia nec Clemens V. hoc compu-
nis, nec eos tauit inter obligatoria, ſed ſolum computauit inter obligato-
ſe ſponſus fra ria illud dictum, *Si quis fratrum inſtigante inimico mortaliter peccatum ſuum poenituerit &c. ad te, vel ad eos, quàm citius poterunt ſine mora*. Item omnes
rum inuen ſuos præſati expoſitores indifferenter dicunt, quòd peccata reſer
torum ſuper uata Miniſtris, modò ſint publica, modò non, quòd non poſ-
rioribus ſa ſunt committi alijs ſacerdotibus extra ordinem: quia regula
dire præſu hoc eis prohibet, conſtat autem, quòd regula ſolùm loquitur
mant, & de publicis, vt ſupra quæ dictum eſt. † Igitur non videntur eo-
Bonifacius rum dicta omnino cohærere. Igitur alterum de duobus dicen-
VIII. diſ- dum videtur, ſaluo meliori iudicio, ſcilicet, quòd ex vi regulæ
tinctè præ- non prohibentur Miniſtri cõmittere poteſtatem abſoluẽdi de
cipit eſſem ſibi reſeruatis peccatis, ſaltem occultis, alijs ſacerdotibus ex-
fratribꝰ, ne tra ordinem, ſed ſolum prohibitum eſt eis hoc ex Papalibus
extra ordi- prohibitionibus generaliter prohibentibus, ne extra ordinem
nem confi- confiteri poſſimus, & etiam ex conſtitutione Capitulorum Ge
teantur, ne- neralium, ſeu ex conſuetudine habente vim legis: & ſimiliter
que alijs ſa- eodem iure prohibitũ eſt ſubditis abſolui de prædictis per alios
cerdotibus extra ordinem, ita quòd abſolutio erit nulla, ſi attentetur, vel
intra ordi- ſaltem propter reuerentiam prædictorum Doctorũ communi
nem præter ter id dicentium, eſt dicẽdum, quòd quamuis apertè non cõſtet
quàm habẽ- de hoc, vt ſupra argutum eſt, tamẽ ita eſt, quòd ſcilicet ex vi re-
tibus facul gulæ prohibitũ eſt Miniſtris quibuſcumque cõmittere aliqui-
tatẽ a Pra- bus extra ordinem poteſtatem abſoluendi de ſibi reſeruatis pu
latis, vt ha- blicis vel occultis, quodq; fratres nõ poſſunt extra ordinem ab-
betur in cõ ſolui, etiam de licentia Miniſtrorum, niſi in articulo mortis de-
publio ver- ficientibus ſacerdotibus noſtri ordinis, quia tunc poſſent etiam
bis confeſsio ſine licentia Miniſtrorum per alios ſacerdotes abſolui à pecca-
num. 1. quo tis reſeruatis, & alijs quibuſcumq; peccatis, ſine obligatione ite
non obſtanti rum ea reconfitendi alicui alteri, vt eſt cõmunis regula Docto-
Leo rũ, excepto ergo caſu mortis, verè vel probabiliter imminẽtis,

vt

vt dictum est, non possunt absolui fratres extra ordinē de prædictis peccatis reseruatis etiam de licentia Ministrorum, quia multæ sunt ex vi regulæ, seu multæ conditiones & circumstantiæ obligantes ex vi regulæ, quæ tamen non sunt omnino satis explicitè computatæ inter obligatoria regulæ per dominum Clem. V. vt patet supra cap. 3. q. 2 & cap. 6. q. 19. & sic possumus dicere, quòd similiter est hic, quodque breuiter tangendo, quod in principio huius can. 7. tāquam obligatorium dominus Clemens V. intellexit prohibitum omne aliud, quod ibidem secundum communiter expositores, tanquàm prohibitum ex regula communiter intelligebatur, vt in locis supra allegatis dictum est. Quòd si hoc non placet, eligat vnusquisque, quod sibi melius & rectius videtur posse dici.

Vel dic, quod ex quo directè prohibetur per Bonifac. III. vt habetur 6. cap. constitutionum generalium Barchinon. vbi sic habetur. *Inhibemus vniuersis fratribus vestri ordinis, ne aliquis eorum, nisi in necessitatis articulo, aliis quàm Prælatis suis peccata sua confiteri præsumat, vel alijs sacerdotibus eiusdem ordinis secundum regulam & ipsius ordinis statuta.* Hæc ibi. Ex quo videtur, quòd saltem indirectè ex regula est prohibitum nobis, & ex consequenti ipsis Ministris committere authoritatem absoluēdi alijs extra ordinem, quia dicit Papa ibidem (*Vel alijs sacerdotibus ordinis secundum regulam*) ergo meliori iudicio semper reiiciatur, quid sit de hoc tenendum, quousque clarius constet & notetur, quod hic locutus sum de reseruatis peccatis, non de cæteris. De cæteris enim non est prohibitum Ministris committere alijs extra ordinem potestatem absoluendi & dispensandi, vt patet. Ideo quando expediret, possent committere extra ordinem, & similiter nos de eorum hæresi possemus absoluere & dispensare per alios extra ordinem, nisi vbi specialiter per priuilegium, vel per statutum, seu aliàs nobis prohiberetur, vt latius dixi in Sermonibus, tit. *Exemptus*, tit. *Excommunicatio*, tit. *Confessio*, tit. *Dispensatio*, tit. *Absolutio*, & in compendio ibidem tractatis, & vbi secundum subiectam materiam, vbi de his latius habetur. Hic enim propter breuitatem sufficit ea tetigisse, vel admonuisse, vt alibi latius perquirātur. † Notāda tamen ad prædicta, quòd in tabul. 19. Vicarij Generalis habetur, quòd claustral. seu conuentual. fratri nostri ordinis bene potest offerri frater de nostra obseruantia, & hoc de licentia Prælatorum ordinis. Intra ordinem autem, & obseruantiam

Leo X. concessit fratribus nostris, qui sunt extra monasteria, neque optatam habent confessorem ex ordine, vt possint confiteri peccata sua sacerdoti alterius ordinis, vel presbytero sæculari, cū obligatione reconfitendi reseruata sibi Prælato, vt habet collector cōpendij ritual. absolutio ordinis §. 9.

† *Frater de obseruantia potest confiteri cum fratre claustrali de licentia Prælatorum.*

tiam nostram habetur in tab. 7. Vicarij Generalis, quòd nullus audeat confiteri, nisi de licentia sui Prælati, & sufficit licētia Generalis, seu etiam tacita secundum cōmuniter Doctores, vt potest videri in Summistis, tit. *Confessio*. Clerico autem sæculari etiam de licentia Prælatorum non nisi in extrema necessitate deficientibus sacerdotibus nostri ordinis, vt habetur in tab. 19. Vicarij Generalis, & supra sæpe dictum est.

Secundum punctum est, vtrum virtute bullarum cruciatarum, vel aliorum priuilegiorum fratres possint confiteri, & absolui, & dispensari per alios sacerdotes à supradictis intra vel extra ordinem à peccatis reseruatis, & non reseruatis. & à cēsuris sine licentia prædictorum Prælatorum. Ad quod dico primò, quòd si constaret manifeste de voluntate Domini Papæ, quòd sic vellet concedere facultatē ad prædicta, tunc nullum dubiū esset in his: nam constat, quòd possunt hoc concedere specialiter & generaliter, quibuscumque Christianis, etiam religiosis, ex quo totum hoc negotium tangens iurisdictionem Prælatorū, aut iudicum speciale eius ordinationi, & potestati subijcitur secundum communiter Doctores, & tunc secundūtalē cōcessionē eius possent religiosi, sicut & alij Christiani cōfiteri, & absolui intra & extra ordinē de reseruatis, & alijs secūdū quòd Papa illis concederet, si vt dixi, de hoc manifeste constaret: sed quia de hoc non semper constat, ideò est dubium super hoc.

† *Secūda cō clusio. Fratres non possint per bullam cruciatæ confessorem quem libet eligere, neq; per eum à reseruatis absolui, & ita fuit declaratum, & notissimū toti ordini in cōstitutionibus Capituli Generalis Romæ celebrati anno Domini* 1612.

† Secundò dico, quòd standō in foro conscientiæ securius est tenere, quòd per bullas cruciatæ, & per alia priuilegia generaliter concessa omnibus Christianis non intendit Papa, quòd nos fratres Minores obseruantiæ possimus indifferenter confiteri, & absolui à quocunque intra seu extra ordinem à peccatis reseruatis Ministro Prouinciali, & forte, nec à non reseruatis. Ratio, quia sic semper declarauerunt omnes Pontifices præcedentes, Sixt. IIII. Innoc. VIII. Alex. VI. Iulius II. Leo X. quòd licet in suis bullis quātuncunq; generaliter sonaret, quòd omnes Christiani etiam religiosi, quicunq; mēdicantes ea possint, declararant, quòd nō poterant, sed neq; de ipsis fratribus Minoribus obseruantiæ intēdebant præfati Pōtifices loquine per tales bullas daretur occasio relaxationi disciplinæ regularis, praua; libertas: incentiuum p; peccatorum, promptiusq; ad liberius peccandum. Quæ omnia sequuntur ex prædictis bullis, quoad religiosos pluriqué quoad sæculares, vt patet experiētia: vt expressè hoc dicitur à præfatis Pōtificibus, vt patet fol. 56. in hb.

ordins.

ordinis, per Innoc. VIII. aperte hæc omnia dicuntur, & per Sixt. IIII. & fol. 98. per Leonē X. clare dicitur, quòd per tales bullas, & libertates dissoluitur religio occasionaliter, & quòd earum prætextu fratres ad illicita prolabuntur, quòdque ideò nobis declarant prohibitum, ne scilicet eis vtamur, aut virtute earum possimus absolui, nisi de licentia nostrorum Prælatorū, scilicet Ministrorū Prouincialium. Quod similiter credendum est velle & intendere omnes alios Pontifices & successores, quòd scilicet per tales bullas non intendunt concedere nobis præfatam licentiam Generalem confitendi, maximè de reseruatis in dissolutionem religionis. Non enim est credendum; quod vellent concedere bullas in obseruantiæ relaxationem: ex quo id facere non possent præfati Pontifices cum bona conscientia, tanquàm dissipatores Ecclesiastici ædificij, si ipsi essent satis informati de relaxatione ordinis, quæ ex prædictis bullis subsequitur. Ideò cùm eis hoc non constet, quando tales bullæ ab eis impetrantur generaliter, pro omnibus Christianis (quòd si constaret non est credendū, quòd sic culpabiliter cōcederent) sequitur, quòd saltem quoad nos in foro cōscientiæ, quoad prędicta sunt subreptitiæ, vel quòd pro nobis noluerunt tales bullas concedere, vt dictum est: quantumcumq; generaliter de omnibus sonare videantur. Clausula enim generalis debet interpretari, & limitari secundum ius diuinum, & etiam humanū, neque debet extendi ad ea, quæ quis non esset verisimiliter concessurus in specie, si constaret ei omnino de causa, & de alijs inconuenientibus, maximè in materia aliqualiter & partim odiosa, quæ militat contra ius commune, qualis est in proposito, vt est communis regula iuristarum vtriusq; iuris. Immò dato, sed nōdum concesso, quòd Papa intenderet, quòd fratres possent accipere tales bullas, non possent virtute earū absolui de reseruatis Ministro Prouinciali secundū regulam, nisi id Papa specialiter aliter exprimeret. Ita quod de hoc constaret: & ratio est, quia licet in præfatis bullis concedatur accipientibus eas, quod possint absolui ab omnibus etiā reseruatis Papæ, hoc non sufficit pro casibus secundū regulā Ministro Prouinciali reseruatis, quia vt habetur in c. *Quòd translationē de officio delegati*, in illis exorbitantibus, & prohibitis nō fit extensio de vno casu ad aliud, etiā per maioritatem rationis, quamuis benè posset dici, quòd hoc cap. *Quòd translationem*, non satisfacit ad rem, neq; casus secreti sunt ex regula reseruati Ministris, vt supra 1. q. dictum est.

Caput septimum.

Prædictis tamen non obstantibus dicendum est, quòd si Papa benè informatus de prædictis concederet aliquando talem bullam pro aliquo, seu aliquibus religiosis nostris specialiter, seu etiam generaliter, ita quòd probabiliter constaret Papam sic velle saltem pro illa vice, vt absoluerentur omnino, tunc benè possemus secundum tenorem bullæ absolui, sicut ræpe contingit, quando celebratur Capitulum Generale, Papa concedit specialem authoritatem toti ordini, vt possint omnes semel absolui ab omnibus reseruatis à sacerdotibus ordinis, & nunqràm conceditur, quòd semper generaliter toties quoties, quandocumque id possint, neque quòd extra ordinem confiteantur. Et similiter credo, quòd possumus semel absolui intra ordinem ab omnibus etiam reseruatis, quando Papa propter specialem necessitatem Ecclesiæ præcipit, seu statuit, quòd omnes Christiani confiteantur, seu ieiunent, & orent, & recipiant sacramentum Eucharistiæ infra tot dies, & ad hoc melius faciendum concedit authoritatem confitendi cuilibet, & absoluendi à quocumque etiam reseruato, &c. vt in nostris temporibus aliquoties concessum est, quia tunc crederem, quòd nos etiam possumus intra ordinem cõfiteri, & absolui ab omnibus etiam reseruatis, semel tantum intra illud tempus secundum tenorem bullæ, seu iubilei: quia sic credendum est Papam velle in illa generali cõcessione iubilei, & de alijs simile iudicium haberetur. Et ad prædicta omnia facit quædam constitutio declaratiua facta in Capitulo Generali Burdegalen. anno Domini 1520. vbi sic habetur, *Vt fratribus iuxta regulæ puritatem maior rei pietati pœnitentiæ tribuatur occasio, Reuerendiss. mus pater Minister Generalis, tam quoad fratres, quàm quoad moniales reuocat omnes gratias, facultates, confessionalia, indulgentias, & quaslibet literas sub quacunque forma verborum, etiam à sede Apostolica concessas, siue vigore bullæ cruciatæ, vel fabricæ sancti Petri de vrbe, aut quarumlibet confraternitatum, pro quanto sunt in præiudicium casuum Ministris reseruatorũ, declarando esse contra sanctissimi domini Papæ voluntatem, tam fratres, quàm sorores vti præfatis gratijs quoad confessiones faciendas de casibus prædictis, aut contra ordinis instituta absque licentia Generalis, aut Prouincialis Ministri, & quouis modo sit etiam irritum & inane, quicquid aliàs fuerit attentatũ, & hoc vigore cuiuslibet brevis præmissorum declaratorij ab Alexan. VI. olim concessi, & brevis specialis Leonis X. Reuerendissimo patri Ministro Generali missi, & in hoc Capitulo publicati.* Hæc ibi. Et cum prædicta sententia concordat

collector.

collectorem compendij, tit. *Cruciata* in fine, quamuis alij stando in rigore literarum bullarum, vt sonant generaliter dicunt oppositum, quòd licet de facto Papa velit, quòd fratres possint recipere, & vti prædictis bullis, tam quia dictera bullarum sonat aperte, tum quia consultus his temporibus Papa super hoc sic respondit, & similiter cõmissarij bullarũ authoritatem Papæ alias habentes, modo Papa id culpabiliter velit & intendat, modò non, tamen de facto id vult, vt dictum est. Sed primum videtur securius in conscientia, quamuis in foro exteriori iudiciali fortè aliud dici possit stando in sensu literæ tantum. Sed quia in his agitur coram Deo, ideò vniuscuiusque conscientia conuenienter ad limites rationis, ædificationemque religionis, videat quomodò se dubio quis exponat: in dubijs enim tutior pars est eligenda. Nam & summus Pontifex, qui est ædificator sepium religionis rationabiliter agens, mauult religionem sibi conflare, quam per huiusmodi bullas ab eo extortas dissipari. Sed & de prædictis, qui plura & latiùs videre voluerit, legat in præfato compendio, tit. *Cruciata*, & tit. *Absolutio*, quia ibi de his. Prædictis tamen non obstantibus Leo X. sess. 49. concessit specialiter ordini nostro, quod fratres nostri prædicatores, & alij etiam fratres, quando sunt extra conuentum, & nõ possunt habere copiam sacerdotis nostri ordinis, quia non habent sociũ confessorem, possint confiteri peccata sua alteri religioso alterius ordinis, vel presbytero sæculari, & hoc dummodò fiat sine fraude, & dicant Prælato suo. Hæc ibi. Pondera limitationes: & notandum, quòd hic non loquitur de casibus reseruatis, neque datur maior potestas, quàm si ab alio confratre ordinis simplici sacerdote absolueretur. Notandum etiam, quòd Minister Generalis, & Prouincialis in Capitulo Generali, & Prouinciali possunt declarare, vtrum à tali concessione, & ab alijs similibus viæ vocis oraculo tantum concessis, fratres debeant cauere, & non vti eis, vt habetur in compendio, tit. *Priuilegia fratrum*, §. 26. Notandum etiam, an iam tute fratres possint vti tali concessione, ex quo quandocumque id sciunt Prælati ordinis prohibent, & puniunt vtentes ea contra ipsorum prohibitiones, quia & nolunt concedere licentiam ad id.

Religiosi, qui extra cõuentum nõ habent copiam confessoris nostri ordinis, possunt confiteri peccata sua religioso alterius ordinis.

QVAES-

Caput septimum.

QVÆSTIO IIII.

Quæritur, quot & qui sunt casus communiter, seu Generaliter in toto ordine reseruati Ministris Prouincialibus, & quæ sit pœna absoluentis ab eis sine authoritate, vel commissione supradicta?

Qui sint casus reseruati Ministris Prouincialibus.

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Casus nunc communiter in toto ordine reseruati Ministris Prouincialibus sunt quatuordecim qui sequuntur.

Primus casus.

Primus est peccatum inobedientiæ contumacis, quòd est quando quis trina monitione præmissa factis congruis intervallis per diem naturalem, scilicet per viginti quatuor horas inobediens perseuerat.

Secundus casus.

Secundus, peccatum detentionis proprietariæ quarumcumque rerum, quod est, quando fratres aliqui nolunt libros, vel res alias vsui suo concessas concedere alteri fratri, vel non permitterent, nisi renitentes, & inuiti res huiusmodi à Prælatis sibi auferri. Nam quàmdiu tales sunt in tali animo, seu actuali præparatione voluntatis, quòd ad præceptũ Prælati non concederent, neq; permitterẽt, nisi inuiti, seu coacti res sibi auferri, sunt in peccato detentionis proprietariæ interioris, & quando exterius defenderent, resisterent, seu absconderent à Prælatis, tales sunt in peccato detentionis proprietatis exterioris, vt habetur declaratum in Capitulo Generali Fontinaci anno Dñi 1457. celebrato, vt patet in tabul. 3. Vicarij Generalis. Similiter est peccatum detentionis proprietariæ, vt elicitur ex expositoribus super regulam 6. cap. vt patet ex dictis supra 6. cap. & quæst. 7. quando aliquis frater habet aliquam rem scienter & voluntariè sine licentia, aut contra voluntatem Prælatorum, & eam detinet cum tali animo, ad suum vsum, seu ad faciendam de ea, vt dominus illius, dando, vendendo, et minutando, seu alias quomodolibet distrahendo, seu disponendo. Ex quibus patet, quòd fratres, qui aliquando alicubi abscondunt, seu deponunt

ponunt apud aliam personam libros, tunicas, seu alia quæcumque supellectilia, quibus vtuntur cum tali animo, ne videantur, & ne tollantur per suos Prælatos, quando visitant cellas fratrũ, seu ipsos fratres, vt videant quid habẽt fratres subditi, tales inquàm fratres sic abscondentes sunt in peccato detentionis proprietariæ reseruato Ministro Prouinciali. Quòd si quis abscon-deret aliquid non quidem tanquàm rem vtilẽ, aut non animo carendi tali re, sed potius, ne confundatur, si Prælatus sciat, aut videat talem rem habere ab eo, vtpotè si abscondit quis cultellos, taleas, seu chartas lasorias quas habet, ne deprehendatur ad sua confusionem, aut si abscondit literas, in quibus continetur aliquod secretum, quamuis damnosum, quod non vult sciri à Prælato. Similiter si abscõdat sermones quos ipse fecit, ne aliquãdo fiantur à Prælato eorũ fabricæ, &c. huiusmodi, tunc quamuis fortè aliquando sit peccatũ aliud gulæ, auaritiæ spiritualis, inobedientiæ, aut alterius turpitudinis, non tamen credo, quod sit peccatum huic proprietariæ detentionis rerum, ex quo tales res non abscondantur, vt res, sed potius, vt secretum culpabile, seu non culpabile, seu vt instrumentum suæ confusionis, seu vt nõ confundatur, aut puniatur, aut non deprehendantur peccata sua, seu secreta eius. Non autem, vt res alicuius valoris in se ad vsum ipsius. Ideò tales abscondentes, ex quo non faciunt, neq; peccant contra præceptum, aut votum paupertatis in hoc sequitur quòd non incurrunt peccatum reseruatum proprietariæ detentionis rerum: quamuis aliquando aliud peccatum ex hoc incurrant, vt dictum est.

Fratres, qui occultãt a Prælato quam rem, ne à Prælato videantur, vel tollantur quando visitat cellas, sunt in peccato.

Nota.

Tertius, peccatum, seu lapsus carnis, tam secum, quàm cum alia persona quacumque, & quomodocumque commissum, vt videtur aliquibus, sicque de pollutionibus cũ seipso factis hic includatur, quando interueniunt tactus, vel motus corporales enormes. Reliqua de tactibus impudicis, enormibus infra in 5. casu dicentur.

Tertius casus.

Quibus modis solicitatio ad peccatum carnis sit reseruata Ministris.

Quintus, solicitatio, vel incitatio ex certa scientia ad peccatũ carnis. & hoc quomodocumque fiat, ideò siue fiat per literas amatorias, seu requisitorias inducentes ad peccatum carnis tacite, vel expressè, siue fiat per nuncium, siue alium, siue per verba, per signa, vel per frequentẽ visitationẽ, per dona, aut munuscula, quomodocumq; ergo fiat, si fiat scienter, & cum intentione determinata inducendi illam aliam personam quancumque ad peccatum carnis committendum cum ipsomet inducente, seu

Quintus casus.

seu cum alia, seu pro alia persona: ita quòd hoc non faceret ipse, nisi ad talem finem, est solicitatio ad peccatum carnis reseruata Ministro Prouinciali. Similiter, vt videtur aliquibus, qui seipsum solicitat, seu incitat per tactus, aut motus obscœnos cum voluntate libidinosa cum proposito deueniendi in pollutionẽ sui ipsius tantum, quamuis non subsequatur ipsa pollutio sui ipsius ad peccatum carnis cum seipso tantum: similiter est casus reseruatus, sicut solicitatio alterius ad peccatum carnis: sed & alijs videtur, & mihi, & rationabiliter, quòd ipsos carnis, & solicitatio ad peccatum carnis intelliguntur reseruari in tertio & quarto casu, quando fiunt cum secunda persona: quando verò secũ, in quinto casu sequente.

Quintus casus.

Quintus, tactus quicumque impudicus & enormis cum quacumque persona etiam cum seipso factus. Et notandum quod vt sit reseruatum illud peccatum, requiritur, quod sit tactus, nõ enim sola visio, seu loquutio etiam enormis est reseruata, nisi fit solicitatio determinate facta ad peccatum carnis, vt dictum est.

Quid nomine tactus impudici, & enormis intelligatur.

Requiritur secundo sit tactus impudicus, id est, libidinosus, siue luxuriosus factus cum animo delectandi. Nam si fiat talis tactus leuiter sine tali animo libidinoso, sed ex familiaritate, ex consuetudine, aut ex ludo, aut ex alia leuitate, dummodò nõ fit perfectè libidinosa voluntas, non est casus reseruatus, quia nõ fuit tactus omnino impudicus. Requiritur tertio, quòd sit etiam enormis talis tactus impudicus: enormis inquam, id est valde notabiliter impudicus, ita quod ipsa illatum fronte non valeat infectam communiter & magnam animi impudicitiam, libidinosamque voluntatem in carnali delectatione talia patratum præ se ferat, seu ostendat talis tactus. Sit autem dicitur enormis turpiloquium illa, quæ est magna, extraordinaria, & notabilis, sicò quantumcunque sit tactus impudicus, si non sit etiam enormis id est, notabilis, & magna impudicitia tactus non est reseruatus, quamuis sit mortalis: & bene Caietanus secundum Thom. 2. 2. quæst. 54. art. 4. probat contra Martinum de Magistro libro de temperantia, quæst. de luxuria, quòd tales tactus libidinosi sunt mortales non tamen reseruati, si nõ sint enormes, quia expressè dicitur, quòd est reseruatus tactus impudicus, & enormis simul, vt dictum est.

Pœnes quid attendatur enormitas tactus impudici.

Sed dubium est, in quo stat, & quomodò agnoscetur prædicti enormitas, seu notabilis impudicitia tactuum prædictorum? Respondeo, multi multa dicunt. Mihi tamen saluo tempe-

lieri iudicio dicendum videtur, quòd tam ex ipso genere actus impudici, quàm ex alijs circunstantijs, potest & debet considerari enormitas, seu notabilitas iniuriæ, & læsionis enormis, vt habetur in Summistis, tit. *Enorme*. Ideò tactus impudicus dicitur enormis aliquando ratione personæ, vtpotè si mas in marem libidinosos tactus quoscumque exerceat: aut si quis in seipso, etiamsi non perueniat ad pollutionem, etiamsi non cum intentione deueniendi in pollutionem fecerit, voluntarie tamen cū plena deliberatione prædictos tactus, aut motus libidinosos. Notentur particulæ, quia cum quis semidormiens non habens plenam deliberationem, neque plenum iudicium rationis, illusiones has patitur, seu facit prædictos motus, aut tactus, quamuis fortè peccet habens aliquale iudicium rationis, non tamen credo, quòd mortaliter peccat, & per consequens non incidit in casum reseruatum, etiamsi deueniat in pollutionem. Videatur Martinus de temperantia in quæstione de pollutionibus, & quęstione de ebrietate. Et Adrian. in 4. in materia de Eucharistia, vbi agit de impedimento pollutionum, & Gerson in tractat. de pollutionibus, qui omnes exactius hanc materiam pertractant. Tales ergo tactus impudici deliberati facti à mare in marem, vel cum seipso, vel etiamsi fiant cum matre, vel filia carnali ratione personæ, sunt enormes, & notabilem impudicitiam extra ordinariam extra naturam, aut contra naturam habētes. &c. Item ratione loci possunt esse enormes, vtpotè si religiosus mulierem contrectet, seu pertrectet in locis inhonestis, vtpotè in pudendis, cruribus, &c. huiusmodi.

De osculis autem, & amplexibus à facie ad collum tantum, aliquibus videtur, quòd etiam sint enormia, aliquibus non. Mihi autem videtur, quòd non sunt enormia ratione loci, possunt tamen esse enormia ratione alterius circunstantiæ, modi, & finis, temporis, aut, &c. vt infra dicetur per singulas circunstantias discurrendo. Item ratione circunstantiæ finis possunt esse enormes, vtpotè si religiosus mulierem osculetur libidinose, seu pertractet quomodocumque cum intentione pertrahendi eam, sic per tactus paulatim incitando ad peccatum carnis, maximè, si talis incitatio per oscula, & tactus sit notabilis in se. Ratio, quia hoc videtur potius pertinere ad solicitationem ad peccatum carnis supradictam reseruatam. Item ratione circunstantiæ modi, vtpotè si frater libidinose mulierem osculetur, seu pertractet, modò tamen obscæno, aut insolito, vtpotè incumbē-

Vtrùm oscula sint tactus enormes & reseruati.

do.

do alter super alterum, seu alias fœditates immiscẽdo, &c. quas ipsa voluptas adinuenit, nec fas est scribere, seu explicare. Item ratione circunstantiæ temporis, aut loci sacri, aut scandali, &c. vt videtur aliquibus, vtpotè si religiosus indutus vestibus sacris, seu tempore, quo ministrat sacramentum Eucharistiæ, aut si publicè, & scandalosè coram multis ita libidinosè osculetur, seu pertractet mulierem aliquam, quòd nullo colore possit rationabiliter libidinem suam publicam excusare, seu palliare, tunc credo etiam esse notabiliter turpes, & enormes tales tactus impudicos, seu libidinosos, etiamsi breuiter fiant, si tamen sint deliberate, vt dictum est. Et vbicumq; aliqua prædictarum circunstantiarum concurrit in tactu libidinoso, seu impudico, facit eum esse enormem & reseruatum, vt dictum est. Secus vbi est tactus impudicus sine aliqua prædictarum circunstantiarum, vt quando religiosus tangit, seu tenet manus mulieris etiam cum animo delectandi ibidem tantum, aut quando eam simpliciter osculatur, vt communiter fit inter homines, aut amplexatur etiã animo ibidem delectãdi libidinosè, vt dixi, quamuis de per accidens, & prater intentionem subsequatur inde aliqua pollutio secreta in aliquo ipsorũ: non est enormis, neque reseruatus tactus ille impudicus & mortalis, dummodò non admisceatur aliqua prædictarum circunstantiarum, & dummodò non faciat cum intentione se, vel mulierem prouocandi ad laptum carnis, quia si aliquid horum admisceatur, tunc est etiam enormis & reseruatus, vt dictum est. Sed aduertendum, quòd quando in prædictis omnibus fuerit dubium, an talis tactus sit enormis ex tali circunstantia, an non, hoc iudicare & determinare pertinet ad eũ, qui habet authoritatem absoluendi à tali casu reseruato, qualis est Minister Prouincialis, quia generaliter ad eum pertinet determinare in dubijs super aliquo casu, ad quem pertinet authoritas absoluendi, seu dispensandi super eo, & cui committitur principale, committitur & accessorium: idcò Guardiani, quibus hoc committitur communiter à Prouincialibus, deberent esse instructi super his, vel habere declarationem à Ministro Prouinciali, seu à Capitulo Generali & Prouinciali, quia totte aliqui eorum sunt minus docti in his, quàm eorum subditi, & caueant, ne in manifestè enormibus peccatis iudicent non esse enormia: aut è contra, quia seipsos, & alios in tali iudicio manifestè erroneo deciperent.

Sextus casus.

Sextus casus est, furtum rei notabilis, seu frequenter iterarũ.

Res-

Res nõtabilis dicitur calix argenteus, crux, vel aliud notabilis valoris, attentis debitis circunstantijs: furtum etiam frequenter iteratum, etiam si sit de rebus parui valoris, est casus reseruatus, vtpotè quando quis est assuetus furari hodie vnum quid etiam vile, & cras aliud, & huiusmodi. Nam frequentia, aut quãtitas est circunstantia, quæ sæpe mutat speciem peccati de veniali in mortale, vt de his latiùs potest videri in Angelo in moralibus, cap 8. & Adrian. 6. quodlib. art 2. & 7. quodlib. art. 2. & alibi secundum communiter Doctores.

Septimus casus est, iniectio manuum violenta in quancumque personam. Et notandum, quòd in quancunque personam clericum, siue secularem fiat talis iniectio violenta, taliter, quod sit peccatum mortale, est casus reseruatus tale peccatum, vt hoc declarauit Reuerendissimus Generalis frater Vincentius Lunel in Capitulo Prouinciali prouinciæ Castellæ, cum toto simul Capitulo Prouinciali anno Domini 1537. & expressius habetur in constitutionibus generalibus antiquis 7. cap. & sic habetur in Specul. fff. 16. sed si talis iniectio violenta fiat in personam Ecclesiasticam quancunque vltra peccatum mortale reseruatum, vt dictum est, incurritur excommunicatio à iure reseruata Episcopo, vel Papæ, si sit enormis, vt patet in Summist. tit. *Excommunicatio*. Sed in ordine nostro talis excõmunicatio ex vi constitutionum generalũ, vt habetur in constit. Barchinon. c. 6. reseruatur Custodi, vel Guardiano, si Custodis præsentia infra diem naturalẽ minime posset haberi, aut Vicario Guardiani, si Custodis, vel Guardiani præsentia infra triduũ non possit haberi. Hoc autẽ tã priuilegiũ, quã statutũ intelligitur de iniectione atroci, vt subditi in Prælatũ. Hæc ibi. Sed notandum, quòd si Guardianus habet à Ministro Prouinciali cõmissionem ratione officij Guardianatus absoluendi non solũ à casibus reseruatis, sed etiam ab excõmunicationibus (quòd ex literis Guardianatus constare potest) tunc potest absoluere á prædicta excommunicatione (etiam non expectato prædicto temporis interuallo) similiter & Vicarius Guardiani in eius absentia, sicut à casibus reseruatis potest statim absoluere non expectato interuallo, vt supra quæst. 2. dictum est: & hoc maximè est verum in foro conscientiæ, nam in foro exteriori fortè nõ esset verũ, pro quãto hoc esset in præiudicium iurisdictionis Custodũ, aut Guardianorum, qui nõ debent se inuicem conturbare in suis officijs secundum eadem statuta generalia Barchinon. & fortè Minister

Septimus casus.

Communiter habent Guardiani à suis Ministris facultatem absoluendi non solũ à reseruatis, sed etiam ab excõmunicationibus.

Prouin-

Caput septimum.

Prouincialis non intendit Guardianis cõmittere præfatã suam authoritatem in præiudicium Custodum, vt dictum est, saltem in foro externo. Id. ò vbi habentur Custodes, oportet de hoc informari, quomodo talis authoritas per Ministrum Prouincialem committitur quoad sententias. Nam si quoad sententias nihil committitur, sed solum quoad peccata, seu casus reseruatos, tunc non est dubium. Nam standum est prædicto statuto Barchinon. quoad sententiam prædictam excommunicationis, proiectione violenta. Et hoc etiã habetur aliud priuilegium, virtute cuius Guardianus ex suo officio sine vlla alia commissione possit absoluere ab illa & ab alia excommunicatione: quod ideo dico, quia iam habentur multa priuilegia, virtute quorum possunt nostri Prælati (scilicet Ministri Generales, Prouinciales, & Custodes absoluere suos subditos, etiam hospites ad eos declinantes ab omnibus excommunicationibus, & alijs censuris, præterquã à quibusdam ibidem exceptis: & *est dubium*, an talibus *priuilegijs* possint vti etiam Guardiani, sicut & possunt priores conuentuales, & eorum præsidentes fratrũ ordinis Prædicatorum. Immò & videtur probabilius, quòd sic possunt vti, vt de hoc latius habetur in compendio, tit. *absolutio*, & similiter in multis locis, in quibus anni possunt fratres virtute multorum priuilegiorum absolui ab omnibus excommunicationibus (exceptis quibusdam expressis) per quemcunque confessorem potentem absoluere à peccatis. Ideo tunc satis in foro conscientiæ, non est opus recurrere ad Custodem, vel ad Guardianum, vel ad alium superiorem, pro absolutione à prædicta excommunicatione, etiamsi sit pro iniectione atrox subditi in Prælatum, ex quo in præfatis priuilegijs non excipitur, de quibus omnibus videatur in compendio vbi sup. a. Secundum autem hoc, quòd virtute præfatorum priuilegiorum omnes fratres potest absolui à peccatis seu casibus reseruatis Ministro Prouinciali, quia sic sæpe declaratum est per Prælatos ex parte Papæ: quidquid sic Papa intendit, vt supra quæstione dictum est, sed solum potestatem absoluendi à censuris, & largiendi indulgentias seu dũ prædicta priuilegia, scilicet in foro conscientiæ. Ex quibus patet, quod quamuis quis sit absolutus ab excommunicatione prædicta pro iniectione violenta in personam Ecclesiasticã, nisi sit absolutus in foro conscientiæ, modo in foro iudicij publico, remanet ligatus, vt soluatur in foro conscientiæ sacramentaliter, à casu reseruato Ministro Prouinciali, pro peccato prędictę iniectio-

iectionis: ideô oportet authoritatem Ministri Prouincialis habere ad id, sicut & ad absolutionem aliorum peccatorum reseruatorum, vt supra dictum est.

Octauus casus est, falsum testimoniũ in iudicio factum, quòd intelligo, modò sit contra aliquem tale falsum testimoniũ, quia ex quo ius nõ distinguit, sed simpliciter dicit, quòd falsum testimonium in iudicio factum est casus reseruatus Ministro Prouinciali: ergo nec nos distinguere debemus. *Octauus casus.*

Nonus casus est falsa criminatio in infamiam cuiuscumque, vbi notandum, quòd vt sit casus reseruatus, requiritur, quòd sit criminatio infamatoria cuiuscumque, ideſt, quòd falso imponat aliquod crimen, id est, peccatũ mortale notabile dignũ correctione publica, seu quòd communiter cedit in infamiam cõmittentis illud, vtpotè si quis frater falso diceret de alio fratre ordinis nostri, quòd fornicatus est, vel quòd vidit eum habere vel accipere pecuniam manibus proprijs contrectando politicè, vel quòd est proprietarius, vel quòd furatus est aliquid notabile, &c. huiusmodi, quia intra nostrum ordinem talia crimina sunt digna correctione publica graui, & sunt infamatoria, licet non sint inter sæculares. Similiter si de aliquo sæculari aliquis frater falsa diceret, quòd est furatus tale quid notabile, vel quòd peccauit contra naturam, &c. huiusmodi. Credo, quòd quamuis ex tali falsa criminatione infamatoria de se, vt dictum est, non sequatur infamia illi, de quo dictum est tale crimen, vtpotè quia audientes non credunt tali fratri infamanti, credentes eum falso ex odio contra alium id dicere: quòd nihilominus est casus reseruatus, etiamsi extra iudicium id dicat, seu falso infamare alium prędicto modo conetur: quia vt sit casus reseruatus, sufficit quòd tale crimen sit infamatorium, & falso impositum alicui, vt dictum est, quamuis cognoscatur tunc, vel post falsitas infamantis, seu quamuis ei non credatur, & ex hoc non sequatur actualiter infamia, sufficit ad casum reseruatum, quod quantum in se fuit falsum crimen in infamiam cuiuscumque scienter dixit, seu imposuit, vt diximus. Quod si quis crimen verum, quantumcumque infamatoriũ, dixit de aliquo, & quantumcumque infamia sequatur. Similiter si non dixit scienter, sed leuiter, seu inaduertenter, ita quòd nõ peccauit mortaliter, sed solùm venialiter. Similiter si non dixit crimẽ infamatoriũ, sed crimen aliud quantumcumq; mortale, & falsum, & falso, & scienter dixit, quod tamen est infamatorium *Nonus casus. Quomodò falsa criminatio sit peccatum reseruatum.*

Alium falso infamare est casus reseruatus, licèt sit extra iudiciũ, neq; fides infamanti adhibeatur.

inter tale genus hominum, quibus, & de quo dicitur tale crimẽ: vtpotè si de vno seculari concubinario dicatur, quod cum vna alia fornicatus est & huiusmodi, tunc in quocunque istorũ triũ casuum non est casus reseruatus, quamuis sic dicendo, seu infamando peccet aliquando mortaliter, aliquando venialiter talis frater, quia vt sit casus reseruatus, requiritur, quod frater dicat crimen falsum de aliquo, & quod sit infamatorium: & quòd sic scienter, aut sic leuiter aut inaduertenter dicat illud, quòd sic dicendo, aut sic leuiter dictum non retractando, vt debite potest, peccauerit mortaliter, nam vt supra quæst. 1. dictum est, nullus est casus reseruatus, nisi sit peccatum mortale, ex se, seu ex circumstantia quacumque, seu etiam ex sequela debita prouideri, & caueri sub mortali, idcò cauenda est lubricitas linguæ, vt de his latiùs videri potest in Summistis, & pulchrius in Hadriano in vndecimo, quodlibet. in quarto sententiarum, vbi agit de restitutione famæ, seu si mauis, & in quodam nostro tractatu de detractatione & denunciatione, vbi omnia distinctius compegimus.

Nullus casus est reseruatus, nisi sit peccatũ mortale.

Decimus casus.

Decimus casus est, compositio, vel proiectio, aut publicatio libelli famosi, id est, infamatorij: per libellum autem famosum intelligitur omnis scriptura, seu charta continens in se aliqua mala notabilia in infamiam, seu maculam notabilem alicuius, vel aliquarum personarum, quæ quidem *mala non* sunt aliàs publicata, seu quæ non possunt legitimè probari. Neque qui componit proiecit, aut publicat talem scripturam, vult ea probare, sed solum vult ea propalare tacendo suum nomen, & diuulgando per scripturam prædicta mala, & talis scripturæ author, seu compositor, & adiutor ad componendam, similiter & qui proiecit, seu ponit talem scripturam, seu libellum infamatorium in aliquo loco, vt alij legant & videant, similiter qui inuentum talem libellum malitiosè ostendit alijs, seu publicat, omnes isti incurrunt peccatum reseruatum. Et aliquando contra tales est etiam excommunicatio per statuta Prouinciarum alicubi inflicta, & à iure cõmuni est excommunicatio ipso facto Papæ reseruata contra facientes libellos famosos contra ordinem nostrum Minorum & Prædicatorum, vt potest videri in Summistis tit. *Excommunicatio.*

Vndecimus casus.

Vndecimus casus est, falsificatio sigilli cuiuscumq; personæ notabilis: per personã notabilẽ intelligitur omnes persona indignitate quacũq; Ecclesiastica, seu laicali, de quo videãtur sum-

tit.

tit. *Dignitas*, tit. *Persona*. An autem tabellio, seu notarius publicus censeatur persona notabilis, seu dignitatem laicalem, seu Ecclesiasticam in nostro proposito habere, crederem quòd sic, ex quo in scripturis, seu sigillis est habens præcellentiam super alios ad fidem faciendam in foro contentioso, & sic large comprehenditur sub nomine dignitatis, seu personæ notabilis. Per sigillum aliqui intelligunt etiam subscriptionem, seu signum quodcumque cum nomine subscribentis ad fidem faciendam de scripturis: & ratio, quia vtrumque scilicet sigillū, & subscriptio ordinantur ad idem, scilicet ad fidē faciendam, ergo vtriusque falsificatio eadem ratione prohibetur & reseruatur, & placet mihi. Ergo falsificatio, id est, sigillatio seu subscriptio, aliquarum literarum falsè facta sub nomine alicuius personæ notabilis supradictæ est peccatum reseruatum Ministro Prouinciali, vt dictum est: & insuper incurrit talis falsificator alias pœnas secundam statuta generalia ordinis, vt habetur in constitutione generali Barchinon. quòd quicūque frater per se, vel per alium, sigillum vel literas Prælatorum, vel principum, generalium, vel Prouincialiū Ministrorum, vel Vicariorum eorundē, vel aliorum notabilium personarum falsificare præsumpserit, si legitimè fuerit deprehensus, carceri mancipetur, quòd si falsificauerit sigillum, vel literas Ministri Generalis, seu eius Vicarij, non liberetur á carcere sine speciali mandato eiusdem Ministri Generalis, vel Vicarij Generalis.

Sub sigillo personæ notabilis sigillum etiam notarij publici cōtinetur.

Duodecimus casus est, quando accusati, seu visitati inquirunt scienter de nominibus ipsos accusantium. Nisi quando accusatus de crimine petit á Prælato accusantium, seu testium nomina ad se excusandum sibi reuelari, notentur verba: & insuper si tales accusati inquirentes sunt Vicarij Prouinciales, Custodes, vel Guardiani, vltra peccatum reseruatum tenentur ieiunare infra 6. menses quindecim dies in pane tantum & aqua, sine dispensatione, & per superiorem debent cogi ad id faciendum.

Duodecimus casus.

Decimustertius casus est, reuelatio nominum accusantium, seu visitantium, accusatis vel alijs nescientibus scienter facta, nisi quando de crimine accusati ad excusationem suam petierint à suo superiore accusantium & testium nomina sibi reuelari, notentur verba. Et insuper superiores Generales Vicarij, Custodes, & Guardiani, si reuelando contra fecerint, nec non, & subditi accusatores eorum reuelantes eisdem

Tertiusdecimus casus.

Prælatis tenentur ieiunare quindecim diebus, vt supra, & debent cogi à superioribus ad id vltra peccatum reseruatum Ministro Prouinciali, quod incurrunt, vt supra dictum est.

Decimus quartus.

Decimusquartus casus & vltimus, est quando quis deponit coram aliquo Prælato, vel visitatore falsè, & scienter de aliquo crimine contra aliquem fratrem, vel ad hoc faciendum aliam personam inducit, aut reuocat falsè, seu ad reuocādum inducit, quod vere depositum erat. Notentur particulæ, Notetur etiā, quòd non potest talis à prædicto casu reseruato absolui priusquàm satisfaciat, prout sibi possibile fuerit in forma, secundum quam deposuit, vel reuocauit, scilicet publicè si publicè, vel occulte, si occulte deposuit, vel reuocauit, & insuper debet incarcerari, si de prædicto crimine conuictus fuerit, quia sic habetur expressè in statutis generalibus Barchinon cap. 6. vbi videatur, & habentur ibidem omnes casus reseruati supradicti. Et quamuis olim alij casus reseruati habebantur, nunc autem cōmuniter in ordine solùm habentur 14. supradicti, vt dictum est.

Conclusio. Quicumque à casibus reseruatis sciēter absoluit sine authoritate sibi delegata, peccat mortaliter, itemque qui sciēter ab illo attentat absolui, & absolutio est nulla.

Secundum punctum principale, quoad absoluentes à supradictis, seu alijs reseruatis est. Et dico primo, quòd quicumque ex certa scientia absoluere præsumpserit à prædictis, seu alijs casibus reseruatis sine authoritate sibi commissa, vt supra quæstione 3. dictum est. Similiter qui scienter procurat absolui à tali sacerdote non habente commissionem, peccat mortaliter vterque, & insuper nulla est talis ablolutio: patet ex dictis & dicendis, quòd si non scienter, sed ex ignorantia veniali id fecerunt excusantur à mortali peccato sic absoluendo, seu absolutionem procurando à prædictis, tamen ipsa absolutio est nulla, vt dictum est & dicetur.

Secundò dico, quod quicumque frater ex certa scientia præsumpserit absoluere de prædictis primis vndecim casibus reseruatis seriatim positis, est ipso facto suspensus à confessionibus audiendis, nec restitui potest, nisi per Ministrū Prouincialē. Et quicumq; in hoc vitiosus fuerit deprehēsus, seu legitimè cōuictus, pœna carceris est puniendus, vt habetur in cōstitutionibus generalibus Barchin. c. 6. Absoluēs autē à tribus vltimis casibus reseruatis supra positis nō incurrit prædictā suspensionē secundū prædicta statuta generalia Barchinon. sed benè alias pœnas carceris, vt in prædictis statutis generalibus habetur etiam sic, *Si quis autem ausus fuerit affirmare, quòd quilibet sacerdos possit absoluere à peccato, super quo non habet commissam authoritatem, & maxi-*

& maximè de prædictis (scilicet vndecim primo positis in principio primi puncti precedentis) & correctus reuocare noluerit, tanquàm eversor, & subuersor carceri mancipetur. Hæc ibi. Sed postea in Capitulis Generalibus sequentibus est prædicta pœna, quoad omnes casus reseruatos in distinctè aliter posita, & aggrauata. Nam in Capitulo Generali Burdegalen. anno Domini 1520. celebrato, habetur in tab. sic, *Quia ausus fuerit absoluere, vel affirmare, quòd possit quis absolui à casibus Ministro reseruatis etiam occultis, & secretis, super quibus non habetur specialis authoritas, pro prima vice priuetur actibus legitimis: pro secunda carceri mancipetur.* Hæc ibi. Et in tabul. Capituli Generalis Carpent. anno Domini 1521. celebrati postea sic habetur, *Asserentes, quòd quilibet confessor potest absoluere à quibuscumque casibus etiam reseruatis & secretis. Similiter absoluentes ab eis, pro prima vice actibus legitimis sint priuati, & si fuerint recidiui, carceri mancipentur* Hæc ibi. Et sic patet, quòd huic statuto est standũ quoad omnes casus reseruatos sine vlla differentia, quamuis in Specul. ffff. 16. aliter dicatur secundum cõstitutiones generales Barchinon. supradictas, quia fortè tunc nondum erat celebratum prædictum Capitulum Generale, vbi est aliter dispositum quoad hoc, vt dictum est: vnde si concederetur Custodibus & Guardianis, quòd possent sibi reseruare casus aliquos, iam absoluens ab eis sine commissione sibi facta incideret in præfatas pœnas secundum Capitulũ Generale Carpen. nisi aliter in alio Capitulo Generali disponeretur. Sed semper absoluẽs nihil facit, & absolutio est nulla, & peccat mortaliter, si scienter absoluat, & absolui procurat, vt superius dictum est, & vt patet ex dictis supra q. 2. secundum Alex. 6. & q. 3.

Pœnæ, quæ statutæ sunt cõtra absoluentes sine authoritate â casibus reseruatis.

Tertiò dico, pro declaratione prædictarum, & aliarum pœnarum ipso facto inflictarum, quomodô debeant intelligi, quòd in Capitulo Generali Carpen. supra dicto sunt reuocatæ, quia ibi sic habetur ordinatũ, *Quòd scilicet pro serenitate conscientiarum fratrum Reuerendissimus pater Minister Generalis vna cũ Capitulo Generali suspendit quassat, & irritat omnes, & singulas priuationes, & cẽsuras à suis prædecessoribus fortè per sua statuta, vel Capitula Generalia latas, quæ præiudicium possent fratrũ aut sororum animabus inferre.* Hæc ibi. Quomodò ergo debent intelligi, seu infligi, dico, quòd in Capitulo Generali Burdegalen. anno Domini 1520. celebrato sic habetur, *Ordinatur pro conscientiarum fratrum quiete, quòd multæ pœnæ, quæ ipso facto infliguntur in statutis generalibus, de cætero intelliguntur sic infligi, quòd scilicet cum primum Ministro,*

aut Prælato de perpetratione, propter quam pœna infligitur, certitudinem, tenentur respensabiliter pœnam taxatam statuti delicti infligere. Hæc ibi. Sed quia ibi non satis hoc est dilucidatum, iccò tandem in Capitulo Generali Assisij anno Domini 1517. celebrato sic habetur, *Declaratur, quod vbicunque in statutis generalibus, vel particularibus taxatur pœna incurrenda ipso facto, vt ea pœnam nullomodo incurratur, nisi post declarationem factam a Prælato. Prælatus autem non declaret delinquentem comminus se teneri pro quo pœna erat imposita ipso facto, nisi per sententiam, vel legitime de crimine constiterit. Post declarationem tamen huiusmodi eas ipso facto in pœnam venit impositam sine nouа impositione.* Hæc ibi. Et huic declarationi, seu statuto est standum quoad omnes pœnas ipso facto per quæcumque statuta ordinis impositas, seu imponendas, quarum executio requirit actum hominis, vt est priuatio vocis, & actuum legitimorum, &c. secus quoad pœnas, quarum executio non requirit actum hominis, vt est suspensio, irregularitas, vel huiusmodi. Et quoad censuras ipso facto impositas per Ecclesiam, vel per Papam, seu per ius commune dic, quòd debent intelligi, quòd incurruntur eo modo, quo etiam modo secundum communiter Doctores alij Christiani eas incurrunt, vt de hoc potest videri in Summistis, præcipuè Syluest. tit. *Excommunicatio 5 in 4. notabili, & tit. pœna, quæst. 25.* quantum attinet ad propositum, quamuis Syluest. tit *Excommunicatio 5.* vbi supra cum Felino, & supplemento teneat, quod potiùs sit standum dispositioni Concilij Basilienſis, quàm Constantiensis, quòd communiter non tenetur, vt benè Adrianus in 4. in mat. de clauibus art. 3. dicit cum alijs Summistis. Tamen id non est multũ ad nostrum propositum, sed ideò tetigi, ne viderer omnia dicta Syluestri probare, ex eo quòd ad ipsum remitto lectorem. Quoad ea enim, quæ necessarium propositum tangunt, benè loquitur Syluester in locis supra allegatis. Similiter & alij Summistæ, quoad censuras Ecclesiasticas ipso facto inflictas, quomodò debeant intelligi.

QVAES-

QVÆSTIO V.

Quæritur, vtrùm ad cautelam possimus etiam de reseruatis, & alijs absolui, & de pœnitentia cum misericordia imponenda, salua semper fidelitate sigilli confessionis, & an regulariter laici possint esse Prælati?

REspondeo per tria puncta, Quorum primũ est, quòd Sixt. IIII. vt ab aliquibus refertur, concessit nobis, quòd possimus absolui ad cautelam, vt in lib. firmamenta trium ordinum in 2. part. tract. 1. f. 1.8. habetur: sed certè ibi solũ videtur quòd loquatur, & conceditur in illo casu speciali, quòd scilicet illi fratres, tunc præsentes absoluerentur ad cautelam ab excõmunicationibus incursis propter receptionem locorum. Et notandum, quòd absolui ad cautelam est, quando dubitatur rationabiliter, an quis posset absolui per talem sacerdotem, vtpotè quia dubitatur, an sit casus reseruatus, vel an sacerdos possit illum de illo absoluere, ex quacumq; alia causa, quia tunc si vera est præfata confessio, concessit Sixtus vbi supra, quòd possimus licitè absolui, & hoc est absolui ad cautelam, scilicet valeat quantum valere potest. Sed postquàm constiterit, quòd non potuit absolui quis, tenetur procurare absolutionem ritè faciendam per eum, qui potest absoluere, quia prædicta absolutio ad cautelam solum valet ad hoc, quòd dum manet dubium prædictum, non teneatur quis statim, saltè quantũ est ex præcepto Ecclesiæ, seu humano, recurrere pro absolutione ad eũ, qui rectitudinaliter potest absoluere, sed potest cum tali absolutione facta ad cautelam celebrare, & communicare Eucharistiam contritus quoque vt dictum est, sit de suo dubio rationabiliter certificatus, apponendo debitam diligentiam ad certificationem prædictam habendam. Potest etiam probabiliter dici, quòd non tenetur amplius reconfiteri, ex quo in tali casu cõcessum est sibi valide absolui. Et quamuis in his sit magna difficultas inter Doctores, quomodò hoc valeat, & quoad multa, quæ hic tanguntur,

Quid sit absolui ad cautelam.

Quod fratres ad cautelã possint de reseruatis absolui non est omnino certũ, licét sit valde probabile, videatur Suarez supra 3. p. D. Thom. tom. 4 disp. 31. sect. 2 & 3. & Sotus in 4. d. 18 q. 3. art. 5.

quæ omnia in quarto sententiarum in materia de confessione, & de clauibus dist. 17. & 18. à Doctoribus latiùs tractantur, tamen pro nunc ista sufficiant. Neque enim omnia, vbique pertractanda sunt.

Prima cõclusio. Pœnitentia pro reseruatis misericorditer imponẽda est.

Secundum punctum est, quòd pro reseruatis peccatis publicis pœnitentia imponenda est quidem iuste, sed & misericorditer, à quo unicuque imponatur talis pœnitentia publica in facie Ecclesiæ, quia sic suadet regula dicens (*Cum misericordia iniunga illis pœnitentiam*) quod licet ex vi regulæ non sit obligatorium, sed instructio, consilium & admonitio: tamen ex iure diuino, & naturali est obligatorium, vt scilicet caueatur ira crudelis, & præsumptuosa punitio: quamuis ira per zelum moderate, & debite sumpta sit laudabilis, vt de hoc habetur in Bonauent. Iug. Barthol. Pisan 7. cap. & alibi sæpius apud communiter Doctores, quia in ipso puniente, & in ipso punito, seu penitente, talis ira & conturbatio impedit charitatem, patientiam, & alias virtutes, & inducit pœnitentem ad desperationem, & alia peccata. Similiter & multo magis est cum misericordia imponenda pœnitentia sacramentalis sacramentaliter, pro peccatis reseruatis occultis, & hoc de se patet. Immò & est fideliter agendum, ne vllomodo in præiudicium sigilli confessionis fiat, aut imponatur pœnitentia, aut aliquid aliud tunc, aut post fiat, quia ageretur contra ius naturale, & diuinum, & humanum. Ideo, vt habetur in *Seren. conscien.* q. 88. & q. alphab. litera I. secundum etiam Barthol. Pis. 7. cap. quando recurritur ad Ministrũ, seu ad alios Prælatos, pro absolutione à reseruatis occultis, non debent de loco ad locum tales fratres mutare, vel retrahere eos à promotionibus quas essent habituri, vel dure eis loqui, seu se dure postea cũ eis habere, seu alia facere, per quæ directè, vel indirectè tales fratres infamentur, vel de eis suspicentur alij, quòd aliquid graue occulte commiserunt, propter quod sic à Prælatis tractantur. Sed de his videatur in Summist. tit. *Confessio*, vbi de sigillo confessionis agitur.

Secunda cõclusio. Non expedit laicos ad Prælationis officiũ promoueri.

Tertium punctum, quòd quamuis in principio ordinis propter raritatem sacerdotum laici poterant esse Prælati aliquando, tamen regulariter non expedit eos esse Prælatos, sicque tenendum nunc, & seruandum est, vt ait Bonauent. & Barthol. Pisan. 7. cap. quia Prælati habent ex officio, & ex priuilegio curam animarum, & authoritas absoluendi principaliter pertinet ad sacerdotes ex vi clauium, & Prælationis [illegible], quæ

omnia non benè quadrare possunt, neque conuenire laicis, si essent Prælati, & multa alia inconuenientia contra sacramentum confessionis sæpe possunt inde prouenire. Ideò iam regulariter laici non possunt esse Prælati. Immò & in tabul. 5. Ministri Generalis habetur, quòd laici coram Papa in Capitulo Generali approbante, sunt inhabilitati in toto ordine ad officia ordinis & in tab. 5. Vicarij Generalis habetur, quòd laici non fiant commissarij, & de laicis multa habentur in compendio, vt, *Laici fratres*, ibi videat qui volet.

DE ELECTIONE GENERALIS Ministri huius fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.

CAPVT OCTAVVM.

VNiuersi fratres vnum de fratribus istius religionis teneãtur semper habere Generalem Ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneãtur firmiter obedire: Quo decedente, electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes: in quo Prouinciales

ciales Ministri teneantur semper in simul cõuenire, vbicumquè à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorẽ, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum prædictum Ministrum non esse sufficiẽtem ad communem vtilitatem fratrum, teneãtur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum verò Pentecostes Ministri, & Custodes possint singuli (si voluerint, & eis expedire videbitur) eodem anno in suis Custodys; semel fratres suos ad Capitulum conuocare.

GLOSSA.

NOtandum secundum expos. sine tit. 8. cap. quòd vt habetur ex Aristot. in Politicis, inter omnia genera regiminum melius est regimen, quod sic est monarchicum, quòd etiã cum illo omnes aliqualiter comparticipant, sicut membra capitis cum suo capite, quòd regimen habet Deus in mundo vtens causis secundis, & habet etiam illud Ecclesia, vbi Papa, & aliqui Prælati gubernant eam: & hic etiam ex regula habendum in nostra religione decernitur. Ideò hic agitur de Ministro Generali & Prouin-

Prouinciali,alijsque Prælatis,& de capitulis ad eorum electiones destitutiones & substitutiones opportunis. Summuntur autē fere omnia ex Euāgelio. Nam illud, *Vniuersi fratres vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum*, &c. sumitur ex Ioan. 10. *Fiet vnū ouile, & vnus pastor.* Et Matth. 19. *Magister vester vnus est Christus.* Ne per oppositum dicatur illud Lucæ 11. *Omne regnum in se diuisum desolabitur*, &c. & nomē Ministri, ex Matth. 20. *Qui maior est vestrum, erit minister vester.* Et Lucæ 22. *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat & nomen totius fraternitatis*, ex Matth. 20. & Luc. 22. vbi supra, *& teneantur firmiter obedire*, ex Ioan. 5. & 6. *Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me.* Et notandum, quòd in hoc cap. sunt tria obligatoria ex vi regulæ distincta ab alijs obligatorijs ex regula, Quorū primū est, *Vniuersi fratres vnū de fratribus*, &c. Secundum, *Quo decedente, electio successoris fiat*: Tertium est, *Et si aliquo tempore appareret vniuersitati*, &c. vt patet ex declaratione Clem. V. quia vbi ponitur ly (*Teneantur*) est habens vim præcepti virtute regulæ, vt supra cap. 1. q. 1. ideò ad maiorem omnium declarationem ponuntur 4. quæstiones subsequentes.

Matth. 19. Luc. 11. Matth. 20. Luc. 22. Ioan. 5. & 6. In hoc capite sunt tria præcepta obligatoria ex vi regulæ.

Vniuersi fratres vnum de fratribus, &c.
Quo decedente electio successoris, &c.
Et hoc semel in tribus annis, &c.

QVÆSTIO I.

Quæritur, an sit nobis obligatoriū habere Generalem Ministrum, & per quos eligendus, & quomodò, vbi, seu quandò, & qui teneantur ire ad Capitulum Generale?

RE Spondeo per tria puncta, quorum primum est, Omnes fratres Minores tenemur ex vi regulæ habere vnicum tantū Ministrum Generalem, tanquàm caput totius ordinis. Ratio huius

Prima conclusio.

Omnes fratres Minores tenentur habere vnicum Ministrum Generalem, qui sit caput totius ordinis.

Luc. 11.

huius est, quia sic expressè dicit regula præceptoriè (*Vniuersi fratres vnum de fratribus, &c.* quia vbi vnus habetur ly (*Teneantur*) habet vim præcepti secundum declarationem Clem. V. vbi supra cap. 1. q. 1. & in hoc non est dubium. Sed quomodó intelligatur, dico, quòd intelligitur negatiuè & positiuè. Negatiuè quidem ad hunc sensum, quòd non habeant plures Ministros Generales, ne sit biceps religio & monstrosa, si duo capita æquè generalia & principalia haberet. Esset enim causa scismatis & diuisionis, vt Luc. 11. *Omne regnum in se diuisum desolabitur, &c.* & sic glossant Bonauent. Hug. & Barthol. Pisan. 7. cap. Positiuè etiam ad hunc sensum, quód scilicet tenemur habere vnum Ministrum Generalem, tanquàm caput ordinis totius, ne nostra religio sit acephala sine capite vno principaliori: & hunc sensum etiam dicunt prædicti expositores, & etiam omnes alij communiter, & expressè regula id dicit, vt patet ex regula ipsa. Et notandum, quòd debet esse frater professus de nostra religione prædictus Minister Generalis. Non enim possumus aliunm habere in Ministrum Generalem, quia regula expressè sic dicit. Notandum etiam, quòd illud, quod dicitur, *Quòd vniuersi fratres teneantur ad habendum Ministrum Generalem prædictum*, itelligitur sic, scilicet, quòd Ministri Prouinciales, & Custodes, & *alij*, quibus conuenit eligere Ministrũ tenentur ad id, eo *modo*, quo infra dicetur. Item si ipsi, quibus conuenit eligere præfatum Ministrum Generalem, noluerint aut prætermiserint eligere opportune, & debite ex causa odij, ambitionis, & aut ex alia causa negligerent notabiliter & culpabiliter eligere, tunc omnes fratres tenentur quantum in se est, vt commode poterunt, procurare, quòd fiat prædicta electio Ministri Generalis, seu quòd habeatur in ordine Minister Generalis per electionem, aut alio modo debite institutus á Papa, vel Ecclesia, vel aliàs, vt oportet, sicut in obligationibus omnibus communibus, quando deficiunt *illi*, quibus conuenit satisfacere tali obligationi communiter, tenetur quilibet alius, vt communiter dicunt Doctores in 4. sententiarum dist. 26. super illo Genes. 1. *Crescite & multiplicamini*, & sicut communiter dicitur, quòd omnes Christiani tenemur vnicum verum Papam Vicarium Christi habere in terris, &c. Sic in proposito de vnico Generali Ministro habendo, vt habetur in expos. sine tit. & etiã inuenitur in expositione sanctorum Patrum cap. 8. Illud autem, quòd dicitur in regula, Cui *scilicet Ministro Generali teneantur fratres firmiter obedire*, quamuis

Genes. 1.

qramuis sit obligatorium ex regula, quia tamen includitur in alio obligatorio, vt infra 10. cap. q. 2. habetur: vbi dicitur, quòd omnes tenentur obedire suis Prælatis, ideò hoc non computatur inter obligatoria regulæ distincta ab alijs, sed hic breuiter pertransitum regula de obedientia Ministri Generalis tangit, quia ipsi est obediendum fortius firmiusque, quàm cæteris Prælatis ordinis, tanquàm capiti summo totius ordinis. Et decedente vno Ministro Generali à suo officio per mortem naturalem, vel expirationem officij sui, vel quomodolibet cessante ab officio suo, similiter sub eadem obligatione regulæ tenentur fratres procedere ad alterius electionem, seu procurare, quòd Minister Generalis in ordine habeatur, vt dictum est, & dicetur: quia regula dicit, *Quòd vniuersi fratres teneantur semper habere Ministrum, &c. & quo decedente electio successoris fiat, &c.* vbi notandū, quòd tunc Minister Generalis erat perpetuus, quia D. Bonauent. fuit Minister Generalis 18. annis, & alij, vt habetur in memoriali ordinis, ideò dicit, *Quo decedente*, decedere enim est à vita.

Olim Ministri Generales erant perpetui.

Secundum punctum est, per quos est eligendus Minister Generalis & quomodò. Respondeo, quòd per Ministros Prouinciales & Custodes, vt expressè ait regula, *Quo decedente electio Successoris fiat à Ministribus Prouincialibus & Custodibus*, sed qui intelliguntur nomine Custodum? dic, quòd olim intelligebantur, vt sonat vocabulum, Prælati illi, qui sunt Custodes custodiarum supra Guardianos, & sic ex vi regulæ accipitur vocabulum: & de istis Custodibus, vnus tantum de qualibet prouincia habens vocem aliorum veniebat ad Capitulum Generale, & ad electionem Ministri Generalis, vt patet in declarationibus regulæ, & constitutionibus generalibus, &c. Nunc autem à tempore Leonis X anno 1517. in Capitulo Generalissimo Romæ celebrato, vbi ministeriatus fuit ad nostram obseruantiā à conuentualibus translatus, magisteriatus autem ad conuētuales datus: vt patet in bulla vnionis ff. 28. ff. fol. 33. vbi datus est modus eligendi Ministrum Generalem & Prouincialem, & celebrandi Capitulum Generale, &c. ibi decretum est, quod nomine Custodis quoad præsens propositum attinet, intelligatur & appelletur ille, qui olim dicebatur discretus discretorum electus in Capitulo Prouinciali, vt discretus à Capitulū Generale, & quòd alij Custodes Prælati nil authoritatis in electione Ministri Generalis habeant. Sicq; nunc obseruatur, vt etiam

Secunda cōclusio. Minister Generalis à Prouincialibus & Custodibus eligendus est.

Qui modo sunt Custodes vocabātur olim discreti, discretorum.

habetur:

habetur in Speculo ffff. 10. quomodò autē debeat fieri electio Ministri Generalis à prædictis Ministris Prouincialibus, & Custodibus secundum diuersitatem temporum variantur statuta,& modus electionis: ideò nil certum de hoc tradi potest. Sed pro temporum varietate stetur statutis, & consuetudinibus currentibus & valentibus:hoc tamen notandum, quod prædicti Ministri Prouinciales & Custodes,qui modo prædicto intelliguntur,& censentur nomine Custodū quoad præsens propositum electionis Ministri Generalis tenentur ex vi regulæ eligere prædictum Ministrum Generalem, quia ipsis præcipuè ex regula conuenit talis electio,& ex consequēti prafati Custodes,sicut & Ministri Prouinciales tenentur ex regula semper ad Capitulum Generale conuenire, quamuis diuersimode tenentur.Nam vt habetur in Speculo ffff.17. Custodes præfati directe non tenentur semper ire ad Capitulum Generale, sed solùm Ministri Prouinciales,quia de ipsis tantum Ministris Prouincialibus directè,& expressè ait regula, *In quo prouinciales Ministri teneantur semper in simul conuenire, &c.* indirectè autem, & per quandam consequentiam tenentur prafati Custodes, sicut & Ministri Prouinciales conuenire ad Capitulum Generale. Pro quanto, si opportuerit fieri nouam electionem propter mortem,vel absolutionem Ministri Generalis tenentur ad hoc, sicut & Ministri Prouinciales ex regula, vt dictum est, quòd scilicet, *Electio Ministri Generalis,aut successoris fiat à Ministris Prouincialibus & Custodibus* supradictis. Et quia in quolibet Capitulo Generali inquirendum est de sufficientia Ministri Generalis. Ideò ad omnia Capitula Generalia tenentur ire præfati Custodes,& vltra præceptum regulæ est insuper præceptum Papale, quòd prafati Ministri Prouinciales & Custodes vadant ad Capitula Generalia sub grauissimis pœnis,nisi sint valde rationabiliter excusati propter infirmitatem,aut alias, de quibus videantur multa priuilegia Leonis X. vbi supra, & multæ tabulæ Capitulorū Generalium super hoc. Sicque hoc est obligatoriū ex regula,quòd scilicet prafati Ministri Prouinciales & Custodes supradicti eligant Ministrum Generalem, quodq; ipsis præcipuè ex regula conuenit potestas eligendi,quamuis etiam alijs possit hæc potestas dari per Papam,quòdque præfati Ministri Prouinciales & Custodes,tenentur ex regula conuenire ad omnia Capitula Generalia,vt dictum est.Modus autem celebrandi præfata Capitula Generalia & Prouincialia, & eligendi

Strictius tenētur ex vi regulæ Ministri Prouinciales ad Capitulum Generale cōuenire, quā Custodes.

Ministrum

Ministrũ Generalem & Prouincialem, & eundi ad præfata Capitula, relinquitur ordinationi Papæ, & Capituli Generalis, vt diximus.

Tertium punctum est, quando debet eligi Minister Generalis, & Capitulũ Generale celebrari ex vi regulæ: & dico, quòd nunquã debet eligi Minister Generalis, nisi in Capitulo Generali: Capitulũ autẽ Generale, nunquã nisi in festo Pẽtecostes potest celebrari ex vi regulę. Probatur, quia expressè dicit *Regula, quòd electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus & Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo teneantur cõuenire, &c.* quod est obligatorium ex regula secundũ Clem. V. quia dicitur, *In quo*, scilicet Capitulo Pentecostes, *Teneantur semper in simul conuenire* ad electionẽ Ministri Generalis, vt dictũ est. Ideò habetur in constitut. Martini V. c. 8. & in expositione sanctorũ Patrũ, & Hug. Bart. Pis. 8. cap. & in alijs expositoribus cõmuniter, quod Ministro Generali decedente non statim debet fieri electio, nec Capitulum Generale, sed in Pentecoste tantum. Nam extra Capitulũ Generale, quòd solùm in Pentecoste potest celebrari, Minister Generalis non potest eligi, nec deponi: & insuper ait expos. sine tit. c. 8. quòd tunc propriè dicitur Capitulũ Generale, quando fit in Pentecoste à prædictis electoribus, & pro electione, vel absolutione, seu depositione Ministri Generalis principaliter celebratur, vnde prædicti electores nõ habẽt plene vim Capituli Generalis, nisi quando in Pentecoste cõueniunt ad Capitulũ Generale præsente Ministro Generali, aut de eius cõsensu, seu authoritate ipsius alibi existentis, aut nisi pro electione, absolutione, seu depositione ipsius Ministri Generalis conueniunt in Pentecoste ad præfatũ Capitulũ Generale celebrandũ. Vnde in statutis generalibus Burgen. anno Domini 1532. habetur, quòd quamuis Minister Generalis possit mutare locum Capituli Generalis, non tamen potest tempus mutare. Ideô inuiolabiliter in Pentecoste celebretur, & fiat electio, aut depositio, & omnia alia, quæ facienda sunt, etiamsi plures vocales non venerint, etiamsi ipse Minister Generalis, aut Commissarius non venerint, sed vota absentium suppleantur, & eligatur vnus, qui præsideat Capitulo Generali, videatur ibidem, & alibi latius de hoc. Si autem Minister Generalis moriatur ante Capitulum Generale Pentecostes, quis debeat interim regere ordinem loco eius, iam de hoc habetur prouisum in statutis ordinis, ibi videatur.

Tertia conclusio.

Minister Generalis nõ potest eligi, nisi in Capitulo Generali, neq; hoc celebrari nisi in festo Pẽtecostes ex vi regulæ.

Et q

Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum prædictum Ministrum non esse sufficientem.

QVÆSTIO II.

Quæritur, an Minister Generalis insufficiens sit necessariò absoluendus, seu deponendus, & alius ei substituendus, & per quos, & vbi, seu quando, & quomodò?

Prima cõclusio. Minister Generalis insufficiẽs est necessariò à Prouincialibus & Custodibus deponendus ex vi regulæ.

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Minister Generalis insufficiens est necessariò ex vi regulæ absoluendus, seu deponendus per supradictos Ministros Prouinciales & Custodes, quibus electio data est, & per eosdem est alius Minister Generalis substituendus vel eligendus. Et hæc omnia non nisi in Capitulo Generali Pentecostes fieri possunt. Probatur, quòd Minister Generalis insufficiens est deponẽdus, &c. quia expressè dicit regula, *Et si aliquo tempore appareret vniuersitati, &c.* quòd habet vim præcepti, ex quo ibi dicitur, quòd teneantur ad id Ministri Prouinciales & Custodes supradicti in quæst. præcedenti. Ad eosdem enim pertinet absoluere, vel deponere Ministrum Generalem, ad quos pertinet ipsum eligere ex regula, & notandum, quòd discussio, seu examinatio de insufficiẽtia Ministri Generalis, & eius depositio & alterius electio non nisi in Capitulo Generali Pentecostes fieri potest secũdum communiter expositores, vt dictum est supra in quæst. 1. in 3. puncto: & quando dicitur, *Si appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum prædictum Ministrum non esse sufficientem, &c.* nomine vniuersitatis intelligitur hic illa maior pars vocalium, quæ secundum statuta ordinis sufficit ad deponendũ & eligendum Ministrum Generalem, de qua in statutis ordinis videatur,

videatur, quamuis secundum ius commune vniuersitas dicatur maior pars medietate vocũ, vt etiam dicit expos. fine tit. & 4. Magistri cap. 8. & quod dicitur, *Quòd teneantur alium eligere in Custodem*, intellige, id est, Ministrũ Generalem (vt aiunt cõmuniter expositores.) Nam olim nomen Custodis vsurpabatur pro Guardianis, & Ministris Generalibus & Prouincialibus: & similiter nomen Custodiæ pro prouincia etiam accipitur, vt hîc dicitur infra, *Post Capitulum verò Pentecostes, &c. in suis Custodijs, &c.* vt ait Hug. & expos. fine tit. & 4. Magistri, & Barth. Pis. 4. & 8. cap. quod sæpe in regula fit, vocando scilicet Prælatos omnes nomine Custodum, vt ut & infra 10. cap. nomine Ministrorum omnes Prælatos intelligit regula, dicens, *Obediant suis Ministris, &c.* vt non secundum nomen dignitatis Prælati glorientur, & extollantur, sed potiùs secundũ nominis veritatem præsint, & non in solo nomine, sed in rei veritate consona suo nomini, & statui Euangelico suo gregi prouideant, fratribusq; ad salutem ministrent, ideò nomen dignitatis subticetur, nomen autem actionis officij imponitur Ministro, Custodi, & Guardiano, & concordat Hug. 4. cap. & in apologia fol. 176. latiùs de his. Vbi etiam habetur, quod est notandum, quàm curialiter per solam substitutionem successoris regula, dicens (*Teneantur alium sib. eligere in Custodem*) insinuat absolutionem Ministri Generalis præcedentis, vt hoc ipso doceatur, quòd quanto tranquillius, & reuerentius hoc fieri potest, fiat talis absolutio, seu depositio. Hæc ibi.

Olim Ministri, tam Generales, quã Prouinciales, Custodes vocabantur.

Secundum punctum, causæ propter quas Minister Generalis censeri debet insufficiens & deponendus, seu absoluẽdus, sunt præcipuè tres. attendendæ. Primò quidem, quando esset in sufficientia personæ, seu quoad seruitiũ fratrum ratione infirmitatis, seu alterius impotentiæ, propter quã non posset debite visitare, quæ visitãda essent personaliter, nec exercere cõmodè suum officium. Secundò, quando ad communem vtilitatem fratrum esset insufficiens, vtpotè si esset onerosus fratribus in expensis, aut si careret notabiliter alijs necessarijs cõditionibus, quas Minister Generalis debet habere ad suum officiũ debite exercendum, de quibus habetur in libro conformitatum conformitate 12. cap. 32. Sicque propter has duas causas generaliter tenentur prædicti Ministri & Custodes deponere Ministrum Generalem, & alium eligere in Capitulo Generali Pẽtecostes, vt dictum est, & hoc innuit regula, dicens, *Prædictum*

Causæ, propter quas Minister Generalis potest deponi.

Ministrum esse insufficientem quoad seruitium, vbi innuitur prima causa, *Et communem vtilitatem fratrum*, vbi innuitur secunda causa supradicta: & concordant cõmuniter expositores, vt patet in Bart. Pis. 8. c. & in Seren. cõsc. q. 93. & expositor sine tit. 8. c. vltra præ licta ait, quòd plus est dicere ipsum non esse sufficientẽ ad seruitium & cõmunem vtilitatem fratrũ, quàm si solũ regula diceret absolute ipsum non esse sufficientem. Illud enim primũ plus includit. Includit enim sufficientiã discretionis, sanctitatis, roboris & omnium aliarũ conditionum ad tale officium requisitarum & expedientium, & non qualemcumq; , sed solũ quantum exigit ordinis profectus & vtilitas. Hæc ibi. Vnde & in apologia defensoria obseruantiæ fol. 176. habetur, quòd etiã insufficiẽs Prælatus est, qui est notorius suæ regulæ trãsgressor, vel iuris diuini, vel constitutionum, vel qui tandem est notoriè criminosus, seu scandalosus, & hoc est verum, tam de Ministro Generali, quàm Prouinciali, Custode, & Guardiano, quàm etiã de quocumque Prælato, qui datus est in ædificationem.

Notandum etiam secundũ expos. sine tit. quòd quamuis aliqui dixerunt, quòd pro nulla alia causa à prædictis potest Minister Generalis absolui, tamen melius dicitur secundum alios communiter Doctores, & rationabilius, quòd potest Minister Generalis absolui ab officio propter alias causas, vtpotè si ipse instanter peteret gratiam absolutionis, quia sic potius est consentire suæ voluntariæ cessioni, quàm ipsum deponere. Similiter si ipse promoueretur ad aliquid aliud sibi vel ordini, vel Ecclesiæ vtilius, & loco ipsius prouideretur de æquè vtili, similiter ex alijs causis rationabilibus potest cedere officio, sicut & cõmuniter, aut sæpe contingit.

QVÆSTIO III.

Quæritur, an Minister Generalis possit contra statuta Capituli Generalis, aut supra, & è contra. Similiter de potestate Commissarij Generalis.

Conclusio. Statuta Capituli Generalis

REspondeo primo, secundum quatuor Magistros, & Hug. 8. cap. quod id quod fuerit de consensu superiorũ, & inferiorum ordinis in Capitulo Generali generaliter ordinatum, &

per Papam approbatum, in ijs maximè, in quibus est ordinatio, seu limitatio potestatis, & in his, quæ tangunt regulæ puritatem (vt hoc specialiter habetur in Seraph. conse. q. 90. & constitut. Martini V.) non potest infirmari per solum Ministrum Generalem sine assensu Capituli Generalis, & hoc maximè est verum secundum expos. sine tit. quando constat, quòd taliũ statutorum mutatio non est relicta arbitrio Ministri Generalis, sine præfato assensu Capituli Generalis. Et ratio huius est, quia ex hoc, quòd absolute Minister Generalis, vt dictum est, manet in iudicio, & potestate Capituli Generalis, arguitur, quòd regula præponit Capitulum ipsi Ministro Generali, ideó plùs tenemur Capitulo Generali, quàm Ministro Generali, vt ait præfata expos. sine tit. Vnde in tab. 5. Ministri Generalis, & in Hug. 7. cap habetur, quód potestas Ministri Generalis, & cæterorũ potest per Capitulum Generale coarctari, patet ex dictis, & ex quotidiana practica Capitulorum Generalium. Sed statutum, aut præceptũ Capituli Generalis, aut Ministri Generalis neminem potest obligare, aut arctare contra animam, aut contra regulam, vt patebit latiùs infra 10. cap. & in lib. firmamentũ trium ordinum, in 4. p. fol. 93. habetur, quòd edita per Capitulũ Prouinciale, Ministro Generali præsidente non possunt infirmari per Capitulum Prouinciale sine authoritate Ministri Generalis, aut Papæ, sed durant in perpetuum. Ratio patet, quia contra superiorem non potest inferior. Secũdò dico quoad Commissarios Generales, quid & quomodó possunt, multa habentur in compendio, tit. *Commissarius*, vide etiam ibi, tit. *Generalis*, tit. *Capitulum Generale*, *&c.* ideò enim hic omittuntur, tum causa breuitatis, tum etiam quia semper ferè variantur humana statuta.

ralis per Papam confirmata, non possunt per Ministrũ Generalem infirmari.

Post capitulum verò Pentecostes, &c.

QVAESTIO IIII.

Quæritur de electione, depositione, seu absolutione Ministri Prouincialis, Custodis, & Guardiani, & de Capitulis Prouincialibus, & de eorum potestate inuicem, & supra subditos, & conuentus, & an præfati omnes sint Prælati, & an electus teneatur Prælationem acceptare?

Respondeo per quinq; puncta, quorum primum est, ex vi re-

Ex vi regulæ nihil obligatorium habetur quoad electionem Ministri Prouincialis, Custodis & Guardianorũ, & celebrationẽ Capituli Prouincialis. Sed solũ hoc relictũ est dispositioni Papæ, vel Ecclesiæ, & statutorũ ordinis: patet quia quod dicitur in regula, Post capitulũ verò Pentecostes, vbi agitur de celebratione Capituli Prouincialis, non est obligatorium ex regula, sed instructio: videatur statuta ordinis quoad hæc omnia, & ipsis stetur. Nam quia variantur quotidie, ideò nil certum de eis tradi potest.

Electionem Prouincialem, Custodem, aut Guardianorum.

Prima conclusio. Vocales Capituli Prouincialis possunt, & tenentur deponere Ministrũ Prouinciale insufficiẽtem, sicut Capitulum Generale potest deponere Ministrum Generalem insufficientem, vt supra q. 2. dictum est. Ratio, quia secundum Bonauent. & habetur etiam in supradicto tractatu defensorio obseruantiæ. Mos regulæ est de similibus similia dare intelligere, & minora in maioribus implicare. Item ius naturale dicit membrum inutile amputandum. Similiter ius canonicum id decernit, & tandem Leo X. in bulla vnionis ffff. 30. sic dicit, Poterunt tamen intra suum triennium prafati Ministri Prouinciales à suis Capitulis Prouincialibus, quæ secundum regulam, & consuetudinem celebrabuntur si minus vtiles tunc fuerint, ab officijs absolui & idem iudicium de Custodibus per omnia habeatur. Hæc ibi.

Vocales Capituli Prouinciales possunt, & tenentur deponere Ministrum Prouinciale insufficiẽte.

Et in tab. 10. Vicarij Generalis habetur, quòd extra Capitulum Prouinciale non potest Minister Prouincialis prouinciam dimittere, aut renunciare. Nec Minister Generalis extra Capitulum Prouinciale potest prædictam renũciationem recipere, aut quòd de alio prouideatur mandare, cùm hæc habeant fieri in Capitulo Prouinciali. Hæc ibi.

Tertium punctum est, quòd prædicti Prælati non se debent cõturbare in suis officijs, sic scilicet, quod Minister Prouincialis non se intromittat, aut destruat ea, quæ pertinent ad officium Custodis, vel Guardiani. Similiter nec superior destruat, quæ cõueniunt inferiori Prælato, quia ratio sic dictat, vt corpus religionis debite gubernetur, & sic habetur in statutis generalibus. Et notã dũ, quod quãuis Capitulũ Prouinciale sit maioris potestatis, quã Minister Prouincialis, sicut de Capitulo Generali, & Ministro Generali dictũ est q. 3. tamen alij fratres, seu tota prouincia nõ sunt maioris potestatis, quã Minister Prouincialis, nisi vt dictũ est, sint in Capitulo Prouinciali. Similiter Guardianus est maior toto cõuentu etiã capitulariter cõgregato, quia nõ habet potestatẽ à cõuentu, sed à Capitulo Prouinciali, seu à Ministro Pro-

Guardianus est maior toto conuentu etiam capitulariter cõgregato.

Prouinciali,ideò in tab. 10. Vicarij Generalis habetur, quòd pertinaciter asserens & volens sustinere cõmunitatem alicuius conuentus congregàram esse maiorem suo Guardiano, tanquã subuersor sanctæ obedictiæ,& errãs incarceretur:& de Vicarijs Guardianorum habetur ibidem, quòd omnino subsunt Guardianis,nec possunt habere Capitulum,dum Guardianus est in contractu,& conuentus solus sine Guardiano non potest tales Vicarios deponere.Neque ipsi Vicarij suo Vicariatui resignare sine licentia Guardiani.

Quartũ punctũ est,quòd Ministri Generales,Prouinciales,& Custodes,& Guardiani sunt & cẽsentur esse veri Prælati, & habentes curã animarũ, vt specialiter de Custodibus & Guardianis patet in compendio,titul. *Guardianus*,vt Clem.IIII. Sixt. IIII.decreuerunt ff.139.Et in statutis ordinis similiter habetur declaratum.Vnde & in tab.Capituli Generalis Florenciaci anno Domini 1493.celebrati habetur sic, *Declaratur, quòd nomine Prælati intelligitur Generalis, Prouincialis, Custos, & Guardianus. Ita quòd quandocumque in regula,& declarationibus summorum Pontificum statutis,& ordinationibus aliquid continetur faciendum, vel probandum per Prælatum,seu Prælatos,aut eorum licentia, seu concessione intelligitur de aliquo prædictorum, qui sunt veri Prælati ordinarij, si non exprimitur alter eorum,per quem sit tale quid faciendum, probibendum, vel corrigendum,&c.* Hæc ibi. Et cõcordat Sylues. t.t. *Prælatus* §.2 & summa Ang.tit. *Delegatus* §. 3.

Secunda conclusio. Ministri Generales, & Prouinciales, Custos, & Guardiani sunt veri Prælati.

Quintum punctum habetur in tab.16. generali,quòd frater canonice electus,& officium Prælationis pertinaciter renuens, nisi causa legitima dederit suo Prælato,etiam occultam,cẽsetur simpliciter & absolute inobediens:& ideò puniendus arbitrio tui Prælati cũ consilio discretorũ.Hæc ibi.Sed an sit legitima causa aut timor probabilis,ne maculetur ex transgressione regulæ multiplici,ad quam ferè timẽt necessitari propter proteruiam subditorum, eorumque murmurationes & turbationes, si eis non prouidet Guardianus ad votum per fas & nefas. &c. latius videbitur infra cap.10.vbi etiã dicetur, quòd talis Prælatus de. cat sic acceptando,& multò magis talem Prælationem ambiendo,seu appetendo,vbi videatur. De alijs autẽ tangentibus materiam hanc electionum quarumcumque & Capitulorum,videantur statuta ordinis & consuetudines, quia pleraq; & variabilia nimis sunt.

Tertia conclusio. Frater canonice electus, qui sine causa legitima officiũ Prælationis renuit, inobediens auditur.

Caput nonum.

DE PRAEDICATORIBVS.

CAPVT NONVM.

Fratres nõ prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cũ ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Generali Ministro huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo prædicationis officium sibi concessum. Monco quoque & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione, quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam, cum breuitate sermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.

GLOSSA.

GLOSSA.

NOtandũ secũdum Hug. 9. c. quòd in hoc cap. sunt tria puncta principaliter. Primum quòd fratres prædicãtes seruemus pacem cũ Eccle siæ Prælatis, quibus sumus in adiutorium dati. Secundum, vt non prædicemus nisi mittamur. Tertium, vt prædicando ædificemus. Et ista sumuntur ex Euangelio. Nam illud (*Fratres non prædicent in Episcopatu, &c.*) Sumitur ex Matth. & Luc. 10. *Qui non susceperint vos exite inde, &c.* Et illud, *Et nullus fratrũ populo penitus audeat prædicare nisi, &c.* Sumitur ex Rom. 10. *Quomodò prædicabunt nisi mittantur?* & Matth. & Luc. 4. vbi baptizatus Iesus, & plenus Spiritu Sancto, & post ieiunium cœpit prædicare missus à Patre: & Luc. 3. ad exemplum Baptistæ, super quo factum est verbum Domini mittentis ad prædicandum, *Et illud moneo quoque, &c sint examinata, &c.* infra patebit q. 3. de singulis agendo. Et notandum, quòd in hoc 9. cap. solùm sunt duo obligatoria ex vi regulæ æquipollentia præcepto secundũ Clementem V. vt supra cap. 1. q. 1. habetur. Quorum primum est (*Fratres non prædicent in Episcopatu, &c.*) Alterum est (*Et nullus fratrum populo penitus, &c.*) reliqua ab illo loco (*Moneo quoque & exhortor, &c.*) patet, quòd ex vi regulæ solũ sunt monitio & exhortatio, sed multa ibidem contenta sunt obligatoria ex iure naturali, diuino vel humano, vt patebit infra q. 3. Ideò ad maiorem omniũ declarationẽ ponuntur tres quæstiones sequentes. Luc. 10. Ad Rom. 10. Luc. 4. *In hoc capite sunt duo præcepta æquipollẽtia, obligatoria ex vi regulæ.*

Fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo, &c.

QVÆSTIO I.

Quæritur, vbi & quando, & quomodò licitũ sit nobis prædicare?

REspondeo per vnicum punctum, quod est, Ex vi regulæ tenemur abstinere à prædicando in Episcopatu alicuius *Conclusio.*

Fratres nul lo modo poſſ- tent in his ſupra &c.) Ian de ita æqui pollens præcepto ſeruare ex vi regulæ in Epiſcopum ipſo iure & contradicen te.

Fratres nul Epiſcopi contra eius voluntatem, niſi in non aliud Eccleſia ordinauerit: ut ſit, quia expreſſe regula ſic dicit (*Fratres non præ-* dum Clem. V. & Nico. III. ut. 6.) *Verum quia natura & &c.* dicit, quod in eadem literam obſeruetur, donec Eccleſia aliud ſuper hoc ordinauerit, ergo conſtat quod ordinatum Eccleſiæ tunc eſt in hoc ſtandum, cui Eccleſiæ tam ipſam regulam ſubiectã Epiſcopi ipſo eſſe volunt B. pater noſter Franciſcus, vt de hac ſupra in introductione q. 5. dictum eſt. Ideo dum Eccleſia aliud non ordinauerit, poſſent fratres prædicare vbique, de licentia præſumpta Epiſcoporum, aut curatorum, & maximè vbi opus eſſet prædicare, etiamſi non ſit licentia eorum petita, ſeu obtenta: quia vt ait Bonauent. ſolum prohibet regula prædicare in Epiſcopatu alicuius, cum ab ipſo Epiſcopo nobis fuerit contradictum: ergo de licentia præſumpta, quando non contradicitur, licitum eſt ex vi regulæ prædicare vbique, niſi Eccleſia aliud ordinet: quia eius ordinationi tandem eſt in hoc ſtandũ, vt dictum eſt.

In Concilio Vienneſi ſtatutum fuerat, quòd Prædicatores fratres Eccleſijs, & locis eorum ac in plateis communibus libere valeant cleros Minoũ in & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat exſuis Eccleſijs, in qua locorum Prælat. prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſint, & in ſolemniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud plateis poſ- de Prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali: in ſent libere ſtatutum autem generalibus, vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent proponere diebus illis, quibus prædicari ſolemniter conſueuit ad finem etiam morverbũ Dei, tuorũ, & in feſtis ſiue peculiaribus ipſorũ fratrũ ſpecialibus poſſint ijdem etiam ſine fratres, & liceat eis libere prædicare, niſi forte illa hora, qua ſolet ad cleaſſenſum Epiſcũ in prædictis locis Dei verbũ proponi, Epiſcopus vel Prælatus ſupecoporum, ex more clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua rationabili, vel cauſa ceptaillahorgenti clerum ipſum duceret congregandum: in Eccleſijs autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel propopus prædi ponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus cat, vel co- fuerint inuitati, vel vocati, & ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſuper-am ſe præ- tita licentia fuerit & obtenta, niſi Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior coſdicari facit dem fratres prædicare mandaret. Hæc ibi. Et notentur verba ſecũ-

dum Doctores & Sum. ibi, tit. *Prædicator*, vbi de hoc latius. *ita fere* Licet autem hoc ordinariæ Ecclesiæ est standum, non tamen *facere* rando de aliis priuilegijs ante præfatam constitutionem con- *ipsum in* cessis, & conformiter ad prædicta est intelligendum, quod habe- *Ferd. fff.* tur in constitutionibus Martini V. cap. 9. & in Serena confir- *2. prop.* matione quæ 94 refertur, quòd scilicet nullus frater præsumat in *principalibus* Ecclesijs prædicare ad scandalum, & dedecus ordinis, *vt.* Nullo- ni. Nisi in his terminis, vbi pro tempore fuerit constitutum, vt in *autem fine* processionibus, Quid agitima, & huiusmodi. Hæc ibi. Quia vbi *sacrorum* si- est tale constitutum, iam est licentia Prælatorum adsit, si non *ac regulares* aperte contradicunt. Ideò tunc licitum est prædicare ibidem, *etiam in &c.* vt dictum est. Quòd si quis frater contra prædictam formam *clesijs sub-* Clementinæ *Dudum*, præsumeret in domibus nostris, vel alibi *tus ordinis* prædicare, esset transgressor mandati Ecclesiæ prædicti: quòd si *contradicente* insuper contradicente Episcopo diœcesano, & contra prædictã *te Episcopo* formam præsumeret prædicare, esset transgressor mandati Ec- *prædicare* clesiæ pariter & præcepti regulæ supradicti: si verò secundum *præsumat*, prædictam formam Clementinæ *Dudum*, quis frater prædicaret *&c. vide a-* in nostris domibus, &c. non peccaret vllomodò, etiamsi Episco *tur ad propo* pus contradiceret, quia secundum Bonauent. nulli facit iniuriã, *situm Man.* qui vtitur iure suo, & contra licentiam Papę, vel Ecclesiæ non *Rodr. 3. to.* potest inferior contradicere. Regula autem, vt diximus, Eccle- *qq. regul q.* siæ ordinationi subijcitur. Verùm tamen si alicubi immineret *32. ar. 1.* scandalum, iam esset cessandum à nostra licentia, vel scandalo prouidendum: nihil enim omnino cum scandalo agendum est, etiamsi sit aliás licitum, nisi sit scandalum Phariseorum, quod est prudenter contemnendum: & similiter si contra prædicta concederetur alicui fratri priuilegium ad prædicandum, posset secundum formam priuilegij prædicare, dummodò scandalo prouideatur omnino, vt dictum est. Concordat Bonauent. Hugo, Barthol. Pis. 9. cap. Ad prædicta omnia confirmanda est Boni. fac. 9. in priuileg. *Sacra religionis ffff.* 118. Et Sixt. IIII. in priuileg. *id vberes fructus, ffff* 133. *vsque fff.* 136. vbi contra oppositũ asserentes, quòd scilicet de licentia Papæ non licebat nobis prædicare contra voluntatem inferiorum, ponit multas censuras: & de his potest latiùs videri in compendio, titulo

Prædicatores verbi Dei.

Caput nonum.

Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Generali Ministro,&c.

QVÆSTIO II.

Quæritur, an frater Minor possit prædicare populo, nisi sit debitè missus, seu institutus prædicator, & per quem debet, & quomodò institui prædicator?

Prima conclusio. Nullus frater Minor potest proponere populo verbũ Dei, nisi debite sit institutus prædicator.

REspondeo per quatuor puncta, Quorum primum est, nullus frater Minor potest prædicare populo, nisi debite institutus prædicator. Ratio, quia regula obligatoriè prohibet, dicens (*Et nullus fratrum populo, &c.*) quod est æquipollens præcepto secundum Clem. V. secundum etiam expos. pro quo notãdum primò, quòd hic nomine populi accipiuntur omnes extra nostram religionem constituti & maximè sæculares, vt ait Hug. 9. cap. secundum aliquos Doctores. Secundò notandum, quòd quando dicitur, *Penitus non audeat prædicare*, ly *penitus*, videtur intelligendum primum, nec palam, neque in suggestu in Ecclesia, neque in altari sub colore indicendi festa, ergo penitus, id est, nullo modo prædicent populo prædicto alicubi intra Ecclesiam, nec in foro nec, &c. quo non obstante ait Hugo 9. cap. quòd possent omnes fratres Minores, tanquàm viri Euãgelici tam grandes, quàm humiles, in via, in domo, in mensa, & vbique bonis communiter ædificare locutionibus & exẽplis, & id præcipuè facere debent, vt etiam habetur in prima regula cap. 7. & cap. 21.

Secunda cõclusio. Non solùm minister Generalis, sed etiam Prouin-

Secundum punctum, Non solũ Minister Generalis per seipsum extra Capitulum Generale & Prouinciale potest examinare approbare, & instituere fratres prædicatores ad prædicandum, sed & Minister Prouincialis cum diffinitoribus in suis Capitulis Prouincialibus id possunt, patet, quia licèt regula expresse solùm id concesserit Ministro Generali, vt patet, tamen Nicolaus III. art. 6. id concessit Ministro Prouinciali cum Diffinito-

finitoribus in Capitulo Prouinciali tantum, vt dictum est. Similiter & Gregor. IX. in sua declaratione art. 6. similiter & Clem. V. & Sixt. III. in mari magno fol. 36. ff. 139 concesserunt, & in constitutionibus generalibus ordinis habetur, quòd in Capitulo Prouinciali possunt prædicti Ministri Prouinciales cũ Diffinitoribus instituere prædicatores & confessores secularium. Sed notandum, quòd addit D. Nicolaus III. vbi supra, quòd præfatam licentiam prædicandi possint præfati Ministri scilicet Generales & Prouinciales reuocare suspendere & arctare prædictis fratribus institutis prædicatoribus, quãdo & quomodò eis visum fuerit expedire, & sic post prædictam reuocationẽ vel suspensionem, &c. non poterunt sine peccato transgressionis regulæ prædicti fratres prædicare. Notandũ etiam secundò, quòd quamuis D. Gregor. IX. in sua declaratione dixerit regulam coarctando, quòd Minister Generalis non potest cõmittere vlli absenti hanc suam authoritatem examinandi & instituendi prædicatores: tamen vt ait Hug. & 4. Magistri, & Bonauent. 9. cap. benè potest Minister Generalis id committere alteri ex vi sui officij, nisi per Capitulũ Generale prohibeatur, seu per Papam, quia hoc pertinet ad suũ officiũ ordinare ex regula: ergo potest id alteri cõmittere, nisi vt dictũ est, prohibeatur. Prædicta autẽ declaratio Gregor. IX. quoad hunc articulũ iam nõ valet, quia est reuocata per Nicolaũ III. vt supra in introductione q. 6. dictum est. Et cum Hug. concordat Martinus V. in suis constitut. cap. 9. & habetur in Seren. consc. q. 95. Sed nullus á prædictis potest hoc facere, neque cõmittere alicui, nisi vt dictum est. Vnde tertiò notandũ, quòd in tab. 8. Vicarij Generalis habetur, quòd extra Capitulũ Prouinciale Minister Prouincialis promouere non potest fratres suos ad præfata officia prædicationis & confessionis secularium, etiamsi fuerint Commissarij Ministri Generalis. Sed ipse Minister Generalis per se tantum id facere potest, & in tab. 19. Vicarij Generalis habetur; quòd iste casus semper reseruatur Ministro Generali, scilicet promouere fratres ad officia prædicationis & confessionis sæcularium extra Capitulum Prouinciale, & quòd nullus facere possit extra præfata Capitula, quantumcumque plenaria authoritate illis commissio detur, nisi specialiter huiusmodi casus exprimatur, quòdque Capitulum Prouinciale, vel Custodiale non potest licentiare Ministrũ Prouincialẽ, vt extra præfata Capitula aliquẽ ad dicta officia promoueat ad libitũ suum. Hæc ibi.

Nisi dicis in Capitulo Prouinciali tantum, vt dictum est.

Prædicatores & confessores sæcularium, nõ possunt institui à Prouinciali extra capitulum.

Et

Et secundum prædicta omnia lucida & intellige Aluarum de planctu Ecclesiæ apud Seren. conscien. q. 96. dicentem, quòd ordo noster contra regulam, quòd alios à Ministro Generali instituat prædicatores virtute alicuius priuilegij. Hæc ille. Sed vt diximus standum est ordinationi Ecclesiæ, ideo si Aluarus aliter sentit, non est curandum de eo, quia nimis scrupulosè, & sine fundamento sæpe planctum facit.

Tertium punctum, instituendus prædicator, de cuius sufficientia ad id munus satis probabiliter constat, non eget examinari, neque est necessariò examinandus de tali sufficientia, alius autem de quo non sic constat, est examinandus, antequàm prædicator absolute instituatur: probatur, quia regula expresse dicit, quod (*Nullus nisi fuerit examinatus, & approbatus, & inuitus prædicator à præfatis Aluarus audeat prædicare*) & Clem. V. vbi supra, similiter & Nicolaus III. expressè id dicunt, neque concedunt regula & declarationes aliter posse institui prædicatores, nisi examinatos & approbatos, & similiter expositores, vtpote Bart. Pis. & cæteri. q. c. id dicunt, quòd scilicet est necesse esse examinatos instituendos prædicatores, & hoc est verum, quando non constat probabiliter de eorum sufficientia. Nam quando constat de sufficientia in doctrina, & alijs requisitis ad id, tunc non est necesse eos examinari, vt de hoc apertè dicunt Bonauent. & Barth. lat 9. cap. & habetur in Seren. conscien. secundum declarat. Gregorij IX. Innocent IIII sed Hug. 9. cap. dicit, quod ex vi regulæ omnes sunt examinandi necessariò, quia id sic dicit regula. Ratione autem priuilegij prædictorum Pontificum. Gregor. IX. & Innocent. IIII. vbi supra, solùtunt necessariò examinandi illi, qui examinatione indigere creduntur, vt dictum est: quomodocumque ergo sit, seu ex vi regulæ, seu ex vi priuilegij, hoc tenendum est, quòd qui non creduntur indigere examinatione, non sunt necessariò examinandi, alijs autem sic: & hoc ex vi regulæ, vt dictum est, & facit ad hoc cap. *Nullus ad est, d. dist. 24. & ibi glos.* vbi habetur, quòd ignoti tantum sunt examinandi ad sacerdotium, licet ius dicat absolute, quod præexaminentur. *cap. d. petro dist. 47. in vers. ignota habetur*, idem in glossa Quomodò autem debeat talis examinatio & approbatio fieri, de hoc nihil dicit regula, ideo relinquitur dispositioni Prælatorum & constitutionum ordinis scilicet an debeat fieri ante Capitulum Prouinciale, vel in ipso Capitulo Prouinciali, vel alibi, prout in ordine fuerit statutũ & consuetum. Tamen

Quãdo constat sufficienter de scientia, & idoneitate alterius prædicatoris, non est necessarium ipsum examinare.

quoad

quoad hoc,& quoad prædicta omnia in hoc tertio puncto, pro eorum maiori declaratione habẽtur duo statuta generalia, quorum primum habetur in tab.8. Vicarij Generalis, vbi sic dicitur, *Ordinatur,quòd promouendi ad officia prædicationis & confessionis in Capitulo Prouinciali debeant illuc personaliter accedere, & ibidem secundum regulam examinari,licèt prius fuissent in conuentibus à quibus mittuntur examinati. Verum tamen in prouincijs,in quibus sunt Custodiæ sufficit,quòd tales fratres promouendi ad Capitulum Custodiale conueniant,& ibidem examinentur,& in casu,quo Vicarius Prouincialis ibidem præsideret, possit eos ad dicta officia promouere: si verò non adfuerit tũc per Diffinitores illius Capituli Custodialis, fiat vera dicarelatio ad Capitulum Prouinciale de prædictorum examinatione, & tunc ipsis absentibus possint ad præfata officia promoueri.* Hæc ibi. Sed postea est aliter statutum, vt habetur in tabula 19. Vicarij Generalis, vbi sic habetur, *Declaratur,quòd fratres multum notabiles in moribus graues, per Ministros Prouinciales in capitulis conuentualibus examinati,& laudabile suæ sufficientiæ patrum sui conuentus testimonium habentes, possint per eosdem Ministros vna cum diffinitoribus in Capitulo Prouinciali etiam in eorum absentia ad officia prædicationis & confessionis sæcularium promoueri. Alij verò examinandi aut promouendi capitulo interfint.* Hæc ibi. Ex quibus patet, quanta vis sit in hoc,quòd scilicet instituendi prædicatores debeant præexaminari, vt dictum est. Et notandum,quòd non solùm debet esse examinatus quoad sufficientiam scientiæ,seu doctrinæ, sed & approbatus quoad circunstantias, scilicet ætatis & morum,prudentiæ & maturitatis, & aliarũ conditionum ad prædicationem Euangelicam assumendam in Ecclesiæ ædificationem:& hoc innuit regula,dicens (*Examinatus & approbatus*) vt sic idiotæ repellantur, & inhabiles aliàs:similiter & discoli, vt reprobi officio prædicationis habeantur, vt dictum est. Vnde Bonauent.9.cap.& Mart. V.in suis constitut.9.cap.dicũt, *Quòd nullus debet institui prædicator, nisi habeat ætatem aptam sacerdotio, vel diaconatui, scilicet 25.annorum,vel circiter,& quòd sit competentis literaturæ,vita & moribus comprobatus.cuius doctrina populus merito valeat ædificari.* Hæc ibi. Et de his latiùs Bonauen.in sua apologia,& epistolis,& in Concilio Lateranen.ff.27 statutum est, quòd quicumque prædicator sæcularis, vel religiosus non audeat prædicare,nisi priùs per superiorem suum respectiuè, ad quem hoc pertinet, sit diligenter examinatus:in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus,vt morũ honestate,ætate,doctrina,

trina, probitate, prudentia, & vit. exemplaritate ad illud officium aptus, & idoneus reperiatur, &c. vt de his latius in compendio, tit. *Prædicatores verbi Dei.*

Prædicatores non possunt discurrendo prædicare bullas cruciatas sine licẽtia Prælatorum.

Quartum punctum, quòd frater, qui non est institutus prædicator, vt dictum est, non potest prædicare cruciatam, aut aliud quodcumque, aut quocumque modo, etiam virtute bullarum. Immò illi, qui sunt instituti prædicatores modo prædicto, non possent prædicare cruciatas discurrendo per terras, et am virtute bullarum ipsarum, sine licentia Prælatorum ordinis. Ratio, quia Papa non intendit per tales bullas instituere prædicatores eos, qui non sunt instituti, vt dictum est, & hoc omnes cõcedunt. Similiter non intendit eximere fratres etiam institutos prædicatores ab obedientia suorum Prælatorum, nisi hoc expresse constaret esse de mente Papæ. Sed de hac materia, & de confessoribus sæcularium, videatur latiùs in compendio, titulo *Prædicatores*, tit. *Confessio*, tit. *Absolutio, &c.* secundum subiectam materiam.

Moneo quoque, & exhortor eosdem fratres, &c.

QVÆSTIO III.

Quæritur, qualis debet esse prædicatio nostra?

Quas conditiones debeat habere prædicator verbi Dei.

REspondeo, quod debemus habere quatuor conditiones, quas regula monet & hortatur habere, licèt aliàs de iure diuino naturali & humano, sit obligatorium plures earum & multas alias habere. Prima ergo conditio est, *Quòd sint examinata & casta verba*, examinata, id est, non temerè prolata, nec inaduertenter: ideò ait Bonauent. quòd nullus debet prædicare ex improuiso, nisi priùs se disposuerit opportune, & sufficienter studuerit. Casta, id est, nõ impudica nec lasciua, neq; saporem impudicitiæ habentia. Nec iocosa, nec scurrilitatem sonantia, aut sapientia. Item casta, id est, catholica, non habentia aliquid impuritatis erroris, aut hæresis, nec saporem eorum. Nec male

male sonantia, nec suspecta de hæresi aut errore: nec noua aut extranea, nec vana, secundum illud 2. Corinth. 2. *Non sumus, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut coram Deo in Christo loquimur.* Ex Deo contra falsitatem, coram Deo, per maturitatem, in Christo per intentionis puritatem, vt ait Bonauent. & expos. sine tit. 6. cap. & 2. Timoth. 2. *Formam habe sanorum verborum, &c.* & 1. Timoth. 6. *Deuitans prophanas vocum nouitates.* Secunda conditio, *Ad vtilitatem, & ædificationem populi*, ita scilicet, quòd non sit prædicatio prætendens fastum, aut gloriam humanam, neque ex corrupta intentione facta, neque ad iactantiam, &c. Sed sit vtilis, ædificans, & ad hunc finem ordinata, & vt ait expos. sine tit. 9. cap. sit prouida prædicatio, & discreta, & circunspecta, & circumlibrata secundum facultatem audientium vtilis & fructuosa, non innanis & scandalosa. Vnde & secundum constitut. Martini V. c. 9. & habetur in Serena conscient. q. 95. cauendum est, ne prædicent fratres aliquas nouitates, vel materias, quæ verisimiliter possint, vel videantur scandalum generare: vnde in tab. 3. Vicarij Generalis in Specul. ffff. 10. habetur, quòd secundum quod habetur, *Extra de priuileg. & excessibus priuilegiatorum cap. religiosi Clem.* 1. Religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ distinctius inhibetur, ne in sermonibus suis Prælatis Ecclesiarum detrahant, aut retrahant laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu, siue pronuncient indulgẽtias indiscretas, & infra, *Si quis horum aliquid attentare præsumpserit per duos menses se subijciat pœnis, quæ pro grauioribus culpis, seu criminibus secundum regulam, & eorum statuta imponi consueuerunt, super quibus, absque manifesta necessitate dispensari cum eo non possit. Quare si quis non modo contra Prælatos Ecclesiæ, verum etiam contra dominos temporales, seu alios quoscumque, nisi in terminis, & verbis generalibus sua verba indiscrete acriter ingesserit, ita quòd scandalum inde, seu disturbium iudicio proborum virorum meritò pondrandum fuerit exortum, priuetur officio prædicationis, seu aliàs iuxta delicti quantitatem debite puniatur: nec superiores, quibus hanc pœnam infligere incumbit, dissimulent, seu eam infligere differant.* Hæc ibi. Et in constitut. Mart. V. c. 9. habetur, quòd caueant fratres prædicare cõtra libertatẽ sanctæ Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis detrahere, vel scandalũ contra clerũ, vel religionẽ aliquam excitare, aut personã aliquã criminaliter nominare, &c. Et in Concilio Lateranens. ffff. 27. mandatur omnibus prædi-

2. Cor. 2.

2. *Ad Tim.* 2.

1. *Ad Tim.* 6.

Quam contenta, & examinata debeant esse verba Prædicatorum.

Debẽt Prædicatores omniro cauere, ne in suis concionibus Prælatis Ecclesiæ detrahant.

prædicatoribus quibuscumque, ne detrahant Prælatis Ecclesiæ, alijsque superioribus scandalosè, nec coram vulgo & laicis incaute, & intemperanter reprehendant & mordeant, neque eorum male gesta expressis nominibus, vel aperta & manifesta redargatione redarguant, sed quòd omnino se habeant secundũ præfatam Clementinam *Religiosi*, quæ iterum ibidem confirmatur. Et notandum, quòd in tabul. 7. Vicarij Generalis habetur ordinatum sic, quòd nullus frater quouis modo publicè aut priuatè audeat dicere, seu iactare sibi aliquid reuelatum à Deo, nisi euidentibus signis demonstret se à Deo missum, sicut Moyses, *Extra de hæresis cap cum eo iniunctũ*: contra autem facientes seriosè, vel aliter dicendo sibi fuisse reuelatum incarcerentur, & omnibus actibus legitimis, & etiam exequutione ordinũ sint priuati, nec releuari possint nisi per Ministrum Generalem, vel per eum, cui ipse specialiter commiserit. Item ibidem sub pœna carceris districtè prohibetur, ne quis præsumat aliquam nouam doctrinam, quæ eiusmodi friuolas reuelationes redolet, *scribere, aut comicere, aut quouis modo in ordine*, aut extra ordinem etiam sub specie prophetiæ publicare, ante examinationem & approbationem Capituli Generalis Hæc ibi. Et in cõstitutionibus antiquis Farinerij c. 6. prohibetur, ne quis audeat approbare, vel asserere scienter opinionem nouam, vel quæ cõmuniter à nostris Magistris reprobatur. Nec opinionem singularem cuiuscumque suspectam, aut calumniabilem maximè circa fidem, vel mores audeat defendere, & potissimè à magistris Parisien. reprobatam: idem habetur in Capitulo Generali Assisij, anno Domini 1547. celebr. to. Et in tabul. 7. Vicarij Generalis habetur, quòd nullus prædicator audeat quicquàm prædicare, quòd dubietatem aliquã circa materiam fidei in cordibus audientiũ valeat generare, aut scrupulum rationabiliter inducere, omninoque abstineat ab omni irreuerentia Prælatorum Ecclesiæ. Tandem circa hæc omnia in Concilio Lateranensi sess. 27. sic habetur, *Mandantes omnibus, qui hoc onus prædicationis sustinent, vel sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & Sacram Scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendo semper hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent. Nec quicquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adjciant, sed illa sectentur, quæ à præfatis ritè & sanè non discordant: tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, vel certum dum indicij*

Pœnæ, quæ infligũtur concionatoribus falsas reuelationes iactantibus.

Notabilia verba Concilij Lateranensis de formã quã in concionibus habẽdis debent prædicatores obseruare.

prædi-

prædicare, vel asserere nequaquàm præsumant, cùm non sit nostri nostre temporis, vel momenta nec alia quæcunque futura, quàm quæ in sacris canonicis inueniantur, prædicent. Nec illa à Spiritu Sancto, vel diuina reuelatione se habere affirmant, nec aliena, inuentaque diuinis assererandas, aut alio quocunque modo tractandas esse mandent. Sed Euangelium omni creaturæ cum veritatis manifestatione, & virtutum commendatione enucleent declarent, & pacem, & huiusmodi prædicent. Sed si alicui aliquid Dominus inspirauerit, volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequàm publicentur, aut populo prædicentur ex nunc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur: quòd si tanta mora periculo id fieri non valeret, aut exigens necessitas aliud suaderet, tunc ordinarius loci notificentur, vt ille adhibitis secum tribus, vel quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire viderint (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint, vt publicentur, seu prædicentur. Si qui autem in huiusmodi prædicationibus miracula falsa, aut incerta, aut prophana, quæ ex Sacra Scriptura non constant prædicare, seu Episcopis, aut eorum superioribus Prælatis detrahere ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas excommunicationem incurrere volumus, à qua non nisi à Romano Pontifice (præterquàm in mortis articulo constituti) absolui possint, & eis prædicandi officium interdictum esse perpetuò decernimus, non obstantibus constitutionibus priuileg. &c. Hæc ibi, Et habetur in compendio, tit. *Prædicatores*.

Tertia conditio, *Vitia & virtutes, pœnam & gloriam*, vbi secũdum expos. sine tit. comprehenditur sufficienter quicquid est prædicandum, ad hoc quòd prædicatio sit ad vtilitatem, & ædificationem populi. Sicque in hoc specialius instruimur, quid & quomodò sit prædicandum ad vtilitatem populi, quia scilicet vitia & virtutes, &c. vt scilicet vitia vitentur, virtutes prosequantur, pœna timeatur, gloria speretur, efficaciterque procuretur, & desideretur, vbi etiam ordinate proceditur secundũ illud Psalm. *Declina à malo, & fac bonum*. Ideò, *vitia & virtutes*. Et secundum illud, *oderunt peccare mali formidine pœnæ, oderunt peccare boni virtutis amore*. Ideò *Pœnam & gloriam*. De imperfecto ad perfectum procedens. Et prædicta prædicare est vtilius, & fructuosius communiter omnibus Christianis sapientibus. Et ad hoc facit Concilium Lateran. vbi supra. Immò & nihil profundius, aut difficilius, quàm doctrina moralis simul & Christiana, quæ in prædictis tãgitur & includitur, vt ait Gerson

Quid debeant prædicatores populo Christiano communiter proponere.

Arist. 1. Ethic.

alphab. 56. lit. L. & alphab. 78. lit. H. & primo Ethic. Aristot. dicit, quod doctrina moralis requirit ingenium graue, & expertum & solidum. Ideoque non satis omnino conuenit iuuenibus, sed neque ab eis potest omnino percipi, sed summis, vt aiunt lib. de libari: & ideò fit, quòd tanquàm vilis, facilis, & parum eruditionis habens doctrina moralis, ab indoctis eam nõ degustantibus contemnatur, putentque morale negotium in clamorosis reprehensionibus super peccatis patẽtibus consistere. & e contra putant subtilitates speculatiuas, logicas, atque sophisticas esse profundam scientiam, cùm tamen potiùs sint futiles telæ arrnearum, & cymises AEgypti in moralibus, vt ait Gerson alphab. 47. H. & alphab. 88. E. K. vbi de his latiùs: ergo vitia & virtutes pœnam & gloriam prædicare oportet virum Christianum, doctum atque profundum. Non puerilia, aut futilia alia, quantumuis subtilia videantur, nisi ad hæc tandem ordinentur, vt à leui populo prima facie opinionẽ viri docti capiat, vt sic doctrinæ tandẽ morali, & vtili populus fidem præstet.

Quarta conditio, *Cum breuitate sermonis, &c.* vbi modus prædicãdi, scilicet breuiter suadetur, vt prædicatio sit vtilis & fructuosa, vt libenter à populo audiatur breuis sermo, & vt ait expos. sine tit. per breuitatem sermonis, intelligitur præcisio omnis superfluitatis, & pomposi curiosi, & infructuosi sermonis, & commensuratio dicendorum proportionata prudenter secundum capacitatem audientium, affectusque proportionatos delectabilitati, & finali auditorum vtilitati. Item ad literam breuiter, quia gaudent breuitate moderni, nec tædio afficiuntur spiritualium secundum Bonauent. quia nostra corrupta natura, ac depressa facilè afficitur tædio spiritualium, nisi sale breuitatis condiantur: & hæc forma prædicãdi est optima, grata Deo, & hominibus, & fructuosa, vt ait expos. præfati, & Barth. Pis. & addit Hug. cum prædictis concordans, quòd non debent prędicatores demorari audientes, nec prolixitate grauare prædicantes subtilia, curiosa, & huiusmodi. Possunt tamen prædicatores (vt ait Bonauent.) quando fuerit necessarium, vel opportunum (id plane quod rarissime accidit) prolixe prędicare, sicut dominus fecit in sermone in mõte, vt habetur in Matth. 5. & quando satiauit quinque millia hominum Ioan. 6. & alibi sæpe ipse & Apostoli sic fecerunt necessitate exigente: id autem, quòd sequitur (*Quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram*) sumitur ex Esai. 10, & ad Roman. 9. Et ex dictis patet, quòd

Ex regula nobis specialiter incumbit officium prædicandi & studendi.

Ioan. 6.

Esai. 10.

Ad Rom. 9.

quòd ex regula nobis specialius incumbit officium prædicandi, & studere ad id: quodque ad prædicandum est nostra religio instituta, vt ait Bonauent. vt de hoc latiùs supra in introductione quæst. 1. & infra cap. 10. quæst. 8. &c. habetur, ibi videatur de hoc, &c.

DE ADMONITIONE ET CORrectione fratrum.

CAPVT DECIMVM.

Fratres qui sunt Ministri, & serui aliorum fratrum, visitent & moneant fratres suos, & humiliter & charitatiue corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam nostram. Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt cõtraria animæ, & regulæ nostræ. Et vbicumque sunt fratres, qui scirent & cognoscerent se non posse

regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeãt & poſſint recurrere. Miniſtri uero benigne & charitatiue eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, ut dicere poſſint eis & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. Nam ita debet eſſe quòd Miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Monco uerò, & exhortor in domino Ieſu Chriſto, ut caueant fratres ab omni ſuperbia, uanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſeculi, detractione & murmuratione. Et non curent neſcientes literas, literas diſcere, ſed attendant quòd ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationẽ, orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in perſecutione & infirmitate, & diligere eos qui nos perſequuntur, reprehendunt, & arguunt, quia dicit Dominus. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus & calumniãtibus vos. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.

GLOS-

GLOSSA.

NOtandum, in hoc 10. cap. agitur de admonitione, visitatione, & correctione fratrum iudiciali, seu etiam paternali, ibi; *Fratres qui sunt Ministri, visitent, &c.* Secundò agitur de obedientia subditorum ad Prælatos, ibi, *Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant, &c.* Tertiò agitur de recursu ad Prælatos, & de remedio pro debita obseruãtia regulę, ibi, *Et vbicunq; sunt fratres, qui scirent &c.* Quartò agitur de quadam exhortatione, pro cauendis vitijs, & pro permanentia in suo cuiusque statu humilitatis, & vt aspirẽt ad virtutes, ibi (*Moneo verò & exhortor, & c.* vsque in finem.) Et notandum, quòd in toto hoc capitulo sunt duo tantum obligatoria ex vi regulæ, quorum primum est, illud quoad obedientiam, ibi, *Firmiter præcipio eis vt obediant suis Ministris*, id est, suis Prælatis, &c. Alterũ est æquipollens præcepto, illud scilicet, *Et vbicunq; sunt fratres, qui scirent & cognoscerent, &c.* vt patet ex declaratione Clem. V. vt supra cap. 1. q. 1. dictum est. Reliqua ex vi regulæ non sunt obligatoria, sed ex alio iure naturali, diuino vel humano, sunt sæpe obligatoria, vt infra patebit in quæstionibus. Notandum etiam, quòd illud (*Corrigant eos, &c.*) sumitur ex Matth. 18. *Corripe inter te & ipsum, &c.* & illud (*Nõ præcipiendo eis aliquid, quòd sit contra animam suam, &c.*) sumitur ex Matth. 23. *Alligant onera grauia, & importabilia super humeros hominum, &c.* & illud (*Visitent & moneant, &c.*) ex Luc. 22. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, quia Ministri in spiritualibus, & seruis in temporalibus debent fratres suos visitare socialiter & monere iudicialiter. Illud (*Fratres verò qui sunt subditi, &c. & firmiter præcipio eis vt obediant, &c.*) sumitur ex Matth. 17. *Quis est honor patris mei, &c.* Matth. 5. *Redde Deo tua iuramenta*, & Matth. 18. *Redde quod debes, &c.* & Roman. 14. *Obedite præpositis vestris, &c* & illud, ad suos Ministros debeant & possint recurrere, ex Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c* & illud (*Ministri verò charitatiue, &c.*) ex Matth. 8. vbi Christus Centurionem non repulit, sed misericorditer suscepit: & Luc. 25. vbi pater recepit filium prodigum redeuntem, &c. & illud (*Ministri serui sint omnium fratrum*) ex Matthæi 20. &

In hoc capite sunt duo præcepta ex vi regulæ obligatoria.

Matth. 18.

Matth. 23.

Luc. 22.

Matth. 5. & 18.

Ad Rom. 14.

Matth. 11.

Luc. 25.

Caput decimum.

Luc. 22. Luc. 22. *Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus*, & illud, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*, & *Discite à superbia*, &c. ex diuersis locis Euangelij conflauit. Et ibi: *Et non intelligebant scientes literas*, &c. ex Luc. vltimo, qui quamuis illiterati, tamen Dominus eis aperuit sensum ad intellectum scripturarum: & 1. Corinth. 7. *Vnusquisque, in qua vocatione vocatus est, permaneat*: cætera patent vnde sumantur. Ideo pro maiori omnium declaratione ponuntur 8. quæstiones sequentes.

1. Ad Cor. 7.

Fratres qui sunt Ministri, visitent, & moneant, &c.

QVÆSTIO I.

Quæritur, an Ministri teneantur visitare & corrigere subditos, & quando, & quomodò, similiter & subditi, an teneantur denunciare Prælatis peccata aliorum, & quomodò?

Prima conclusio. Ex iure diuino teneantur Ministri suos subditos visitare & corrigere.

REspondeo per duo puncta, quorum primum est, Quamuis ex vi regulæ non obligentur, obligantur tamen Ministri ex iure diuino visitare & corrigere suos subditos. Quòd ex regula non teneantur patet, vt dictum est in glos. & supra 1. cap. q. 1. secundum Clem. V. quòd autem ex iure diuino ad id teneãtur, seu ex iure naturali, patet quia pastor tenetur agnoscere vultum pecoris sui, & curare, & prouidere ei ratione sui officij, cui est annexa cura animarum, vt de hoc latius B. Thom. 2. 2. q. 83. art. 2. & ibi Caietan. & in quodlib. & Hadrian. in 4. de correctione fraterna, & Gabr. in canon. lect 74. & 75. &c. & cõmuniter Doctores, vt potest videri in sum. Sylvest. tit. *Correctio*, tit. *Visitatio*, & latiùs tit. *Inquisitio* per totum, & secundum hoc debent intelligi, & limitari expositores regulæ 10. cap. dicentes, quòd est obligatorium hoc Ministris, scilicet ex iure diuino, vel naturali, non ex vi regulæ. Nam ex vi regulæ solũ est admonitio,

nitio, vt dictum est. Et notandum, quòd nomine Ministri hìc intelliguntur ex vi regulæ specialiter Ministri Prouinciales secundum Bonauent. generaliter autem quantum est ex iure diuino, vel naturali intelliguntur omnes Prælati secundum Bart. Pis. & Hug. Dicuntur autem Ministri in spiritualibus, serui autem in temporalibus secundum Bonauent. & vt ait Bart. Pis. 7. c. & habetur in Seren. consc. quæst. 97. & Hug. 10. cap. in nomine Ministri humilitas, in nomine serui vtilitas ostenditur. Nam Ministri debent esse serui, non domini fratrum, ministerium quidem non dominium habentes, quia vtilitate, & ministerio seruire & ministrare debent. Ideò Ministri & serui vocantur, vt nomen serui amplius declaret actum Ministri secundum Luc. 22. *Qui maior est vestrum, erit Minister vester*: quia Prælati ordinis, tam humilitate, quàm vitæ imitatione Christo debent esse conformes, qui ait Matth. 20. *Filius hominis non venit ministrari, &c.* & vt ostendatur, quòd non in solo nomine Prælati glorientur, sed in re sui officij, quæ per nomen Ministri & serui significatur, exerceantur, vt ait expos. sine tit. Ideò Hug. ait, quòd Prælati debent esse vtiles in labore, humiles in honore, & humilitatis officia exemplariter amplecti. Tunc autem subditis vtiliter seruiunt, quando pro eorum cura sobrie docent, hortantur, monent & corrigunt, vt oportet. Nam dum vitia non corrigunt, ordinem dissolui & destrui patiuntur. Ideò sequitur (*Visitent & moneant*) videlicet, id est, frequenter videant, & inquirant, & circumspiciant diligenter mores, & fratrum conditiones, & moneant, scilicet ad bonum, & melius hortando, & corrigant ab excessibus, seu defectibus spiritualibus, vt ait expos. sine tit. vel secundum Bart. Pis. (*Visitent*) si sit aliquis defectus spiritualis, seu corporalis, vt sic subueniant, & moneant defectuosum charitatiue secundum formam Euangelij Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* vbi autem hoc non sufficeret, debet subsequi correctio authoritatiua, prælatiua, seu iudicialis: humilis tamen, & benigna, qualis expedit ad suum finem, scilicet ad religionis, præsertim deinde ad ipsius fratris vtilitatem. Ideò ait (*Humiliter & charitatiue corrigant eos*) vel secundum Bonauent visitent socialiter & moneant iudicialiter, &c. Quomodò autem Prælati prædicti debeant visitare, & quando, monere, & corrigere, dic quod secundum ius diuinum, & naturale, & secundum ordinis statuta, & consuetudines religionis, vt de hoc latiùs habetur in B. Thoma, Hadriano,

Quid nomẽ Ministri significet, & importet.

Luc. 22.

Matth. 20.

Matth. 18.

Gabriele in canone,& in locis præallegatis,& præcipuè videatur Syluest. t. *Inquisitio* 2.per totum,*Et inquisitio* 1. *quæst.* 10. *cap.* 11.& beatus Thomas 2.2.q.7.art.2.& ibi Caietanus, & tãdem fietur statutis,& consuetudini approbatæ, vt de hoc etiam habetur in quodam tractat.ff. 287. & in constitutionibus antiquis Fatinen; cap.7.de hoc habentur multa ad hoc expedientia.

Secunda conclusio Subditi tenentur denunciare Prælatis excessus confratrum suorũ.

Secundum punctum,subditi tenentur denunciare suis Prælatis etiam non inquirentibus, & multò magis inquirentibus excessus confratrum suorum occultos, seu semipublicos, & etiam publicos, ita tamen quod non faciant in hoc contra ius naturale,vel diuinum ,hoc patet de se, quia tenentur obedire suis Prælatis in pertinentibus ad suum officium, & tenentur animabus proximorum prouidere ratione charitatis, ergo tenentur denunciare ad prædictum finem, vt dictum est: & hoc tunc,& quando, & quomodò oportet,dummodò non contraueniant legi naturali,vel diuinæ;patet,quia nullus obligatur male agere aut peccare,aut agere contra ius naturale vel diuinum,& quia quæ instituta sunt pro charitate,non militant contra charitatem,aut contra legem Dei ,& quia lex naturalis & diuina, tanquàm magis obligatoria non potest infringi per leges humanas,ergo.Et in his nulla est dubitatio.

Quæ forma in visitatione, & correctione fratrum sit obseruanda.

Sed quomodò est agendum hoc, ita quòd non contraueniatur legi naturali,vel diuinæ,& an semper sit obseruanda forma Euangelica Matth.18.*Si peccauerit in te frater tuus*, hoc est dubium:ad quod breuiter dico primò, quòd contra formam Euangelicam,in quo forma Euangelica esset necessariò obseruanda,nunquàm est faciendum inquirendo, aut denunciando, aut testificando,corrigendo publice,vel occulte, &c. vt patet ex dictis.Dico secundò, quòd in multis casibus non est necesse seruare formam Euangelicam Matth.18.in denunciando, testificando,corrigendo,aut inquirendo,quia illa forma Euangelica Matth.18.non est data vniuersaliter pro omnibus criminibus, aut pro omnibus casibus,ita vt inuiolabiliter,& vbique in omnibus debeat obseruari illa forma,quia non pro notorijs criminibus,nec pro quo probabiliter timeretur,vel imminneret maximum periculum, si non denunciaretur Prælato publice, vel occulte,vt expedit,modò sit iam in secreto facta correctio, aut monitio, modó non, & in alijs casibus secundum communiter Doctores,vbi supra,ideò dixi,quòd quãdo esset obligatoriè

Quãdo obliget denunciatio, siue correctio fraterna præcesserit, siue non.

torie obseruanda, tunc necessariò seruanda est illa forma, alias no.1. Tertiò dico, quod sæpe potest contingere casus, in quo simul est obseruanda forma Euangelica, Matth. 18. vt prius, vel post moneatur, & corrigatur secretò proximus de suo peccato, & insuper ipsa non obstãte teneamur ante, vel post prædictam monitionem, & correctionem Euangelicam denunciare publice, vel occulte, & testificari, seu reuelare tale crimẽ Prælato inquirenti, & etiã aliquãdo non inquirenti, ad hoc, quod vel ille remediũ adhibeat, vel prouideatur bono publico, seu aliorum, seu vt malo maiori debite caueatur: quando autem est talis casus, quando non, hoc exigit ampliorem tractatum, ideò videantur Doctores Theologi & Canonistæ in locis supra allegatis, & summistæ, tit. *Correctio*, tit. *Denunciatio, testis inquisitio, accusatio, &c.* secundum subiectam materiam, & casuum varietatem, & quia circa hoc sunt multæ & variæ opiniones, si quis voluerit videat nostrum tractatum de correctione fraterna, & denũciatione, vbi multa circa hæc compegimus: interim tamen potest videre Gabrielem in canon. lectio. 74. &c. & Hadrianum in 4. vbi supra vbi dulcius hæc materia tractatur ex parte: hoc tamen consulendum est, quòd scilicet statutis Ecclesiæ, aut religionis circa hæc stetur in casibus, in quibus loquuntur, nam quamuis vel ex ignorantia, vel aliunde nos non omnino capiamus, quomodò illa stent in veritate cum iure naturali, vel diuino, cùm prima facie videantur dissonare: tamen firmiter tenendum est, quod ex quo Ecclesia illa approbat, & statuit, quod nõ dissonant à veritate, neque credendum est, quod per tot viros religiosos pariter, & doctos statueretur aliquid contra Euangelicam formam, aut veritatem. Hæc dixerim propter quosdam sciolos, & temerarios, qui quod ipsi non capiunt, statim reprehendunt, atque talia statuta esse contra formam Enangelicam clamitant, quæ sunt, vel præter, vel vltra Euangelicam formã, sed non præter rationem propter casuum, ac circunstantiarum varietatem.

Cætera scienter omittimus propter breuitatem, & quia cõmunia sunt omnibus Christianis ea, quæ à Doctoribus circa hoc traduntur, ideò videantur in locis præallegatis, & in statutis ordinis, quæ quotidie ferè quoad positiua quædam propter casuum varietatem & temporum variantur: videantur etiam circa hoc, & circa correctiones, multa priuilegia in compendio tituli secundum subiectam materiam.

Fratres.

Caput decimum.

Fratres verò, qui sunt subditi, recordẽtur, &c. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant in omnibus, &c.

QVÆSTIO II.

Quæritur, an fratres Minores teneantur suis Prælatis obedire in omnibus, quæ non sunt contra animam & regulã, etiam in dubijs & quomodò, & an libertates regulæ possint per Prælatos subditis prohiberi, strictiorque vita subditis imponi?

Prima conclusio. Fratres Minores tenentur suis Prælatis obedire in omnibus, quæ secundum regulam eis præcipiuntur.

REspondeo per septem puncta, quorum primum est, Fratres Minores tenentur specialiter ex vi regulæ suæ obedire suis Prælatis in omnibus præceptis eorum secundum regulam explicite, vel implicite factis.

Dicitur primò, quòd tenentur ad hoc specialiter ex vi regulæ, patet, quia est speciale, præcipuumque præceptum regulæ, (*Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis Ministris*) & ibi nomine Ministri intelliguntur omnes Prælati, vt ait expos. fine tit. Bonauent. Hug. Bart. Pis. cap. 11. & 8. & communiter expos. & Spec. ffff. 14. Quia antiquitus omnes Prælati confusè vocabãtur sæpe Ministri, & Custodes, vt dictũ est supra c. 8. q. 2. quamuis aliquando signanter de obediẽtia Ministri Generalis regula loquatur super 8. c. quia est maioris ponderis, vt ibi dictum est.

Dicitur secundo in omnibus præceptis eorum, quia consilijs & monitionibus non tenemur sub præcepto saltẽ mortali obedire, vt dicetur infra q. 3. Item quia non tenemur facere quæcumque scimus, vel credimus esse de voluntate Prælati, vt faciamus, nisi Prælatus ex intentione nobis suam voluntatẽ manifestet expressè, vel tacitè, seu interpretatiuè, seu aliquo modo sufficienter monendo ex intentione subditum suum ad exequendum sub præcepto strictè vel large sumpto. Ita quòd solũ

tenentur

tenemur sub præcepto obedire Prælati voluntati, qualitercũque præceptiuè intimatæ (vt Sylvest. tit *Obedientia q. vlt.* & tit. *Præceptum q.* 2. secundum Thom. in 4. & de veritat. 23. q. artic. vlt. & 2. 2. q. 104. art. 1. & ibi Caietanus.

Dicitur tertiò, secundum regulam implicitè, vel explicitè: quia eo ipso, quo religiosus est subditus Prælato secundum regulã, non solùm subditus est quoad operationes, & omnissiones eorum, quæ expressè in regula continentur: sed & quoad omnia illa, quę a l contenta sub regula, & ad regularem vitam rationabiliter ordinari possunt, aut reduci quomod cumque, (vt sunt omnia pertinentia ad obsequia fraternæ societatis intra, aut extra conuentum, & ad culparũ cognitionem huiusmodi) alioqui oporteret inter Prælatum & subditum disceptationes continuas esse, an facere, vel omittere hoc, vel illud propter bonum conuentus, aut obsequium communitatis, & generalem obseruantiam teneatur, ex quo non est tale expressum in regula, vt ait Sylvest. tit. *Religiosus quæst.* 6. secundum Thom. in 10. quodl. art. 10. & 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. & hoc innuit regula, dicens, *Obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt*, supple explicitè vel implicitè, vt ait Bonauent. cap. 10. vel secundum Bart. Pis. & Hug. obediant in omnibus, scilicet, ad quæ se astrinxerunt, quæ ad ipsorum obseruantiam spectant, vel ad transgressionis eorum vitationem, vel secundum expos. sanctorum Patrum obediant corde & exterius opere, in his, quę regula imponit, in omnibus alijs, quę explicitè non tangit, dum tamen sint talia, quæ non sint contraria animæ suæ, & regulæ nostræ: & concordat Hug. dicens, *Beatus Franciscus in spiritus feruore instituit vt fratres non solùm in his, quæ promiserunt Domino obseruare, sed etiam in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, & regulæ obediant.* Hæc ille. Ex quibus infertur secundum Caietanum 2. 2. quęst. 88. ar. 8. quod cum religiosus quicumque religionis mendicantium sit subditus suo Prælato in omnibus operationibus suis, & omnissionibus, qua sunt, aut possunt esse opportunæ ad regulam, & ad ea, quæ regulæ sunt, & ad regularem obseruantiam: cuiusmodi sunt omnes operationes & omnissiones, quæ non sunt de necessitate salutis, aut peccata, aut contra regulam, excepto exercitio excedentium regulam, & excepto transitu ad altiorem statum, vt dictum est, quæ quidem semper intelliguntur excepta, ideò absolutè dicitur, quod religiosus est subditus suo Prælato in

omni-

omnibus operationibus,& ommiſsionibus ſuis, quæ ſunt, vel eſſe poſſunt directe vel reductiue opportunæ ſecundum regulam, vt dictum eſt, quamuis non ſubſit Prælato abſolute in omnibus (vt de hoc latiùs infra dicetur) & ſic eſt intelligendus B. Thom. ibidem in reſponſ. ad tertiũ,& non vt aliqui, & male ipſum intellexerunt. Ex his benè ſequitur nullum votum ſubditi factum de huiuſmodi, in quibus ſubditus eſt Prælato, eſſe firmũ quando per Prælatum poteſt irritari,& eo præcipiente contrarium eſt obediendum, licèt interim dum non irritatur, aut dum non præcipitur contrarium, benè ſit validum,& ſubditus tenetur illud implere, quia factum eſt de eo, quod eſt in poteſtate alterius, ſcilicet ſui Prælati, vt dictũ eſt. Sed de hac materia votorum religioſorum, ibidem latiùs videatur, ſicque patet declaratio, ſimul & probatio huius primi puncti.

Secunda cõcluſio. Secundum punctum eſt, frater Minor non tenetur obedire ſuo Prælato præcipienti cõtra animam ipſius ſubditi, aut cõtra regulam, niſi in caſu, quo ipſe Prælatus poſsit rationabiliter diſpenſare contra regulam, aut contra aliud ius, contra quod præcipit. Prima pars patet, quia expreſsè regula excipit ab obediẽtia Prælatorum, quando præciperent contra animam ſubditorum, aut contra regulam, dicens, *Et non ſunt contraria animæ,& regulæ noſtræ*, ſecundum communiter expoſ. cap. 10. & Hugo ſignanter etiam cap. 2. & Bonauent. etiam cap. 1. & Seren. conſ. q. 5. alphab. litera L. ſecundum Vbertinum. Ratio, quia quæ pro charitate ſunt inſtituta, non debent contra charitatem militare ſecundum Bart. Neque Prælatus datus eſt in deſtructionẽ regulæ, aut iuris diuini, aut animarũ, ſed in ædificationem, ideò non poteſt præcipere contra hæc: vt etiam ait expoſ. ſanctorũ Patrum 10. cap. & communiter Summiſtæ, tit. *Religio*, vbi ſupra & Doctores communiter. Ideò ait Floren. tract. *Defecerunt*, vbi agit de interrogationibus quoad Prælatos, quòd ſi Prælatus præcipit præceptiue, ſeu per obedientiam, ſeu in virtute Spiritus Sancti, vel ſub excommunicatione,& huiuſmodi aliqua cõtra animam, vel contra Deum, aut contra regulam, mortaliter peccaret talis Prælatus ſic præcipiendo,& ſubditus non teneretur obedire, imminô & teneretur non obedire.

Regulariter loquendo ſubditus non tenetur obedire Prælato præcipienti aliquid contra regulã, niſi in illa rationabiliter diſpenſet.

Quid dicatur eſſe cõtra animã. Et ſi quæras, quid dicitur contra animam, quid contra regulam? Reſpondeo, quòd contra animam dicitur non ſolùm omne peccatum mortale, ſeu veniale, ſed etiam omne illud, quod eſt, aut inducit de propinquo in periculũ peccati mortalis, ſeu quod

quod est incentiuum, aut proximum ad peccatum, vtpotè audendo confessiones, vbi peccatum, aut tentatio carnis valde acriter impugnat aut si præciperetur, quid contra hoc statuitur, aut quod esset in scandalum, & huiusmodi, & in hoc cõcordant 4. Mag. ff. & Bonauent. Hug. Barr. Pis & communiter omnes expos. & expresse S. Bernardes in suo tertio opere in sermone de obedientia per modum dialogi art. 3. in respons. ad 11. argumentum, vt etiam habetur in quæstionibus Concilij Constantiensis. ff. 172. & expos. fine tit. &c. & etiam B. Thom. 11. quodl. art. 3. vbi dicit, quòd potiùs debet homo præeligere mortem, quam venialiter peccare. Omne enim peccatum, quod est contra Deum, quomodocunque est etiam contra animam, vt dictum est. Contra regulam autem est non solùm id, quod est contra præcepta regulæ, sed etiam id quod est contra ordinis statuta ad seruandam regulæ puritatem (vt aiunt 4. Magistri, & Hugo) vtpotè si præciperetur, quòd frater vadat ad quærendum pecunias contra modos ordinis, & declarationum, & statutorũ, (vt etiam ait Barr. Pis.) aut si præcipiatur, quòd in negotijs sæcularibus se exerceat frater, nisi talia negotia essent honesta, aut decentia religionem, aut si præciperetur aliquid, quod manifestè deprimit hominem ad imperfectionem, & ad regulæ impuritatem, aut quod notabiliter extingueret spiritum deuotionis, vt supra cap. 5. q. 2. & communiter concordant expos. & Seren. conscien. q. 5. & de his latiùs etiam habetur in sum. Ang. & Sylues. tit. *Obedientia*, ibi videatur ad propositum. Item contra regulam præcipitur, quando Prælatus prohibet, quod regula concedit, vt ait expos. sanctorum Patrum 10. c. quod quomodò debeat intelligi, latiùs dicetur infra in 6. puncto, vbi agitur, an regulæ concessiones, & libertates possint per Prælatos prohiberi, & strictior vita imponi. Ibi de hoc videatur, & sic patet probata prima pars huius 2. puncti.

Quid dicatur esse cõtra regulã.

Secunda pars eius scilicet, nisi in casu, quo ipse Prælatus posset rationabiliter dispensare, &c. probatur, quia in casu tali, quo scilicet Prælatus potest dispẽsare, & subest causa legitima ad talem dispensationẽ, tunc existentibus istis duabus cõditionibus subditus tenetur obedire Prælato præcipienti talia cõtra regulã. Ratio, quia licèt talia opera sint illicita ex regula, seu ex alio iure simpliciter, tamẽ Prælatus per prædictã suam dispẽsationẽ rationabilẽ potest facere licita, & quod nõ sint cõtra regulã cũ tali dispensatione auferente vinculũ regulæ, aut iuris alterius,

pro-

p̃o tunc ex cauſa rationabili, inſuper ex alia parte ſubeſt præcipiendi, vt cauſa fiat tale opus ad aliquem finem ſubordinatum regulæ vitæ, ſeu conuerſationi, ad quam omnia præcepta Prælatorum ordinantur in religione: ergo tenetur tunc ſubditus obedire, quia nihil eſt prohibitum in regula, & diſpenſabile à Prælato, quod non poſsit rationabiliter diſpenſatum ad ea quæ ſunt regulæ, rationabiliter ordinari, ideò ſi Prælatus præcipiat ſubdito, quod non ieiunet ſexta feria, vel quod calcietur, aut quod vadat equitandò, &c. huiuſmodi, in quibus poteſt diſpenſare, quia videt illum infirmũ debilem, aut egentẽ, aut aliàs ex cauſa rationabili, tenetur ſubditus obedire, quãuis ipſi ſubdito aliter appareat, vt proximè dicetur in quarto puncto. Quòd ſi manifeſte conſtaret ſubdito, quod Prælatus non poteſt in talibus diſpenſare, aut quod nõ eſt cauſa rationabilis, aut ſufficiens ad diſpenſandum, aut quod non mouetur Prælatus ex cauſa rationabili ad diſpenſandum, ſeu præcipiendum in prædictis, ſed leuiter ſine cauſæ diſcuſsione, aut valde ſuperficialiter conſiderando, aut ſine cura diſpenſati, vt aliquando communiter fieri videtur in aliquibus leuibus negotijs, tunc ſi Prælatus ſic præcipiat contra, vel præter regularem vitam diſpenſando leuiter, vt dictum eſt: & hoc manifeſte conſtat ſubdito, nõ tenetur ſubditus obedire. Ratio, quia talis diſpenſatio non eſt rationabilis ex parte cauſæ, aut poteſtatis, & per conſequens potius eſt diſſipatio, & ideò eius præceptum eſt inualidum de re illicita, niſi forte eſſet princeps, in his quæ ſunt pure iuris poſitiui, ſubditis eius ordinationi, quia tunc teneretur ſubditus obedire ei præcipienti cõtra ſuum ſtatutũ ei ſubiectũ, non autẽ contra regulã, aut cõtra ius ſuperius, contra quod tunc nõ eſt rationabilis diſpenſatio: neque præceptum eius rationabile, vt dictum eſt. Si verò ſubditus dubitet, an talis Prælatus poſsit ſuper tali præcepto regulæ diſpenſare, vel an moueatur ex cauſa rationabili & ſufficiente, aut an debite diſcuſſerit, an non, tunc tenetur obedire: quia in dubijs generaliter quibuſcumque tenetur ſubditus obedire Prælato præcipienti, vt latiùs dicetur infra in tertio puncto ſequente: & cum prædictis omnibus concordat ſum. Ang. tit. *Religioſus* §. 29. & Sylueſt. *eò tit. quæſt.* 6. & Caietanus 2.2. quæſt. 88. art. 8. & q. 104. art. 9.

In quibus caſibus poſsit ſubditus non obedire Prælatis.

† *Tertia cõcluſio.*

In omnibus dubijs tenetur ſubditus ſtare iudicio Prælatorum, & eis obedire.

† Tertium punctum eſt, in omnibus dubijs tenetur ſubditus ſtare iudicio, & determinationi ſuorum Prælatorum, & ſic deposita conſcientia eorum præceptis obedire, modò tale dubium proue-

proueniat à perplexitate materiæ,modò ab authoritate , doctrina,vel sanctitate Prælati,modò à simplicitate ipsius subditi: & sic tenet B. Thom.& Gotfred.& Raimundus,& communiter Doctores,quod vbicumque,& quotiescumque subditus sua diligenti inquisitione certificari non potest de aliquo , tenetur obedire suis Prælatis,& sic obediendo excusatur : & facit ad hoc cap. *Quod cuipiam* 23.*q*.1.vt etiam Syluest.*tit.obedientia q*. 2. & summ.Aug.eod.tit.referunt,quamuis in hoc Hadrian. in 2. quodlibet.aliqualiter dissonet,cuius opinio non est communis, sed neque vera,inquantum prædictis contrariatur,vt latius agitur in materia de conscientia,ibi videat,qui volet latius.

Quòd si dicas,quòd subditus, si habet conscientiam , quòd peccat obediendo Prælatis in tali dubio , iam sic obediendo contra conscientiam peccat faciendo contra conscientiam. *Obiectio.*

Respondeo secundum Hadrian.in 2. quodlibet. quòd talis subditus tenetur deponere talem conscientiam,& formare sibi conscientiam,quod obediendo in tali dubio non peccat ; sed bene agit,vt tenetur,& sic deposita conscientia tenetur obedire,vt dictum est,non autem stante conscientia , quòd peccat, alàs si non deponit prædictam conscientiam est perplexus ex culpa sua:quia si obedit contra conscientiam peccat, & nõ obediendo Prælatis præcipientibus peccat,quia vt dictum est,tenetur eis indubijs obedire,non quomodocumque , sed deposita prius conscientia prædicta culpabili,& formando conscientiã, quòd obediendo benè agit,vt tenetur,vt dictum est: quòd si talem conscientiam non deponit,& non format conscientiam rectam,peccat ex sua superba temeritate,volene inniti proprio sensui contra iudicium maiorum,aut Prælatorum in ijs,de quibus modò constat certitudinaliter,ergo. Vnde etiam in epistola sancti Bernardi art.7.fol.98.sic habetur, *Item declaratur , quòd in omnibus dubijs,quæ non possent indubitanter declarari,subditi tenẽtur stare iudicio suorum Prælatorum & obedire*, 23.*q*.1.*cap.quid culpatur,& ideò contrarium agentes sunt transgressores obedientiæ , & digne a superioribus censura Ecclesiastica,aut alia decenti pœna castigentur.* Hæc ibi.Et in suo tertio opere sermone de obedientia, art.3.Et ad maiorem conformationem Leo X.fiff.59.concessit & commisit de plenitudine suæ potestatis , quòd in rebus dubijs,& scrupulis conscientias subditorum tangentibus Generalis Minister,vel Prouincialis,vel Custos cum consilio aliquorum patrum,si res magnæ importantiæ fuerint, possint authoritate

Dissolutur

ritate ſuæ ſanctitatis determinare in ſcrupulis, & rebus huiuſmodi, ac eorum determinationi ſubditi cum ſecura conſcientia debeant, & poſsint ſtare, & ſſſ. 93. conceſsit, quòd fratres, qui ſunt nimis ſcrupuloſi poſsint in omnibus dubijs ſuam conſcientiam tangentibus cum ſecura conſcientia ſtare determinationi ſui Guardiani, vel cuiuſcunque alterius Prælati, ſuper quo ait collector compendij tit. *Guardianus*, quòd in hac conceſsione non conceditur noua aliqua authoritas Prælatis, vt valeant determinare ad ſuum libitum, ſed ſolùm prouidetur ſerenitati conſcientiarum ſubditorum, vt dictum eſt, quòd ſi Prælatus, & ſubditus dubitent, ſeu in caſu ſubditis conceſſo cõtẽdant ſubditus & Prælatus, in dubio eſt recurrendum ad Prælatum ſuperiorẽ, vt infra q. 6. ¶ Sed quid ſi ſubditus videat manifeſte Prælatum errare, & male declarare, aut determinare circa dubia cõtra regulam, aut contra ius diuinum, &c. dic, quòd tunc non debet obedire: quia tunc non dubitat, ſed clare cognoſcit, vt ſupponitur eſſe illicitum, vt de hoc latiùs & pulchre Hadrian. in 2. quodlibet. & ſupra cap. 6. q. 15. dictum eſt. Similiter in ijs, quibus non poteſt eſſe ignorantia inuincibilis excuſans; dic quòd non excuſantur à peccato ſubditi ſtando erroneo iudicio Prælatorum, & eis obediendo contra regulam, aut contra aliud ius in dubijs, quia tale dubium, aut ignorantia eſt culpabilis, vt ſupponit, & per conſequens tenentur diligenter ſcire, & certificari pro poſſe, vt Sylueſt. vbi ſupra tangit. Quæ antẽ ſint ea, quorum ignorantia non excuſat, dictum eſt aliqualiter ſupra in introductione q. 4. & latiùs de omnibus ſupra dictis nos egimus in quodam tractat. de ignorantia, & de conſcientia ſecundum communiter Doctores, vbi de his multa habentur, ibi videat, qui volet. Item ſi Prælatus præcipiat contra regulam, aut contra animam, &c. vt ſubditus cogatur obedire, in quibus ſcit ſe non teneri, aut non debere obedire, quid & quomodò ſe debeat habere, latiùs dicetur infra q. 6. ibi videatur. De poteſtate autem Prælatorum in declarando dubia priuilegiorum, & conceſsionum, &c. huiuſmodi, videatur in compendio, tit. *Declarare*, tit. *Priuilegia &c.* ſecundum ſubiectam materiam ibidem.

Quando ſubditus manifeſte videt Prælatũ errare in dubijs circare gulam, non debet ſtare erroneo iudicio illius, neque obedire.

† *Quarta concluſio. Subditus tenetur obedire Prælato in his etiã, quæ ſunt infra regulã.*

† Quartum punctum eſt, ſubditus tenetur obedire ſuis Prælatis præcipientibus infra regulam, vtpote ſi præcipiatur reficere corpus, recreari, &c. quæ nec regula prohibet, nec alio iure prohibentur, niſi conſtet certitudinaliter, quòd vergunt in notabile nocumentum corporis, vel in peccatum. Ratio huius eſt,

quia

quia talia possunt ordinari ad regularem vitam, vt suprad ctum est 1. & 2. puncto, præsertim quia talia non sunt aliàs prohibita aut necessaria, sed licita, etiam sine dispensatione Prælati: talia enim dicuntur infra regulam. Immò & bonum, quod non est necessarium ad salutem, debet omitti propter obedientiam, vt habetur 11. q. 3. *Sed ergo*, quando scilicet ex causa rationabili, etiamsi non exprimatur subdito prohibetur, & de hoc pulchre B P.N Franciscus in suis exhortationibus ait, vt habetur in libro ordinis in 3. tract. ibi vide, & etiam de his infra q. 5. habetur ad propositum, quia talis omissio ieiuniorum abstinentiarum, & huiusmodi sæpe ordinatur ad regularem vitam, & ne indiscrete ex nimio feruore à subditis fiant, aut quia Prælatus vult subditum occupare in aliquo labore, aut alio exercitio, idcò vult eum fortem, ne deficiat, & cætera. Ex hac etiam causa, & ex aliis patet, quod subditus non potest firmiter aliquid vouere sine licentia Prælatorum, quodque ad præceptũ Prælati tenetur desistere ab impletione votorum, quæ fecit post professionem, vt latius de his B Thom. 2.2. quæst. 88. art. 8. & ibi Caietan. & Summistæ, tit. *Votum, &c.* Nam & virtus obediẽtiæ supplet excellentiam boni omissi, & propterea quæ sunt de consilio, non debent omitti, neque fieri contra obedientiam promissam, & concordant Summistæ vbi supra, tit. *Obedientia.*

Quartum punctum est, in indifferentibus, quæ aliàs dicũtur præter regulam, subditus frater Minor tenetur obedire Prælato præcipienti, nisi manifeste constaret talia esse vana, fictilia, seu fatua omnino ex genere, & ex circunstãtijs. Probatur prima pars, quod in talibus indifferentibus teneatur obedire, quia tenetur obedire in omnibus, quæ ad regularem vitam, seu cõuersationem religiosam possunt pertinere quomodocũque, vt supra in 1. puncto latè probatum est: & B. Thom. 2.2 *q* 186. *art.* 5. *ad* 4 *&* *q.* 104 *ad* 3. dicit, *Quòd votum obedientiæ ad religionem pertinens se extendit ad ſpoſitionem totius humanæ vitæ quantũ ad regularem conuersationem, & secundũ hoc votum obedientiæ habet quandã vniuersalitatem.* Hæc illæ. Sed omnia indifferẽtia ex genere suo, quæ possunt rationabiliter ordinari ad regularem obseruantiã, seu vitam ex intentione seu alia circunstantia possunt eadem ea fere sub præcepto, sicut sub voto, vt patet ex dictis: ergo & talia non dicuntur tunc propriè præter regulam, sed secundũ regulam, vt dictum est in primo puncto, & hoc expressè dicit

Quinta cõclusio. Etiã in his, quæ sunt in differentia, & præter regulam, tenetur frater Minor obedire.

Bonauent.cap.1.ſuper regulam, quòd ſcilicet in indifferẽtibus tenemur Prælatis obedire,& B.Thom.in quodlib.10.ar.10. vt etiam refert Syluest.tit.*Religioſus*,ſupra q.6. licèt aliqui magnã diſceptationem de vocabulo facientes aliter opinari videantur, ſed in re omnes conueniunt,vt dictum eſt,& dicetur.

Secunda pars huius 5.puncti,vbi dicitur(*Vbi manifeſtè conſtaret*)id eſt,quòd quando manifeſtè conſtaret ſubdito, id quod præcipitur ſic eſſe indifferens ex ſuo genere,quod etiam nullo modo ex ſe,vel ex circunſtantia aliqua,nec directè,nec aliqua liter ſpectat,aut ordinatur ad regularem vitam, ſeu cõuerſationem,vt dictum eſt,ſed potius eſt omnino nihil cauſæ rationabilis habens,tunc tale præceptum eſt omnino fictile, vanum, fatuum,ſtultum,ſeu nugatorium,& irriſorium, aut ludicrum: & de rebus,ſeu actibus vanis omnino. Ideò quando hoc conſtat, non tenetur ſubditus obedire,& talia propriè loquendo non dicuntur indifferentia,ſed potiùs dicuntur præter regulã, in quibus non tenetur ſubditus obedire:& ratio eſt, quia cum ſolum teneatur obedire,& ſit ſubditus in omnibus,quantum ad regularem vitam,& cætera:vt dictum eſt,talia autem præcepta non ſint huiuſmodi, vt ex dictis ſupponitur: ergo Prælatus non poteſt vltra ius ſuæ Prælationis, nec ſubditus amplius tenetur, quia non habuit animum ſe obligandi vllo modo etiam tacitè, ſeu implicitè ad talia vana, præter regularem vitam, vt patet ex dictis: & hoc eſt verum, niſi ex aliqua cauſa, ſeu circunſtantia, ſeu ex præcepto Prælati tolleretur à tali actu, etiam à verbo otioſo ratio vanitatis, & fieret actus licitus, & pertinens ad regularem vitam vt ait ſanctus Bernardinus infra in ſeptimo puncto,& cum hoc expreſsè concordat Beatus Thom.in 10. quodlib.artic.10.& expreſsius 2.2.q. 186. *art.* 5. *ad* 4.dicens,*Quòd quamuis votum obedientiæ ad religionem pertinens habeat quandam vniuerſalitatem quia ſe extendit ad diſpoſitionem totius humanæ vitæ,non tamen ſe extendit ad omnes particulares actus, quorum quidam ad religionem non pertinent, quia non ſunt de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei & proximi,nec ad regularem vitã, ſeu conuerſationem,vt ſupra dictum eſt. Sicut eſt confricatio barbæ, ſpuere in parietem,leuare feſtucam,reſpicere aues volantes,&c.huiuſmodi omnino varia,quæ non cadunt ſub voto,neque ſub obedientia,&c.* Hæc ille.Et concordat ſum.Ang.tit.*Religioſus* §.29. & Syluest. *Religioſus* 6.*q.* 6.& facit ad hoc Panorm.*in cap.literas,de reſtitut. ſpoliat.& in c.exliteris,deſponſali*,& Innoc.*in cap. veniens de inre*

Quãlo Prælatus præcipit vana & ſtulta, quæ ſunt omnino præter regulam,non tenetur ſubditus obedire.

iurando, & Palud. in quodam quodlib. & dicunt hanc esse cõmunem opinionem Doctorũ, licèt aliqui oppositum sentire videãtur. Et quidem si secundum prædictam distinctionem contentã in hoc 5. puncto bipartito, vt declaratum est, intelligantur, non videtur, quòd in re dissentiant Doctores, in hoc, vt benè dicit B. Thom. in quodlib. vbi supra. Immò licet in vocabulis prima facie dissonare videantur, in veritate tamen concordant intelligentes eo modo, quo in hoc 5. puncto dictum est: ideò licet Doctores indistincte loquentes confusè sæpe, pro eodem accipiant præceptum de indifferentibus, & de præter regulam, vt patet in B. Thom. 1c. quodl. & Sylvest. vbi supra, & inde videatur orta diuersitas opinionum: in hoc tamen distinctius loquendo, dico, quòd aliud est præceptum de indifferentibus, & in istis tenemur Prælatis obedire, vt in prima parte huius 5. pũcti dictum est. Aliud est præceptum præter regulam, & in hoc non tenemur obedire, vt in 2. part. huius puncti etiam dictum est: sicque videntur omnia concordare. Ad argumenta quæ hìc fieri possunt, ratio patet ex dicendis infra in 1. argumento contra septimum punctum, ibi videatur.

Sextum punctum est, quando super regulam simpliciter, seu quando strictior vita, quàm promissa est simpliciter præcipitur, aut imponitur, non tenetur etiam frater Minor Prælatis obedire. Secus si secundum quid ex causa præcipiatur.

Probatur prima pars, quòd scilicet, quando simpliciter super regulam promissam præcipitur, non tenetur subditus obedire. Ratio est, quia ad id subditus non se obligauit vllo modo, sed solum ad regulam promissam, & ad obedientiam non excedentem limites suæ regulæ & professionis, & Prælatus nihil iuris amplius habet: quia secundum Duran. in 2. dist. vlt. obedientia maior vel minor cuiuslibet religionis consurgit, attenditurq; à forma voti illius regulæ, cui se quis obligauit, vt patet. Item vt refert ib. Thom. 10. quodlib. ar. 10. Bernard. in lib. de dispensatione & præceptis, dicit, *Nihil præcipiat mihi Prælatus eorum, quæ non promisi. Nihil prohibeat eorum, quæ promisi, nec augeat, nec minuat votum meum:* & Richard. de Sancto Victore in 1. part. dicit, *Licitum est, quod præcipitur secundum ordinem, indebitum quod super professionem.* Hæc ille. Ergo nullus tenetur super suam regulam promissam rectè intellectam ad intentionem statuentis & confirmantis talem regulam, seu modum viuendi, vt hoc etiam latè probat Gerson in tractatu de vita spirituali

Sexta conclusio. Quando imponitur strictior vita, quam illa, quæ promissa est, non tenetur subditus obedire, nisi ex causa rationabili impetretur.

D. Bernar. Richard. de S. Vict.

lectione 5.& 6.& supplementum Gabriel.in 4.dist. 38.q. 1.& communiter Doctores & Summistæ vbi supra in hoc conueniũt. Itaq; si præciperet Prælatus suo subdito, vt pateretur martyrium, vel quòd ter in hebdomada semper ieiunaret, ad maius meritum, vel quòd non commederet carnes per vnum mensem, &c. huiusmodi, non teneretur frater ei obedire, vt apertè legitur cap. *Cessa, 74 dist.* vbi dicit, *Quòd iustum est, vt nemo cresiere compellatur inuitus*, & per consequens non potest aliquibus indici vita strictior, quàm promissa est.

Pro quo notandum, quòd vita strictior, si imponatur alicui, vel aliquibus subditis à suo Prælato, etiam cum minore parte collegij, seu capituli, non tenetur subditus obedire, & in hoc omnes Doctores concordant. Similiter si ipse Prælatus etiam cũ maiore parte collegii, seu Capituli etiam generalis velit aliã religionem subditis imponere, non tenentur subditi obedire, quia maior pars hoc non potest sine omniũ consensu & superioris, secundum Hostien. *in cap. Cũ dilecti, quòd metus causa.*

Minister Generalis etiã cum Capitulo Generali non potest

Sed si in eadem religione (vt potè in nostra religione Minorum) maior pars Capituli Generalis cum ipso Ministro Generale faceret statutũ arctans subditos ad vitam arctiorem, an subditi teneantur obedire sunt opiniones. Sed omnia cõcordando dicimus, quòd Prælatus, & Capitulũ Generale, vel Prouinciale, & Custodiale potest facere statuta arctiora, & præcepta dare stricta pertinentia ad reformandam regulã promissam, vel cõferentia ad puram & pleniorem eius, vel legis Christi obseruãtiam: quia talia præcepta & statuta non possent dici super, sed secundum regulam, & in voto obedientiæ intelliguntur hæc omnia, & facit ad hoc cap. *Vnicum de statu regul. lib. 6.* vbi monialibus indicitur clausura, quæ non erat de regula earum, quia talis clausura monialium expedit ad obseruantiam castitatis earum. Vnde dicit Ioann. Molan & Archid. qui modus conuersandi taxatur ibi secundum naturam rei, cùm non deceat mulieres euagari *de iud. c. mulieres. lib. 6* & expressè faciunt ad hoc Vincentius, & Hostien. *de regul. similiter eo*, & ibi Panormit. allegans Innoc. & sequitur Praepositi. *In cap. ante triennium, in versic. tamen super statutum dist. 31.* & Gloss. *in regula*, quod omnes tangunt lib. 6. & Ioan. Andr. de reg. quamuis indistinctè loqui videãtur. Sed Prælati, & Capitulũ Generale, &c. nõ possẽt statuta, seu præcepta dare strictiora super regulam promissam, vt dictum est: tum quia non plus potest Prælatus cum maiore

parte

parte capituli in præcipiendo perpetuo,& omnibus per statutum,quàm in præcipiendo ad horam,& huic,vel illi ore tenus. Sed huic etiam cum toto capitulo nihil potest præcipere supra regulam secundũ B. Tho. vbi supra,& secundũ cõmuniter Doctores dictum est,tum etiam quia austeritas non cadit super regulam indicta concernit singulos de religione,vt singulos,non vt vniuersos,& consequenter non potest indici per consensum capituli,qui in maiori parte consistit, sed requiritur consensus singulorum per regulam iuris,*Quod omnes*,ergo. Immò nec Papa potest me simpliciter astringere ad macerationes corporis maiores,quàm sint communes in Christianitate, vel in ordine meo,nisi in pœnam culpæ commissæ, vel quatenus expediret mihi ad obseruantiã regulæ meæ, vel Christianitatis, quã sum in baptismo professus,vel nisi in casu ex causa aliqua rationabili:ergo multò minus potest Prælatus cũ toto Capitulo Generali sine meo consensu saltem tacito, vel interpretatiuo : facit ad hoc,quod legitur in Chronicis ordinis,quòd B. P. N. Franciscus prohibuit præceptũm fratris Helyæ Ministri Generalis de non comedendo carnes in ordine nostro ; vt refert author conformitatum,& Florent. in 3.parte historiali tit. 14. cap.7. §. 4. Et faciunt ad hoc statuta generalia, vbi diffinitoribus Capituli Generalis & Prouincialis interdicitur facere noua statuta sine consensu maioris partis Capituli,in quo est virtualiter conclausorum,quamuis diffinitores,& etiam Minister Generalis & Prouinciales pro se possent facere statuta, vel potiùs ordinationes expedientes,ad puram & debitam obseruantiam regulæ & vitæ regularis & legis Christi,&c. vt dictum est , & cum prædictis omnibus expresse concordat sum. Ang. tit. *Religio* § 29. & Sylue. clarius & latius *Religio.6.q.6.* Dictum est semper,quod in præceptis super regulã non tenemur obedire Prælatis, &c. in præceptis inquam , simpliciter, seu absolutè super regulam factis. Quod pro tanto dictum est , quia si non absolutè , sed in casu , & ex causa rationabili necessaria ad regulam eam vitam præciperetur aliquando alicui, vel aliquibus aliquid strictius super regulam,tunc teneretur subditus obedire,vtpotè si in pœnam pro peccato commisso præcipere tur ieiunare in pane & aqua tot dies,seu se disciplinare,seu abstinere à carnibus tot mensibus,&c. vt in cap. *Dilectus secundo de simonia,& cap. quoniam*. Quia tunc est secundum regulam talis paruitio culparum,dummodò sit rationabiliter iniunctum tale

testab'ga-re ad statu-ta,quæ sunt supra regu-lam,nisi ex causa neces sar a. & ra tionabili.

Prælatus ex rationabili causa potest præcipere strictiora super regulam.

quid: quia si notabiliter, & manifeste constat de irrationabilitate talis præcepti: vt pote quia sit in odium, & vindictam contra subditum, aut quia nimis excedit & huiusmodi: tunc non tenetur subditus obedire in his austeritatibus excedentibus suã professionem, in alijs autem secundum regulam bene tenetur obedire prælato etiam ex odio, vel aliàs culpabiliter præcipienti, quia tunc culpa se tenet solum ex parte præcipiẽtis quod aliàs potest præcipere, & si cogitur, id patienter ferat, si nõ potest aliter cõmode euadere sine scandalo vsque ad tempus visitationis, vt de hoc latius infra q. 6. habetur. Vnde si Prælatus præcipiat super regulam aliquid strictius ad cautelam peccati futuri præcauendi, vt cum libidinoso à natura seu grauiter tentato mãdatur grande ieiunium, disciplina grauissima, & huiusmodi, non tenetur subditus obedire, nisi quando verisimiliter videt aliter se non posse euitare peccatum: quia talis causa rationabilis non est necessaria, sed de consilio ad regularem vitam pertinens. Si verò pro impetranda pluuia, seu plagæ remotione præcipiatur se disciplinare simul cum alijs fratribus, seu ieiunare tot dies, &c. tenentur subditi obedire, quia pertinet ad regularem vitam se cum alijs conformare, quamuis si alicui particulariter præcipiatur, non tenetur, nisi quando ad regularem vitam id esset aliquo modo expediens, seu necessarium, de quibus omnibus casibus difficile est iudicare propter circunstantiarum varietatem. Ideo indubijs standum est iudicio Prælatorum, & obediendum est, vt tertio puncto dictum est, & cum prædictis concordant communiter Doctores, & summistæ vbi supra in locis præallegatis.

Dubium.

Occasione prædictorum dubitatur, an regulæ, libertates, & concessiones possint prohiberi per Prælatos, & frater Minor subditus teneatur necessario obedire Prælatis præcipientibus contra eas, aut eas prohibentibus? Respõdeo distinguendo, quia cõcessiones seu libertates regulæ sunt in duplici differentia. Nam quædam sunt, sic cõcessæ per regulam generaliter omnibus fratribus, quòd non interdicatur Prælatis potestas eas prohibendi in parte, vel in toto saltem in casu, & ex causa rationabili, & de his dico quòd possunt Prælati eas prohibere in parte, & in casu, & ex causa, vt dictum est: ratio, quia licet per regulã concedantur generaliter fratribus, ita quòd ex regula non tenẽtur specialiter, tamen modificatio pro quando, & quomodo expediat talibus concessionibus vti, vel non vti regulariter, pertinet

Prælati aliquando possunt concessiones, & libertates regulæ modificare, & prohibere.

pertinet ad Prælatos,etiam ex ipsa regula,sicut in aliis licitis non prohibitis modificatio eorum pertinet ad Prælatos religiosorum & laicorum respectiue. Nam esus carnium concessus est generaliter Christianis,tamen in casu,& ex causa potest aliquãdo prohiberi per Papã,vt in quadragesima,&c.huiusmodi,similiter iniunctio pœnitentiarum aliquarum, sic in proposito,& ad hoc expresse ait Hug.8.cap.quòd licèt concessiones regulæ Prælatus sine iusta causa non debeat impedire,fratres tamen sub fi ei eius mandatum rationabiliter factum concessionibus propriis religiose præponere debent propter bonum obedientiæ,pacem & vniformitatem:illis enim concessio regulæ præiudicare non debet, sine quibus religio non consistit: cum prædictis concordat Sanct.Ber.in 3.opere in secundo de obedientia,articulo 3.in respons.ad 12.argumentum, & includit cum prædictis ieiunium Epiphanię , & aliorum festorum quæ possunt præcipi à Prælato , tamen in casu , & ex causa quamuis non possit hæc ponere in regula vt præcepta communiter omnibus,quia sic esset coarctata regula , & præcipere super regulam.

Sunt aliæ concessiones regulæ,quæ sic conceduntur fratribus,quod à Prælatis interdicitur potestas eas prohibendi,aut impediendi,aut præsumendi contra eas , & de his constat quod non possunt impediri per Prælatos,quia non habent potestatem ad hoc ex regula,immo tollitur ab eis per regulam talis potestas,quoad hæc,& per consequens fratres non tenentur eis in hoc obedire , & de his expresse loquitur expos. Sanctorum patrum 10.cap.vbi habetur quòd si inhibetur quòd regula concedit,vel prohibetur quòd regula præcipit , vel intendit, tunc subditus non tenetur;nec debet obedire.Sed quomodo cognoscetur, quæ concessiones aut libertates regulæ sint de primo modo,quæ possunt prohiberi per Prælatos & quæ non ? Respondeo, quod ex ipsa litera regulæ , & circumstantijs potest hoc perpendi: & vt de singulis exemplificemus solum septem concessiones seu libertates expresse continentur in regula,vt supra cap.1.quæst.2.habetur.De quibus dico quod illa,scilicet, *Quod fratres possint repetere vestimenta sua,cap. 2 .quæst.22.* & illa, *De omnibus cibis qui apponuntur eis licet manducare 3.cap. quæst.3.* & illa,*Ministri & Custodes singuli si voluerint, possunt in suis Custodijs semel ad capitulum conuocare,cap.8.quæst . 4.* Item aliæ de ieiunio Epiphaniæ,& aliorum temporum cap.3.quæst.2. omnes

Aliquæ sit concessiones regulæ quæ per Prælatos non possunt prohiberi.

Quæ libertates regulæ possint alterari per Prælatos, quæ vero non.

istæ quatuor concessiones possunt aliquando in toto, aliquando in parte tantum, in casu, & ex causa prohiberi per Prælatos, vel aliter ordinari, vt in allegatis de ipsis latius constat. Aliæ autem tres, quarum prima est, quòd habeat, *Tempore necessitatis non teneantur fratres humano corpori*, 3 cap. q. ... & alia, quòd habeat, *Si quæ fratrum animum spiritualem habere noverint inter fratres eos &*, cap. 12. non possunt impediri, vel imponi per Prælatos, vt in locis allegatis tractatur. Illa autem alia, *Et ubicunque sunt fratres qui sentiant se non posse regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros debeant & possint recurrere*, vt infra in hoc 10. cap. q. 5 & 6. dicetur, constat, quòd non potest impediri per Prælatos vllo modo, nec in toto, nec in parte. Ad argumenta autem, quæ contra hoc sextum punctum fieri possunt patebit responsio infra in secundo argumento in 7. puncto.

Septima conclusio. Fratres Minores ex vi regulæ tenẽtur specialius Prælatis obedire, quã. ly religiosi.

Septimum punctum est, non obstantibus omnibus supradictis in tota hac quæstione, nos fratres Minores specialius præ alijs religiosis tenemur ex vi regulæ nostræ obedire nostris Prælatis in omnibus licitis & honestis præterquàm in his, quæ essent aliquomodo contra animam nostram, aut cõtra, seu præter regulam, & præterquàm ad altiorem vitam, seu statum transire.

Notandum, in hoc septimo puncto, est tota difficultas, ideò latius est immorandum, declarantur particulæ prius, deinde probantur. Dicitur primò, *Quòd ex vi regulæ nostræ nos specialius præ alijs cæteris tenemur obedire nostris Prælatis in omnibus licitis & honestis*, quia scilicet votum nostræ obedientiæ promissæ est altius, quàm in alijs religionibus, vt probabitur. Dicitur secundò, *Præter quàm in ijs, quæ essent aliquomodo contra animam nostram.* Contra animam autem, hic dicitur esse omne peccatum, & omnis occasio proprinqua, seu periculum peccati mortalis quomodocumque sit (vt supra in 5. puncto dictum est) quòd in hoc nulli tenemur obedire, vnde si præcipiatur, id quod est notabiliter læsiuum corporalis salutis, seu in periculum vitæ, & mortis corporalis, non tenemur obedire, quia esset peccatum temeritatis, aut tentãdi Deum, vel contra dilectionem sui ipsius, vt puta si præcipiatur intrare fluuium, cùm nesciat natare, & cætera huiusmodi, & hoc verùm est regulariter, exceptis casibus priùs allegatis, quando Spiritus Sanctus aliud inspirat, & quando cõstat de eo. Ideò qui sine causa rationabili, sine tali motione Spiritus Sancti confidentes de obedientia se talibus periculi

Declarãtur particulæ conclusionis.

expo-

exponunt a limperiu r Prælatorũ ſtulte & temere ob dit,& præcipu:, c ntra an mãſoi culpab.l.ter facit.Di itur tert.o, *ſint præter quàm tot es quæ ſunt contra, aut præter regulã.* Cõtra regulam,hic dicitur eſſe,quod eſt contra præcepta regulæ & co ilia,& contra conſtitutiones factas a regulæ puritatem obſeruantiam,aut quod ducit ad imperfectionem, ſeu imparitatẽ regulæ,aut quod notabiliter extingueret Spiritum deuotionis,aut quod eſt contra mentem,ſeu intentionem regulæ, ſeu inſtitutoris B.P.N Franciſci,aut confirmatoris,ſcilicet Papæ & declarationum,vt de his omnibus dictum eſt ſupra in 2. pũcto, & ait expoſ.ſanctorum Patrum to.cap.& expoſ.ſine tit. ibidẽ, quia in his non poſſunt Prælati præcipere,neque ſubditi tenẽtur obedire,& aliquando tenentur non obedire, vt dictum eſt in 2.puncto,niſi in caſu,quo Prælati poſſent diſpenſare, quia tunc tenentur ſubditi obedire,vt ibidem latiùs habetur.Præter regulam autem proprie hic dicitur omne quod eſt vanum aut fatuum,& omnino rationabili cauſa carens, quod nullo modo ordinatur ad regularem vitam,& in hoc non tenentur obedire,vt ſupra in 5.puncto, ſecus quando non conſtaret de hoc: quia tũc eſſet indifferens propriè loquendo, & tunc in indifferentibus tenemur obedire: ſecus eſſet, quando & præceptum Prælati ex aliquo fine,ſeu circunſtantia tolleret rationem vanitatis,aut fatuitatis,ſeu otioſitatis operis, & ita iam non eſſet præter regulam,vt ibidem,& in 3.puncto dictum eſt. Dicitur quartò, *Et præterquàm ad altiorem vitam, ſeu ſtatum tranſire*, quia non tenemur obedire præcipienti, vt tranſeamus ad altiorem religionem,ſi qua fortè eſſet altior.Neque quòd vitam heroicam,ſeu actus heroicos agamus alios,ſeu aliter, quàm promiſimus in regula,vtpotè ſi præciperetur, quòd pateremur martyrium,ſeu prædicemus inter infideles,vbi imminet mors, aut martyrium.Neque quòd viuamus ſolitarij in aſsidua contemplatione. Neque quòd in aſsidua vitæ auſteritate notabiliter excedente communem modũ noſtræ religionis viuamus, quia hæc omnia ſunt ſuper regulam noſtram, & ſuper communem modum laudabilem viuendi noſtræ religionis, & per conſequens ſupra id quod promiſimus,& ſupra id quod regula intẽdit, & ſupra mentem, vel intentionem Patris noſtri Franciſci, qui (vt ait expoſ ſine titulo) noluit, vt fratribus imponerentur aliæ virtutes heroicæ, aut aliæ auſteritates ſtrictiſsimæ notabiliter vitam Euangelicam in regula noſtra contentam excedentes,

cedentes, aut transcedentes vitam Euangelicam perfectis vi-
rtis Euangelicis communiter imitabilem. Sed quod secundum
libertatem Euangelicam fratres viuerent in alijs seruando ea,
quæ in regula continentur, & quæ promissa sunt explicite &
implicite, vt sic in libertatem spiritus ad ea, quæ vere perfec-
tionis Euangelicæ sunt, extenderentur fratres. Ideò si tales aus-
teritates notabiliter excedentes, vt dictum est, præciperentur,
iam ex quo excederent communem vitam nostræ religionis,
essent super regulam, & per consequens contra mentem regu-
læ, eiusque institutoris B.P.N. Francisci, vt dictum est: ideoque
non tenentur fratres obedire.

Exceptis igitur his quatuor, quæ omnia includuntur in his duobus, *Præterquàm in ys, quæ sunt contraria animæ, & præterquàm in his, quæ sunt contraria regulæ*, vt patet ex dictis, nam quod est contra Deum, est contra animam, & quod est supra regulam, est contra mentem eius, & instituentis, & per consequens contra ipsam regulam, & quod est præter regulam, est vanum, & fatuum, & per consequens non est licitum, neque honestum, sicque est aliqualiter cõtra animam. Exceptis igitur omnibus illis quatuor limitationibus, quæ reducuntur ad duas prædictas, dicitur in hoc septimo puncto, quòd nos fratres Minores tenemur obedire nostris Prælatis in omnibus alijs licitis & honestis: etiam arduis & strictis operibus, vtpotè in disciplinis, &c. quod vt breuius, & clarius ponatur, dicamus, quôd tenemur obedire nostris Prælatis in omnibus licitis & honestis, præterquàm in his, quæ sunt contra animã, aut contra regulã nostram quomodocumque, quod probatur primò, quia votum obedientiæ nostræ religionis est altius, quàm in cæteris religionibus, saltem est altissimum quantum est possibile in altiori religione, hoc autem non esset, nisi ex vi talis voti obedientiæ ex regula teneremur obedire in omnibus licitis & honestis, quæ nõ sunt contra animam & regulam, & Deum (vt dictum & declaratum est) ergo tenemur ex regula ad id. Discursus est bonus, & maior patet secundum Bonauent. q. 12. & 13. super regulam dicentem, quòd in tribus votis essentialibus nostra religio excedit omnes, vel saltem, à nulla etiam altissima superatur: & idẽ ait Hug. & communiter Doctores ordinis nostri, vt supra in introductione q. 2. & supra 1. cap. supra regulam idem Bonauẽt. iterum dicit, vt patebit infra in authoritatibus in tertia probatione. Minor autem probatur, quia nõ videtur, quæ maior obedien-

Resolutio conclusionis est, quod tenemur obedire Prælatis in omnibus licitis & honestis, quæ nõ sunt contra animam, aut regulam.

dientia rationabilis posit communiter in aliqua religione imponi. Nam absolute in omnibus obedire sine vllo limite nō est rationabile, nec posibile secundum Bonauent. & communiter Doctores in 2. dist. vlt. vt infra in argumento habetur, & facit ad hoc Richardus de Sancto Victor. in 1. part. dicens, *Debitum est, quod præcipitur secundum ordinem. Indebitum, quod supra professionem:* & paulò inferiùs ait, *Potes tamen, si volueris, nullam obediē tiam indebitam tibi facere. Si promittis coram Deo, vel profiteris coram Prælato tuo obedientiam ad omnia, iam tibi de reliquo nulla obedientia erit indebita.* Hęc ille. Ergo.

Secunda probatio est, quia expressè regula dicit sic, *Præcipio firmiter eis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserūt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ, & regulæ nostræ,* quę verba ritè intellecta, vt sonant, glossantur sic, *Præcipio eis, vt obediant in omnibus, quæ promiserunt,* id est, in omnibus in regula expressè contentis, & eo modo, quo continentur, hoc enim est, quod fratres promiserūt in professione, scilicet seruare regulā fratrum Minorū & vitam, vt patet, *Et non sunt contraria animæ, & regulæ nostræ,* id est, etiam præcipio, vt obediant in omnibus alijs quibuscumq;, cū hac tamen limitatione, scilicet dummodò nō sint cōtraria animæ, & regulæ nostræ aliquo modo: & quòd sic debeāt glossari, & intelligi prædicta verba, patet expressius in expos. sanctorum Patrū, & in expos. sine tit. c. 10. vbi sic dicitur, *Præcipio, vt obediāt corde, & exterius opere in ijs, quæ regula imponit, & in omnibus alijs, quæ explicite non tangit, dum tamen sint talia, quæ non sint contraria animæ suæ, & regulæ nostræ.* Et in querimonijs propositis ab obseruantibus in Concil. Constan. ff. 172. habetur sic, *Quòd hic noster ordo fundatur in obedientia promptissima:* & ideò ait regula, *quòd non solùm fratres obediant Prælatis in his, quæ in regula continentur, sed etiam in omnibus alijs: dum tamen non sint cōtraria animæ, & regulæ vllo modo.* Hæc ibi. Similiter hāc eandem glossam exhibet Hug. 1. cap. & omnes alij Doctores infra allegandi in tertia probatione sequēti: & quòd maius est, similiter intelligit hunc passum regulæ Martinus V. in suis cōstitut. c. vltimo, dicens sic, *Volumus & mandamus, ac districtè præcipimus vniuersis & singulis fratribus eiusdem ordinis vbicumque fuerint, cuiuscumque gradus vel conditionis, quòd in omnibus supradictis suis Prælatis teneantur firmiter obedire, & in alijs licitis, & honestis, quæ non sunt cōtraria animæ & regulæ suæ.* Hæc ibi. Et prædicta constitutio licèt non valeat ratione cōstitutionis, aut præcepti saltem

saltem quoad nos Cismontanos, valet tamen pro declaratione dubij, aut sensus regulæ, vt supra in introductione q. 6. dictum est, & Leo X. in bulla vnionis fil. 29. sic ait, *Volumus & ordinamus (prout in dicta regula B. Francisci continetur) vt omnes, & singuli fratres in omnibus, quæ non sunt contra Deum, animam suam, & regulam firmiter teneantur obedire.* Hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quod in regula continetur, sicque intelligitur iste passus regulæ, quòd fratres obediãt in omnibus licitis & honestis, quę non sunt contra Deum, animam, & regulam aliquo modo. Ex quibus patet, quòd in illa Glossa, quam aliqui dant dicentes, *Obediant in omnibus, quæ promiserunt*, scilicet explicite, *Et non sunt contraria, &c.* id est, & obediant in omnibus alijs, non quidem absolute in omnibus alijs, quę non sunt contraria, &c. sed in omnibus alijs, scilicet implicite contentis in regula, seu pertinentibus ad regularem vitam, dummodò non sint contraria, &c.

Reijcitur glossa aliquorum.

Ista igitur glossa manifestè exploditur per textum regulæ absolute positum, & declaratum secundum supradictos Doctores & Pontifices. Ideo per talem glossam solùm probatur, sicut & aliqui oppositum opinantes voluerunt probare, quòd nos fratres Minores solùm tenemur, sicut & alij religiosi obedire in his, quæ expresse promisimus in regula, & in omnibus alijs, non quidem absolutè, sed restrictè in omnibus alijs implicite contentis, seu quomodolibet pertinentibus ad regulam, & vitam regularem, dummodò non sint contraria animæ & regulæ. Nos autem secundum nostram glossam supra positam dicimus, quòd tenemur obedire in his, quæ expresse promisimus in regula, & insuper in omnibus alijs absolute, sed cum hac exceptione, scilicet dummodò non sint contraria animæ, &c. vt dictũ est, quia & secundum hanc glossam latiùs extenditur obligatio nostræ obedientiæ, quàm secũdum illam aliorum glossam restrictam secundum formam obedientiæ aliorum religiosorum. Patet etiam, quod non valet illa alia glossa, quam alij dant, vt Hugo refert 10. cap. dicens, quòd sunt aliqui, qui communi cęteris regularibus distinctioni obedientiæ, scilicet necessitatis & supererogationis adhęrentes, dicant obedientiam necessitatis esse obedire in his, quæ expresse continet regula: ad alia autem non nisi de supererogatione, seu congruitatis perfectione teneri, & secundum hoc sic glossant, *Obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare*, & hoc est de necessitate: quod autem sequitur, *Et non sunt contraria animæ, & regulæ*

nostræ,

nostræ,hoc est de supererogatione, seu congruitate, dantque illam copulationem, *Et non sunt contraria,&c.*non cõtinuare præceptum præcedens inclusum in ly *Præcipio*,aut quòd ly *Præcipio*,accipitur æquiuoce pro consulere in hac 2.part. scilicet (*Et non sunt contraria &c.*)vel quòd ista exceptio, seu limitatio (*Et non sunt contraria animæ &c.*)restringit præcedentẽ propositionem hanc,scilicet.*Præcipio vt obediant in omnibus,quæ promiserũt*, hæc inquam glossa per prædicta reprobatur,& per textum regulæ apertum,& per rationes videtur manifeste extorta glossa,quæ quia patere possunt cuique,ideò omittuntur. Maximè cum in tabul. 17. Vicarij Generalis sic habeatur, *Ampliùs expositionem illius passus regulæ, vbi dicitur obediant suis Ministris in omnibus quæ,&c. quem passum nonnulli ausi sunt extorte contrahere ad ea dumtaxat,quæ in regula continentur,expressè damnamus,& execrabilem iudicamus,& quod ex illis infertur de impossibilitate cõdendi statuta,& commendandi missas, seu applicandi missarum intentionẽ sub pœna ibidem taxata in contra asserentes,&c.*

Tertia probatio est per authoritates. Quarum prima est, Martini V.in constitut.vbi supra,& Leonis X.sfff.29.vt supra posita est in secũda probatione,& istæ duæ sunt maioris efficaciæ ad propositum,quia sunt Pontificales,&expressior est ad rem illa Leonis X.vt patet.

Secunda authoritas est Bonauent. in 1. cap. supra regulam dicentis,*Obedientia,quæ dicit eminentem gradum virtutis,qua quis homini propter Deum obedit,habet plures gradus. Quidam enim in omnibus absolute per modum contrarietatis non solùm in necessarijs, sed in supererogatorijs difficilibus,& arduis suæ renunciant voluntati. Quidam verò commode,vtpotè ad mediocritatem sui status pertinentibus, propria renunciant voluntati,vt clerici sæculares, qui plene subiciuntur Ecclesiasticæ potestati,* 12. *q.* 1. *non dicatis. Amplius sublimior est obedientia monachorum,quàm secularium clericorum, vt patet extra de officio ordinis cap. quanto. Monachorum autem obedientia duobus continguntur. Primo, qua per obedientiam vouent salua stabilitate ad locum. Secundò, quia ad nil obedire tenentur, quod regulam suam transcendit,vt demonstratur. Altior ergo est obedientia illorum,qui nullum habent in hoc mundo locum proprium, quo sua obedientia restringatur. Item altior est illorum obedientia, quorum altior & altior est regula,ex qua tenentur eiusdem regulæ professores nil respuere,nisi sit ipsi regulæ contrarium, vel saluti directè, vel aliqualiter: illi ergo soli gradum obedientiæ per modum cõtrarietatis absolutè sumptæ,*

Mirabilia verba D. Bonauẽturæ de excellentia nostræ obedientiæ.

præ, vt dictum est, perfectè attingunt qui in omnibus etiam indifferentibus subsunt beneplacitis aliens, qui nullum habent patrocinium loci stabilis, vel religionis, ad quã eorum obedientia contrahatur, qui nihil sibi obedientialiter impositũ possunt repellere, quasi transcendens suã regulã, nisi vergat aliquomodò in suæ animæ detrimentũ. Vnde patet, quòd errant, qui dicunt, quòd in omnibus religionibus obedientia sit æqualis. Hæc ille. Et in q. 11. & 13. super regulã ait idem, quod in tribus votis essentialibus nostra religio omnes alias excedit, vt supra dictum est, & in doctrina maiori nouitiorum in 3. lib. cap. 55. idem ait.

Tertia authoritas Hugonis cap. 10. vbi tandem post refutationem oppositæ opinionis dicit, *Perfectam obedientiam, quæ terminis non arctatur, nec contenta professionis angustijs fertur in latitudine charitatis, & ad omne, quod injungitur spontanea in infinitam extenditur libertatem. B. Franciscus in spiritus feruore fratribus instituit, vt scilicet fratres non solùm in his, quæ promiserunt Domino obseruare, sed etiam in omnibus aliis quæ non sunt cõtraria animæ, & regulæ nostræ, obediant, hos duos tantum limites eis imponens.* Hæc ille.

Quarta authoritas expos. sanctorum Patrũ 10. cap. & in quæstionibus Concilij Constan. fol. 172. vbi supra in 2. probatione principali habetur.

Quinta authoritas expos. sine tit. c. 10. & in quodam tract. paupertatis dicit, quòd hic B. P. Franciscus imponit obligatoriè fratribus fortissime altissimam formam obediendi triplici tantum rationabili limite conclusam. Primus limes est manifestum peccatum, in quo nulli est obediendum. Secundus limes est manifestum periculum peccati mortalis, in quo etiam nulli est obediendum. Ideò ait, *Præcipio, vt obediant in omnibus, quæ promiserunt, & non sunt contraria animæ &c.* Tertius limes est (in quo etiam nulli est obediendũ) quando illud, quod præcipitur est manifestè opprimens hominem ad imperfectionem, seu ad regulæ impuritatem, seu contramentem regulæ promissæ, & ideò propter hoc expressius additur (*Et non sunt contraria regulæ nostræ*) & quia talem tam excellentem formam obedientiæ, & perfectissimam fratribus impositurus erat, ideò B. P. Franciscus immediatè præmisit recordationẽ vtilissimam ad eius obseruantiam, vtpotè necessariam tam altissimo voto obedientiæ, dicens, *Fratres verò, qui sunt subditi recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates*, sicut quasi semper in summe arduis imponendis in hac regula B. P. Frãciscus inducit ex

Euan-

Euãgelio aliquid propoſito ſuo proprium & inductiũ, valdeq; ie confortatoriũ, vt in 6.cap. vbi ad mendicitatẽ inducit, ſubdit dicens (*Nec oportet eos verecundari, quia Dominus, & cætera*) & in 2. cap. vbi ſummam paupertatem noſtri ſtatus tradit, ait, *Dicant eis verbum ſanct. Euangelij, quòd vadant & vendant, &c.* Sic nunc in propoſito inducit recordationẽ proprij voti iuxta cõſilium Chriſti dicentis Luc.9. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c.* dicens, *Fratres verò qui ſunt ſubditi recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates* : quæ monitio licet ex vi regulæ non ſit ſpecialiter obligatoria, ſed inſtructio, eſt tamen obligatoria ex iure diuino, in quantum eſt neceſſaria ad ſufficienter implendum altiſsimum votum obedientiæ, quod ſubſequitur ibidem (*Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant, &c.* vt dictum eſt. Hæc ibi. Ad literam fere. Luc.9.

Sexta authoritas, ſanctus Bernardinus in 3. opere ſermon. de obedientia art. 3. in reſpon. ad 12. argum. in quodam dialogo ſuper materia obedientiæ, ait, *Obedientia Euangelica fratrum Minorum triplicem tantum habet limitem, ſcilicet manifeſtum peccatum, manifeſtum periculum, manifeſtum contagium, id eſt, impuritatem regulæ.* Hæc ille. Vbi ex propoſito probat hanc ſentẽtiam noſtram, & in tract. de caſibus proprietatis (vt habet Spec. fffff. 23. idem S. Bernard. ait, quòd viceſimus caſus proprietatis voluntatis propriæ eſt non obedire Prælato præcipienti aliqua licita non impediente aliqua cauſa rationabili.

Septima authoritas, Dorbellus *In 4 ſententiarum diſtinct. 38. quæſt. 1. §. 24.* dicit ſic, *Ex his patet ordinem fratrum Minorum eſſe artiorem cæteris in voto obedientiæ, quia non ſolùm tenentur obedire ſuis Prælatis in his, quæ ad regularem obſeruantiam ſpectant, ſicut tenentur omnes alij religioſi ſecundum Thomam, ſed & in ijs, quæ non ſunt contraria animæ & regulæ ſuæ, vt patet ex eorum regula.* Hæc ille. Et expreſſe idem tenet Bernard. de Buſtis in ſermonario 2. parte ſermone 27. part. 1. ipſius ſermonis. Et conſonat Durandus in 2. diſt. vlt. dicens, quòd obediẽtia maior vel minor cuiuſlibet religionis conſurgit & attenditur à forma voti illius regulæ, cui ſe obligauit.

Octaua authoritas author libri dicti firmamenta trium ordinũ B. Franciſc. 4. parte, vbi plures authoritates adducit ad hoc probandum, ibi latiùs videri poſſunt. Ibi etiam tandem dicitur in 2. part. in 2. tract. fol. 46. quòd ſic fuit declaratum in quodam Capitulo Generali authoritate Papæ, & ſic manet probatum

batum hoc 7.punctum ad ſenſum ſupradictum, quamuis Bart. Piſ.10.cap.& Specul fiſſ.14.oppoſitum ad hoc 7. punctum teneat,vt patebit in 2.argument.& alibi reſpondebitur latiùs.

Primū argumentum contra ſeptimam concluſ.

Contra ſuprædicta in hac quæſtione,præcipuè cōtra 7. pūctum,arguitur probando,quod non ſtat ſimul cum dictis in 5. & 6.puncto.Nam quæro,an teneamur nos fratres Minores obedire in ijs,quæ ſunt ſuper,& præter regulam noſtram, an non? Si ſic,ergo iam hoc repugnat dictis in 5 & 6.puncto & communiter Doctoribus dicentibus, quòd nullus tenetur obedire in ijs,quæ ſunt ſupra,aut præter regulam ſuam,vt ibi probatū eſt: & rerum ex quo abſolute regula dicit,quod obediatur in omnibus,quę non ſunt contraria animæ & regulæ,ſecundum præfatum gloſſ m poſitum in 7.puncto.ergo videtur, quòd etiam in ijs,quæ ſunt præter,aut ſupra regulam,teneantur obedire,ſic quod hoc non ſtat cum dictis in 5.& 6.puncto.Si dicatur, ſicut dicendum eſt,quod non tenemur obedire præter,aut ſuper regulam(vt bene declaratum eſt in hoc 7.puncto) iam ſequitur, quod obedientia noſtræ religionis non eſt altior,quàm obedientia aliarum religionum mendicantium,quia ſimiliter illi tenentur obedire in omnibus præterquàm in ijs,quæ ſunt contra animam,aut regulam,aut præter,aut ſuper regulam eorum,vt patet ex dictis in tota hac quæſtione. Vel ſignetur aliquid, in quo frater Minor teneatur obedire ſuis Prælatis,alij autē religioſi nō teneantur,vt ſic appareat excellentia voti noſtræ obedientiæ ſuper alios.



Secundū argumentum.

Secundò cōtra 7.punctum arguitur per authoritates, primò Bonauent.in 2.diſt.vlt.q vlt.dicit,quòd obtemperare in omnibus ſimpliciter non ſolum non eſt facile,imo & eſt impoſsibile & ideo fines imponuntur perfectioni obedientiæ, vnde & B Franciſcus in ſua regula non præcipit fratribus ſimpliciter obedire in omnibus ſuis Prælatis,ſed in omnibus, quę promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ & regulæ Hęc ille Et paulo ſuper ubidem ait, *Concedendum eſt, quod religioſi non tenentur omnibus ſimpliciter obedire niſi in ijs, quæ promiſerunt & non ſunt contraria animæ & regulæ.* Hæc ille. Item B.Thom in 2. d diſtinct. vltim. & Lombardus ibidem q. vlt.& Durandus ibidem,& Ioannes Maior in 4. diſt. 38. agens de voto,dicit cum prædictis Doctoribus, *Ad obedientiam perfectam ſecundum quam ſubditus obedit in omnibus ſimpliciter, quæ non ſunt contraria legi diuinæ, vel regulæ,quam profeſſus eſt, nullus tenetur debito*

debito necessitatis, sed solùm ex honestate quadam, sicut semper tenemur æmulari charismata meliora. Hæc ille. Item tertiũ est authoritas Barthol. Pis. cap. 10. & Seren. conscien. quæst. 4. & specul. lib. 14. qui omnes dicunt, quòd hìc non videtur nos B. P. Franciscus inducere ad illam obedientiam perfectam, quæ legem nescit: nec terminis coarctatur, nec est contenta professionis angust. is, sed fertur in latitudine charitatis, quæ potest dici obedientia supererogationis: & secundum hoc glossant hunc passum regulæ dicentes, *Præcipio, vt obediant in omnibus*, scilicet ad quæ se voto astrinxerunt, vel ad ipsorum observantiam spectant, vel transgressionis eorum vitationem. Hæc ibi. Ergo per hæc videtur contra prædicta.

Respondeo ad primum, quòd non tenemur obedire præter, aut supra regulam nostram, vt dictum est, & ad illud, quòd ibi inde concluditur, quòd iam sequitur, quòd votum nostræ obedientiæ non est altius, &c. negatur hæc sequela, quia sicut non valet ista argumentatio, Nullus plùs, aut melius currit, quàm potest: ergo nullus currit plùs, aut melius, quàm alius. Similiter in proposito non valet argumentatio. Nullus tenetur supra suam regulam, ad votum obedientiæ: ergo fratres Minores non obligantur ad altiorem regulam, seu obedientiam, seu ad obediendum plusquàm alij religiosi. Sed deberet sic argui. Nullus ex voto tenetur supra suam regulam, & omnes regulæ sunt æquales in votis obedientiæ: ergo nullus religiosus obligatur, plusquàm alius obedire, ex quo omnia vota obedientiæ sunt æqualia. Ista consequentia esset bona. Sed tunc, sicut antecedens est falsum pro minori, ita & consequens. Illa enim minor, scilicet, quòd (omnes regulæ sunt æquales in voto obedientiæ) est falsa, quia sicut in paupertate, & in alijs non sunt æquales omnes regulæ, & nostra religio excedit omnes alias in perfectionibus votis, vt potè in paupertate, sic & in voto obedientiæ, quia expressè nostra regula obligat nos ad obediendum in omnibus, quæ non sunt contra animam, vt supra dictum, & probatum est: quæ obligatio in nulla alia religione tam ita reperitur. Ideò stat bene, quòd super nostram regulam non tenemur obedire, & quòd super omnes alios religiosos tenemur obedire, & quòd votum nostræ obedientiæ est altius, quà ad aliorum religiosorum, quia regula nostra obligat nos specialiter ad id, vt supra probatum, & declaratum est in hoc 7. puncto. Et si petis, quòd signetur aliquid, in quo

Ad primũ argumentũ.

Licèt nõ teneamur obedire in his, quæ sunt supra regulã, sicut alij religiosi, tenemur tamen ad strictiorẽ obedientiã, quã alij religiosi.

nos puſquàm alij tenemur obedire. Ecce in prõptu multa ſignari poſſent, vtpotè ſi Prælatus, vel cõſtitutiones capituli præcipiant omnibus, vel alicui, quòd ter in hebdomada diſcipline mur, ſeu quòd aliud opus etiam nimis ſtrictum, & maceratiuum carnis faciamus, quod in regula non continetur, tunc alij religioſi non tenentur obedire, vt ſupra in ſexto puncto habetur. nos tamen fratres Minores tenemur obedire ſimpliciter, ſicut nunc in multis prouincijs habetur ſtatutum, & conſuetum, quôd ter in hebdomada fiat diſciplina, &c. quia licèt ad id expreſsè non obligemur ex regula, obligamur autem ex præcepto Prælati, cui regula dedit hanc poteſtatem, vt ei teneamur in omnibus, quæ non ſunt contra animam & regulam, vt ſupra in ſexto & ſeptimo puncto dictum eſt. Niſi ſit præceptũ adeò notabiliter exceſsiuum & continuum, quôd libertatem Euangelicam viris Euangelicis communiter imitabilem tranſcendat, vt ſupra latius in 6. & 7. puncto dictum eſt. Item in cauenda pecunia, in veſtimentis vilibus, in non equitando, & in alijs ſtrictioribus pertinentibus ad puram regulæ noſtræ obſeruantiam, quæ quia ſunt multa & plura, quàm in alijs religionibus, & quia in omnibus alijs generaliter, vt dictum eſt, tenemur obedire, in quibus alij non tenẽtur ſimpliciter, aut generaliter. Ideô ſimpliciter votum noſtræ obedientiæ dicitur altius ceteris, &c. & ſic patet reſponſio ad primum.

Ad ſecundum argumentum.

Ad ſecundum autem argumentum contra ſeptimum punctum. Reſpondeo ad primam authoritatem Bonauent. quòd potiùs eſt pro nobis, quia ſolum ibi probat expreſsè, quòd nullus tenetur abſolute in omnibus ſine vlla limitatione obedire, quia non in illicitis, nec præter, nec ſupra ſuam regulam, &c. ſed cũ limitationibus noſtræ regulæ, ſcilicet dummodò non ſint contraria animæ, & regulæ, bene tenetur obedire, qui talem regulam promiſit, vt ait Richard. de Sancto Victore part. 1. vt ſupra in probatione prima huius ſeptimi puncti habetur, & ſic expreſsè facit pro nobis Bonauent. Ad ſecundam authoritatem Beati Thom. & communiter Doctorũ, dico, quòd ſolùm intendunt dicere, quòd nullus obligatur obedire ſupra ſuam regulam abſolute, & hoc idem nos dicimus. Nunc autem non eſt ſuper noſtram regulam, ſed potiùs ſecundum regulam noſtram obedire in omnibus, quæ non ſunt contra animam & regulam (vt ſupra declaratum eſt) vel dic, quòd loquitur generaliter de obedientia, ad quam communiter tenentur religioſi,

& alij

& alij ſubditi ſuis Prælatis, in quo non includitur obedientia particularis, quam aliquis ſingulariter faceret alicui Prælato, ſeu quam aliqua religio ſpecialiter faceret, vouens regulã obligantem ad obediendum in omnibus, quæ non ſunt contra animam & regulam, qualis eſt noſtra regula & religio, vt dictum eſt: poteſt enim quis ſimiliter, & aliqua communitas, ſeu religio ad plùs ſe obligare & regulam ad plùs obligantem voue-re, quàm alij communiter religioſi, & Chriſtiani tenentur, vt patet. Illi ergo Doctores communiter loquuntur de obedientia, ad quam communiter ſubditi tenentur, & ſic intelligitur exceptum, ſi quid amplius aliquis, ſeu aliqui vouerunt, ſeu ſe obligauerunt, vt eſt noſtra religio, & regula noſtra promiſſa expreſsè, vt patet ex dictis. ¶ Ad tertiam authoritatem Barth. Piſan. & Serenæ conſcientiæ, & Specul. dico, quòd propter eorum reuerentiam debent intelligi, ſicut & Beatus Thomas, & alij dicunt, quòd ſcilicet ſuper regulam nullus tenetur obedire, vel potius dicamus (quia ſic & ipſi, & expreſsius ſentire videntur) quòd ipſi male tenuerunt opinionem oppoſitam ad ea, quæ in hoc ſeptimo puncto dicta ſunt, & videntur decepti ex verbis præfatorum Doctorum loquentium communiter de obedientia religioſorum, aut quia non diſtinxerunt obedientiam noſtræ regulæ ab obedientia aliarum religionum putantes omnes religiones in voto obedientiæ eſſe æquales, aut quia aliter non benè rem intellexerunt, ideò putauerunt idem iudicium eſſe de voto obedientiæ regulæ noſtræ, & aliarum religionum, & ideò conformiter ad hanc ſuam falſam opinionem diminute gloſſarunt hunc paſſum regulæ, vt dictum eſt. Vnde quod in Serena conſcientia quæſtione 4. & in Speeul. vbi ſupra allegatur de Bonauent. pro ſua opinione, dic quôd falſe allegatur. Nam nihil tale dicit Bonauent. pro eis, vt poteſt facile patere cuique legenti. Sed illa verba ſunt Barthol. Piſan. in 10. cap. cuius etiam eſt illa opinio, quæ & iam confutata eſt, ſaluo ſemper meliori iudicio.

Caput decimum.

QVÆSTIO III.

Quæritur, quod peccatũ ſit tranſgredi, & contemnere mandata, monitiones, conſilia, & ſtatuta regulæ ordinis, & Prælatorum, & declarationum Pontificalium, & quantum durent?

Prima concluſio.

Tranſgreſſio præcepti regulæ eſt peccatũ mortale, niſi fiat ex rationabili cauſa excuſante.

REſpondeo per quatuor pũcta, Quorum primum eſt, tranſgreſsio formalis, ſeu interpretatiua præceptorum quorumcunque ſtrictè ſumptuorum facta ſine vlla rationabili cauſa excuſante, eſt mortalis, ex quacunque cauſa fiat. Aliás non niſi venialis, & aliquando nullum peccatum eſt. Quadrupliciter autem perpendi poteſt quando quod præcipitur, ſit ſtrictè præceptum obligans ad mortale, quando non, & expirante Prælato ſua etiam præcepta expirant. Pro quorum omnium declaratione ſunt aliqua prænotanda. Primum, quòd peccatũ eſt dictum, factum, ſeu concupitum, ſeu omiſsio alicuius horum contra aliquam legem obligantem. Nullum enim eſſet peccatũ, ſi nõ fieret, aut omitteretur contra legẽ obligantẽ, vt ſupponitur ex communi doctrina Doctorũ. Vt autẽ planè cognoſcatur, quando cõmiſsio, ſeu omiſsio, quæ omnia nomine trãſgreſsionis hic accipimus, eſt mortalis, quando venialis, notandum ſecundo omiſsis multis, quæ à multis hic dicuntur, tandem clarius, & melius de hoc loquitur Gerſon alphab. 63. litera E. G. & in quinta & ſexta lectione de vita ſpirituali. Et ſupplementum Gabrielis *in 4. d ſtinctione 38. quæſt. 1.* Et Caiet. in ſummula titulo *Præceptum*, & latius *in 2. 2. q. 104. art. 1. & 2.* ſecundum hos ergo Doctores nota, quòd præceptum eſt, ſeu capitur dupliciter, vno modo ſtrictè propriè, ſeu anthonomaticè, pro illo præcepto, cuius trãſgreſsio eſt mortalis, & nomine trãſgreſsionis intelligo etiam omiſsionem, vt dixi, & tale præceptum dicitur propriè præceptũ. Alio modo large, pro illo præcepto, cuius trãſgreſsio non eſt niſi venialis, & tale præceptũ vocatur manda-

Nota de duplici præcepto.

mandatum ab aliquibus, ab alijs autem monitio potiùs vocatur, vt patet ex Gerſone vbi ſupra, quòd ſic patet, quia ſicut in diſpoſitione huius vitæ naturalis, & moralis politicæ, ſeu amicitiæ humanæ videmus, quòd eſt aliquis cibus contrarius vitæ, vt venenum, vel actus minuens aliqualiter, & nocens politicè amicitiæ, non omnino tamen diſſoluens pacem, nec notabiliter nocens. Ita contingit in præceptis ad ſalutem habendam ſpiritualem, & pacem cum Deo. Nam aliqua ſunt ita ſtrictè neceſſaria præcepta ad ſalutem attenta ſua latitudine, vt ſi homo omnino tranſgrediatur latitudinem totam eorum, vt præcepta ſunt, iam facit omnino contra ea, & contra animæ ſalutem, & amittitur amicitia, & gratia Dei, & tunc peccatum eſt, & dicitur mortale, & propriè ſit contra præceptum ſtrictè ſumptum: vt quando quis furatur notabile quid, aut qui nocet notabiliter iniuſtè in rebus famæ, ſeu corporè proximi, vel qui luxuriatur, & huiuſmodi: quia ille tranſgreſſor exit totam latitudinem præcepti, ſicque omnino fit contra illud. Aliqua autem ſic præcipiuntur non cum tanto rigore, vt quotieſcumque, & quomodocumque fiat contra ea, perdatur amicitia & gratia Dei, & ſalus: ſed illa præcepta ſunt taliter ſpectantia ad ſalutem, & amicitiam cum Deo, vt faciant ad integritatem vitæ, ita tamen, quòd licet in aliquo nõ ſeruentur, non omnino deſtruatur Dei amicitia & gratia, ſeu ſalus animæ, quamuis in aliquo lædatur, quia nec cum tali intentione ſunt præcepta tam ſtrictè: quamuis cum ſtrictè præcipiantur, non tamen in quocumque gradu & caſu, quia in quocumque caſu fiat tranſgreſsio, non exit totam latitudinem præcepti, & amicitiæ Dei omnino, vt eſt furtum de re parua, ſeu parua læſio proximi, attentis omnibus circunſtantijs attendendis, vt mendacium iocoſum, officioſum, & cętera huiuſmodi. Seu quando Prælatus pręcipit ſilentium communiter, quia hæc non pręcipiuntur cum tanto rigore, nec tam ſtrictè, vt faciens contra ea ſtatim omnino perdat gratiam, & ſalutẽ animæ. Quando ergo fit tranſgreſsio præceptorum illorũ ſtrictè, ſeu in caſu quo ſtrictè pręcepta ſunt, ita quòd omnino tranſgrediatur homo eorum latitudinem ſine vlla cauſa rationabiliter excuſante, tunc talis tranſgreſsio eſt verè mortalis, & dicitur: proprie contra præceptum, modo ſit præceptum diuinum modo humanum, regulæ conſtitutionum, ſeu Pręlatorũ. Quando vero non ita ſtrictè præcepta ſunt, ſeu quando contra ipſa præcepta etiã ſtrictè præcepta non omnino fit, aut peccatur, ita

Quãdo trãſgreſsio præcepti ſit mortalis, quando verò venialis.

quòd omnino exeatur extra latitudinem eorum, sed solùm in modo, ita quòd adhuc manetur intra latitudinem ipsorũ præceptorum, etiam strictè sumptorum, tunc solùm est peccatum veniale. Neque omnino fit propriè contra præceptum strictè sumptum, quamuis fiat aliqualiter contra ipsum, seu cõtra præceptum large sumptum, quod ab alijs dicitur heri contra mandatum, seu contra monitionem. Et per hoc videtur posse concordari Doctores, vtpote Thomistas, & alios communiter dicentes, quòd veniale peccatum non est, nec dicitur propriè contra præceptum, sed præter præceptum, aut contra monitionem cum alijs Doctoribus, etiam communiter dicentibus, quòd veniale est & dicitur verè contra præceptum, seu contra legem aliquam, ex quo est dictum, vel factum, &c. contra aliquam legem, vt patet ex diffinitione peccati, quæ omnia cum de nomine videantur, concordantur, vt dictum est, quia Thomistæ intelligunt, quòd non est omnino contra præceptum strictè, & propriè sumptum, alij autem intelligunt, quod est aliquomodò contra aliquod præceptum strictè, seu large sumptum, & vtrumque est verum, vt patet ex dictis, & in re omnes concordant, sicut latè dictum est, vt patet ex Gerson vbi supra, & Caietano etiã, vbi supra, & alibi sæpius patet, ergo resolutoriè dicamus, quòd tunc tantũ est mortale, quando fit contra præceptũ strictè, seu propriè sumptum, ita & in tali casu, quòd extra totam latitudinem talis præcepti fiat transgressio, alias solum est veniale peccatum.

Quomodò intelligendum sit veniale peccatum nõ esse contra præceptum.

Sed si quæratur amplius, in quo & quomodò cognoscemus, quando præceptum aliquod est strictè sumptum, seu datum proprie, & quando transgressio est, aut fit extra totam latitudinem ipsius, vt sic cognoscamus, quando est mortalis transgressio, & quando non? Respondeo, quod præceptum strictè sumptum obligans ad mortale potest generaliter, seu regulariter cognosci ex aliquo quatuor modorũ, aut ex pluribꝰ, seu ex omnibus simul, quando aliquid illorũ nõ sufficeret, vt habetur in summa Sylvest. tit. *Præceptũ q.* 2. & 3. & Caiet. 2. 2. *q.* 86. *art.* 9. & in Summ. tit. *Præceptum*, & in summulis cõmuniter habetur. Prius ergo cognosci potest ex intẽtione præcipiẽtis, quia principaliter ex intentione præcipiẽtis præsuppolita materia apta & congrua præcepto pendet vis præcepti; quæ quidem tamen intentio, nec est necesse, nec præsumi debet, quod sine causa rationabili velit illaqueare animas. Ideò non est credendum, quòd

[illegible] præceptum sit [illegible] obligatiuum ad mortale.

quòd

quòd Ecclesia, aut Prælati intendant in suis legibus, aut præceptis tam multiplicatis obligare semper, seu inquacumq; trãsgressione ad peccatum mortale quemlibet transgressorem, & quo no lolibet transgredientem quodlibet præceptum: quia vt dictum est, datur latitudo, & limes præceptorum ad mortale obligantium, vt dictum est. Vnde notandum secundum Hadrianum 6 quo libet. art. 2. quòd sola intentio Prælati non sufficit, nec potest ad libitum suum obligare semper ad mortale transgressorem sui præcepti cuiuscumque, & quomodolibet facti, seu ad præcipiendum strictè sub mortali peccato ad libitum suum sine causa, seu sine ratione aliqua ad præcipiendum, sic tam strictè. Et ratio est, quia intentio Prælati vt obliget, requiritur, quòd sit iusta, seu rationabilis: iusta autem, seu rationabilis tunc tantum est, quando ad id quod præcipitur tam strictè sub mortali, Prælatus habet aliquam iustam causam sic præcipiendi, vtpotè ratione materiæ, quia scilicet est alicuius importantiæ, vel ratione circunstantiæ alicuius, seu finis simpliciter, vel pro tunc, quamuis materia sit leuis, vt patet in præcepto Ecclesiæ de non concidendis cadaueribus, vt proximè dicetur in tertio modo, aliàs Prælatus præcipiens strictè sub mortali sine vlla causa est tyrannus, & iniustum est tale præceptum ex parte causæ. Dico notanter, *Præcipitur sine vlla omnino causa*, quia si esset aliqua causa, sed non omnino sufficiens ad tam strictè præcipiendum, tunc licèt ipse Prælatus peccet, tanquàm furiosus abutens gladio suo, si intendit præcipere strictè sub mortali, videtur tamen adhuc præceptum eius valere, & tenere, & ligare saltem ad peccatum veniale: de quo non est dubium, & forte aliquando ad mortale, vt innuit Gabriel in 4. dist. 16. quæstione 3. not. 6. & dist. 1. quæst. 4. artic. 3. secundum Scotum in 4. dist. 4. quæst. 3. dicentem, quôd quando omittie, vel præceptum Prælati est infructuosum, vel irrationabile, laborandum est ad eius correctionem, seu reuocationem, & potest subditus licitè iudicare, seu reputare illud iniustum, seu irrationabile, sicut est, non tamen licet contemnere illud non obseruando, quando Prælatus præcipit. Hæc Scotus. Ex quo videtur, quòd adhuc obligat ad peccatum veniale, in quo non est dubiũ, sed vt dixi, dubiũ est, an etiã obliget ad mortale, & communiter tenetur, quòd non, nisi in casu aliquo, quia ad obligandũ ad pœnam æternam non habet causam, quamuis habeat ad obligandũ ad pœnam temporalem, seu ad peccatum veniale,

Quãdo præcipit aliquid Prælatus obligãdo ad mortale sine sufficienti causa, transgressio talis præcepti regulariter est peccatum veniale.

veniale, ſicque eſt ininſtum tale præceptum ſtrictum ex parte cauſæ, & hoc ſentit Hadrian. vbi ſupra: quando autem ſine vlla omnino cauſa Prælatus vult ſtrictè præcipere ſub mortali, & conſtat de irrationabilitate cauſæ, tunc ſecundum Hadrian. vbi ſupra, & communiter Doctores, dic quòd ſubditus inobediens, ſeu tranſgreſſor non peccat mortaliter propter rationem iam dictam, niſi forte aliquando ratione ſcandali, aut alterius ſequelæ, ſu circunſtantiæ mortalis, vel niſi ex contemptu, vt infra 2. puncto, latius habetur.

Sed notandum ad prædicta, quòd periculoſum eſt ſubdito, ſi ſe intromittat de iudicando iuſtitiam cauſæ præcipientis, vel præcepti, & niſi manifeſtè conſtaret de iniuſtitia cauſæ præcipientis, ſeu præcepti debet præſumi iuſta cauſa, & tenetur ſubditus ſub mortali obedire, vt dictum eſt. Et cum prædictis omnibus concordat etiam Gerſon alphab. 63. litera E. Et Caietanus 2.2. quæſt. 69. art. 5. & 6. ſecundum Thom. & communiter Doctores vbi ſupra. Et quando eſt dubium de iniuſtitia legis, ſeu præcepti, recurrendum eſt ad ſuperiorem, ſi non eſt periculum in mora, vt de hoc latius infra quæſt. 6. in 3. puncto, & hoc quoad primum modum cognoſcendi præcepta.

Secundò modo poſſent cognoſci præcepta ſtricto modo ſumpta obligare ad mortale, ex verbis, vtpote ſi dicatur, Præcipio, mando, iubeo per virtutem obedientiæ, iniungo, &c. huiuſmodi communiter obligant ad mortale. Sed quia ſæpe vocabulis abutimur & confunduntur, ideò communiter dicũt Doctores, vt patet in Sylueſt. tit. *Præceptum*, q. 2. & Gabriele vbi ſupra, quòd nõ poteſt ſemper, & infallibiliter ex verbis hoc colligi, ſed ex alijs conditionibus poſitis, & ponendis, & circunſtantijs alijs ſimul. Nam & in qualibet religione, aut congregatione illa tantum verba vim præcepti ſtricti obtinent, quæ cõſueuerunt ſic apud illos intelligi, & è contra: quia nominibus vtimur ſecundũ vſum. Ideo ait Hug. cap. 10. quòd in hac noſtra religione Minorum communiter habetur in vſu, quod nũquã eſt, aut ſit præceptum ſtrictè obligans ad mortale, niſi quando dicitur, *Præcipio, aut per obedientiam iniungo*, & huiuſmodi verba expreſſa. Cætera autem mandata ſimplicia Prælatorum, quando dicunt, *Fac hoc vel illud, &c.* ſolùm accipiuntur, vt mandata large adveniale tantum obligantia, & ſæpe, vt monitiones ad pœnam tantum temporalem, &c. niſi de intentione, ſeu aliunde ex circunſtantijs aliter rationabiliter conſtet, vt dictum

dictum est. Vbi notandum secundum B. Thom. in 2.2.q. 96. art. 6. & ibi Caietanum, & Gabrielem in 4. dist. 16. q. 3. nota 6. & Summistes vbi supra, quòd quadrupliciter potest occurrere casus agendi contra verba legis, pro seruanda eius iusta intentione, quæ præualere debet verbis vbique, saltem in foro conscientiæ, & coram Deo.

Tertio modo cognoscuntur præcepta strictè ex materia, vtpotè quando ipsa ex se, vel ex circunstantijs adiunctis pro semper, vel pro tunc sunt magnæ importantiæ, & dignæ, vt strictè super ea fiat præceptum obligans ad mortale, vt communiter dicunt Doctores vbi supra. Sed vt benè ait Syluest. & Caietanus vbi supra, impossibile est cognoscere semper, & infalibiliter humana præcepta, an sint stricta, an non, ex sola materia, quia inueniuntur minima quædam, quæ ex se tamen sunt stricte præcepta sub mortali, vt patet de concidentibus cadauera, vt ea transferant ad alia loca, quod ex se non est peccatum, & tamen sub excommunicatione prohibetur strictè per Ecclesiã. Ideò oportet addere alias conditiones, seu circunstantias plures, seu pauciores ad id cognoscendum, vt dictum est.

Quartò modo possunt cognosci ex pœna, vtpotè si pœna mortis, aut carceris perpetui, aut huiusmodi, pro transgressione imponatur, & notandum secũdum Caietanum vbi supra, quôd pœna, quæ non stat cum salute animæ, si verè, & nõ præsumptiue infligatur, est signum peccati mortalis in transgressore: vt est excomunicatio latæ sententiæ, & etiam comminatoria, in quo tamen notandum, quòd transgressor præcepti, cũ lata est sententia excommunicationis, peccat mortaliter, quia solùm peccatum mortale fecit cum dignum excommunicatione. Sed transgressor præcepti sub excommunicatione comminatoria non peccat mortaliter ratione pœnæ, nisi aliunde constet, vt dictum est, dum transgressio nõ peruenerit ad hoc, quòd ille verè dignus sit excommunicari: quod ideò dico, quia si debet præcedere monitio, antequàm ille excommunicetur, non peccat mortaliter, antequàm monitorio resistat, quia non est adhuc dignus excommunicari, vtpotè si clericus nutriat comam, excommunicetur, tunc nutriens comam non debet excommunicari, nisi monitus generaliter, vel specialiter, perseueret, tunc enim, vtpote excommunicatione comminata dignus peccat mortaliter. Pœna autem aliorum præceptorum est aliquid stans cum vita animæ, vt suspensio, interdictum, irregularitas,

ritas, vel alia pœna pecuniaria, & corporalis, & ideò non oportet semper in transgressione huiusmodi esse mortale, quamuis Sylvest. vbi supra, secundum Florent. generaliter loquendo dicat oppositum. Nam aliquando ratione pœnarum prædictarũ non incurritur mortale, vt quando est pœna pecuniaria, exilij, interdicti, & huiusmodi, & in religionibus, quando est pœna flagellationis, & huiusmodi, vt consuetudo circa diuersos status, mores & gradus hoc inũ multipliciter interpretatur: aliquãdo autem sic, vt quando est pœna magna corporalis, vt mutilatio, vel publica flagellatio apud sæculares, & huiusmodi, vt cõsuetudo enim interpretatur attentis circũstantijs. Ergo ex nulla prædictarum causarum per se sumpta potest semper, & infallibiliter agnosci præceptũ esse stricte ad mortale obligans transgressorem, sed ex vna admixta cum alijs pluribus, aut paucioribus, & ex alijs circunstantijs secundum rationem, & consuetudinis interpretationem, quamuis vt plurimum & generaliter sit verum, id quod dictum est secundum communiter Doctores, quod scilicet ex altera illarũ quatuor causarũ, seu modorũ potest cognosci præceptum esse strictum, & obligare ad mortale cum, qui transgreditur illud extra totam ipsius latitudinem.

Et si rursus quæratur, quomodò ergo cognoscemus, quando quis transgreditur totam ipsius latitudinem mortaliter, & quãdo non: Respondeo, quòd de hoc non potest semper, & infallibiliter dari arcta regula, quia non est eadem latitudo, nec idem limes in omni præcepto stricte sumpto, vt patet propter diuersitatem materiarum, & circunstantiarum. Neq; omnes actus humani cũ suis circunstantijs possunt plene quantificari à nobis, vt patet, quia non omnis superbia, auaritia, delectatio, &c. potest plene cognosci quãta sit, aut in quo gradu sit mortalis, &c. & in hoc omnes Doctores cõmuniter concordant, quamuis super hoc dentur ab eis multæ regulæ generales ad id aliqualiter cognoscendum, inter quas duas tantum hic ponam, quę pro scrutatione conscientiarum mihi valde vtiles vitę sunt. Quarum prima est, quando quis transgreditur præceptum stricte sumptum, sed transgreditur illud bono animo, vtpotè quia videtur ei esse aliqua causa, vel ratio ad soluendum tale præceptum, vtpotè ad non ieiunandum, seu ad comedendum carnes, seu si est frater Minor ad equitãdum, ad portandũ calciamenta, &c. quãuis in rei veritate non sit causa omnino sufficiens ad excusandum omnino à peccato sine dispensatione, vel cũ dispensatione,

Duæ regulæ generales ad cognoscendum, quãdo trãsgressio alicuius præceptum sit peccatum mortale.

ne,& hoc ipse benè perpendit, tamen putat, quòd talis leuis causa sufficit saltem ad excusandum à mortali, si transgreditur tale præceptum strictum de ieiunio,&c.huiusmodi, putatque Deum,vel legislatorem nolle eum obligare ad mortale in illo suo præcepto,quia habet adhoc aliquam licet non sufficientẽ rationem,seu probabilitatem secundum qualitatem suæ personæ,& insuper habet talem voluntatem, seu animum paratum, quòd nullo modo transgrederetur, si putaret se in hoc mortaliter peccare sine vlla excusatione,si insuper cum tali conscientia,quòd scilicet non peccat mortaliter, sed solùm venialiter transgreditur tale præceptum strictum.Existentibus igitur his tribus conditionibus,qui transgreditur præceptum etiam strictè sumptum videtur pie posse dici, quòd non peccat mortaliter,nec exit totam latitudinem talis præcepti,quia non est credendum, quòd fuerit talis intentio Ecclesiæ, seu Prælati præcipientis,quòd scilicet talis in tali casu obligaretur ad mortale, sicut is qui sine vlla causa,& sine prædictis conditionibus transgreditur,& per consequens videtur, quòd talis non incurrit excommunicationem aliquam inflictam,si qua est tali præcepto annexa excõmunicatio in iure,vel à statuto pro eius transgressione,secus si ab homine,quia excõmunicationẽ iniunctam ab homine potest quis incurrere etiam propter transgressionẽ venialem,vt de hoc latè Syluest.tit.*Excommunicatio* 1.*notabili* 3.*&* *excommunicatio* 2.excõmunicationem,autẽ iuris,vel statuti,saltem apud Deũ,non videtur,quòd incurrat,ex quo nõ est mortale peccatum,vt supponitur,quamuis ad cautelã talis absoluẽdus ab excõmunicatione est,quia ibi est mortale peccatũ, licèt nõ verũ tamen præsumptũ,& in foro Ecclesiæ. Ideò & in foro Ecclesiæ est verè excõmunicatus,& necessariò ab excõmunicatione absoluẽdus:& hoc est verũ,quòd scilicet talis nõ peccat nisi venialiter tantũ,dummodò nõ sit notabiliter negligens,aut ignorans culpabiliter mortaliter in inquirendo,aut imputando non esse mortale,quòd tenetur sub mortali cognoscere & scire, aut inquirire,vt sciat esse contra præceptum strictè obligans ad mortale.Nam si esset notabiliter, seu mortaliter ignorans, aut negligens,tunc talis non excusaretur à mortali in sua trãsgressione quantumcumque bono animo putet se nõ peccare mortaliter:quia talis ignorantia & negligentia, seu incuria facit actum transgressionis suæ redire in naturam suæ formalis transgressionis mortalis, ex quo ipsum non excusat, vt dictum est.

Excommunicationem ab homine potest quis incurrere, solũ propter transgressionem venialem.

Ex

Et hæc prima regula sic declarata elicitur ex Palud. in 4. dist. 15. & Gabr. in 4. dist. 16. q. notabili 6. & Hadr. in 6. quodlib. art. 2. & Cajetan. 2. 2. q. 186. artic. 9. & in summul. tit. *Præceptum.*

Secunda regula. Ad cognoscendũ, quãdo transgressio præcepti est mortalis.

Secunda regula est, quod quando per transgressionem aliquam non tollitur ratio finis præcepti etiam stricti, contra quod peccatur, non est mortalis, sed venialis transgressio, aut violatio circumstantiarum præcepto adiacentium, non autem substantialium ipsius præcepti; nunc autem virtutis bonum non tollitur substantialiter, nec egreditur quis latitudinem, aut limites præcepti, quàm diu manet saluum bonũ, quod est ex fine ipsius præcepti, à quo fine specificatur ipsa virtus, quãuis defectus fiat in aliqua circumstantia: ergo solum est veniale peccatũ: exempli gratia, quando scilicet quis omittit corrigere charitatiue fratrem indigentem tali correctione, & eam omittit ex timore humano, vel aliàs ex causa non rationabili, hic solùm peccat venialiter, si nec habet in præparatione animi scilicet, quod si crederet probabiliter, quod illum à mortali retraheret, omnia postponeret charitati fraternæ, & saluti fratris finaliter intenta in præcepto de correctione fraterna: & ratio patet ex dictis, quia in hoc casu non tollitur ratio finis, ex quo saluatur vera intentio, & efficax emendationis fratris, pro eo tempore, pro quo crederetur necessaria, quàm emendationem finaliter intendit præceptum charitatiuæ correctionis, ideò nõ est mortalis omissio illa, sed venialis, quia prædictus defectus correctionis contingit in alijs circumstantijs adiacentibus, putà in cõseruatione temporis medij occursus, vel debiti, & huiusmodi. Et simile est in alijs omissionibus eiusmodi. Nisi tantum, & tam magnum damnum, aut tam notabile detrimentum ex nostra omissione sequatur alicui, quòd tam ratione illius notabilis damni illa omissio censeretur notabiliter culpabilis, & per consequens mortalis, redienſque in naturam suæ formalis transgressionis mortalis contra finem præcepti ipsius: & hanc regulam ponit Cajetanus ex B. Thom. 2. 2. q. 33. artic. 2. & in summ. *tit. correct. fraterna, & tit. bonæ Canonica.* Et hæc regula valde facit ad tollendos multos scrupulos, vt sciamus, quòd nõ omnis transgressio conditionum, aut circumstantiarum adiacẽtium præceptis circa pecuniam, circa paupertatem, & huiusmodi, non inquàm est semper mortalis, nisi quando contra substantiale prohibitum in ipso præcepto peccatur con missiuè, seu omissiue, quia nec omnis conditio, aut circũstantia præcepti

præcipitur tã strictè, sicut & ipsum, quòd principaliter, & substantialiter præcipitur, aut prohibetur, vt patet ex dictis. Sed in his cauendum est, ne quis laxet habenas, ne fortè egrediatur limites præceptorum, vbi culpabiliter à sua affectione cæcatus, non putat. Nam Proverb. 28. *Beatus vir, qui semper est pauidus.* Et Ecclesiast. 19. *Qui minima negligit, paulatim decidit.* Patet ergo aliqualiter, quando transgressio præceptorum est mortalis, quando venialis: aliquando autem est nullum peccatum, quando scilicet in casu, & ex causa sufficienter excusante omnino à peccato, sit contra, quia tunc non obligat præceptum, vt potè si in necessitate quis non ieiunet, quòd & clarum est, & sic patet hoc primum punctum, quoad eius duas primas partes declaratum & probatum: patet etiam quod transgressio monitionum, & præceptorum large sumptuorum solùm est venialis. Sed trãsgressio monitionum, id est, consiliorum, nullum peccatum est, ex quo non sit contra vllum præceptum, aut legem obligãtem, nisi adsit contemptus, de quo proximè in 2. puncto latiùs, & in 3. puncto agitur de transgressione constitutionum.

Prou. 28. *Eccles. 19.*

Tertia particula huius primi puncti, quòd scilicet expirante Prælato ab officio etiam eius præcepta expirant, patet, quia sic habetur in practica, & consuetudine, quæ est optima interpres legum. Vnde Hug. cap. 1. super regulam ait, *Non habet regulares Prælatus ius statuendi, quod obliget in futurum absque subditorum offensa, sine quo ea us mandata ipso expirante expirant, nisi aliàs regulæ, vel canonum authoritate firmentur. Neque potest id quod eius successor reuocare non valet, statuere.* Hæc ille. Et hoc communiter tenetur, quoad præcepta facta ab ipsis Prælatis. Nam quoad statuta facta in capitulis, tu dic, quòd valent, quousque reuocentur, vt supra in introductione quæst. 6. habetur. Et quamuis Petrus Paxalius in suis quodlibetis in 1. quodlib. q. 21. dicat, quòd illud Hugonis habet verum solùm in præceptis Prælatorum factis particulariter alicui, vel aliquibus, non autem de factis generaliter omnibus, seu alicui communitati, quia tunc dicit talia durare etiam expirante ipso Prælato, quousque reuocentur, sicut de statutis dicitur ab omnibus. Sed vt dixi, primum est verius, magisque practicatum, vt dicit Hug. ideò pro nunc illi stetur.

Expirante Prælato, etiam eius mãdata expirant.

Ex dictis in hoc primo puncto, & etiam ex dicendis in 2. puncto subsequenter patet, quòd illud, quod dicit summ. Ang. tit. *Inobedientia*, secundum Cardinal. & alios quos refert etiam Panorm.

Panorm.de obſeruantia ieiunij,ſcilicet,quòd tranſgreſsio prę-cepti non eſt mortalis,niſi fiat cum contemptu. Et adducit pro ſe B.Bernard.& alios.Hoc inquàm dictum eius, & aliorũ,quos ſequitur Summa Ang. non eſt verum, ſi proprie loquitur de contemptu,& de præceptis proprie,ſeu ſtricte ſumptis , vt patet ex dictis.Quia ex quacunque cauſa ſcienter fiat tranſgreſſio prę̃ceptorum ſtrictè ſumptorum extra latitudinem eorum, eſt mortalis,modo fiat ex ira,modò ex voluptate, paſsione,aut negligentia,aut aliás ſine cauſa rationabiliter excuſante. Aliàs enim ſequeretur,quòd qui ex cupiditate , aut voluptate contraheret in gradu prohibito per Eccleſiam,non peccaret mortaliter,& in alijs eiuſmodi , quod nullus diceret rationabiliter. Si verò prædicti Doctores,ſumm.Ang.& alij loquũtur de præceptis large ſumptis,ſimiliter de contemptu large, ſeu impropriè ſumpto,tunc fortè verum dicerent,ſed valde confuſe & inſufficienter,& adhuc non generaliter eſſet verum , vt patet ex dictis & dicendis in 2.puncto. Idcò ſum.Sylueſt.tit. *Inobedientia*,ſimiliter & Gabriel in 4.diſt.16.q.3.not.6. benè in hoc reprehendunt ipſam ſummã Angelicam,& alios Canoniſtas,quos ſequitur,& quando adducit ſum.Ang.B.Bernardum pro ſe,dico,quod non ſatis benè ipſum intellexit,loquitur enim B. Bernard.in lib.de diſpenſatione & præcept. ſicut & exemplificat ſolum de præceptis large ſumptis , quæ ipſe vocat mandata,alij vocant ea monitiones , vt ſupra diximus:quia tranſgreſſio talium non eſt mortalis,niſi fiat ex contemptu, de quo proximè in 2.puncto dicetur latius:& cõcordant cum his Sylueſt. vbi ſupra,& ſuppl.Gabriel in 4.d.38.q.1.& Gabriel vbi ſupra, & alij Doctores vbi ſupra,& concordat Seren.conſc.q.2. Hug. cap.2.& ſecundum prędicta debẽt intelligi omnia,quæ à Doctoribus circa hæc alicubi indiſtinctè dicta videntur.

Secunda cõcluſio. Contemptus præcepti & conſiliorũ proprie, & formaliter ſumptus eſt peccatũ mortale.

Secundum punctum principale huius quæſtionis eſt circa materiam de contemptu,& eſt tale : contemptus proprie ſumptus ſemper eſt mortalis . Similiter ex tali contemptu facere, aut omittere quæcumque etiam ſuper erogatoria , aut conſilia quæcumque:pro cuius declaratione,& probatione notandum, vt elicitur ex Hadriano in 6.quodlib.articulo 2. ſecundum Altiſiodor.vt etiã refert Gerſon alphab.63.lect.5.& 6.de vita ſpirituali,quòd contemptus quadrupliciter accipitur à Doctoribus.Primo modo large , pro omni mala voluntate , qua quis à Deo ſe auertit,de quo Ambroſius , *Omne peccatum contemptus*

quiddam

Iam est, quia scilicet est aliquomodò contemptus aliqualis interpretatiuus, & sic communiter dicitur, quòd in omni peccato est aliquis contemptus.

Secundò modo, strictè contemnere est rem appretiare, seu æstimare minus iusto, scilicet non tanti quanti est æstimãda secundum rectum iudicium. De quo Matth. 6. *Alterum contemnet*, & concordat cũ hoc frater Ioan. Pirrinus in suo tractatu de dispensatione fratrũ Minorum in conclusione 1. corol. 5. dicens, quòd contemnere est aliquomodo aliquid nullum, aut inutile, seu vile, aut minus iustum reputare. *Quetuplex sit contemptus.* *Matth. 6.*

Tertio modo strictius contemnere est idem quod negligere, & legem non curare, scilicet dum sine fræno temperantiæ curritur per campos licentiæ libertatis contra faciendo, nil curando de talis legis obseruantia.

Quartò modo strictissimè, & propriè cõtemnere, est nõ æstimando formaliter, seu interpretatiue rem quanti deberet æstimari, seu eam parui, aut viliter æstimando, insuper talem hominem, seu legem aspernari, & indignari ei, tanquàm vili, seu quando voluntas alicuius renuit, & non vult subijci, & obedire legi, seu Prælato, ex hac præcipuè causa, quia scilicet nõ vult ei obedire, & ideò procedit ad inobedientiam, seu transgressionem, & concordans Caietanus 2.2.q.104.art. 2. dicit, quòd hoc est propriè contemnere, scilicet quando quis resistit, aut contra facit, ideò vt contra legem, aut Prælati mandatũ faciat, & concordat Beatus Thom. 2.2.q.186.art.9. & Syluest. tit. *Contemptus*, & cõmuniter Doctores. Ex his patet secundò, quid sit facere, aut peccare ex contemptu, quãdo scilicet quis ex aliquo contemptu de prædictis quatuor mouetur, seu procedit ad aliquid agendum, seu omittendum quodcumque illud sit. Et præcipuè propriè dicitur quis agere quid, seu omittere ex cõtemptu, quando ex contemptu propriè sumpto vbi supra in 4. modo dictum est, procedit ad agendũ, seu omittẽdum: quando vero quis non agit ex prædicto contemptu, tunc non dicitur proprie ex contemptu agere, seu peccare, seu ex alia causa, vtpotè ex cupiditate, ex libidine, ex negligentia, &c. secundũ prædictos Doctores, & Sũmistas vbi supr. Vnde & ait Caiet. in sum. tit. *Contemptus*, quòd quando aliquis subditus indignatus non vult facere, id quod præcipit Prælatus hac causa, ne scilicet Prælatus habeat consolationem de tali re facta, vtpotè de obsequio facto alicui, quod quidem obsequium Prælatus præcipit illi,

vt

vt faciat, tunc talis subditus non peccat ex contemptu, sed ex indignatione, quòd tale obsequiũ fiat illi, cui vult Prælatus, nec talis indignatio ducit illum de proximo ad cõtemptum, quia ille non eligit non obedire ex contemptu proprio, sed non cõsolari Prælatum, nec præterit mandatum, vt non subijciatur, seu vt non obediat, sed vt non consoletur Prælatum, sicque non peccat ex contemptu, peccat tamen ex illa causa, vt dictum est. Hæc ille. Item qui frequenter peccat contra legem aliquam, non peccat ex contemptu vero, seu proprio propter talem frequentiam, quamuis ex hoc disponatur ad contemptum secundum Thom. & communiter Doctores, & Summistas vbi supra.

Prima propositio. His ergo suppositis quoad hoc secundum punctum dicamus primo, secundum Gerson, & cæteros Doctores vbi supra, quod

Pro declaratione cõclusionis. contemptus, seu facere, vel omittere ex contemptu primo modo large sumpto semper est peccatũ, aliquando quidẽ mortale, aliquãdo autẽ veniale, secundũ materiam & qualitatẽ præcepti,

Secũda propositio. contra quod peccatur. Iste contemptus nil aliud est, quàm ipsum peccatum contra præceptũ. Secundò dico, quod contẽptus, seu facere, vel omittere ex contemptu, secundo modo stricte sumpto similiter est peccatum aliquando quidem mortale, aliquando autem veniale secundum materiam, & qualitatẽ præcepti legis, vel consilij, seu Prælati, seu hominis cuiuscumque, seu rei, quæ vilipenditur, seu quæ minus, aut parui æstimatur, & secundum qualitatem, & quantitatem ipsius vilipensionis attentis alijs debitis circunstantijs in graduatione, & quantificatione peccatorum attendendis, & concordat Gerson in 2. part. summæ alphab. 24. in regulis moralibus dicens, quòd mortaliter peccat, qui consilia Dei contemnit, non æstimando ea meliora, quàm oppositum, quia talis vilipensio redundat in ipsum Deũ consulentem: similiter qui mortaliter vilipendit cõsilia rationabilia Prælatorum suorum, seu ipsos Prælatos, eorũque authoritatem, vt ait Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. notabili 6. secundum Scotum, quamuis non sit ex genere suo tam grauis cõtemptus Prælatorum, & suorum consiliorum, sicut est contemptus Dei, & consiliorum eius, similiter prædictus contemptus cuiuscunque hominis est mortalis, quando formaliter, & ex intentione vilipendit quis proximum, vt ipsum vilificet, seu non æstimet quanti æstimandus est, seu quãdo sic materialiter, & inaduertẽter despicit, aut vilificat, quòd notabiliter eum lædit in honore, seu æstimatione quasi pro nihilo eum reputãdo, aut



Contemptus formalis proximi est peccatum mortale regulariter loquẽdo.

sint non æstimabilem faciendo illũ, vt de hoc cõmuniter Doctores agunt & Summistæ, tit. *Contemptus*, tit. *Contumelia, irrisio, &c.* Notandum tamen, quòd contemnere, id est, non æstimare rem tanti, quando iure seu rationabiliter non est tanti æstimãda, tunc nullum peccatum est, & ideò benedicit Scot. in 4. dist. 3. q. 4. quòd licitum est aliquando contemnere mandatum aliquod Prælati, id est, æstimare, seu reputare, & iudicare illud non rationabile, quãdo scilicet ita est irrationabile, & quando cõstat de hoc. Neque enim debemus iudicare, aut dicere bonũ malum, aut e contra, aut velle decipi manifeste. An autem tunc debeamus obedire, iam supra q. 2. latiùs habetur, ibi vide.

Tertiò dico, quod contemptus, seu agere, vel omittere ex cõtemptu tertio modo strictius sumpto, aliquando est mortale peccatum, aliquando veniale secundum Gers. & Hadrian. vbi supra. Mortale est enim, quando sic contemnitur, aut ex tali cõtemptu violatur præceptum strictè sumptum, vel etiam præceptum large sumptum, quòd alias secundũ Gers. dicitur, monitio, vel admonitum etiam secundum Bernardum. Quando ergo tale præceptum sic negligitur, & non curatur, neq; æstimatur, quòd nulla cura sit de eo, ac si non esset præceptum, est mortalis cõtemptus, præsertim si insuper renuitur disciplina, quia tunc iam videtur contemptus proprius, & verè mortalis, quamuis interpretatiuus quarto modo sumptus, de quo proximè dicetur. Et hoc expresse ait Gerson alphab. 63. lit. Q. & hoc idem iudiciũ est, si tali contemptu contemnitur, aut violatur statutũ, maximè si (vt dixi) tali contemptui addatur pertinacia, quæ recusat disciplinam, alias vbi non est pertinacia prædicta, tunc talis contemptus statutorum prædictorum est venialis, quamuis grauis. Similiter quando tali contemptu contemnitur authoritas Prælati consulentis, aut præcipientis generaliter, dic, quòd est mortale: sed si non contemnitur authoritas Prælati, sed obseruantia consilij, aut exhortationis eius, est veniale peccatum tantum. si consilium est reuerentiæ, puta, quia Prælatus non vult præcipere, sed consulere, & tamen subditus deberet facere, sed quia videt se ad id non obligari necessariò, ideò nõ curat, & cõtenit modo prædicto, vt si Prælatus moneat, quòd cito ad pulsationem talem vadant feruenter ad chorũ, &c. Si autem cõsiliũ Prælati sit alias necessitatis, quãuis ipse Prælatus fortè propter scandalum nolet præcipere, sed consulere & hortari, vtpotè quia monet cauere cõuersationes scandalosas, aut quòd nullus

Tertia propositio.

eroget latenter bona monasterij,&c. tunc mortalis est contemptus fiere modo prædicto. Si verò consilium Prælati est perfectionis, vtpotè quia monet facere ea, quæ sine vlla culpa possent alias omitti, vtpotè graues disciplinas, longas & feruentes orationes, &c. tunc nullum peccatum est, vt de hoc etiam latè agit Syluest. tit. *Contemptus.*

Quarta propositio. Quartò dico, quod contemptus, seu agere, vel omittere ex contemptu quarto modo propriè sumpto, semper est mortale sicut contemnere quemcũque hominem, quia in hoc notabiliter damnificatur proximus in æstimatione, vel authoritate, seu subiectione illi debita, & hoc est verum, quando ex intentione hac, vt scilicet ille sic damnificetur, seu quando in re notabili, seu notabiliter & deliberate, quamuis sine prædicta intentione formali quis de facto cõtemneret aliũ, & in hoc cõcordant Gerson, Hadrianus, & cõmuniter Doctores vbi supra. Ex surreptione autem sic contemnens, quomodò peccet proximè dicetur secundũ Gersonem, &c. Similiter dic, quòd est mortale cõtemnere, seu ex tali contemptu violare, quãcumq; legem superioris, modò sit strictè præceptum, modò large, seu mandatum, seu monitio, modò sit statutum, modo sit cõsilium rationabile, quodcumque sit Christi, seu Prælatorum suorum, & maximè si sit consilium Christi, vt de hoc latiùs Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. notabili 6. secundum Scotum in 4. dist. 3. q. 4. & Bonauen. in 2. dist. vltima, & cõmuniter Doctores. Ratio est, quia sic contemnere est iniurioſum, & tenetur homo velle subijci consilijs, vt consilijs suadentibus bonum, & reuereri ea, tanquàm meliora, quàm oppositum, licèt non teneatur ea adimplere.

Subtilis speculatio de contemptu mandatorũ. Et notandum secundum Caietanum in summula, tit. *Contemptus*, quòd iste contemptus prætatus potest adhuc esse duplex scilicet simpliciter, aut secundum quid. Simpliciter quidem, quando subditus absolute non vult obedire, nec subijci, vt dictum est in hoc quarto modo. Secundum quid autem, quando solùm contemnit in modico & limitate, sed cum præparatione obediendi, si absolute præcipiatur vel consulatur. Qui enim cũ tali præparatione contemnit, non omnino contemnit legem, aut consilium, aut superiorem, aut hominem, vtpotè si dicente Prælato, Claude ostium, subditus non faciat verbum Prælati in hoc minimo, paratus tamen absolute obedire omittit claudere ostium, vel indignatur cum murmuratione leui, non peccat mortaliter, quia non contemnit simpliciter, sed solùm secundum.

dom quid mandatum Prælati, quia scilicet non præterit illius mandatum, vt faciat contra illud, sed cum additione distrahẽte, scilicet in minimo, sicut qui rem minimam furatur, vel quia scit probabiliter quia Prælatus non præcipit, nec monet, seu mandat omnino ex animo. Ita quòd ly *Minimum*, minuat rationem mandati, & non solùm rationem obiecti, seu materiæ, quæ præcipitur, aut consulitur, & per consequens minuitur in ratione contemptus mortalis, vt tanquàm imperfectus actus, seu imperfectus contemptus, non sit contemptus simpliciter, & per consequens, nec mortalis, sed solùm venialis. Ex quibus etiam patet, quòd peccare venialiter ex veniali tantum contemptu infra limites venialis non est mortale, sicut nos ex voluntate deliberata velle peccare venialiter tantum, non est mortale. Nam cùm quis simpliciter, & absolute contemnit, non modificat rem contemptam, aut ipsum contemptum ex minimo opere, seu aliàs, & ideò mortaliter peccat, & è contra cùm quis ex hoc, quòd de minimo agitur (vt dictum est) in contemptum tendit, non ruit in contemptum mortalem, sed affectus eius detinetur minimo, tanquàm non verè, nec plenè contemnat, sicut & in minimo furto sustentatur accipiens occulte minimum quid tanquàm non plene furetur. Hæc ille. Et facit ad hoc, quod iterum ipse dicit in 2.2.q.89.ar.7. de iurãte super re minima, ibi vide: quia hoc subtile est, nec quibuslibet auribus, aut rudi Mineruæ conuenit: sed pro curiosis hic tetigi, vt materia hæc de contemptu plenius poneretur. Reliqua circa hæc consulto omittens, quia non omnibus, neque vbiq; omnia expediunt. Tandem quoad contemnentem hoc quarto modo ex subreptione, non ex deliberatione, notandũ secundum Gerson. in alphab. 34. litera M. quòd si Prælatus præcipiat subdito perturbato, seu occupato, & subditus ex surreptione respondeat. Sinite me, nihil faciam pro vobis, & tamen rediens ad se compungitur dolens, & sic adimplet præceptum, quod antea renuerat, tunc ille talis pro prima vice, secunda, aut tertia, non peccat mortaliter. Et notandum, quòd dicitur, si ex surreptione vera id facit, nam si sit aliqua deliberatio, seu aduertentia formalis, seu interpretatiua sufficiens ad mortale, tunc aliter est dicendum, vt Angelt. in moralibus cap. 6. latiùs differit. Addit Gerson. quod si ex consuetudine habeat sic respondere, peccat mortaliter, quia debet efficaciter resistere suæ malæ consuetudini. Sed ex quo frequenter sic recidiuat, signum est tali vitio

habitum esse,& non peccat ex surreptione, sed ex contemptu proprio,quamuis interpretatiuo,sicut prima ebrietas,nec centesima est mortalis,nisi additur circumstantia in vna ebrietatũ sequentiam,quæ conuertat eam immortale, vt quòd inebrians se aduertit,seu aduertere tenetur,& negligit notabiliter aduertere periculum mortale,quòd incidit ex ebrietate,& tamen deliberat,vel non curat se inebriare. Hęc ille. Et concedat Hadrianus vbi supra,& sic patet declaratio,& probatio huius secundi puncti principalis.

Tertia conclusio. Transgressio constitutionũ pure pœnalium non est peccatũ, si sit sine contemptu. Quid sit lex pure pœnalis. Statuta nostri ordinis regulariter loquẽdo sem per sunt pure pœnalia.

Tertium punctum principale huius tertiæ quęstionis,est quoad transgressionem constitutionum, seu legum. Pro quo est tale punctum. Transgressio constitutionum,seu legum pure pœnalium,non est culpabilis de se,nisi fiat ex cõtemptu, aut alias culpabiliter ex alia causa fiat.

Pro declaratione huius notandum,quòd statutum, seu lex dicitur pure pœnalis, quando non obligat transgressorem ad culpam absolute,seu aliquo modo,vtpote quia nõ præcipit absolute,sed solùm obligat ad pœnam, opposito modo dicitur non pure pœnalis,quãdo scilicet obligat ad culpam, modò insuper obliget ad pœnam,modò non,quod potest perpendi ex verbis ipsius legis,seu statuti,vt de hoc Summist.r, tit. *Lex*. Et sic sunt omnes constitutiones generales ordinis nostri pure pœnales,quantum est ex vi ipsarum constitutionum,nisi aliàs aliquo iure diuino,vel humano transgressores obligentur ad culpam,vel nisi vbi expressè sub præcepto aliquid mãdaretur,vel nisi Prælati per se, vel in Capitulo Generali, vel Prouinciali sub præcepto aliquid ipsarum constitutionum, seu earum sub præcepto mandarent. Ita quòd ad culpã vellent obligare, quia sic non essent pure pœnales constitutiones. Possent enim Prælati mandare,quod in constitutionibus non mandatur. Possunt & constituere obligando ad culpam,quod alibi sub tali obligatione,non constituitur,quamuis indiscrete id facerent generaliter sine causa:ergo constitutiones generales nostri ordinis ex vi cõstitutionum sunt pure pœnales,vt dictum est,quia sic expressè in earum prologo continetur,sicut & multæ aliæ leges, & constitutiones aliarum religionum,& communitatum,vt supra in introductione q. 6. habetur.

Ex quo patet,quòd illud,quod Sylvest.tit. *Inobedientia q.* 1. contra sum.Angelicã dicit,quòd scilicet omnes leges humanæ obligant ad culpã,& cętera,hoc dictũ sic generaliter, vt sonat,

est

est falsum. Nam multa sunt statuta, quæ ex sua forma non obligant ad culpam, nisi de statuentis voluntate constaret, vt dictũ est. Et ad rationem Syluestri, scilicet quòd omnis statuens etiã sub pœna vult, quod fiat, id quod statuit : ergo tenemur nos eius voluntati conformare, & per consequens peccat, qui contra agit? Respondeo secũdum Caietanum 2.2. q. 147. ar. 3. Negando consequentiam. Non enim tenemur nos conformare voluntati Prælati, nisi eam nobis aliqualiter insinuet sub præcepto, seu mandato, & tunc eo tantum modo tenemur, quomodò insinuat, & proponit scilicet absolute, vel conditionate, vel disiunctiue sub nostra electione pœnæ, seu sub obligatione ad pœnam tantum, &c. vt supra ipsemet Syluest. dixerat secundũ B. Thom. tit. *Obedientia q.* 12. Nunc autem in talibus statutis, vt supponitur ex forma ipsorum statutorum, non præcipitur vllo modo de prædictis aliquid faciendum, seu cauendum sub obligatione ad culpam: ergo solùm tenemur ad pœnam soluendam, & hoc adhuc post condemnationem, & non antea secundum communiter Doctores, vt patet in Summistis, tit. *Lex*, tit. *Pœna*, & proximè hic dicetur latiùs de hoc. Ergo nisi aliunde constet Prælatum in talibus statutis velle ligare ad culpam, non ligantur subditi, nisi vt dictum est, & sic dicit summa Ang. quôd ex forma statuti, scilicet pure pœnalis, non ligantur ad culpam, bene tamen aliunde, & Syluest. male & truncate recitauit & intellexit dictum summæ Angelicæ, & B. Thom. quem ibi allegat potius est contra ipsum Syluestrum, si rectè intelligatur, vt dictum est. Vnde & Gerson in regulis moralibus alphab. 24. litera M. cum supradictis concordans dicit; quòd si in præceptis pœnalibus pœna sit addita per modum disiunctionis ad actum præcepti, sufficit pœnam soluere dum actus omittitur. Si verò sit imposita pœna, vt solùm accessoria, & inducens ad præceptum perfolutionem eius, nõ excusatur præcepti transgressio à culpa, sed benè aliquando compensatur. Hæc ille. Et secundum hanc distinctionem fortè possent cõcordari Syluest. cum summa Ang. vbi supra. Tamen vt dictum est, quoad statuta generalia nostri ordinis, nulla est difficultas in hoc, quia ex vi ipsorum statutorum nullus transgressor eorũ ad culpam obligatur, nisi aliunde obligetur, vt dixi.

† *Statutum pure pœnale non obligat ad culpam, nisi aliunde sit contemptus.*

† In quo tamen est notandum secundum sum. Ang. tit. *Inobedientia*, quod statutum pure pœnale licèt ex forma statuti non obligat ad culpam, tamen ex intentione statuentis obligat ad

culpam, seu ex iure diuino, vel naturali ratione contemptus, quod fit quando passim, & temere, & sine causa fit præuaricatio. Hæc ille. Et concordat Gerson vbi supra, & ea, quæ dicta sunt supra in 2 puncto, vbi agitur de contemptu, ibi vide, & secundum ibi dicta intelligitur quod hic dictum est.

Dubium. Sed pro maiori declaratione præfatorum in hoc 3. puncto, dubitatur 1. quomodo intelligatur illa obligatio ad pœnam, pro transgressione præfatorum nostrorum statutorum generalium pure pœnalium, vbi continetur expresse, quòd non obligant nos ad aliquam culpam, sed ad pœnas idest, ad afflictiones, seu pœnitentias, &c. Dubitatur enim, an illa obligatio ad pœnam, seu ad pœnitentias intelligatur, si imponatur à Prælato, an etiamsi non imponatur? Respondeo secundum Caietanum 2.2. quæst. 186. art 9. quòd tripliciter inuenitur pœna in talibus statutis, quia aliquando est non taxata ibidem, sed taxanda, & imponenda à Prælato, vt contingit in leuibus transgressionibus ipsorum statutorum, & ad talem pœnam non obligantur transgressores, nisi per Prælatum imponatur: quandoque autem est pœna taxata, sed imponenda à Prælatis, vt contingit in grauioribus trãsgressionibus, pro quibus statuitur, quod detur, seu imponatur talis, vel talis pœnitentia transgressoribus, & ad huiusmodi similiter non tenentur transgressores, nisi imponatur eis è Prælato. Ratio vtriusque est, quia ex quo subditus nõ tenetur ad plusquàm sua lex ordinat, si lex non ordinat absolute, quod faciat talem pœnitentiam, sed quòd taliter errantibus talis vel talis pœnitentia imponatur: ergo non est reus violatæ legis, qui non patitur talem pœnitentiam sibi non datam, nec impositam. Quandoque vero pœna est taxata & imposita ab ipsa lege, seu statuto, vt contingit sæpe, quando dicitur, qui fregerit silentium, vel non ierit ad matutinum, comedat in terra, seu in pane tantum & aqua, &c. & ad huiusmodi pœnitentias dico, quòd tenentur transgressores, etiamsi nullus Prælatus imponat. Hæc ille. Et notandum, quòd quando istæ pœnitentiæ sunt priuationes officiorum, vel actuum legitimorum, & huiusmodi, ad quarum executionem requiritur actus hominis, transgressores non incurrunt talem pœnitentiam, seu pœnam, quousque per Prælatum declaretur, & hoc quia in nostro ordine sic est statutum specialiter in Capitulo Generali Assisij anno Domini 1526. quoad pœnas impositas per statuta nostri ordinis, idem videtur quoad pœnas impositas per Ecclesiam,

fiam, vt latiùs de hoc habetur supra cap. 7. q. 4. in fine, ibi videatur plenius.

Secundò dubitatur, an si non sustineatur prædicta pœna incurratur aliqua culpa, præsertim quando ipsa pœna est taxata, & imposita ab ipso iure scripto, id est, à constitutionibus ipsis, vel à iure animato, id est, ab ipso Prælato, vt dictum est? *Secundum dubium.*

Respondeo secundum Caietanum vbi supra, quòd licèt quidam dicant, quòd incurritur peccatum, si pœnitentia non fit, quando est taxata & imposita, de hac enim hìc loquimur: & ratio eorum est, quia sic obligantur ad vitandam culpam, quòd tamen subeant pœnam. Tamen quia hoc fine ratione dicitur, & legis vniuersalitati derogat, ideò melius dicendum videtur, quòd sicut non peccat frangendo silentium statutum in lege, nisi alio iure peccet, scilicet faciendo contra idem prohibitum alio iure, vt supra dictum est, ita non peccat omittendo pœnam taxatam & impositam: & ratio est, quia lex vniuersalis, & non particularis est, cum dicitur, *Nolumus, quòd statuta nostra obligent ad culpam, sed solùm ad pœnam*. Constat autem, quòd si transgressio in operando excusaretur à culpa, & omissio pœnitentiæ non excusaretur à culpa, iam particularis esset illa lex, scilicet respectu tantum agendorum, & non respectu patiendorum, & consequenter cum religiosi non aliter teneantur ad huiu modi pœnitentias, nisi vigore statutorum suorum: ergo statuta obligarent aliquomodò ad culpam sine cõtemptu, & præcepto, vt supponitur, quod est contra prædictum tenorem ipsorum statutorum. Hæc ille. Et faciat ad hoc alia ratio, quia nõ omnis transgressio obligationis cuiuscumque est peccatum, sed solum transgressio obligationis ad culpam, vt patet ex supra dictis. Nunc autem statuta, de quibus agimus, non obligant ad culpam, & ita non est peccatum non adimplere ea, nec pœnam eorum, ex quo vtrumque cadit sub ipsis statutis. Illa autẽ obligatio, qua obligamur implere statutum tale, & eius pœnam impositam, est ad hoc, scilicet, quòd Prælatus potest iuste nos cogere ad pœnam illam, & quando nos coegerit non solùm imponendo pœnam, vt ordinator, seu exequutor statuti, sed etiam mandãdo, seu præcipiendo, tunc si eam non patimur accepta ndo peccabimus, aliàs non: vnde videtur dicendum, quòd quotiescumque Prælatus specialiter, seu in casu speciali imponit transgressoribus pœnam aliquam taxatam, vel non taxatam per statutum, tunc subditus eam non patiens, seu

Qui omittit pœnam taxatam per statuta, regulariter loquendo non peccat.

Qui pœnam impositam à Prælato ob transgressionem statutorum non acceptat, peccat.

non acceptans,aut implens,peccat aliquando mortaliter, aliquando venialiter,ſecundum qualitatem præcepti, vt patet ex dictis in 1.& 2 puncto:& ratio eſt,quia talis impoſitio Prælati videtur quoddam ſpeciale & exequutorium mandatum, ſeu præceptum eius cogens ſubditum tranſgreſſorem ad exequutionem ſtatuti generaliter imponentis talem pœnam, & vigore huius mandati ſubditus peccaret non implendo pœnitentiam illam,quamuis non vigore ſtatuti,& ſic videtur practicari in conſuetudine,ſaltem in noſtra religione Minorum: quia qui talem pœnitentiam impoſitam à Prælato,modo prædicto non impleret,cenſeretur inobediens culpabiliter, & ſic tenet ſum. Angelus *Religioſus* §. 28 & ſecundum prædicta credo limitanda eſſe dicta Caietani paulò ſuperius, quòd ſcilicet ſolùm loquitur,quando pœna eſt taxata, & impoſita ſolùm per modum ſtatuti ab ipſo ſtatuto,ſeu à Prælato, quòd tunc non peccat,qui eam nõ implet.Secus ſi per modum præcepti exequutori à Prælato imponatur,quia tunc peccat,qui non implet talem pœnitentiam,vt dictum eſt: & fortè ſic etiam poteſt concordari Caietanus cum alijs,qui videbantur oppoſitum opinari,vt tactum eſt.

Dubiũ tertium.

Tertiò dubitatur,an is qui tranſgreditur prędicta ſtatuta pure pœnalia ex negligentia,vel libidine,ſeu ex alia cauſa (excepto contemptu)peccet?

Reſpondeo ſecundum Thom. vbi ſupra, & ibi Caietanum, quòd quamuis tales tranſgreſſiones talium ſtatutorum non ſint peccata ex ſuo genere,ex vi ſtatutorum,ita quòd ſenſus prędictorum ſtatutorum non obligantium ad culpam,eſt quòd ſtatuitur illos actus eſſe extra genus culpæ,non qualitercumque, ſed ex genere ſuo ſecundum ſuam naturam ipſorũ actuum, & hoc adhuc quantum eſt ex vi ipſorum ſtatutorum, vt dictum eſt, tamen ex parte alia,ſcilicet ex parte ipſius operãtis poteſt talis actus etiã,qui aliàs nullo iure eſt prohibitus, ſeu prędceptus, eſſe peccatum, ſeu ingredi genus culpæ: & hoc poteſt contingere tripliciter ex parte ipſius operantis.

Trãſgreſſio ſtatuti, ſi fiat ex libidine tranſgrediẽdi eſt peccatum.

Primò modo,ſi fiat ex contemptu,vt ſupra in ſecũdo puncto,latiùs dictum eſt,quòd ſi ex contemptu quis frangat filentium ſtatutum,peccat, vt ibidem habetur.

Secundò modo ex cupiditate,ſeu libidine, ſeu ex nimia affectione,quòd idem eſt,nam ſi actus,qui eſt extra genus culpę, ex ſe neceſſarius, & ſub præcepto diuino & naturali cadens,

vt

vt est comedere:& tamẽ ii ex cupiditate excessiua fiat,est peccatum secundum communiter Doctores agentes de ieiunio & temperantia:ergo multo magis erit culpa actus ille qui non est præceptus,sed excusatus secundum suam naturam à culpa,qualis est transgressio statuti,scilicet comedere carnes, vel fractio silentij,si similiter ex concupiscentia fiat, quia tunc est peccatum,& conformiter ad hoc habetur in Serena conscientia, q. 2.secundum Assen.in summ.lib.6.tit.47.secundum Guillielm. de Marra,quòd frater Minor transgrediens alia à præceptis non peccat,nisi forte ratione excessus, libidinis, vel contemptus.

Tertiò modo ex negligentia, quod tamen dupliciter potest intelligi.Primo,vtpotè quandocunque omissioni actus adiungitur negligẽs,vt causa illius,tunc isti religiosi peccant, sicut cum cupiditas est causa actus,etiam peccatur,vt dictum est. Negligentia enim peccatum est, pro quo notandum,quod vt sit peccatum,requiritur, quod fiat contra debitum aliquomodò, vel quod negligatur aliquod debitum fieri in se, seu in modo faciendi,quod non solùm est verum in operando indebite, sed & in volendo indebite opus aliquod: quia culpa precipue est in voluntate:in opere autem hoc inuenitur,quia licet quis sine culpa possit voluntariè opus aliquod,putà orationem,vel lectionem omittere,quia scilicet non est obligatorium, si tamen orat,vel legit,peccat orando negligenter, seu non debito modo faciendo,quia modus faciendi est in obligatione, vt scilicet benè & rectè fiat,quod fit,vt patet,supposito quod iam fit. Ita similiter est dicendum in volitionibus, quòd licèt quis non teneatur aliquid velle,tamen si vult peccat,nisi rectè velit. Inter religiosum autem absolute omittentem volũtariè ire ad orationem,vel lectionem hora debita, & eundem negligenter omittentem voluntariè ire ad prædicta,hæc est differentia,quòd ille primus absolute non vult ire,seu vult non ire ad orationem,ad quam non tenetur,iste autem vellet ire, sed negligentia detinetur,ne eat,ideò in illo primo nulla ratio culpæ est ex parte ipsius operantis,nec ex parte actus,ex quo per statutum ablata est ratio culpæ,nec ex parte actus, vt dictum est supra:in isto autem secundo est ratio culpæ ex parte ipsius operantis,ex hoc scilicet,quod supposito,quod vult, tamẽ segniter & male vult. Tenetur enim ex quo vult iam sine vlla mala conditione velle,quia Deuter.6. *Iuste quod iustum est exequeris*,& hæc est secũda

Trãsgressio statutorum pure pœnalium, quando fit ex negligẽtia, est peccatum.

expo-

expositio huius tertij modi. Igitur ex dictis patet, quòd religio possunt dupliciter in regularibus obseruantijs statutorũ ex negligentia culpabiliter deficere, scilicet ex negligentia extrinseca secundum primariam expositionem, putà cũ ex mẽtis torpore omittitur actus, putà ire ad orationem, vel lectionẽ, vel secundo ex negligentia intrinseca iuxta secundam expositionem, putà cum ex tepiditate affectus, seu languore inertiæ mentis omittit ire ad orationem, vel lectionem, seu non debite itur, vel oratur, sed negligenter: quia tam in opere, quã in ipsa voluntate potest esse prædicta duplex negligentia. Sicque patet dupliciter ex negligentia peccari, vt dictum est: patet etiam quod vbi voluntaria transgressio statutorum prædictorum non est culpa, ibi tamen negligentia in omittẽdo, seu operando exterius, & interius est culpa, quia stat voluntariam transgressionem non esse culpam ex genere suo, & negligentiam esse culpam ex parte operantis, vt dictum est. Quam culpam ex parte operantis statuta humana, neque intendunt, sed neque omnino & generaliter tollere possunt, quia alioquin contra ius diuinum vel naturale cõtraherent, vt patet ex dictis. Cũ prædictis, quamuis breuiter, cõcordat Hug. 2. c. q. dicens, quòd vbique neglectus, qui languor inertiæ est, culpabilis est.

Differẽtia, quæ versatur inter statuta & ordinationes.

Quæ autem differentia sit inter statutum, seu constitutionem, & inter ordinationem, videatur Sylu. ll. tit. *Constitutio & statutũ*, & alij Summistæ ibidem: quia statutum, vel constitutio est perpetua, quousque reuocetur: ordinatio autem est temporalis, vsque ad aliud capitulum, seu vsque ad alium successorem Prælatorum proprie loquendo: sed in hoc standum est cõsuetudini cuiuscumque religionis, quæ habet suas leges & consuetudines, quæ præualent vocabulorum proprietatibus & acceptionibus.

Quarta cõclusio. In declarationibus summorum Põtificum nihil continetur de nouo obligans ad culpam, nisi aliàs

Quartum punctum est, quomodò obligent declarationes Nicolai III. & Clem. V. pro quo dico, quòd in declaratione Nicolai III. nil præcipitur nobis vltra præcepta regulæ vel Dei, neque ipsa declaratio aggrauat præcipiendo, id quod per præcepta regulæ vel Dei explicatur esse præceptum, aut obligatorium. Sicque nihil ibi continetur obligatorium ad culpam ex vi ipsius declarationis, neque ipsius declarationis transgressio est nobis culpabilis, nisi quatenus aliàs talis transgressio sit contra regulam, aut contra præcepta Dei, Ecclesiæ, aut Prælatorum ordinis. Ratio horum omnium est, quia in dicta declaratione

tione nullum est verbum explicatiuum præcepti, putà, *Præcipio, mando, prohibeo* & huiusmodi, *sed statuo, decerno, diffinio, volumus declaramus*, & huiusmodi: hæc autem verba non explicant præceptiua in alijs decretalibus secundum communiter Doctores, vt supra in primo puncto dictum est: ergo nec in illa decretali. Neque prædicta verba viua voce facta subditis præsentibus explicant aut explicarent præceptum, sed tantum simplicem voluntatem Papæ, aut statuentis: ergo nec hîc in scriptis facta absentibus, quia non est maior ratio huius, quàm illius, ergo. Nam licet omnis lex ciuilis, & Ecclesiastica præceptiua obliget subditos transgressores ad culpam aliquando mortalẽ, aliquando venialem secundum voluntatem præcipientis, & materiæ quantitatem, non tamen omnis lex aut cõstitutio, seu dispositio, aut declaratio est præceptiua, sed aliqua est tantũ monitoria dispositiua, vel declaratiua, seu simplicis voluntatis superioris explicatiua (vt patet supra in 1. pũcto) qualis videtur esse præfata declaratio Nicolai III. quæ solũ declarat, & statuit, & explicat quid decreat & cõueniat, vt seruetur regula, & viuatur secundũ statutum nostræ professionis, non autẽ condit nouum ius, neque præceptũ induxit. Secũdò probatur idem, quia Nicolaus III. qui in fauorem fratrũ edidit prædictam decretalem, non est credendus onera oneribus imposuisse, & præcepta præceptis aggrauasse, neque vota nostra auxisse, cum potiùs intenderit onus regulæ nostræ alleuiare, & nos ipsos à scrupulis, & laqueis expedire, ergo. Ex quo patet, quòd etiamsi esset verum Ioannis præceptum in dicta declaratione Nicolai III. non esset mortalis transgressio conditionum, aut modificationum ibi positarum circa pecuniam, putà si frater Minor, priùs nominet substitutam, quàm ipse dans requirat. Aut si frater nõ petat assensum dantis, vt totũ de eius authoritate procedat. Aut si peccatum sub alijs verbis variatis, quã Nicolaus III. ibi explicat & huiusmodi, de quibus supra 3. c. q. 8. latiùs habetur, quia quãtitas materiæ non est digna præcipi sub morali quoad hæc. Imo neque esset venialis transgressio prædictarum cõditionum, immo ò alias si frater haberet circa pecuniam, quòd non faceret contra præceptum regulæ de non accipiendo pecuniam: quod vtique caueri potest aliqualibus bonis modis ie habendi circa declarationem Innocent. Alexand. &c. Aut etiã aliquibus non declaratis per Papam, sicut boni religiosi se habebant in ordine ante Papalem declarationem, licèt

non

Transgressio conditionum positarum à Nicolao III ad parandre quæ obseruantiam ni si peccatū, sua is absque illis regula, quod dictarum propè obseruatur.

Transgressio non tam facile, neque tam expedite id fieret, sicut nunc secundum dictam declarationem Nicolai III. Et ratio huius, quòd scilicet non esset venialis transgressio dictarum conditionum, etiamsi sub præcepto eas nobis Papa imposuisset est, quia est communis regula Theologorum, quòd quando à Deo, vel ab homine aliquid præcipitur solum in ordine ad aliquem finem, aut propter aliquem finem illius præcepti, tunc habito fine illo per aliquem alium modum licitum, aut si per illum modū præceptum impeditur ille finis, iam non manet obligatio ad illum modum præceptum, quia ex 2. Phys. ex fine trahitur necessitas mediorum, vt de correctione fraterna cōmuniter dicunt Doctores, quòd scilicet, quando emendatio fratris nō potest cōmode haberi per præuiam monitionem, & testium inductionem, aut quando sine his potest melius fieri, tunc talis ordo Euangelicus non est obligatorius, aut quòd est omittendus. Sic in proposito cum Nicolaus III. statuerit prædictas modificationes solum, vt seruetur a fratribus præceptum regulæ de cauenda receptione pecuniæ. ergo si sine istis modificationibus benè seruatur dictū præceptum regulæ sub alijs modis se habendo circa pecuniam secundum regulam, iam non videtur vlla culpa illas conditiones non seruare, etiamsi sub præcepto eas nobis Papa imposuisset, & multo minus nunc esse videtur vlla culpa eas præterire, cum nullum verbum sonans præceptum sit, dummodo, vt diximus taliter fratres se habeant, quòd contra præceptum regulæ de cauenda pecunia verè non faciant, tamen & si qui contra prædictas modificationes & declarationes Nicolai III. & Clem. V. facerent, essent vtique puniendi à Prælatis, vt transgressores statutorum generalium prædictas declarationes acceptantium.

Obiectio.

Quòd si contra prædicta dicatur, quòd Clem. V. in Clementina *vnica*, art. 6. dicit fratres teneri summopere cauere, quòd pro alijs cautelis, vel sub alijs modis, quàm ponat dicti Nicol. III. declaratio ad dantes pecunias siue deputatos nuntios non recurrant, ne si secus ab ipsis attentatum fuerit, transgressores præcepti, & regulæ merito dici possint?

Dissoluitur.

Respondeo, quod Clemens V. in dictis verbis non obligat, neque declarat nos obligatos esse ad seruandum omnes illas limitationes Nicolai III. sed dicit admonendo id debere fieri à nobis non simpliciter, sed ad hunc finem, scilicet, ne si non seruētur, & perinde, atque alij religiosi nos circa pecuniam habeamus

mus per imprudentiam incurramus transgressionem præcepti regulæ de cauenda pecunia. Neque obstat, quòd Clemens Quintus ibidem continuo subiungit, dicens. *Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quòd expressè non conceditur, intelligitur esse denegatum.* Non enim per hæc verba fecit nobis esse derogata, & illicita ea, quæ non erant concessa à Nicolao III. vbi supra, nisi talia sint, vt sub generali comprehendantur prohibitione de non recipienda pecunia. Et ita non nouum iuris hi statuit Clem. V. sed solùm declarando & monēdo, id quod aliàs ex regula nobis iniunctum est, quodque ad id significandum à Nicolao III. declaratum & dispositum est, vt supra diximus: & adde, quòd Sixt. IIII. reuocauit omnia præcepta statutorum & declarationum suorum prædecessorum, vt supra in introductione habetur q. 6. vide ibi latiùs.

Et notandum, quòd non obstantibus supradictis stat benè, quòd aliàs ex vi regulæ, aut status professionis nostræ, aut ex natura rei supposito præcepto aliquo regulæ, aut statu nostro sit nobis mortalis transgressio multorum, quæ in dicta declaratione Nicolai III. continentur, putà nimia superfluitas, aut pretiositas vtensilium, & thesaurizatio, aut contractio mutuorum more sæcularium, & huiusmodi: quia hæc derogant nostræ paupertati & statui, vt aiunt expresse Nicol. III. & Clem. V. & similiter contingere potest, vbi nominaretur à nobis substitutus pecuniæ, aut si irrequisito priùs consensu dantis vbi intermediis personis opus est, etiam expenderetur pecunia in alijs vsibus, quia ipsa natura rei postulat, vt supposito præcepto de cauenda omnino pecunia nos aliter habeamus in accipienda, & conquirenda pecunia, quàm alij, qui nō sunt sic astricti, & hoc intelligitur vbi est dubia intentio dāris. Nam si certi sumus de dante, quòd velit à nobis nominari personam, vel personas, quæ recipiant pecuniam, quia sic prtat melius nobis prouideri, tunc non videtur ratio scrupuli, aut peccati alicuius, si priùs nominetur substitutus, aut si non petatur assensus dantis supradictus, quia Papa solùm intendit dare modum, quomodò sine regulæ transgressione pecunia procuretur, ita quòd dantis volūtas maneat libera ad faciendum de sua pecunia, vt voluerit, ita quod non authoritate fratrum, sed dantis expressa aut interpretatiua deponatur, & expendatur ipsa pecunia, quod fieri potest aliomodo quam secundum modificationes Nicolai III. vt dictum est, ergo.

Similiter

Similiter posset dici, quòd ex natura rei esset graue peccatũ, si sine vlla rationabili causa, & sine alia Papæ dispositione, aut licentia non seruaretur forma nominandi vnum Custodẽ Custodum præfixa à Nicolao III. in art. 8. quia præscripta tali forma conuenientissima à Papa iam natura rei, scilicet electionũ nos docet non conuenire, vt talis forma sine causa incermittatur, vt dictum est: similiter dicendum videtur de declaratione Clem. V. *Exiui*, quod scilicet nil præcipit vltra regulam, &c. sicut de declaratione Nicolai III. dictum est. Nisi solùm vbi de institutione Prouincialium agit in artic. vltimo, & ideó solùm explicat obligatoria ex vi regulæ, quæ ex ipsa regula sequuntur: & declarat, & statuit, vt Nicol. III. ea, quę ex vi regulæ obligant, & semel ibi inuenitur, verbum *Prohibemus*, vbi supra prohibet nos fieri hæredes, & semel inuenitur, verbum *Mandamus*, vbi scilicet rem necessariam propter votum paupertatis præcipit, vt scilicet à superfluitatibus, & pretiosis, & à thesauriza-tione caueamus: in declaratione autem Ioannis XXII adiectũ, vel potius confirmatum & explicatum est præceptum iuris diuini, vel naturalis, vt scilicet subditi stent iudicio Prælatorum in moderantia vestium, vtensilium, domorum, librorum, & huiusmodi, & non innitantur prudentiæ suæ. Sicut enim nunc, ita & ante tenebantur subditi stare iudicio suorum Prælatorum.

QVÆSTIO IIII.

Quæritur, an super regulam nostram aliquãdo licitè fieri possit dispensatio per Papam, vel per Prælatos ordinis, & quemodò?

Nota primò. Quid sit dispensatio, & relaxatio.

REspondeo, prius sunt duo notanda. Primum quid sit dispensatio, declaratio, relaxatio, & cætera. Pro quo dico secundũ Angest. in moralib. c. 14. quòd dispẽsatio proprie est iuris alias obligantis relaxatio ab habente authoritatem, vt de hoc latius supra in introductione q. 5. notabili 3. habetur, quãuis B. Thom. & sequaces aliter prædicta diffiniãt. Sed petiùs videtur quæstio de

de nomine, nam in re omnes concordare videntur. Ideò dicatur nunc cum Angelo, vt habetur supra.

Secundò notandum, quòd ista dispensatio est duplex, quædam enim est licita, quædam illicita. Licita dispensatio est, quando prædicta relaxatio fit ex iusta, & rationabili causa ad talem relaxationem faciendam. Illicita autem, quando sine iusta, & rationabili causa fit, & tunc potiùs dicitur dissipatio, quàm dispensatio secundum Bernardum. Ex quo patet, quòd ad licitam dispensationem requiruntur duo, scilicet authoritas Prælati potentis dispensare, saltem quando haberi potest, & non est periculum in mora, quia nullus est iudex in sua causa: & quia Prælatis est commissa cura legis epiKaizandæ, & pascendi gregem Ioannis 20. *Et habetur extra de voto & voti redemp. & causa se quen. cum gloss.* vt etiam de his latiùs habetur in summa Sylvest. tit. *Dispensatio* § 4. *& titulo votum* 4. *q.* 3. *&* 4. *&* 7. *&* 8. secundum communiter Doctores. Secundò requiritur causa rationabilis ad dispensandum relaxando ius. Non enim sufficit potestas cum voluntate ipsius Prælati, vt dictum est, & habet vbi supra, Sylvest. *tit. votum*, 4. *q.* 1. *q* 6. *& q.* 7. *&c. & tit. dispensatio*, & summ. Ang. *tit. votum* 3. §. 1. *& votum* 4 §. 10. *&* 11 *& tit. dispensatio*, & habetur in cap. *Magnæ de vot. & vot. redemp.* & gloss. *in cap. non est, eod. tit.* & latiùs probat Caietanus 2. 2. q. 88. art. 12. secundum Thom. ibi videatur, quia nec Papa potest super votis sine rationabili causa dispensare relaxando votum, & dispensatus sine rationabili causa non est tutus in conscientia quoad Deum, licet quoad Ecclesiam transeat, quando non constat manifestè de iusta dispensationis causa, vt latiùs habetur in locis allegatis, licèt aliqui ceruicosi temere contradicant: ad quod etiam facit late Ioan. Pirrin. in tractat. super dispensat. fratrum Minorum corol. 3. & tractat. disputatorius inter Zelatorem paupertatis, & Hug. cap. 2. & 3. Et si quæratur, quæ causa censenda sit iusta, & rationabilis ad dispensandum: Respondeo secundum

Quæ requirantur ad licitam dispensationem.

Nota quod licet vinæ vocis oraculis, & peculiaribus cõcessionibus, sit quandoque ab aliquibus summis Pontificibus in regulæ præceptis dispensatũ, has tamen regulæ dispensationes omnes renunciauerepatres ordinis in Capitulo Generali Toleti

anno Domini 1606. *nouissimeque reuocatæ sunt, & annullatæ per summum Pontificem Paulum V. in Capitulo Generali Romæ celebrato anno Domini* 1612. *in quo declaratum est, nullum regulæ præceptum esse dispensatum, sed integram seruari debere extra declarat. Nicolai III. & Clem. V. quæ omnia constant ex tabula Capituli Generalis Romani prædicti, & ex ordinationibus, quas pro fratribus Minoribus Hispaniæ fecit Reuerendissimus pater fr. Antonius de Trejo, totius ordinis Vicarius Generalis anno Domini* 1614.

Hug.

Hug.cap.3.& Ioan.Pirrin.vbi ſupra,& ſumm.Syluеſt. & Ang. tit. *Diſpenſatio* § 1. quòd generaliter omnes cauſæ poſſunt reduci ad duas,ſcil.et propter vtilitatē maximè ſpiritualem particularem ipſius perſonæ,ſeu communem aliorum probabilem ſperatam ex tali diſpenſatione.Secunda eſt propter neceſsitatem corporalem,vel ſpiritualem particularem ipſius diſpenſati,aut propter communem aliorum probabiliter imminentem, vtpote quando ipſa perſona,aut communitas ſine diſpēdio ſalutis corporalis,aut ſpiritualis,vel boni communis tranſire cōmode non poſſunt,niſi diſpenſetur,aut quando immineret ſcādalum & huiuſmodi.Et conformiter ad hæc habetur 1.*q* 7.*cap. neceſſaria,&c.pro remedio.&* 34.*diſtinct.fraternit.tuæ.* Vbi dicitur, quod defectus noſtri temporis,quo non ſolùm merita, ſed etiā corpora ipſa defecerunt,diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram.Sed in his ſtandum eſt iudicio boni, & docti viri, & maximè Prælati diſpenſantis,facta ei vera relatione, ad eum namque generaliter pertinet iudicare de cauſa, ad quem ſpectat authoritas diſpenſandi,tanquàm acceſſorium, & principale, *de regul iur* & præſumendum eſt in foro conſcientiæ, & Eccleſiæ cauſam,& diſpenſationem eſſe iuſtam facta ei vera relatione,niſi manifeſtè conſtet de oppoſito,ſeu de indiſcretione, in aduertentia,ſeu ignorantia,aut inuria,aut malitia,ſeu coactione diſpenſantis,vt ſupra q.2.in 2 puncto dictum eſt. Dixi notanter,ſi ſit vera relatio,ſecus ſi non ſiat vera relatio, ſed falſa, ſeu ficta,ſeu ſubreptitia tacendo quod deberet explicari, & huiuſmodi & quoad hoc notandum ſecundum Caiet.2. 2.q.88. art.12.& Ioan.Pirrin.vbi ſupra art.3.&c. quòd non quæcumque parua vtilitas,aut neceſsitas eſt cenſenda cauſa rationabilis ad diſpenſandum omnino,ſeu circa omnia, quia in aliquibus requiritur,& ſufficit maior,in aliquibus minor, circa quod iudicandum debet eſſe vigil Prælatus diſpenſans, vt dictum eſt, quia nunquam eſt licita diſpenſatio,quæ ſit cum manifeſta decoloratione Eccleſiæ,vel ſtatus religionis, &c. huiuſmodi, vt habetur 1.*q*.7.*& ſi alla.*

Similiter notandum,quòd non refert,an cauſa, ſeu neceſsitas prædicta interueniens ad faciendum diſpenſationem proueniat à natura,putà ab infirmitate,ſeu cōplexione hominis, ſeu pronitate hominis ad malum,aut quòd proueniat ex culpa,ſeu malitia,etiam præſenti aliorum,ſeu præterita ipſiusmet, cum quo diſpenſatur,vtpotè ſi bellum ciuile nō poſſet ſedari, niſi puella habens

habens votum virginitatis nuberet,&c.& concordat sum.Ang. tit.*Votum*,4.§ 5. *t t.d ſpenſatio* §.2. vt dictum est supra , quòd propter scandalum licitè dispensari potest. Secus quando talis causa sit ex culpa voluntaria præsenti ipsiusmet, cum quo dispensatur,vtpotè quia ipse iam non vult seruare votum, seu id quod tenetur:& dicit,quòd si non dispensatur cum eo, vt vult,quod peius faciet, seu quòd apostatabit,&c.quia iam non vult humiliter, seu vt tenetur subire difficultatem sui voti, seu eius ad quod tenetur, quia talis causa voluntaria est malitia culpabilis de præsenti.Ideò non est sufficiens, nec rationabilis ad dispensandum (quamuis fortè aliquando esset sufficiens ad commutandum) ideò qui cum tali causa voluntaria impetrat dispensationem,non est securus in conscientia (vt dicetur infra) quia talis dispensatio potiùs est permissio minoris mali,quam liberatio ab obligatione coram Deo, vt de hoc latiùs Ioannes Petrinus vbi supra in tertio notabili, fol. 160. & in 3.concl.&coroll.r.3.& in respons. ad argumentum, concordat & Hugo in tractat. disputatorio inter Zelatorem paupertatis,&c.

His ergo breuiter suppositis,Respondeo ad quæstionem, & primo dico, quòd Papa potest in tota regula nostra dispensare existente causa rationabili ad id,& in hoc non est dubium, quia communiter Doctores vbi supra tenent,quòd potest dispensare in omni voto,& iuramento ex causa rationabili, dummodò non fit in præiudicium tertij.Ideò potest dispensare, vt transeat professus ad laxiorem religionem, dummodò sit causa rationabilis ad id, vt sæpe dictum est, alias non, secundum communiter Doctores,vbi supra, & supra cap. 2. quæst. 13.habetur late.

Prima conclusio.
Papa potest in tota nostra regula ex rationabili causa dispensare.

Sed an Prælati ordinis possint similiter dispensare circa aliquid contẽta in regula,est maior difficultas.Nam sum. Ang.tit. *De ſpenſatio* §. 8.& tractatus defens.cõtra deuiantes,expresse tenẽt,quod nostri Ministri Generales,& Prouinciales possent dispensare (scilicet existẽte causa rationabili ad id) in tota regula nostra,præterquã in tribus votis essentialibus religionis,& præterquã contra præcepta Dei. Adducunt pro se Alex.Hallen. & directoriũ lib.2.tit.19.& B.Bernardũ in lib.de dispens. & precepto,& alios cõmuniter Doctores,dicentes, quòd Abbas monachorum,& religiosorum potest dispensare in tota regula eorum,præterquàm in tribus votis,&c. vt dictũ est,ergo similiter

Dubium.
Opinio singularis.

possunt nostri Ministri in nostra regula, quia ipsis ex regula datur facultas dispensandi, vt hic c. 10. paulò inferius dicitur, *si qui fratrũ sciant, & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos Ministros debeant & possint recurrere*, sibi et pro dispensatione, secundum quod conuenit charitati, vt dictũ est. Hæc illa.

Refellitur.

Sed certè hęc opinio nõ videtur vera, nã sic sequeretur, q Prælati prædicti possẽt dispẽsare in receptione pecuniæ, in ingressu ad monasteria non eorũ, vel quo fierent cõpatres, & quòd nõ peterent vnũ Cardinalẽ à Papa in protectorẽ, & quod non facerent officiũ diuinũ secundũ ordinẽ Romanæ Ecclesię, & quod prædicatores instituãtur aliter, quã regula seu Papa decreuit, & in non habendo vnũ Ministrũ Generalẽ, &c. in his ergo sequereter, quòd Ministri sine speciali authoritate Papæ possent ex sua authoritate dispensare, & in alijs, quod dicere est absurdũ, nec vnquã in ordine nostro præticatũ, immò & nunquã permissũ est vt patet. Et ad rationes, quibus fundatur sum. Ang. quòd solet cõmuniter dicunt Doctores, quod Abbas aliorũ religiosorũ, id potest: ergo, & Ministri nostri. Respõdeo negando cõsequentiam. Nam Abbates aliarũ religionũ ideò possunt in tota sua regula dispẽsare, præterquam in tribus votis, & quia in regula eorũ nullũ ferè aliud obligatoriũ sub præcepto strictè ex vi regulæ cõtinetur vltra tria vota, & vltra delationem, & formã habitus eorũ, & vltra quædã alia pauca, vt potest videri in Sylu. tit. *Relig o* 1. §. 9 *& relig o* 7 §. 14. Ideò dicunt, quòd in alijs obseruantijs corporalibus, puta ieunio non esu carnium, silẽtio, & operibus manuũ, & huiusmodi, quæ vel nõ præcipiũtur, vel saltẽ non strictè præcipiuntur in regula, possẽt Abbates dispensare. In nostra autẽ regula ponũtur omnia prædicta, & multa alia pertinentia ad obseruantias, seu actus exteriores sub præcepto strictè, ideò prędicta ratio vniuersaliter nõ valet. Et quòd vltimo dicit, quòd regula nostra cõcedit Ministris authoritatẽ dispẽsandi in omnibus, dicẽs, *si qui fratrũ sciunt & cognoscerent*, &c. Respõdeo, quòd illa glossa nõ est cõmunis. Nõ enim loquitur regula de recursu ad Ministros pro dispẽsatione, sed pro puriori regulæ obseruãtia habẽda, vt cõmuniter glossatur ab omnibus, vt proximè dicetur infra q. 5. Item dato, quòd adhuc de recursu, pro dispẽsatione loqueretur, & posset intelligi ille passus regulæ, nõ tamen sequitur inde, quòd regula cõcedat Ministris potestatẽ dispẽsandi in omnibus generaliter cõtentis in ipsa regula, sed in aliquibus sic, in aliquibus nõ, vt patebit; ideó hæc opinio sum. Ang. nõ videtur sic tã generaliter vt sonat amplectẽda quoad nos fra-

Prælati ordinis non possunt in tota nostra regula dispensare.

tres

tres Minores. ☞ Est ergo alia opinio Bonauent. in 12. & 9. c. quæ videtur nobis tandē tenēda, quæ in sentētia talis est, quòd scilicet in præceptis regulæ manifestis, seu eminentibus nullo modo in nullo casu potest ordo authoritate propria dispēsare, nisi Papa cō cedat authoritatē ad hoc in aliquo casu, seu casibus rationabilib', & sic in illis octo præceptis, seu inhibitorijs regulæ principalibus supra positis 1. q. 1. nullus Prælatus ordinis potest dispēsare, neque totus ordo sine authoritate, seu priuilegio Papæ, vt dictū est: ideò in præcepto de cauenda pecunia ait expos. sanctorū Patrū 4. cap. quod nullam dispensationē regula admittit, ideò enim dicitur (*Præcipio firmiter, id est, inuiolabiliter, vt nullo modo denarios, vel pecuniam &c.*) nisi vt dictū est, adsit authoritas, seu priuilegiū rationabile à summo Papa, quod an nunc habeatur, an non, proximè dicetur. Similiter ordo propria authoritate nō potest dispēsare in illis obseruatorijs, æquipollentibus, neque in illis habētibus vim præcepti, in quibus patet intentionē regulæ sic omnino præceptoriè obligare, sicut in illis primis præceptis eminētibus, vbi nulla dispensationem admittit. Hoc autē potest cognosci, seu aliqualiter perpēdi, vt ait expos. sine tit. c. 2.) ex materia de qua agitur, & tenore litere, & ex fine intēto in tali præcepto. Nā quando est talis materia, & taliter obligatoriè imposita, quòd eius trāsgressio secundū communē estimationē notabilē generaret, tunc nō potest ordo dispensare in prædictis æquipollētibus, aut habētibus vim præcepti supraposita c. 1. q. 1. exempli gratia secundū Bonauen. vbi supra, vt potè in illo habēte vim præcepti, *Quòd vniuersi fratres teneantur habere vnum Generalem Ministrū*, & 8. c. nec in illo *teneantur alii quibus electo alio est alium sibi eligere in Custodem*, &c. 8. c. quia in istis est manifesta & notabilis deordinatio, si nō seruētur, indispensabilia sunt Prælatis, sicut illa eminentia præcepta, & alia eiusmodi, quia sic credendum est intendisse regulæ institutorem.

Secunda cōclusio. In præceptis regulæ manifestis, & eminentibus, sicut octo inhibitorijs nō potest totus ordo authoritate sua dispensare.

Quando verò non sic cōstat de intētione regulæ, quòd sic omnino præceptoriè velit obligare, & indispēsabiliter, sicut dictū est, tūc ordo bene potest dispēsare in particulari, & in casu, & ex causa rationabili tantū, nō tamen potest ordo generaliter quicquā hoīm mutare. Exēpli gratia, vt potè in illo habente vim præcepti. *Si qui fratrū mortaliter peccauerint, teneātur ad Ministrū recurrere, &c.* 7. c. similiter in illo æquipollēte, *Quòd ieiunent à festo omniū sanctorū, & 6. feria, &c.* 3. c. potest ordo dispēsare in particulari, & in casu, vt dictū est: imò & citra manifestā necessitatē subdit⁹ tenetur ieiuniū soluere, si superior præciperet, nisi solutio ieiunij cedat in

Tertia conclusio. Ordo non potest dispensare circa præcepta aliqua regulæ in totum, bene tunē ex parte.

scandalum aliorum, hæc Bonauent. vbi supra, & concordat Alexand. Hallen. vt etiam habetur in Serena conscien q. 5. dicente, quod si monacho multum laboranti præcipiatur comedere carnes, quando non deberet, vel soluere ieiunium, tunc seruata lege charitatis, & regulæ institutione, & cognita necessitate personæ Prælatus præcipere potest, alias non, vt de hoc supra quæst. 2. in 2. & 4. puncto. Et cum prædictis concordat Hug. 3. cap. dicens, quod quando vrget causa rationabilis, dispensare potest non voluntas, sed authoritas maioris supra obligatoria regularia. Idem dicit in tract. 1. disputato, inter Zelatorem paupertatis, fol. 203. litera C. fol. 205 F. &c. Et cum prædictis etiam concordant omnia dicta, & Doctores illius primæ opinionis, quam tenebat summ. Angelica, si secundum suprædicta secundum Bonauent. limitetur & intelligatur. Ex quibus patet, quod Alanus de plan. Ecclesiæ apud Seren. conscientiam quæstione 1. p. dicens, quòd ad nullum ordinis Prælatum spectat regulam declarare, seu dispensare. hoc dictum eius est limitandum secundo in præfatum distinctionem S. Bonauent. alioquin non contineret veritatem, vt iacet.

Sed pro maiori prædictorum omnium declaratione duo mihi videntur hic specialius enucleanda. Quorum primum est, enarrare explicite illa obligatoria regula, quæ possunt per Prælatos ordinis, seu per ordinem in particulari casu, & ex causa rationabili dispensari, vt dictum est. & quoad hoc dico, salvo meliori iudicio, quod circa duodecim obligatoria regulæ possent Prælati sine speciali priuilegio aliquando in toto, aliquando in parte tantum dispensare in particulari casu, & ex causa rationabili, vt dictum est.

Quæ sint præcepta illa regulæ, in quibus Prælati possint dispensare.

Quorum primum est. In illo æquipollenti cap. 2. *Quòd non habeant fratres plures tunicas.* Secundo in illo æquipollenti cap. 2. *Quòd fratres vestimentis vilibus induantur*, & similiter in vsu aliarum rerum pretioso, aut delicato secundum necessitatem & vtilitatem, vt habetur in tractat. inter Zelatorem paupertatis vbi supra. Tertiò in illo æquipollenti cap. 2. *De non portando calciamenta, &c.* Quartò in illo æquipollenti 3. cap. *Quòd clerici faciant diuinum officium secundum ordinē Romanæ, &c.* vt expressè exemplificat Bonauent. vbi supra. Quintò in illo æquipollenti 3. cap. *Quòd ieiunent à festo omnium sanctorum, &c.* Sextò in illo æquipollenti 3. cap. *De non equitando, nisi manifesta necessitate, &c.* Septimò in illo æquipollēti 4. c. *Quòd Ministri & Custo-*

Custodes solicitam curam gerant pro infirmis, & induendis fratribus, &c. Octauo in illo æquipollenti cap.9. *Quòd nullus fratrum prædicet, nisi examinatus, & approbatus à Ministro Generali.* Nono in illo æquipollenti cap 10. *De recursu ad Ministros, pro pura obseruãtia regulæ.* Decimo in illo æquipollenti 2. cap. *De recipiendo nouitios ad ordinem, & professionem, & habitum nouitiorum, &c.* vt expressè exemplificat Bonauent. vbi supra, & 9. cap. expos. sine tit. cap. 2.

Vndecimò in illo habente vim præcepti, cap. 7. *De recursu ad Ministrum, pro absolutione à casibus reseruatis.*

Vndecimò in illo habente vim præcepti cap. 8. *Quód Ministri Prouinciales teneantur ire ad Capitulum Generale*, in his ergo potest dispensare, vt dictum est, in alijs autem non, propter rationem supra dictam secundum Bonauenturam, vt patet intuenti.

Secundum, quod est hic enucleandum est, qui Prælati sunt illi, qui possunt ex vi regulæ sine speciali priuilegio in prædictis dispensare modo supradicto? Respondeo, quòd Minister Generalis, & Capitulum Generale potest in omnibus prædictis, & in hoc non est dubium, sed in illo æquipollenti cap. 9. quòd scilicet, *Nullus fratrum prædicet, nisi examinatus & approbatus à Ministro Generali*, vt supra in 8. loco positum est. Similiter in illo habente vim præcepti cap. 8. quod Ministri Prouinciales teneantur ire ad Capitulum Generale, vt supra in vltimo loco habetur, videtur, quôd solùm potest dispensare Minister Generalis, seu Capitulum Generale in casu, & ex causa, vt dictum est nisi esset periculum in mora: quoad omnia alia suprædicta regulariter, & vniuersaliter solus Minister Prouincialis potest dispensare, quia est Prælatus ordinarius propriè habens iurisdictionem. & quia ex regula ipsi soli præcipuè hoc videtur conuenire, vt patet in locis vbi prędicta tractantur, vbi supra in hoc tractatu, præterquàm in illis primis, seu æquipollentibus in principio positis, & in illo alio decimo loco posito quoad nouitios: quia in istis potest dispensare Custos, & Guardianus, aliquando in toto, aliquando in parte tantum, vt supra potest videri in suis locis cap. 2. quæst. 22. quęst. 23. & q. 9. 10. & 12. & cap. 3. per omnes quæst. ibi positas; ibidem potest latius videri, quòd ex vi regulæ, seu declarationũ sine alio particulari priuilegio possunt in prædictis etiam Guardiani in casu, & ex causa, vt dictum est, dispensare.

Qui Prælati possint dispensare in prædictis præceptis.

Caput decimum.

Etiam nudam assistentiam in aliquibus regula præcepti dispensare ex concessione Pij II.

Sed ad prælibata omnia notandum, quòd ex vi particularis privilegij possunt etiam Guardiani in plus dispensare. Nam Pius II. dist. 100. concessit quòd Prælati nostri circa subditos suos & loca eis descendere possint dispensare, & eorum debilibus & infirmis in his quæ non sunt contraria regulæ, & fuerunt ibi expressi multi casus, vtpote de fratribus portare, de equitando licet nõ sit arcta necessitas, vel infirmitas, de recipiendo frumento, pro induendis fratribus, vbi non est alius modus habendi, & de procurandis in die Sabbati eleemosynis pro carnibus vbi est consuetum, & similibus, nec propter hoc dicuntur facere contra regulam, hæc ibi. Super quo ait collector supple. in dist. 100. & compend. tit. *De pensatis*, §. 8. quòd prædicta concessio videtur quasi propositio se ipsam falsificãs. Nam primo dicit quòd possit dispensari in his, quæ non sunt contra regulam, & postea exemplificat aliqua quæ sunt manifeste contra regulam, vtpote in equitando, & calciamentis, &c. quæ sunt manifeste obligatoria, & ideò videtur quòd debuit hic dicisse de his quæ non sunt contra tria vota substantialia regulæ) vel fortè intelligit non esse contra regulam, quando est necessitas talis quòd bono modo aliter fieri non potest, & frater est dubius, hæc ibi.



Quomodo intelligẽda sit concessio Pij II.

Sed fortè clarius, & melius salvatur, & intelligitur sic, scilicet in his quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorum. quod ideò dico, quia ex aliqua causa recipere frumentum pro induendis fratribus, vbi non est alius modus commode habendi, iam ex tali causa, & in tali causa recipere frumentum per Syndicum nomine Papæ, aut per alium nomine dantis, non est omnino contra præceptum de non recipiendo pecuniam, quamuis forte aliquando sit contra aliquam circunstantiam seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam illius præcepti, sicque non omnino contra seu extra totam latitudinem illius præcepti, quamuis fiat aliqualiter. Similiter portare calciamenta, & equitare existente aliquali necessitate, quamuis non vrgente, quamuis fit aliqualiter contra obligatorium regulæ, non tamen omnino contra totam latitudinem ipsius, nec contra substantiam ipsius, sed contra aliquam conditionem seu circunstantiam requisitam ad plenam obseruantiam ipsius obligatorij requirentis manifestam & vrgentem necessitatem, vel infirmitatẽ, ad hoc quòd quis possit licitè calciari, & equitare. In his ergo quæ sic sunt contra regulam, quæ tamen, & non sunt omnino

nino contra substantiam præceptorum, seu obligatoriorū regulæ, nec contra, seu extra rotam latitudinem ipsorum, sed solum sunt contra aliquam circunstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum, concedit Papa, quòd nostri Prælati possint dispensare, & relaxare causa aliqua rationabili, & talis dispensatio in prædictis ex tali causa, quæ alias esset insufficiens sine dispensatione ad prædicta faciendū licite contra talia obligatoria regulæ, iam facit causam prædictam sufficientem esse ad hoc, quòd licitè quis faciat prædicta cōtra talia obligatoria regulæ: & sic faciendo non potest dici facere simpliciter, aut illicite contra regulam: & hic credo, quòd melius & clarius intelligitur prædictum priuilegium, & faciunt ad hoc ea, quæ supradicta sunt q. 2. in 1. puncto, vbi distinguitur transgressio præceptorum strictè, & large sumptorum, &c. ibi videantur.

Et hoc priuilegium concessum Prælatis (quorum nomine etiam Guardiani intelliguntur, vt patet ex dictis supra capite octauo, quæstione 4.) multum valet ad serenandum conscientias omnium in multis huiusmodi relaxationibus, & impunitatibus ex aliquali licèt non omnino sufficiente causa, seu necessitate communis, contra multas conditiones, & circunstantias requisitas ad debitam obseruantiam præceptorum regulæ, vt patet de pecunia, paupertate, & vsu paupere, & de non portando, nec manducando, & cæteris eiusmodi, dummodò non aliter fiat vlla omnino causa fiat dispensatio, & transgressio prædictæ: quia sic non excusarentur fratres, vt patet ex dictis: & dummodò ex hoc non accipiatur occasio ad relaxationes aliquas irrationabiles, & non excusabiles, quales sæpe videmus apud aliquos. Ideo enim quatuor Magistri in 4. cap. & Hug. 3. cap. & alij Doctores communiter dicunt, quod non videtur tutum in conscientia, quòd fratres recedant à regula, quam vouerunt propter aliqua priuilegia, quia per hoc potest tota ordinis perfectio occasionaliter relaxari. Et Aluarus apud Seren. conse. quæst. 10. idem obnixius clamat & plangit, quæ omnia sunt vera, quando sine rationabili causa, & indiscrete, & passim talibus dispensationibus vtuntur fratres; vt ait Hug. 3. cap. quia tunc potius sunt dissipationes, & nō excusant à transgressionibus præfatis, vt dictum est: & vt communiter tenent Doctores vbi supra, in locis supra allegatis in principio huius quæstionis, & in Summistis potest videri aliqualiter.

De dispensationibus autem censuratum videatur in compendio, titulo *Dispensatio.*

Et vbicumque sunt fratres, qui scirent & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, &c.

QVÆSTIO V.



Quæritur, an fratres omnes teneantur recurrere ad suos Prælatos, pro remedio obseruantiæ regulæ, & quando, & similiter an ipsi Prælati teneantur eis prouidere de remedio ad hoc, & quomodò peccent fratres impedientes ordinis reformationem, & puram aliorum obseruantiam regulæ, in toto, vel in parte?

Quid sit regulam spiritualiter obseruare.

REspondeo per quatuor puncta. Quorum primum est, quid sit, & quotupliciter stet regulam spiritualiter obseruare, & ad hoc dico, quòd regulam spiritualiter obseruare (secundum quatuor Magistros Hug. expositor. sine titulo: & refert etiam Barthol. Pis. 10. cap. secundum aliquos) est secundum suum rigorem siue puritatem suam, seu sine occasione ad malum eam obseruare, & è contra non posse regulam obseruare spiritualiter est, non posse seruare eam secundum suum rigorem, vel suã puritatem, vel sine occasione proxima ad peccatum.

Item expos. sanctorum Patrum cap. 10. ait, quòd regulam spiritualiter obseruare, est eam secundum verum intellectum, quem Spiritus Sanctus de ea exprimit, & de eius perfectione obseruare.

Item Bonauent. ait, quòd regulam spiritualiter obseruare est

est eam in ijs, præcipue quæ spiritualia sunt, obseruare, vt est puritas conscientiæ, tranquillitas cordis & huiusmodi.

Tandem Hug. vbi supra iterum dicit, quòd regulam spiritualiter obseruare est ipsam pure, debite, seu religiosè obseruare. Nam mos Beati patris Francisci erat dicere spiritualiter fieri, quòd pure, seu religiosè siebat. Ideò regulam spiritualiter seruare ille non potest, qui debite, ac religiosè non potest. Hæc ille.

Ex quibus omnibus videtur, quod dupliciter stat regulam spiritualiter obseruare. Vno modo est eam debite, pure, ac religiosè sine transgressionis peccato sufficienter, vt est necesse, obseruare, vt patet ex quatuor Magistris, Hug. & expos. sine titulo. & Barthol. Pis. vbi supra, & patebit ex dicendis infra in tertio puncto secundum constit. Martini V. cap. 10. & sanctorũ Bernardini, &c. Alio modo est eam secundũ suam perfectam puritatem, & rigorem in spiritus tranquillitate sine vlla dispensatione aliqualiter etiam licitè relaxante obseruare, vt patet secundum expos. sanctorum Patrum, & sanctum Bonauen. cap. 10. vbi supra, & in Seren. conscient. q. alphab. litera L. secundũ Vbertinum. Similiter dupliciter stat regulam non posse spiritualiter obseruare, id est, non debite sufficienter sine peccato, vel non secundum suam perfectionem sine dispẽsatione, quamuis licite relaxatiua, vt dictum est.

Secundum punctum est, quid intelligatur hic nomine Ministrorum, &c. Respondeo, quod omnes Prælati ordinis indifferenter, ad quos pertinet proportionabiliter suis subditis circa prædicta prouidere, & præcipue intelliguntur Ministri Prouinciales, quia ipsi præ alijs melius, & vniuersalius subditis possunt in hoc prouidere, vt expressè dicunt Bonauent. Hug. Barthol. Pis. & expos. sanctorum Patrum, & alij communiter expositores: vnde ait Hugo, quod possunt fratres ad Ministrũ Generalem, vel Prouincialem recurrere, quando aliter subsidio inferiorum Prælatorum non possent regulam spiritualiter obseruare: superflue enim ad maiorem Prælatum recurritur, quãdo per minorem indigenti æquè vtiliter subuenitur. Et cũ prædictis concordat latius expos. sine tit. cap. 10. dicens, quod omnia, quæ in hoc cap. 10. ascribuntur Ministris, similiter competunt omnibus Prælatis ordinis respectu suorum subditorum, scilicet Ministro Generali, & Prouinciali, & Custodibus, & Guardiano, quia prædicti omnes tenẽtur visitare, monere, corrigere suo.

Qui veniant intelligendi nomine Ministrorũ, ad quos recurrendum est.

suo quisque modo suos subditos (vt supra quæst. 1. dictum est) quia in absentia vnius debet alter prouidere in prædictis, & maximè minor Prælatus in absentia maioris. Item patet hoc in cæteris capitulis, vbi de Ministro Generali, vel Prouinciali tantum loquitur regula, saltem in aliqua parte capituli exprimit nomen Ministri Generalis, vel Prouincialis, quod non reperitur in toto hoc 10. cap. ergò non erit Ministrorum omnes Prælati indifferenter intelligentur, vt dictum est, quamuis præcipuè Minister Prouincialis intelligatur hoc loco. Sed si hæc pars regulæ intelligatur de recursu ad Ministros pro dispensatione, vt vult Sum. Angelica, tit. *Dispensatio* §. 8 & alij generaliter (vt proximè dicetur in 3. puncto) tunc nomine Ministrorum intelliguntur solùm Minister Generalis, & Prouincialis secundùm præfatos Doctores, quia ipsis regula dat authoritatem ordinariam dispensandi in ijs, in quibus potest dispensari, vt supra quæstione dictum est.

Prima conclusio. Vbicunque fratres cognoscunt se impediri à debita regulæ obseruantia, tenentur ad suos Ministros recurrere.

His ergo suprapositis sequitur 3. punctum principale responsuum, vbicunq, fratres Minores valde certitudinaliter, & probabiliter cognoscerent, quòd ratione loci reuocantur quomodocunque notabiliter, seu impediuntur à debita, seu religiosa regulæ obseruantia, ita quod sine peccato, seu sine periculo valde propinquo ad peccatum ibi esse non possunt, tunc ex vi regulæ tenentur recurrere ad suos Ministros pro remedio sufficiente ad debitam regulæ obseruantiam, & ipsi Ministri tenentur eis in hoc debite, & sufficienter prouidere. & peccant grauiter quicunque, & quomodocunq; eos in hoc impedirent. In hoc puncto sunt tres particulæ quarum prima, quod illi fratres in casu prædicto tenentur recurrere ex vi regulæ ad suos Prælatos, seu Ministros pro remedio, patet, quia expressè regula 10. cap. id dicit (*vbicunque sunt fratres, qui sciunt & cognoscunt &c.* quod est æquipollens præcepto cùm Clem. Vas. patet supra cap. 1. q. 1. & communiter exponitores omnes concordant.

Nota. Quæ conditiones requiruntur, vt præceptum sit obligatorium.

Sed notandum, quòd vt iste obligatorium hoc ex vi regulæ, requiruntur simul tres conditiones, quæ notantur in hac prima particula huius 3. puncti. Prima, quod notabiliter impediantur indebita seu religiosa obseruantia regulæ, vbi quod hoc peccato, seu sine propinquo periculo ad peccatum ibi fratres esse nõ possent, nisi non impediuntur à prædicta debita regulæ obseruantia, quæmùis impediantur à puriori regulæ obseruantia, ita tamen quod sine peccato, & sine periculo transgressionis prædicto ibi manere possunt, seu si non impediũtur notabiliter,

sed

fed parũ lenitèr, ita quòd frater, si vult fortiter agere, & caute, potest sine notabili regulæ transgressione, & sine peccato mortali ibi manere, nec non tenetur sub mortali ex vi regulæ recurrere ad Ministros quamuis si velit, possit recurrere, vt dicetur infra in 4. puncto, & hoc ait Hugo, & exponentes communiter id innuunt alij expositores, vt etiam patebit exemplis, quæ ipsi ponunt, & paulo inferius hîc habetur.

Secunda conditio requisita, vt hoc sit obligatorium, est quod fratres prælati habeant certitudinem valde probabilem de prædicto impedimento. Nam si solùm habent leuem coniecturam, aut apprehensionem, quia sic sibi videtur, hoc non sufficit ad obligandum, immò nec sufficit, vt prælati eis credant, aut remedium procurare teneantur, ideò enim dicit regula, *Vbicumque sunt fratres, qui sciant & cognoscerent se non posse, &c.* vbi ait expositorum Patrum, *Scirent & cognoscerent*, *scilicet euidenter, seu manifestè*, non autem per phantasticam imaginationẽ, vel secundum Bonauent. *Scirent, scilicet per experientiam, & cognoscerent, scilicet per rectum iudicium*, vel secundum expos. sine tit. *Scirent & cognoscerent*, id est, quando certitudinem, & notabilem, & valde rationabilem probabilitatem haberent, quòd impediuntur à debita obseruantia regulæ, tunc tenentur recurrere ad Ministros pro remedio, & cõcordat latiùs Hug. 10. cap. & Ioannes Parin. vbi infra dicetur.

Tertia conditio requisita, vt hoc sit obligatorium ex vi regulæ est, quando prædictum impedimentum prouenit ratione loci, vbi morantur fratres, quomodocumque inde ipsis proueniat, quòd ideò dico, quia si aliunde proueniat tale impedimẽtum ratione temporis, aut personæ ipsius fratris male dispositæ, aut ratione Prælatorum male gubernantium, &c. huiusmodi, quamuis quilibet frater teneatur aliunde de iure diuino vel naturali sibi remedia debita procurare, & sæpe recurrere ad suos superiores pro remedio, aut pro dispensatione, vt proximè dicetur, non tamen tenetur ex vi regulæ, aut ex vi huius obligatorij regulæ: quod probatur, quia communiter expositores quatuor Magistri Hug. & Barth. Pis. dicunt, quod prædicta impossibilitas, seu impotentia debitæ obseruantiæ, referenda est ad locum, quando scilicet fratres ratione loci impediuntur, ne pure & debite possint regulam obseruare, vtpotè quia loco annexa proprietas, vel cura animarum, ad quam ratione loci teneantur fratres, vel propter pericula mulierum ibi

Fratres non debent ad Ministros recurrere, nisi quando ratione loci à debita regulæ obseruantia impediũtur.

ibi manentium, seu intrantium, & cætera huiusmodi. Item idem probatur ex verbis primæ regul. 6. cap. vbi sic habetur, *Fratres in quibuscumque locis sunt, qui non possunt vitam nostram spiritualiter obseruare id ipsum suo Ministro significent, &c.* & quia hic regula dicit, *Vbicumque sunt fratres*, id est, in quocumque loco sunt fratres. Item quia sic declarauit Martinus V. in suis constitut. cap. 10. dicens sic, *Item vbi dicit regula quòd vbicumque sunt fratres, qui scirent, & cognoscerent, &c. Declaramus iustam debere esse causam recurrendi ad Ministros, scilicet, vt cum tal. loco, in quo morantur fratres, est annexa proprietas, vel cura animarum, &c.* vt proximè dicetur secundum sanctum Bernardinum. Tandem hanc sentẽtiam approbauit sanctus Bernardinus in sua epistola declaratoria art. 4. vbi sic habetur. *Item declaratur, quòd excedentia superfluitatis, curiositatis locorum, non est sufficiens causa, propter quam fratres debeant recedere à loco, nisi fuerit de illis aliquid, propter quod non potest regula spiritualiter obseruari, secundũ declarationem Martini V. (vbi supra) scilicet, quando loco est annexa proprietas, seu cura animarum baptizando, seu alia parochialia faciendo, vel si morentur fratres in loco contra voluntatem Domini loci, vel quando propter penuriam rerũ necessariarum oportet facere congregationes, & quæ vsus inhonestos contra puritatem regulæ & vsum generalem ordinis, vel propter inhonestam societatem, seu importabilem fratrum præsertim rudibus & infirmis, vel propter similia, quod simile cum sit indeterminatum, relinquitur iudicio Prælatorum, extra de offic. deleg. cap. de causis.* Hæc ille. Et in constitut. Martini V. & Serena conscien. q. 15. Hug. Barthol. Pis. & Specul. stil. 15. & sic patet intentum: quodque in vltimo casu, scilicet, vel propter similia includuntur multi casus, de quibus Prælati debent iudicare, & ad hos casus reducuntur omnes alij, qui ratione loci præparare possent impedimentum obseruantiæ regulæ, vtpotè si tali loco essent aliqui annui redditus sophistice vel interpretatiue, seu aliquæ possessiones annexæ, vel side statutis ad regulæ debitam obseruãtiam pertinentibus, quasi nihil seruatur, vel quia indifferens ingressus vtriusque sexus, vnde castitas periclitatur infirmorum, vel quia in communi non viuitur, sed de peculijs particularibus, quilibet viuit, vt ait Ioannes Pirrin. conclus. 2. corol. 3. tenentur fratres recurrere ad Ministros pro remedio. Similiter si tali loco esset annexum periculum mortiferæ distractionis, seu negotiationis ad temporalia acquirenda propter officium procurationis temporalium sibi commissum, seu periculum pestiferæ

Quæ sint impedimẽta loci, propter quæ fratres ad Ministros debent recurrere.

feræ ſocietatis aliquorum fratrum, ſeu ex mora continua cum aliquo, ſeu aliqua ſæculari, ex quo periculum ſibi valde probabiliter videt imminere, quod vix vitari poſſet, niſi de illo loco recedendo, vel ſicut tempore primitiuo ordinis contingebat, quando in hoſpitalibus conuersabantur fratres nullum cum mulieribus in periculum animarum, ait expoſ. ſine nr. Hug. 10. cap. & Seren. conſcien. q. 15 quod tunc tenentur fratres recurrere ad Miniſtros pro remedio: vt dictum eſt. Et quia vt dictum eſt in epiſtola ſancti Bernardini, quando non conſtat manifeſte de prædictis omnibus conditionibus, & caſibus, in hoc tertio puncto dictis, ſtandum eſt iudicio Prælatorum, vt etiam ſupra in q. 2. in 3. puncto habetur, ideò in tabula Capituli Generalis Bergen. anno Domini 1523. celebrati, habetur ſic, *Reuocatur ſtatutum Capituli Generalis Carpen. quo ſe licet fratres ibant ad libitum ſuum ad Miniſtrum Generalem, vel ad eius commiſſarium, & declaratur quòd recurſus ad Miniſtros ſecundum regulam intelligitur, quando fratres tunc declarant ſuo Guardiano, & diſcretis conuentus, neceſſitatem ſuam. & Guardianus, & prælati diſcreti iudicant talem petitionem eſſe rationabilem.* Hæc ibi. Et concordat Bonauent. & Hug. vt infra in 2. dicetur, quomodò debet fieri talis recurſus, & ſic patet 1. pars huius 3. puncti.

Secunda pars eſt, quòd præfati Prælati tenentur ſubditis de remedio prouidere in prædictis, patet, quia regula ſubſequenter ait, *Miniſtr. verò benigne, & charitatiue eos recipiant, &c.* quod eſt obligatorium illis ad hunc ſenſum, quòd ſcilicet ſufficienter ſubditis de remedio prædicto prouideant, & in tantum tenentur eos benigne & charitatiue ſuſcipere, quantum eſt neceſſe ad hoc, quòd non impediatur præfata prouiſio remedij, & vt præfati ſubditi ſi facialiter ad ipſos Miniſtros accedant nõ retractati à prædicto recurſu propter ipſorum Prælatorum auſteritatem ſiue repulſam, nam ſi præfati Prælati contrarium agerent in prædictis dando cauſam impedimenti præfati recurſus ad eos, vel vt non ſubſequatur efficax ſufficienſque remedium, tunc facerent contra regulam, & contra ius diuinum: vt communiter dicunt Bonauent. Hug. & Barthol. Piſan. & expoſitio. ſanctorum Patrum, & expoſ. ſine titulo 10. cap. quia licèt hoc expreſsè non explicuerit Clem. V. inter æquipollentia, quoad ipſos Miniſtros tamen per conſequentiam includitur in prædicto obligatorio, quoad ſubditos recurrẽtes, vt dictum eſt. Nam ſi ſubditi tenentur ex regula recurrere ad ſuos Miniſtros

Miniſtri tenẽtur ex vi huius præcepti, iudicio ſuo recurrentes pro obſeruantia ſtrictæ benignè & charitatiue recipere.

Caput decimum.

Ministros pro remedio, ergo ex consequenti virtute eiusdem obligaterijs tenentur ipsi Prælati eis prouidere sufficiẽter. Alioquin frustra esset tale mandatum subditis de recurrendo, si non eodem modo intenderet Prælatos obligare, vt subsequeretur debitus effectus, vt dictum est: ergo in primo includitur consequenter hoc secundum quoad ipsos Ministros, vt dictum est: licet Clem. V. non expresserit, quia nec omnia aquipollentia, de quibus tetigit, expressit omnino, vt supra cap. 3. q. 1. & 2. habetur, vbi de esu ouorum laicorum, & de ieiunio Quadragesimæ agitur, & 6. cap. quæst. 19. de seruiendo infirmis, sicut ibi, & cap. 7. quæst. 3. habetur, sic & hic. Contra ius etiam diuinum facerent Prælati aliter se habentes, quàm dictum est, cum ex officio Prælationis tenentur prouidere necessitatibus spiritualibus fratrum subditorum, & habere curam obseruantiæ iuris diuini, & regulæ promissæ, vt seruetur à se, & à subditis, & prouidere in hoc de remedio. Ideò enim sunt Prælati habentes curam animarum, vt de hoc latius dicetur infra in 4. puncto principali. ergo.

Vnde super hoc ait Vbertinus, & habetur in Seren. consc. q. alphab. lit. I. quod (vt aliqui audierunt à tocij S.B. patris nostri Francisci) vna de principalibus causis, quare hic articulus sic positus erat quoad Ministros fuit, quia B. pater nolter Franciscus vidit per reuelationem (quod & expressè prædixit) quod scilicet relaxatio transgressoria contra articulum paupertatis futura esset in ordine, quòdque aliqui Prælati transgressionem intuentes fratribus vellent tyrannicè imperare illicita, quod ne fieret voluit prohibere, & ideò hic appellat Ministros seruos subditorum, & subditos dominos Prælatorum dicens, *vt possint dicere, & facere subditis cum Prælatis, sicut dominus cum seruis suis*, &c. quia debet Prælatus seruire subdito vtiliter, vt faciat regulam debite obseruari (vt supra quæstione 1. dictum est) & quia in hoc remanet subditus liber, & dominus salutis suæ, quia non solùm non potest ei imponi transgressio regulæ suæ, quin potiùs & ipse subditus potest, & debet (humiliter tamen, & reuerenter) dicere Prælato, tu debes mihi seruire, & me regere ad obseruantiam regulæ promissæ, & non ad ruinam, & ideò hic Prælatis regula imponit magnam pietatem, & familiaritatis condescentionem circa subditos in præmissis & similibus, in quibus Prælati charitatiue, & consolationis solatio debent prouidere, & non solùm apertis malis, sed etiam

in

in conscientijs scrupulosis debent multum pie subditorum infirma portare Hæc ibi. Et ad prædicta faciunt ea, quæ in tertia particula huius 3. puncti proximè subsequuntur.

Tertia particula huius 3. puncti est, quod graviter peccant non solum Prælati, sed & alij quicunque, quomodocunq; impedientes subditos prædictos à prædicto recursu, & impedientes præmissum remedium, & hoc patet de Prælatis specialiter ex dictis, quia ex oppositum impedire fratres à prædicto recursu & remedio, neque dimittere. Neque fratres tenentur eis obedire præcipientibus quod maneant in tali loco, vel conventu de formato, seu periculoso, vt dictum est, quia contra regulam præciperent, vt patet ex dictis supra q. 2. in 2. puncto, quia hic regula dicit, quòd debeant & possint recurrere, vbi innuitur, quod Prælatis tollitur potestas impediendi subditos: ergo si oppositum faciunt Prælati, peccant vt tyranni, similiter & alij fratres à fortiori peccant impedientes alium quem à prædictis. Et in hoc communiter conueniunt expositores omnes, & grauiter expositorum Patrum ex. 10 & Ioan. Pirrin. vbi supra. Et de hac multa habentur infra in 4. puncto, ibi videas quia ibi aptius quadrant, & hæc optime à fortiori conuincunt, & hic patet probatio & declaratio huius 3. puncti.

Impedientes fratres à recursu ad suos Ministros grauiter peccant.

Sed pro maiori eius declaratione dubitatur, an si fratres videant probabiliter se non posse debite regulam obseruare sine transgressione proueniente, non quidem ratione loci aliquo modo, vt dictum est, sed alia de, vtpotè ex debilitate corporali, seu spirituali, seu alia quo vocabitur, ita quòd egèt remedio, aut dispensatione, an teneantur ex vi regulæ, similiter recurrere ad Prælatos pro remedio, aut dispensatione, aut alioquin ad id teneantur? Respondeo, salvo meliori iudicio, quòd teneantur quidem recurrere pro remedio, aut dispensatione sufficiente, sed non tenentur ex vi regulæ, sed ratione alterius iuris diuini, vel naturalis. Quòd teneantur recurrere pro remedio patet, quia quilibet tenetur debita remedia quærere, seu dispensationem necessariam ad debitum obseruantiam eorum, ad quæ tenetur, vt patet, quia qui tenetur ad aliquid, eodem iure tenetur ad media sufficienter requisita ad talem finem, & hoc est clarum, & communiter cõcessum ideò supponatur. Quòd autem ex vi huius præcepti regulæ nõ teneantur specialiter ad id, patet ex dictis, quia solum regula loquitur de impedimento obseruantiæ regulæ proueniẽte aliquo modo ex ratione loci, vbi

Dubium.

An teneantur fratres recurrere ad Ministros, propter impedimenta, nõ proueniẽtia ratione loci.

morans

morãtur fratres. Item qu'a alias sequeretur, quòd frater habens aliquam causam ad hoc, quòd cum eo dispensaret, vt sic licitè posset comedere carnes, aut non ieiunare sexta feria, seu in Quadragesima, seu vt equitaret, vel portaret calciamenta, & huiusmodi, quæ sine dispensatione licitè facere non posset, secundùm quærebatur inquàm, quod talis sine dispensatione Prælati comedens, aut equitans, &c. quòd peccaret dupliciter, seu contra duplex præceptum, regulæ scilicet contra præceptum, quod transgreditur comedendo aut equitando, & secundo contra hoc aliud præceptum, seu obligatorium regulæ de recurrendo ad Magistros, pro dispensatione, & sic peccauit specialiter contra regulam, quia non petiuit dispẽsationem contra peccatum ipsius trãsgressionis ieiunij, vel, &c. vt dictum est, & hoc clare sequitur, si dicatur, quòd ex vi regulæ sic obligamur recurrere, pro dispensatione, quotiescumque opus est ea. Quod autem illa sequela, seu hoc consequens, scilicet, quod sit duplex peccatum, seu contra duplex præceptum regulæ peccetur in casu prædicto, & similibus, non sit benè, aut verè dictũ, patet, quia nullus Doctor hoc dicit, & est multiplicare peccatum, & obligationes sine sufficiente causa, seu ratione: & quia similiter diceretur in quocumque peccato, quòd sit ibi duplex transgressio formalis contra duplex præceptum. Altera contra ipsum præceptum, contra cuius materiam agitur comedendo, equitando, calciando, & generaliter in alijs, vtpotè detrahẽdo, ludendo alium inuste, &c. Altera transgressio esset omissio remedij seu dispensationis requisitæ ad prædicta, seu omissio cauendi occasiones ad prædicta, seu tandem omissio omnium mediorum ad licitè faciendum ea quę licitè fieri poterant, & omissio cauendi impedimenta, & occasiones ad prædicta peccata committenda. Sicque generaliter omnis Christianus in quolibet peccato peccaret talem dupliciter, vno modo faciendo, seu omittendo contra finem inuictum, alio modo in faciẽdo, seu omittendo contra media requisita, seu impedientia talem finem: hoc autem est contra communem doctrinam tenentem, quòd semel tantùm peccatur, quia eodem præcepto, & obligatione, & non alia distincta præcipitur, seu prohibetur ipse finis, vt de hoc latè Angel. in moralibus cap. 6. & Gerson in regulis moralibus, quod est verum, nisi specialiter aliquando præceptum fuerit, seu prohibitum esset medium, seu remotio impedimẽti ad talem finem, quod hic regula nõ præcipit generaliter, sed

Ex vi huius præcepti nõ tenẽtur fratres recurrere ad Ministros pro tollendis impedimentis, quæ non prouenient ratione loci.

cum ratione loci prouenit impedimẽtum obseruãtiæ

regulæ,

regulæ, vt dictum est: ideò solùm peccatur dupliciter, seu contra hanc ex præceptum regulæ, quando ratione loci est impedimentum obseruantiæ debitæ regulæ: quia tunc vno modo peccaret cõtra prudentiã castitatẽ vel aliud eiusmodi præceptum, alio modo, quia talis frater cognoscẽs tale impedimentũ, permanet in tali periculo, & non recurrit ad Ministrum pro remedio, vt hic specialiter regula imponit obligatoriè, ideò contrà hoc obligatorium peccat, vt dictum est, in alijs autem casibus, in quibus ratione loci non prouenit præfatum impedimentum, frater Minor non prouidens sibi de remedio, aut de dispensatione necessaria non peccat specialiter contra hoc obligatorium regulæ, vt probatum est: sed solùm peccat contra alia iura diuinum, vel naturale, vel humanum, sicut & alij Christiani non prouidentes sibi de remedio, aut de dispensatione præfata in similibus casibus: quia non peccant communiter, nisi semel contra præceptum, quod transgrediuntur principaliter, & præfata omissio remedij, aut dispensationis, aut remotionis impedimentorum non est distinctum peccatũ, nisi vbi aliquando specialiter aliquo iure ad id obligarentur, quod non est in proposito in hoc passu regulæ, vt dictum est, & sic patet responsio cum sua probatione ad hoc dubium, & ad hoc tertium punctum principale.

Patet etiam ex prædictis, quod non valet opinio sum. Ang. tit. *De spensatio* §. 8. & tractatus defensorij contra deuiantes fol. 193. tenentium quod hic regula loquitur de recursu ad Ministros Prouinciales pro dispensatione in aliquo passu regulæ, quando est necessaria talis dispensatio, vt supra quæst. 4. dictum est: & Hugo cap. 10. etiam dicit, quod potest sic intelligi hæc pars regulæ, dicens, quod vbi etiam esset intolerabilis alicui ægro propter ipsius necessitatem seu debilitatem, vel haberet scrupulum conscientiæ putans quod non debiret frangere regulam, tunc non solum ad suos Ministros Prouinciales, sed ad suos quoslibet indistinctè Ministros seu Prælatos se unitas regulam posset recurrere, vt qui præsidendo Ministrant, & dispensatores ministeriorum Dei, rigorem inualidum temperent, animarum vulnera curent, & peccatorũ occasiones obstent, alio jure subditus quisque Deo sibi & ordini reus esset, si patri spirituali periculum suum spirituale, vel etiam corporale significare negligeret, &c. prosequitur ibidem, & videtur concordare Vertunus in Seren. conf. q. alphab. lit. L. quoad

recurrendum pro scrupulis conscientiæ, & cætera, vt supra habetur, sed certè, vt diximus, hoc obligatorium regulæ non intelligitur ex vi regulæ esse obligatorium, nisi de recursu ad Ministros pro obseruantia regulæ, quando ratione loci prouenit impedimentum: in alijs autem casibus non est obligatorium ex regula sic recurrere, quamuis inde arguatur, quod debent recurrere omnes subditi ad suos Prælatos, pro suis debitis remedijs, secundum quod aliunde tenentur ex alio iure, vt dictũ est: & sic fortè potest intelligi dictum Hug. & aliorum, si propter eorum reuerentiam glossam patiantur sua dicta, alioquin non debent adhiberi eorum glossæ contra tot Doctores, & determinationes suprapositas.

Secunda cõclusio. Fratres impediti ratione loci à pura, rigorosaque regulæ obseruantia sine vlla dispensatione etiã licita, licèt ex vi huius præcepti nõ teneantur, possunt tamẽ ad suos Ministros recurrere.

Quartum punctum est, quoad regulam spiritualiter obseruare, secundo modo sumptum, scilicet secũdum suam perfectam puritatem, & rigorem sine vlla dispensatione, etiam licitè in aliquo relaxante regulam obseruare, vt supra in primo puncto habetur, & quoad hoc est hoc 4. punctum, quod tale est. Vbicumque fratres Minores valde serritudinaliter, & probabiliter cognoscerent, quod ratione loci vbi morantur, quomodocumque notabiliter impediuntur à perfecta puritate obseruantiæ regulæ secundum suam rigorem sine vlla dispensatione, etiam licitè in aliquo eam relaxante, tunc quamuis nullo modo teneantur ex vi regulæ, possunt tamen recurrere libere ad suos Ministros pro remedio ad præfatam perfectam, puramque regulæ obseruantiam habendam seu exercendam, & ipsi Ministri tenentur in hoc eis debite & sufficiẽter prouidere, & peccant grauiter quicũque, & quomodocumq; eos in hoc impediunt. In hoc 4. puncto continentur tres partes, sicut in 3. puncto præcedẽte. Et prima pars, quod scilicet in casu prædicto fratres non tenentur, sed possunt recurrere pro remedio ad Ministros, patet primo, quod non teneantur, quia ex quo licitè possunt viuere, & seruare regulã promissam sine vllo peccato, vt supponitur viuendo laxius, quamuis dispensatiue: ergo non tenentur ad purius, & strictius viuendũ, seu perfectius, seu melius. Sufficit enim, quod sufficiẽter sine peccato quis viuat, seu seruet suam professionẽ, ad quam tenetur. Neq; enim de necessitate obligatur quis ad viuendũ, quanto purius, & melius potest, sicut nec ad cõsilia, & hoc supponatur, tanquàm cõmuniter cõcessum. Quòd autẽ possit libere recurrere ad Ministros pro prædicta perfecta, puraq; regulæ obseruantia, probatur, quia

hic

hæc regula specialiter hoc omnibus concedit, dicens, *Quòd debeant, & possint recurrere*, debeant quidem obligatoriè recurre-re pro debita & necessaria regulæ puritate obseruãda, vt supra in 3. puncto dictũ est: possunt autem recurrere pro perfecta, & supererogatoria regulæ puritate obseruanda, quamuis non teneantur. Item quia licitũ est cuiq; pro obseruantia consiliorũ, & puritate maiori, & meliori obseruantia, & perfectione maximè à religiosis intenta conari recurrendo ad suos Prælatos, vt patet secundũ communiter Doctores, & expositores, maximè exposit. sanctorum Patrũ, & alios cap. 10. & patebit hoc amplius ex dicendis in 2. & 3. particula, ergo.

Secunda particula, scilicet, quòd Prælati tenentur talibus de præfato remedio perfectionis prouidere, patet quia regula subsequenter obligatoriè iniungit Prælatis dicens, *Ministri verò benigne & charitatiue*, vt supra in 3. pũcto in secũda eius particula dictũ est. Item quia iure diuino tenentur fauere perfectioni regulæ, & legis Christi, quia vt habetur 2. Corinth. 10. & 13. *Non est data potestas in destructionem, sed in ædificationem.* Ité quia iure Ecclesiastico ad id tenentur quilibet Prælati respectu suorum subditorum, vt possint, vt habetur in cap. *Licèt de regularibus*, vbi dicitur. *Profecto Prælatus subdito sine difficultate & prauitate cauillet, debet ad frugem melioris vitæ transeundi licentiã indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum.* Et paulo superius dicitur ibidem, quod prædicti Prælati de iure tenentur concedere præfatam licentiam humaliter eam postulantibus: ergo peccant specialiter contra regulam, & contra ius diuinum & humanum, si non prouident de remedio præfato. Et à fortiori pro probatione tertiæ particulæ sequitur, quod grauius peccant Prælati, si quomodolibet impediunt, aut negant præfatum recursum, aut exequutionem prædicti remedij, pro puriori regulæ obseruantia. Ratio patet ex dictis, & expressus id habetur in præfato cap. *Licèt de regul.* vbi dicitur, *Quòd talis monetur ex lege priuata Spiritus Sancti conscientiæ sequi charismata meliora, & per consequens vbi spiritus Dei ibi libertas, & quod qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, quia & lex non est posita iusto*: ergo Prælatus impediens, aut resistens ei in hoc, indiscrete agit, quia videtur impedire propositum diuinitus inspiratum: vnde videtur, quòd tales Prælati resistentes peccant contra Spiritum Sanctum resistentes gratiæ Dei, & quia talis resistentia ex inuidentia gratiæ fraternæ

2. *ad Cor.* 10. & 13.

Peccãt grauiter Prælati impedientes recursum subditorum ad illos pro puriori obseruantia regulæ.

aliquo modò procedere videtur, quibus videtur speciale dictum illud Matth. 23. *Matth. 23.* *Væ vobis scribæ & Phariſæi, qui clauditis Regnum cœlorum, &c.* & illud Lucæ 11. *Væ vobis legisperitis, ſqui tulistis clauem ſcientiæ, &c.* quòd præcipuè veritatem de Prælatis & literatis, qui habent authoritatem docendi regulæ veritatem, & puritatem eius, monendi, & prædicendi, & faciendi, ſi ipſi puritatem ſeu conſilia, quibus facilius, & ſecurius ad gloriam peruenitur, & intratur, obirent impediretque, & non intrarent, ſed potius intrare volentes prohiberent. Illa autem vox væ, peccatum mortale deſignat ſecundum communiter Doctores, ergo. Item Prælatus ratione officij Prælationis ſpecialiter tenetur ad defendendum regulam, eiuſque puritatem, ſicut & legem Chriſti, eiuſque conſilia, quia eſt executor regulæ, & legis Chriſti, & perfectionis promouendæ in alijs, atq; defendor, quia vt 2. Corinth. 10. & 13. *Non eſt data poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem,* & ad hoc iunt multa iura: ergo grauiter peccat impediendo aut reſiſtendo promotioni, aut exequutioni perfectionis, ſeu puritatis regulæ. Idcò enim dicitur paſtor, qui tenetur pascere gregem ad perfectionem nitentem diſcrete & rationabiliter, & quod omnes alij, quomodocunque impedientes grauiter peccent, patet quia reſiſtunt gratiæ Dei, & conſiliorum, ſeu perfectionis exequutioni, & per cõſequens Spiritui Sancto contradicunt, & reſiſtunt verbo, vel opere retrahẽdo, aut detrahẽdo prædictæ exequutioni. Ideoq; videntur contra Spiritum Sanctum peccare, vt dictum eſt. De quibus Eſai. 5. *Væ qui dicitis bonũ malum, &c.* dicitur verò, quod ſignificat mortale, quãdo ſcilicet ſciens, ac deliberate id fieret: & Bernardus in quodam ſermone dicit, *Si quid religionis oritur, quicunque reſiſtit, quicunque repugnat plane cum Ægyptijs, & Pharaone paruulos Iſraëlitici germinis necare conatur. Immò cũ Herode, naſcentem perſequitur Saluatorem, &c.* Item idem probatur, quia qui prohibet, ſeu impedit aliquem ab obſeruantia, ſeu ingreſſu religionis, qua quis nondum vouit, peccat grauiter: ergo à fortiori peccat qui aptum, & volentem impedit, ſeu prohibet iam profeſſum in religione à puriori eius obſeruantia, antecedens patet ſecundũ cõmuniter Doctores, vt poteſt etiã videri in ſumma Sylueſt. tit. *Religio ſecunda quæſt.* 2. & ſupra dictum eſt, cap. 2. q. 2. quia & vt refert etiam Sylueſt. tit. *Reſtitutio* 2. *q.* 1. ſecundum cõmuniter Doctores tenetur corã Deo de damno, & inducere, & reſarcire quantũ poteſt, modò teneatur ratione reſtitutionis propriæ, *Eſai. 5.* *D. Bernar.*

Propriæ, modò non, sed ratione charitatis, aut alterius iuris: ergo antecedens est verum secundum communiter Doctores, cõsequentia autem probatur, quia grauius est impedire, seu retrahere aliquem à puriori, perfectioríque obseruantia regulæ iam promisse, quàm retrahere non obligatum alicui regulæ, vel religioni ab obseruantia, vel ingressu illius, quia iste impedit ab eo, ad quod nullo modo tenetur, ille autem ab eo, ad quod tenetur, vel saltem ad quod tendere tenetur, licèt non teneatur perfectissime obseruare. Ideò si is, qui aliquem impedit à lucro magno temporali, & diuitijs probabiliter acquirendis, valde peccat, & tenetur resarcire; à fortiori ergo qui aliquem impedit, & retrahit à magno bono spirituali, diuitijsque spiritualibus probabiliter acquirendis in pura perfectaque obseruantia regulæ promissæ, grauius peccat, & tenetur suo modo resarcire, inducendo iuuando, aut alio modo satisfacere de tali damno, saltẽ coram Deo, si ut in bonis spiritualibus dicũt reparãdis communiter Doctores, quod debet fieri, vt Sylu. tit. *Restitutio* 3 *q.* 1. refert, & per consequens, si ut qui retrahit aliquem à via tutiori, propter quod ille incidit in pericula & damna, grauiter peccauit, & tenetur suo modo reparare, aut satisfacere, sic qui à via perfectiori, & puriori regulæ obseruantia, & per consequens tutiori ad gloriam alium scienter & deliberate sine rationabili causa retraxit, propter quod ille incidit in aliqua peccata, & regulæ transgressiones, peccauit, quia fuit causa peccatorum illius, & tenetur suo modo reparare, aut satisfacere, vt dictum est. Supponitur enim, sicut & verum est, quòd perfectior puriorique regulæ obseruantia est melior via ad bona spiritualia habenda, & augenda, & tutior quàm obseruantia regulæ non tam para, aut non tam perfecta, quamuis alias sit licita, vt patet ex ipso quod sit maioris perfectionis, & puritatis maioris, & quia est de consilio perfectionis dato per Christum, & per B. Franciscum & per Ecclesiam & in hoc nulla est difficultas, ergo.

Sed pro maiori declaratione omnium dictorum in hoc punct. 4. *Nota.* notandum primum, quòd prædicta omnia intelliguntur & procedunt, quando manifeste, seu minus probabiliter constat, quod ratione loci non stabiliter quis impeditur à pura regulæ obseruantia, vt supra in 3. puncto dictum est, &c. applicãdo illa ad præsens propositum, quia in omnibus dubijs, standũ est iudicio Prælatorum, vt ibi dictum est, & dicetur infra latius quæst. 6. in respond. ad arguentum contra

ſecundum punctum principale: etiã impedimentum perfectionis obſeruantiæ regulæ prouenit aliunde, quàm ratione loci, quamuis Prælatus non ſatisfaciens prouidens ſubdito volenti, & petenti de remedio pro ſua perfectione peccat contra aliud præceptum ſibi impoſitum, vt ſupra probatum eſt, non peccat ſpecialiter contra regulam obſeruãdo contra præfens obligatorium regulæ vt patet ex omnibus ſupradictis hic, & in tertio punctorum præcedenti, quia ſolũ hic ſpecialiter loquitur regula de remedio ſubditorum, & per conſequens de remedio Prælatorum, pro tollendis impedimentis debitæ ſeu puræ obſeruantiæ regulæ prouenientibus, quomodocumque ratione loci, vt dictum eſt.

Viuere ſecũdum declarationes Nicolai III. & Clementis V. eſt viuere ſecundum regulæ puritatẽ, & mentem B. P. N. Francisci.

Secundò notandum, quòd viuere ſecundũ declarationes Nicolai III. & Clem. V. & alias iam approbatas: ſimiliter ſecundũ expoſitiones Doctorum approbatas, eſt viuere ſecundũ præfatam regulæ puritatem ſine vlla relaxatione, & eſt viuere ſecundũ intentionem B. P. Francisci ſine vlla relaxatione, vt de hoc latiùs habetur ſupra in introductione q. 4 Ideò, quòd habetur in quodam tractatu dicto Enchiridion fratrum Minorum in definitionibus dubiorum dubio 18. quod ſcilicet viuere ſecũdum declarationes regulæ in pecunia & aliis quibuſdam, non eſt viuere ſecundum puritatem perfectam regulæ intentam à B. P. Francisco, neque eſt viuere ad literam, & quod eſt periculoſum, hoc inquàm non eſt benedictum. Immò vt ſonat, eſt falſum, & temere dictum; non enim eſt periculoſum, ſed tutũ, quamuis aliud tutius eſſe forſan poſſit aliquibus.

Nota.

Tertio notandum, quod non obſtantibus omnibus ſupradictis in hoc 4. puncto. Si Prælatus poteſt diſpẽſare in aliquo pũcto regulæ, præcipiat ſubdito ſuo ex aliqua cauſa rationabili aliquam relaxationem, in qua, vt dictum eſt, poteſt diſpenſare, tenetur obedire, vt poteſt præcipiat ei portare vdones, ſeu etiam calceamenta, ſeu equitare, ſeu comedere carnes, &c. huiuſmodi, quia videt illum debilem, aut infirmum, aut egentem tali relaxatione, & in dubijs ſtandum eſt iudicio Prælatorum, vt de his ſatis dictum eſt ſupra q. 2. in 2. & 3. & 4. puncto. Et quòd hoc non cõtradicat ſupradictis patet, quia hoc dicitur de præceptis diſpenſatiue, & ex cauſa relaxantibus in caſu. & in particulari de rigore regulæ. Ea verò, quæ in hoc 4. puncto dicta ſunt, intelligũtur de relaxationibus omnibus ratione loci prouenientibus, ex quibus quis fit, aut cogitur eſſe particeps illo-

rum

rum contra perfectam regulæ puritatem: quamuis sine peccato, vtpotè quia vtuntur syndico ad pecunias recipiendas nomine Papæ secundum constitut. Martini V. vel quia fiunt magnæ congregationes frumenti & vini, &c. quia in locis, vbi sic vigitur, non potest subditos cogi ad manendum, sed tenetur prouidere Minister de loco, vbi qui voluerint communiter viuant sine prædictis dispensationibus, aut relaxationibus secundum regulam & declarationes, vt dictum est, sicque omnia stant in virtute & concordia.

Quartò notandum, quòd si quis velit religionem quoad exteriores seu corporales observantias rigorosius obseruare, quàm in ipsa regula, & declarationibus continetur (vtpotè quia vult omnino nudis pedibus ambulare, & vnum tantum habitum sine alia tunica portare, & vestibus omnino repetitis vilissimis, & rudissimis notabiliter præter communem modum aliorum fratrum indui, & ieiunia regulæ in pane, & aqua implere, & omnino semper non nisi de humiliter mendicatis viuere, nulla intercedente pecunia, etiamsi secundum declarationes regulæ interueniat (& alia eiusmodi.) An ministri teneantur eis in hoc assentire, & prouidere de loco & modo, vt sic viuant tales volentes viuere. Aliqui dicunt, quòd sic, de quorum numero est Enchiridion fratrum Minorum in decisione dubio 16. & dubio 18. propter rationes suprapositas in hoc quarto patet. Mihi tamen aliter videtur, quòd hoc est verum quando nullum omnino timeretur detrimentum corporale in tabulis, vel spirituale quodcumque particulare, vel commune ex talibus rigoribus corporalibus, & sic videtur se limitare, & intelligere Enchirid. vbi supra in dub. 18. Sed quia ex talibus rigoribus notabiliter excedentibus propter humanam corporis & animæ infirmitatem quotidie magis declinãtem, experientia nos docet multa pericula corporalia & spiritualia prouenire quæ longa esset enumerare: sed neq; ea mihi vix credit experientia, vel in alijs, vt Gerson latius in tract. de tentationib. diaboli refert: ideò videtur, quòd Prælati hoc nulli concedere teneantur, sed neq; debent, nisi de quorum solida virtute, atque probata diu, & syncera animæ intentione, firmaq; cõstantia, & sancto proposito pariter & corporis sana, robustaq; virtute cõstiterit, & vbi nullum alijs ex hoc detrimentum notabiliter quomodò proueniat ea enim, quæ vt in plurimum vergere, aut delinere in malam finem solent; iam cõmuniter & regulariter tuenda

Nota.

Dubium. Quid debeant facere Prælati de his, qui volunt excedere regulæ rigorem, & puritatem.

timenda sunt tanquàm mala, seu periculosa; sufficit enim virtuose viuere volenti, vt puritatem, perfectionemque regularem in exterioribus his obseruet, & non velit ambulare in magnis, & mirabilibus super se, neq; velit singularis ferus esse, aut apparere, qui eterum non agit exterius ea, quæ alij boni, & perfecti communiter agunt, vult vt alij de eo admirentur, vt ait Bernardus; ideò probandi sunt spiritus, & non est facile cuique spiritui credendum, etiam lucenti, cui Sathanas se transfiguret in Angelum lucis. Nam vt ait Hugo cap. 10. sunt qui etsi corporaliter, non tamen spiritualiter regulæ strictum rigorẽ obseruent, dum spiritu erroris imbuti statum ordinis, & quæ spirituales alij fratres agunt, omnia spernunt omnia iudicant, nec se nec eos secundum regulæ puritatem arbitrantur, &c. quibus conuenit audire illud 1. Timoth. 4. *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est, &c.* & potius est in obedientia, humilitate, patientia, plena de terrenorum omnium contemptu, & propriæ voluntatis abdicatione, oratione & animi puritate exerceri, quàm in his exterioribus singulariter inueniri. Et de his Bernardus in apologia contra quendam, qui volebat regulam suam omnino ad literam sine vlla dispensatione obseruare, latiùs inuehitur, vt etiam supra in introductione q. 5. habetur, & latiùs & acrius adhuc Gerson in epistola cõtra monachum inobedientem nolentem bibere vinum, &c. volentemque alios rigores notabiliter obseruare, vt habetur in 3. part. summæ alphab. 71. A. B. &c. & alphab. 70. litera H. I. &c. de his latè. Et etiam Enchiridion vbi supra dubio 17. dicit, quòd potest Prælatus propter communem vtilitatem, & salutem animarum, vbi charitas cogeret, præcipere, vt aliquid dimitteretur de rigore regulæ, vt aliorum saluti prouideretur, tunc enim charitas supplet: & faciunt ad hoc ea, quæ dicta sunt supra secunda quæstione in quarto puncto. Hic autem iterum est rememorandũ, quod supra quæstione secunda in tertio puncto dictum est, quòd scilicet in omnibus dubijs standum est iudicio Prælatorum, & in cap. *Licèt de regulari.* habetur sic, *Si verò probabiliter dubitatur, vtrum quis velit ad ordinem (adde tu, seu ad modum viuendi) arctiorem, seu laxiorem ex charitate an temeritate transire superioris est iudicium requirendum. Ne forte Angelus Sathanæ in lucis Angelum se transformet.* Hæc ibi. Ergo.

Quæritur sit singularitas fugienda.

1. ad Tim. 4.

Argumentum.

Quòd si contra prædicta arguatur, quòd qui prohibet pacis turbationem, & scandala bene facit, sed Prælati, & alij fratres obstan-

obstantes talibus modis spiritualibus viuendi recollectius, aut purius, quàm communiter viuitur sufficiēter sine peccato sunt huiusmodi, quia obstant perturbationibus fratrum, & scismatibus ordinis. Si quidam sacco, quidam panno indui velint, quidam comedere de habitis mediante pecunia licitè interueniēte, quidam non, nisi de pane mendicatis viuere velint, &c. huiusmodi, & similiter sæculares scandalizarentur videntes diuisionem, & diuersitatem habituum, & morum inter fratres eiusdem professionis: ergo non peccant Prælati, & alij fratres impedientes præfatas singulares reformationes, seu modos viuendi non necessarios ad salutem, quamuis perfectiores, si id faciant propter conformitatem seruandam, & scandalum turbationemque vitandam. Et per consequens inde sequitur, quòd subditi tenentur Prælatis obedire in ijs, quæ ipsi Prælati licitè possent præcipere, quòd scilicet non curent de alio perfectiori modo viuendi, aut seruandi regulam, quàm communiter, & sufficienter sine peccato in ordine fit.

Et confirmatur, quia Leo X. in bulla vnionis, *Ite & vos in vineam, &c ffff.* 23. statuit hoc modo, dicens, *Volumus & in virtute sanctæ obedientiæ firmiter præcipimus & mandamus, quòd de cætero nullæ nouæ reformationes in dicto ordine introducantur, aut fiant absq; Ministri Generalis, vel Prouincialis reformatorum in suis prouincijs respectiue expresso assensu, ita tamen, quòd dictæ reformationes ipsis Ministris Generali & Prouinciali reformatis per omnia iuxta regulam subsciantur, sicut & alij reformati, &c.* Hæc ibi. Ergo. *Confirmatur.*

Respondeo ad primum concedendo quòd qui prohibet turbationem, & scandala, bene facit, si tamen debito modo prohibeat. Sed negatur minor, quòd scilicet quicumq; prohibet prædictos modos purius viuendi: debito modo prohibeat scandala, aut turbationes dignas prohiberi. Non enim omnis turbatio, aut scandalum est omnino prohibenda, sed solùm turbatio, & scandalum actiuum, similiter & scandalum passiuum pusillorū, non autem passiuum Phariſæorum. Nunc autem, si prædictus modus viuendi purius fiat cum circunstantijs suprapositis, & alijs requisitis & discrete, nullus potest scandalizari rationabiliter ex tali particulari modo perfectionis regulæ, sicut nec ex particulari modo seruandi consilia Dei, aut regulæ. Neque ex tali diuersitate destruitur, sed ædificatur religio, & lex Christi, vt pareat alioquin consilia, & perfectio regulæ non conferentur volentibus, & pax, & conformitas vera fieret principe in *Ad argumē tum.*

charitate,& in lege Dei,& eius perfecta obseruãtia & puritate regulæ,nõ autẽ in lege carnis,neq; in exterioribus, de quibus, *Ierem.6.* *Pax,pax,& non est pax.* Ierem.6. Neq; omnis diuersitas, seu separatio dicitur schisma,quia sic lex Christi,& eorũ chorum eius obseruatio esset scisma,quia à cõmuni aliorũ vita separetur. Quòd si dicatur,quòd scismatici sunt,qui ab vnitate ordinis recedunt: Respondeo,non qui simpliciter recedũt,sed qui sine debita licẽtia ab vnitate,seu obedientia ordinis recedunt,isti sunt scismatici; nunc autẽ qui modo supradicto de licẽtia Prælatorũ debita secundũ regulã recedunt,non quidem ab obedientia debita secundũ regulam,sed ad perfecta a regulæ obseruantiam confugiunt. Neque recedunt ab obedientia debita,nec ab ordine. Ordo enim non est maior pars fratrũ,sed sanior,sicut nec maior pars Christianorũ facit Ecclesiam: ergo non maior numerus fratrũ,sed melior & sanior puram regulam seruans est verus ordo, veraq; cõmunitas regularis Minorũ fratrũ,quamuis paucissimi numero breui. Ideo non sunt scismatici, qui seruant regulã ad purũ,sed potius qui ab eius pura obseruantia recedũt, & eò magis,quo magis ab ea recedunt,non enim scindunt regulam, aut ordinẽ qui seruant,sed qui dissipant. Immò & vera ordinis reformatio,non nisi per talẽ separationẽ ad puram regulæ obseruantiam fieri potest nec nisi sic facta est. Si enim nullos ab aliis imperfectè quãuis sufficienter sine peccato regulã seruãtibus se faciat differentẽ,quomodò potest fieri reformatio ad puram regulæ atq; perfectam obseruantiã? Vnde si cõformitas allegatur,æquum certè magis est secundũ Bonauent. quòd imperfecti perfectioribus,atq; zelatoribus,obseruantioribusq; regulæ cõformẽtur,potiusquã e cõtra perfectiores imperfectis imperfectè coaptẽtur. Et ex his patet,quod ex quo Prælati nõ possunt præcipere prædictam conformitatẽ perfectorũ cũ imperfectis ad imperfectam,quamuis licitam regulæ obseruantiã,quia & regula ab ipsis Prælatis hanc potestatem tollit, concediq; libertatẽ subditis,dicens, *Quòd possint ad suos Ministros redire & quòd Ministri recipiant eos, &c.* vt supradictum est, quòd nõ tenẽtur eis obedire in hoc,nisi vt dictum est,in casu speciali & ex causa, & de hoc latiùs dicetur in quæstione sequenti, quomodò subditi se debeant in hoc habere cum Prælatis,& è contra.

Fratribus asperantibus ad puriorẽ regulæ obseruantiam, nõ est à Prælatis occludenda via, sed potiùs aut ilitũ præstandum.

Ad confirmationem. Ad confirmationẽ ex Leone X. Respõdeo, quòd vt patet ex ipsis verbis ibidem,non prohibet præfatũ reditum factũ in modo supradicto ad suos Ministros,sed solũ prohibet,ne fiant aliæ

sectæ,

sectæ, aut reformationes conuentuū, aut familiarū aliarum à iam factis, tunc temporis intra ordinem, & id sine speciali licentia Papæ propter cauēndas dissensiones & scandala, quæ ex his solent accidere. Ideò manet libertas singulis fratribus ad præfatū recursum ad suos Ministros. Et in singulis prouincijs habentur conuentus valde reformati, vbi potest, qui vult ad purum regulam obseruare, & libenter Ministri mittūt illuc omnes volētes, & vtinā tot vere ex animo velint ad purū viuere quot conuentus, & adiutores Prælatos, alioſq; fratres ad id inuenient: sed certe multorum mentita est iniquitas sibi. Nolunt enim multi qui clamant, viuere ad purū regulæ, sed ad libitū voluntatis, in otio & abundantia sine vllo defectu, aut difficultate (expertus loquor, experti sunt Prælati) ideò id iuste denegant multis ficte clamātibus. Et dato casu, quòd iam nullus ferè esset cōuentus, vbi regula ad purum seruaretur, seu quòd Prælati sine causa, & irrationabiliter nolēt prouidere in hoc, tamē adhuc est remediū fratribus, pro pura regulæ obseruantia habenda, vt infra in q. 6. sequente dicetur: & vbi omnia deessent, manet libera facultas recurrendi ad Papam vel Ecclesiam pro debito remedio, aut reformatione habenda, sicut olim factū est in Concilio Constan. quando cœpit obseruantia. Sed quia in prædictis latiùs immorati sumus, reliqua quæst. 6. sequenti reseruentur.

QVÆSTIO VI.

Quæritur, in casu quo recurritur ad præfatos Ministros pro prædicta debita seu puriori regulæ obseruantia, quomodò recurrendū sit, etsi de præfata necessaria, seu puriori regulæ obseruantia non prouidetur sufficiēter per Prælatos, similiter si iniuste se habēt Prælati cū subditis, quid debeant, aut possint subditi facere, an possint licentia humiliter petita, licèt nō obtenta, trāsire ad locū vbi regulariter, aut purius viuitur?

Respon-

Prima conclusio. Fratres possunt ad Ministros pro puncto regulæ obseruantia recurrere per se, vel per literas secundum statuta ordinis.

REspondeo per tria puncta, Quorum primũ est, fratres possunt per se, vel per nuncium, vel per literas recurrere, pro prædictis ad suos Prælatos, seu Ministros, & semper tenentur honeste, & secundum morem laudabilem ordinis, & secundum formam statutorum ordinis recurrere.

Hoc patet secundum Bonauenturam, & Hug. cap. 10. quia per hoc non eximit regula fratres suos à debita obedientia & obseruantia statutorum (vt ait Bonauent.) sicut nec ab honestatis obseruantia: ea enim, quæ pro pura regulæ obseruantia cõceduntur, aut statuuntur, non debent contra regularem disciplinam militare, ergo. Vnde in tabul. Capituli Generalis Burgen. anno Domini 1523. celebrati habetur, *Reuocatur statutum Capituli Generalis Carpen. quo scilicet fratres ibant ad libitum suum ad Ministrum Generalem, vel ad eius commissarium: & declaratur, quòd recursus ad Ministros secundum regulam intelligitur, quando frater sine declarauit suo Guardiano, & Discretis conuentus necessitatem suam, & Guardianus, & prædicti discreti iudicarent talem petitionem esse rationabilem.* Hæc ibi. Et sic patet, quod in omnibus dubijs tam in casu præfati recursus, quàm in medio recurrendi, standum est iudicio Prælatorum, vt dictum est hic, & in quæst. 5. præcedente, & inferius in hoc 2. puncto dicetur adhuc.

Patet secundò, quòd qui vult manere in loco, seu conuentu, vbi licitè, quamuis dispensatiue laxius viuitur, tenetur se conformare cum alijs licitè communiter viuẽtibus in victu & vestitu, & alijs, quæ aliter possent scandalum, aut turbationem ex sua singularitate probabiliter generare, maximè, quando à Prælatis sic mandatur ei, vt se conformet cum alijs dum ibi manere vult, seu dum ibi manet ad tempus, quousque ei de loco alio vbi ad purum regulam possit obseruare prouideatur. Et ratio huius est, quia tunc est causa rationabilis, vt Prælatus præcipiat ei, id quod est licitum, quamuis non sit tam perfectius aut strictius. tunc enim non simpliciter impedit illum à via perfectiori, sed ad tempus, & ex causa; & supposito quod ipse vult ibi manere, aut quousque ei debite prouideatur. Neque enim ex hoc, quòd ipse subditus vult in illo loco manere ad tempus, vel in perpetuum est propter eum turbandus aut mutandus modus viuendi licitus aliorum communiter viuentium, ad nutum seu votum vnius, vel duorum volentium arctius viuere, ergo. Ex quo etiã patet, quòd talis volens arctius viuere tenetur expectare in loco assignato per suos Prælatos, seu per Ministros,

& ibi

& ibi interim se cum alijs licite, quamuis laxius viuentibus cõ-
formare, vt dictum est, quousque Prælati sufficienter ei de bo
prouideant, vel per regulæ obseruantiam, dum modo cõ ibi
ter manifeste Prælatos cum eam differre hunc primum in
fraudem non sed ex debito habeat interim. Et ratio est, quia
non possunt, neque tenentur Prælati statim in puncto de his om-
nibus prouidere, sed expectanda est & considerandæ opportu-
nitates, debitus quem admodum in his, & similibus. Similiter dicendũ
est de locis, vbi communiter illicite viuitur contra regulam,
&c. quousque Prælati prouideant sufficienter, vt dictum est te
nentur subditi ibi manere, non tamen tenẽtur se conformare
cum alijs illicitis, sed solum in his quæ licite agere possunt,
seu in quibus possunt licite cum alijs cooperari, aut participa-
re, pro illo tempore, quo ibi manent, patet ex dictis. Ex quo
infero contra fratrem Ioan. Pirrin. in suo tract. de dispens. fra-
trum Minorum conclus. 2. corol. 1. quòd interim dum prouide-
tur de præfato remedio, fratres manentes in conuentibus de-
formatis, vbi illicite viuitur de redditibus, aut de superfluitati-
bus possunt recipere vitæ necessaria, & in hoc participare cum
alijs fratribus in victu, & vestitu, &c. dummodò nõ participent
in redditibus, aut superfluitatibus habendis, aut sustentandis
vllo modo directè vel indirectè. Et ratio huius est, quia prima
participatio, scilicet recipiendo necessaria ab illis non est pec-
catum in ipsis participantibus, quamuis ipsi habentes redditus,
aut superflua peccent, & culpabiliter redditus & superflua ha-
beantur. Sicut nõ est peccatum recipere eleemosynam, seu sus-
tentationem ab eo, qui culpabiliter acquisiuit, & possidet diui-
tias obnoxias restitutioni.

Si ad hoc dicat frater Ioann. Pirrinus vbi supra, quòd sicut *Obiectio.*
vxor vsurarij non potest de talibus vsuris mariti sustẽtari, quia
sunt obnoxiæ restitutioni, & super eas vir suus nullum ius ha-
bet, vt supponitur, ergo. Similiter ex quo in præfatis redditi-
bus, aut superfluitatib° culpabiliter possessis fratres illius cõ-
tus nullum ius habent, sequitur quòd de illis non possumus dũ
ibi manemus participare sustentationem?

Respondeo negando consequentiam, nec est simile, quia bo- *Responsio.*
na vsurarij sunt obnoxia restitutioni, non solum ex hoc, quòd
culpabiliter sunt acquisita contra legem, sed ex hoc præcipue,
quod contra iustitiam cõmutatiuam acquisita sunt seu detinen-
tur, sed præfati redditus, seu superflua, quæ habent præfati

conuen-

conuentus, vt supponitur, licèt culpabiliter habeantur, non tamen contra iustitiam commutatiuam, neque sunt obnoxia restitutioni, licèt in ipsis non habeant vllum ius politicum seu ciuile, sicut neque in alijs quibuscunque: possunt tamen licitè participare vitæ sustentationem, sicut de alijs rebus, quorum vsum simpliciter facti tantum possunt habere, vt supra 6. cap. latius habetur secundum subiectam materiam in suis quæstionibus: ergo solum est peccatum participare in habendo redditus aut superflua, &c. non autem participare simpliciter & ad tempus vitæ necessaria de eis, vt dictum est: & ad hoc faciunt ea, quæ infra q. 7. dicentur, an fratres maculentur ex abusu aliorum, ibi videatur.

Secunda conclusio. Si subditus vult transire ad religionem vbi purius regulæ seruatur, non tenetur Prælatus dare licentiam, sed potest transire sine peccato.

Secundum punctum est, si subditus videat ipsum, quòd Prælati nolunt debitè aut sufficienter prouidere ei de loco, aut modo, vbi possit debitè aut pure regulam obseruare, vt dictum est, aut videt eos in fraudem minus differre præfatam prouisionem, tunc ipse humiliter petit licentia, licèt non obtenta, potest transire ad locum religionis, vbi debitè aut purius regula obseruatur. Immò & ad hoc tenetur, si sine peccato videre non possit in illo loco, seu conuentu deformato manere. Probatur prima pars, scilicet, quòd possit transire ad locum vbi purius regula obseruatur per sua humiliter licentia &c. quia locus est à vita minus stricta ad stricteriorem transire licentia humiliter petita, licèt non obtenta, quamuis habeatur priuilegium, quòd talis transitus fieri nequeat, vt habetur expressè declaratum & statutum pro iure communi in cap. *Licet de regular.* ergo eodem modo potest quis transire ad locum, vbi purius & arctius regula seruatur, vt supra dictum est. Et patet consequentia, tum ex identitate rationis vtriusque casus, quia scilicet accedentis, seu transitus ad meliorem, sanctiorem, aut arctiorem, aut puriorem vitam (dummodò non ex leuitate, sed ex zelo melioris vitæ petatur) non potest vlli denegari, quia contra ius diuinum, & contra spiritus sancti consilium, & motionem, atque propositionem diuinitus inspiratam, legemque priuatam spiritus sancti nullus potest præcipere: quia *Vbi spiritus Dei, ibi libertas*, 2. Corinth. 5. *Et qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege*, ad Galatas 5. vt ibidem in præfata decretali expressè dantur istæ rationes, ergo: cum etiam probatur eadem conuenientia à fortiori, quia si quis vouit aliquam regulam, potest trãsire ad religionem, vbi est alia regula arctior, quam non vouit,

vbi regula purè obseruatur.

2. Corin. 5. Ad Gal. 5.

& ad

& ad quam non tenetur: ergo à fortiori à statu inferiori, quamuis licito, ad altiorem & puriorem regulæ promissæ obseruationem potest quis licite eodem modo petita humiliter licentia, licèt non obtenta transire: & ratio huius est, quia difficilius permittitur modo supradicto transitus ab vna religione ad aliam, quàm in eadem de vno loco ad alium, ergo.

Secunda pars huius 2. puncti, scilicet, quòd ad hoc tenetur, probatur, quia ex vi regulæ tenetur recurrere ad Prælatos pro regulari obseruantia necessaria, & potest libere, ita quòd Prælati non possunt præcipere, aut cogere, seu impedire cum contra regulam, vt supra q. 5. in tertio puncto habetur: ergo subditus tenetur quantum potest, pro regulæ obseruantia debita laborare, sed potest id facere petita humiliter licentia, licèt non obtenta, quando aliter non apparet modus debitus prouisionis Prælatorum de loco, vbi debite, & regulariter regula obseruetur sine peccato: ergo ad id tenetur subditus, etsi Prælatus oppositum præcipiat etiam sub excommunicatione, non solum non tenetur obedire manendo in loco deformato cum periculo peccati mortalis, vt dictum est, quia non tenetur obedire præcipienti contra regulam, immò & tenetur inobedire, & tenetur inde recedere modo supradicto in casu, quo sine peccato ibi manere non potest propter impedimentum rationabiliter procedens, neque excommunicatio ligat, neque est timenda, neque timenda, quia expresse continet intolerabilem errorem. Hæc omnia patent ex dictis supra q. 5. & q. 2. in 2. puncto, & concordant communiter Doctores vbi supra, præcipue frater Ioan. Pierin. vbi supra in 2. concluf. corol. 3. & Enchiridion fratrum Minorum in decisione dubiorum dub. 17. quamuis in aliquibus ai jss crupulose nimis ibi, & alibi loquitur. Sed vt dixi, hoc intelligitur, quando constat Prælatos iam omnino se male habere circa hoc. Nam si esset dubium, aut si different, vel debite prouiderent, aut si aliàs circa alia esset dilatio, aut negatio tunc caute, & timorate standum est iudicio Prælatorum, & obediendum, vt dictum est, & dicetur.

Primum argumentum.

Quòd si contra hoc 2. punctum arguitur primo, quòd Prælati possunt præcipere id quod est minus bonum, seu quod non est contra regulam, sed infra regulam, maximè ex causa, vt puta quòd subditus non ieiunet in Epiphania ieiunio, vel quòd non vouear orare, aut ieiunare tali die, &c. huiusmodi, vt supra quæst. 2. in 4. puncto, quia bonum supererogationis præceptum obedien-

obedientiam debet omitti 11.q.3 *quid ergo.* Igitur Prælato præcipienti, vt frater maneat in conuentu vel licitè, quamuis lexius viuitur, tenetur subditus obedire & manere.

Confirmatur primo. Et confirmatur, quia talis transitus de loco ad locum sine licentia obtenta esset apostatare, quia secundum declarationes statutorum generalium apostata dicitur omnis discedens, quomodolibet sine licentia ordinis, & per consequens talis frater incurrit excommunicationem ibi latam.

Confirmatur secundo. Confirmatur secundo, quia per hoc aperiretur ianua dissolutis, quia sub tali titulo arctioris vitæ discurrerent de loco ad locum, &c.

Confirmatur tertio. Confirmatur tertio, quia strictior vita est in magnis conuentibus viuere sub obedientia, sub pondere communitatis laborando humiliter, & verecunde quærendo eleemosynas, quàm in conuentibus recollectis paruis, vbi in otio fere viuitur sine tali pondere & labore.

Ad primũ argumentũ. Respondeo ad primum concesso antecedente, vt ibi iacet, & vt ibi allegatur, & negatur consequentia, quia arguitur à dicto secundum quid ad simpliciter. Nam licèt Prælatus possit ex causa, & in casu prohibere manus bonum, vt potè quòd non oret, nec ieiunet, quia inde immineat probabiliter detrimentũ, vel ex alia causa rationabili, non tamen potest simpliciter sine causa id prohibere, sicut nec implctionem consiliorum, & perfectionis simpliciter, vt de hoc communiter Doctores vbi supra allegantur. Sic ergo dicendum est in proposito, quòd ex causa potest Prælatus prohibere arctiorem vitam, & transitum ad talem locum, simpliciter autem non, vt supra dictum est, q. 5. in 4. puncto. Item dato, quòd simpliciter concederetur antecedens, non tamen valeret consequentia, quia specialiter tollitur præfata potestas à Prælatis per regulam in hoc, ne scilicet possint prohibere subditos à recursu, pro puriori regulæ obseruantia, & quòd subditi non teneantur eis in hoc obedire regula cõcedit, ergo.

Ad primã confirmationem. Ad primam confirmationem respondeo negando, quòd talis transitus de licentia humiliter petita, licèt non obtenta propter malitiam Prælati nolentis, aut minimè culpabiliter, seu in fraudem differentis concedere sit apostalia, si bono zelo, ac discrete fiat, vt dictum est. Nam licèt vadat sine expressa licentia ordinis, vadit tamen cum licentia ordinis debita concedi, seu implicita, & cum licentia regulæ. Immò verò vadit cum licẽtia expressa

expreſſ, iuris vel Eccleſiæ, quæ maior eſt. Nam in cap. *Licèt de regular.* conceditur, vt dictum eſt. Vedit etiam cum licentia Euangelica, quia ſpiritus Domini liber eſt, non eſt alligatus 2. Corinth. 3. & Galat. 5. *Et quiſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege*, ſcilicet vniuerſali humana, vt in dicto cap. *Licèt*, alligatur prouatu ne omnium prædictorum, præſertim quia talis non re. e ſit ab obedientia debita, nec ab ordine, nec à regula, ſed potius ad obedientiam ordinis, & ad regulæ meliorem, obſer- uantiam confugit: & ſic patet, quòd tales non ligat excommu nicatio præfata contra apoſtatas lata, quia intentio ſtatui ge- neralis Eccleſiæ eſt excommunicare illos, qui recedunt ab ordine & obedientia, ſeu qui indebite, & contra formam iuris, aut ſtatutorum rationabilium recederent: contra quæ, vt ſup ponitur, iſti ex prædicta cauſa, & prædicto modo recedentes non faciunt, eſt intentio eſſet ligare tales, iam ſententia eſſet nulla, quia errorem intolerabilem contineret, ſicut ſi ferretur ſententia excommunicationis contra eos, qui de patrimonio ſuo propter Deum erogarent, aut contra intrantes religio- nem approbatam, aut contra implentes conſilia perfectionis. Facit ad hoc ea, quæ Sylueſt. tit. *Religio* 4. *quæſt.* 4. & alij Sū- miſtæ de hac materia ſecundum communiter Doctores referunt ad propoſitum, ibi videat qui volet. In quo tamen eſt notan- dum, quòd poſſet contra apoſtata, & verè incurreret excom- municationem ipſo facto, niſi talis frater tranſeat ſecundum formam taxatam vbi ſupra in cap. *Licèt*, aut in alijs ſtatutis or- dinis rationabilibus, aut in priuilegijs ordinis poſitam gene- raliter vel particulariter ſecundum ſubiectam materiam, de qua ibi agitur: modo dixi, ſi diſcrete, & ex bono animo, & debito modo fiat talis tranſitus, non incurritur apoſtaſia, nec excom- municatio.

Qui tranſit à loco, vbi obſeruatur, ad locum, vbi non obſeruatur, peccat mortaliter, vt plurimum.

Ad ſecundam confirmationem.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo negando id, quia ſi, vt dictum eſt, talis tranſitus fiat debite, diſcrete, & ex bono animo, & ratione melioris vitæ, ita quòd de his conſtet, & non ex temeritate, ſeu leuitate, vel odio Prælati, & huiuſmodi, vt ſtatim dicam ſuprà q. & in præſenti q. dictum eſt, iam non datur occaſio dictæ diffinitionis, quamcis ipſe capabiliter accipiat in- de, licet & ex alijs bonam occaſionem malitiæ, & libertatem, &c. Et quando eſt dubium ſuper aliquo prædictorum, ſæpius dictũ eſt, ipſo ſtante dum eſt iudicio Prælatorum, & maximè, quan- do eſt dubiũ, ex qua cauſa procedit talis mutatio, etſi ſubditus

pariter & Prælatus dubitent de causæ irrationabilitate debent ad superiorem Prælatum recurrere & si subditus manifeste videret Prælatorem nespra ā ds male se circa prædicta habere malitiose tunc ad ipsorum omnium superiorem recurrere, seu etiā appellare potest, vt in dict. cap. *Licet*, habetur, & sunt. Arguit. *Regio* §. 3 a. & Sylues. vbi supra dicunt. Etsi in toto ordine videretur in Capitulo Generali male super his prouideri, (quod vix contingere potest) tunc ad Papam vel Ecclesiā, pro remedio confugiatur, sicut olim tempore reformationis ordinis, quando orta est obseruantia à conuentualibus separata in Concilio Constan. factum est. In his enim non est nobis prohibita appellatio, sed solum appellatio à punitionibus ordinis, vel Prælatorum, seu à mandatis, de quibus non constat aperte, quòd contra animam, vel regulam iniuste præcipiunt, vt patet in ipsis priuilegijs, & statutis ordinis. Nam & regula hoc concedit, quòd ad Papam, vel protectorem pro remedio de regulæ obseruantia recurratur, quando in ordine non esset remedium, seu quando ordo generaliter collapsus esset, quod Deus auertat, vt de hoc infra cap. 12. q. 2. habetur.

Quid casu si superiores ex hypocrisi, quod ei de remedijs pro obseruitia in toto ordine nō prouideatur.

Ad tertiam confirmationem.

Ad tertiam confirmationem respōdeo negando illam. Nam puriorem, & strictiorem vitam, & regulæ obseruantiam non facit labor exterior corporalis, aut discursus vilis mendicationum & quæstarum, aut chori, seu communitatis pompotæ assidua, & laboriosa sectatio, sed abstinentia, asperitas, parcitas in victu, & vestitu, oratio, lectio, contemptusque mundi, &c. huiusmodi. In quibus religio strictor, & purior consideratur in exercitijs religionis ad perfectionem magis condecentibus. Alioqui agricolæ, & milites, & artifices, & negotiatores causarum, seu rerum mundi, plus in exterioribus laborantes, & magis anxie afflicti in seruitio, & sequela dominorum temporalium pondus diei, & æstus negotiorum portantes essent in statu vitæ purioris, & arctioris vitæ religiosæ (quòd absit) de his enim verificatur illud Eccles. 10. *Labor stultorum affligit eos*, & illud Eccles. 1. *Hanc occupationem pessimam dedit Deus filis hominum*, non filijs Dei, non religiosis à mundo semotis, ergo.

Eccles. 10.

Obiectio.

Secundò arguitur ad idem, & præcipue contra secundam partem huius 2. puncti, vbi dicitur, quòd tenentur recedere de petita licentia, &c. sic arguo, quia nullus tenetur vltra id, ad quod se obligauit, quando regulam promisit, sed omnes, vel

saltem multi non se obligauerunt in professione, nisi ad regulam, secundum quod tunc videbant communiter obseruari, & esse in consuetudine, nec aliter credebant se obligari: ergo illi non tenentur ad aliud. Neque tenentur recurrere ad Ministros pro regulæ obseruantia, nisi secundum quòd tunc vigebat, quando professi sunt. Item dato, quòd teneantur recurrere, quod tamen non possint sine licentia obtenta inde recedere probatur, quia B. pater noster Franciscus in suis monitionibus, vt habetur in lib. ordinis 3. tractat. ait sic, *Si Prælatus præcipiat subdito contra animã aut regulam, licèt talis subditus ei in hoc nõ obediat, non tamen eum dimittat, etsi ab al quibus inde persecutionem sustineat, magis illos diligat propter Deum, nam potiùs persecutorem sustineat, quam velit à suis fratribus separari, & verè permanet in perfecta obedientia, qui ponit animam suam pro fratribus suis.* Hæc ille. Vbi patet, quod vel præcipiendo, vel consulendo dicit, quòd talem Prælatum præcipientem contra animam, &c. non dimittat, quod certè non diceret vllo modo, si frater teneretur illum dimittere, vel inde ab eo recedere ad alium locũ sine eius licentia obtenta, ergo.

Respondeo, quod nullus tenetur vltra id, ad quod se obligauit explicite vel implicite, ad minorem autem, in qua petitur difficultas, vtrum professus regulam intelligatur, secũdum quòd tunc communiter videt in consuetudine, an secundum quòd verè regula obligat, videatur supra in 2. cap. q. 15. &c. ibi enim latius de his. & patet respõsio ex dictis ibidem, quia hoc manet verum, quòd qui tenetur ad regulæ obseruantiam, & videt se impeditum ratione loci ab eius debita obseruantia, tenetur recurrere ad Prælatum pro remedio: & inde recedere de licentia humiliter petita, si eam non vult expressè concedere, vel licentiam malitiosè in fraudem, vel nimis negligenter, aut culpabiliter differt concedere, vt dictum est. Ad aliud de B. Frãcisco, respondeo, quòd nihil loquitur contra nos. Ibi enim solum dicit, quòd licet non obediat subditus Prælato præcipienti contra animam, &c. aut præcipienti, quòd non potest præcipere, quod non dimittat eum, nec recedat ab eius obedientia apostatando propter hoc, ex quo potest cum eo sub eius obediẽtia manere in illo loco sine peccato, quamuis propter hoc labores, & persecutionẽ patiatur, vt de hoc latius dicetur in 3. pũcto sequente. Non autem dicit, quod maneat in loco sub eius obedientia, quando seu in casu, in quo sine peccato manere non

Dissolutur

poteſt, quia ex quo tunc, vt ſupponitur, talis maſio in illo loco eſt peccatum, aut non poteſt ſine periculo peccati eſſe, iam non tenemur tunc ei obedire in hoc, vt ibi cum periculo peccati maneamus, & per conſequens poſſumus modo ſupradicto ad alium locum recedere, vbi ſub eius obedientia, ſi ibi extendi poteſt maneamus. Ita quòd quantum fieri poteſt, ſub Prælati noſtri obedientia maneamus in illo alio loco, quamuis de loco illo, vbi ſine periculo peccati eſſe non poſſumus, recedere poſſimus & teneamur, vt dictum eſt: ideò ſi intra eandem prouinciam eſt locus aptus, vbi permittitur viuere ſecundum regulam, non poſſumus recedere de prouincia, ſeu ab obedientia illius Prouincialis ſine debita licētia, quamuis ibidem propter talem recessum perſecutiones patiamur ab illo Prælato, ſeu ab alijs fratribus, vt in 3. puncto proximè dicetur: ſi verò in illo loco conuentu ſeu in tota prouincia nullus eſt locus aptus, in quo frater poſsit, aut permittatur manere ſine peccato viuendo ſecundum debitam regulæ obſeruantiam, tunc ex quo ſub illius Prælati obedientia non poteſt, aut non permittitur viuere ſine peccato, iam nō tenetur illi obedire, aut ſub eius obedientia manere, & poteſt recedere modo ſupradicto ad alterius Prælati obedientiam in eo loco vbi poſsit, & permittatur ſine periculo peccati regulariter viuere, quòd ſecundum diſpoſitionem Prælati ſuperioris, ad quem in dicto caſu recurrendum eſt, debet fieri, vt ſupra latius dictum eſt, & ſic omnia concordant in veritate.

Quādo Prælatus præcipit aliquid contra animam vel regulam, non tenetur ſubditus ei obedire.

Tertium punctū eſt, quid poteſt facere ſubditus, & quomodò ſe debet habere, quando ei à Prælato aliquid iniuſtè fit, vel præcipitur aliquid cōtra animā vel regulam. Pro quo dico primò, quòd ſi Prælatus præcipit contra animam, vel regulam ſic, quod tunc, nec diſpenſare, nec præcipere id vllo modo poteſt, tunc ſubditus non tenetur obedire, etiamſi poſsit ſine peccato obedire. Immò, ſi ſic obediēdo peccat, tenetur *non* obedire, vt ſupra de his q. 2. & 5. latiùs dictū. Quòd ſi cogitur per excommunicationem, vel per alias cenſuras, ſeu pœnas ad obediendū, ſeu ad patiendū tales pœnas, quia nō obedit, non tenetur eas pati, neq; ligatur vllo modo, quia ſicut non tenetur obedire in eo, quod præcipitur, ita nec eadē ratione tenetur ad pœnā, quę imponitur propter talē cauſam, ſcilicet, quia nō obedit, aut vt obediat. Immò ſi infligitur excōmunicatio, vel alia pœna propter hoc ſcilicet, quia nō obediuit culpabiliter faciēdo, vel omittēdo, ſeu

seu quia quis facit, aut quia non omittit bonum de consilio benefaciendum, seu quod potest à subdito contra prohibitionem Prælati bene fieri & licitè, tunc tale præceptum, talisque censura continet intolerabilem errorem manifestè, & nullus homo etiam Papa potest infligere pœnam propter hoc, quod quis bene agit, aut non male agit. Immò nec Deus ipse de lege posita id iuste potest: & insuper dicunt multi Doctores, quod nec de potentia absoluta, sicut nec potest præmiare iuste propter hoc, quòd quis male egit, nec damnare quia bene egit (nõ dico, quia bonum vel malum egit) sed quia male, aut bene egit. Multum enim refert inter hæc. Nam potest malum bene, & bonum male agi, vel omitti, vt de hoc cõmuniter tractatur à Doctoribus in diuersis locis, præcipuè in 3. dist. 37. vbi de dispensatione præceptorum decalogi agitur, & alibi.

Dico secundo, quod si talis subditus cogitur de facto ad prædictas pœnas ex prædicta causa sustinendas, vtpotè quia flagellatur, incarceratur, tractatur vt excommunicatus, & huiusmodi, tunc tenetur habere patientiam in tali persecutione, quousque debito modo aliàs possit euadere per visitationem, quando venerit Prælatus superior, aut alio modo licito, non tamen propter hoc potest inde recedere sine licentia obtẽta, ex quo ibi manere potest in illo conuentu sine peccato, quamuis cum labore & afflictione iniuste illata, & sic intelligitur illud dictũ B. Patris nostri Francisci, in suis exhortationibus, *Si Prælatus præcipiat, &c.* vt supra in secundo argumento contra secundum principium præcedens habetur, & in eius responsione, ibi videatur, quæ facit ad propositum. Neque enim propter quamcumque afflictionem etiam iniuste illatam est recedendum à loco, seu portandum.

Quid debeat facere subditus, quando iniuste puniuntur propter bonum quod agit.

Dico tertiò, quòd si adeò subditus ibi affligitur iniuste ex prædictis causis per pœnas prædictas, aut præcepta intolerabilia, & valde dura ex illa occasione sibi à Prælato iniquo malitiose inducta, vt si subditus ille in aliquo transgrediens apparenter puniatur acriùs, & deuoluatur in calumniam, tunc si talis subditus videt manifestè, seu valde probabiliter se ita calumniari & affligi ex prædicta causa tam acriter, tamque notabiliter præsertim, & præsolito, quòd iam manifestè etiam videtur ex mera malitiate non posse sustinere, quin inde proruat in peccatum mortale desperationis, seu impatientiæ, & huiusmodi, tali inde recedat potest de licentia humili

Tertia conclusio. Subditus in aliquo loco nimis, & iniuste afflictus potest de illo recedere petita humiliter licentia à Præ-

 la-

Laicus si ni obtenta si vi det fortuna ire pro babile periculum spe ratione, aut impunitas.

ter petita, licèt non obtenta, inde licitè recedere ad superiorem recurrendo pro remedio nec tenetur ibi manere cum tali occasione propinqua ad mortale, etiamsi per obedientiam, aut excommunicationem ei præceptum non ligatur. Et ratio huius est, quia tunc ratione loci ex illa mala societate iniqui Prælati præfatur ei impedimentum à Deo, quamuis ex sua malitia fingatur, est ei occasio propinqua ad mortale, contra animam suam, & per consequens potest, & tenetur recurrere ad Prælatum non prædictum, vt patet ex dictis supra quæst. 5 in 3. puncto & in præsenti quæstione 2. puncto. Et non tanter semper dicta non est, si viator in manifeste, quòd ex prædicta causa notabiliter acrius cæteris iniustè affligatur, & ita, quòd etiam manifestè ita non videatur esse in occasione propinqua ad mortale, quia tunc potest recedere petita humiliter licentia, &c. & notentur particularia: nam si aliquid horum deficeret, non posset sine licentia obtenta recedere. Non enim sufficit ad hoc, quòd possit recedere inde sine licentia obtenta, quod ipse sibi concetur, aut leuiter & apparenter tantum velit ex sua affectione iudicare de malo animo Prælati, aut de suo periculo, nec sufficit, si leuiter affligatur ex hac causa etiam manifestè. Nec sufficit occasio remota ad peccatum, &c. huiusmodi, vt patet ex omnibus supradictis in hac quæstione, & in 5. quæst. præcedente. Ideò hoc dictum est sæpe cum tot limitationibus, ne quis in hoc, & similibus ex sua passione, seu affectione corruptus sibi somnia fingat, vt vult. In quo est valde cauendum à propria affectione in propria causa, & ideò nil secundum proprium iudicium faciendum, nec sibi fidendum, sed iudicio, & arbitrio proborum, & Doctorum est standum, quando inter subditum & Prælatum lis interuenit iniusta, vt dictum est, & quando non potest ad superiorem debitè recurri. Iterum autem monentur subditi, quòd in dubijs standum est iudicio Prælatorum, vt sæpe dictum est, etiam in hac quæstione.

¶ Quartò dicitur. Quòd si Prælati præcipiant iniuste aliquid, quod noceat contra animam, vel rem, illa non obedienda.

¶ Dico quartò & vltimo, quòd si Prælatus iniustè præcipiat quid, ita tamen, quod obediens in hoc non peccat, vtpotè quia nimis strictè præcipit, & sub grauissima pœna, id quod non deberet tam strictè, nec tam grauiter præcipere, aut imponere, vtpotè si sub mortali, & sub pœna carceris præcipiat, ne quis ingrediatur cellam alterius, aut quod de fructibus arborũ nullus sine expressa licentia quid colligat, aut quod aperiat ianuam, &c. huiusmodi, tunc dico, quod subditus tenetur obedire

dire in prædictis omnibus, aliàs peccabit: potest tamen iudicare tale præceptum esse iniustum seu temerarium, & irrationabile, sicut est, nũ ex causa rationabiliter aliquando præcipere-tur: potest etiam habere hoc remedium, scilicet, quod laboretur ad eius correctionem vel reuocationem, quando venerit tempus visitationis, seu Prælatus superior, vel per literas cum Prælato superiore absenti, seu alio modo licito, vt ait Scotus in 4. dist. q. 3. dicens, *Quando monitio, vel præceptum Prælati est infractuosum, vel irrationabile, laborandum est ad eius correctionem, vel reuocationem, & potest subditus licitè contemnere, id est, iudicare, seu reputare illud iniustum, seu irrationabile, sicut & verè est, non tamẽ licet illud contemnere non obseruando, quando Prælatus præcipit.* Hæc ille. Et concordat Gabriel in 4. dist. 1. quæst. 4. ar. 3. & latiùs dist. 16. quæst. 3. notabili 6. vt de his dictum est supra quæst. 3. in 2. puncto, vbi latiùs videatur. Similiter dicendum, in quibuscumque aliis præceptis etiam iniustis ex parte Prælati, quæ nõ sunt contra animã, vel regulam vllo modo, quia si absq; peccato possunt expleri, tenemur obedire, & pati pœnitentrias pro transgressione eorũ, quousq; corrigãtur, seu modo aliàs debito reuocentur talia præcepta. Neque à talibus correctionibus potest appellari, vt dictum est, sed per Prælatum superiorem debito modo debet quis conari ad remedium, vt innuitur dist. 19. cap. *In monasterio*, & dist. 100. cap. *Contra morem*, & 23. q. 1. *quid culpatur*, & 2. q. 7. cap. *sacerdotes*, & ar. gloss. *dist. 15. cap. esto*, & est argumentum 11. q. 3 *si Episcopus*, & 9. q. 3. *nunc verò*, quamuis alij religiosi forte possint ipso iure talibus Prælatis non obedire, sicut clerici suis Episcopis iniuste agentibus, vt ait eadem gloss. *Eadem dist. 95 cap. esto*, & *dist. 49. cum beatus*, & 22. q. 5. *cap. de forma*, cap. Iterum autem moneo in dubijs esse præsumendum pro parte, & pro iustitia Prælatorum, & eorum iudicio standum, dummodo non faciant nos participes sui peccati, aut transgressionum, expectandum est tempus debitæ correctionis, aut visitationis eorum, vt supra 6 cap. quæst. 15. in 2. & 3. puncto dictum est, & adhuc latiùs dicetur in quæst. 7. subsequente.

QVÆSTIO VII.

Quæritur, vtrùm subditi maculentur ex abusu, seu transgressionibus contra regulam Prælatorum suorum, aut aliorum fratrum communiter irregulariter conuiuentium, & è contra Prælati ex abusu subditorum, & an stante communi modo viuendi fratrum culpabiliter relaxato, ipsi Prælati Prælaturas acceptantes, & à fortiori eas ambientes non intendentes efficaciter aliter viuere, quàm à deuiantibus communiter viuitur, excusentur à peccato?

Prima conclusio. *Subditi qui nõ sunt causa transgressionum Prælatorum, aut aliorum fratrum, nõ maculantur ex abusionibus eorum.* *Ad Rom. 1.*

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, Subditi qui nullo modo sunt causa abusionum, seu transgressionũ communium Prælatorum, aut aliorum fratrum, cum quibus cõmuniter viuunt, nullo modo maculantur ex talibus abusionibus, seu transgressionibus communium Prælatorum, aut aliorũ fratum. Maculantur autem, si sunt aliquo modo causa, & hoc magis vel minus, secundum quod magis vel minus sunt in causa committendo seu omittendo. Ratio prædictorum est, quia ad Rom. 1. cap. *Non solùm qui talia agunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte*, & qui causam damni dat, damnũ dedisse videtur: & secundũ cõmuniter Doctores, qui cooperatur cõsensu, verbo, vel opere ipsi peccato, saltẽ directè, est etiam particeps peccati, vt de hoc Adrian. III. quodlib. & in 4. sententiarum in materia de baptismo latiùs agit, & è contra, qui nullo modo sunt in causa, nullo modo sunt participes peccatorũ, nec peccant, etiãsi talibus rebus vtantur ad necessitatẽ in amaritudine animę suæ propter tales transgressiones. Sed nota, quòd fratres possunt esse in causa talium transgressionum multipliciter: vno

modo

modo commissione, quando scilicet ipsi exterius opere sine licentia, vel cum licentia Prælatorum faciunt, & introducũt per se, vel per alios tales abusiones, modosque viuendi culpabiles contra regulam, aut contra vitam regularem, aut quia dant occasionem, vel cogunt alios fratres, seu etiam suos Prælatos talia facere, ne turbetur domus, aut ne ipsi murmurent, & inquiete viuant, vt potè quando introducunt, & petunt, & procurant superfluitates, seu abundantiam rerum sine vllo defectu volentes habere suum ordinarium victum certum, & ex hoc procedunt ipsi, vel eorum Prælati ad quæstum rerum, vel pecuniarũ contra regulam & declarationes: tunc enim tales subditi seu fratres sunt in causa, quando Prælati sic minime facerent, nisi propter eos, vt scilicet latiùs & abũdantius, vt vident illos velle, prouideant eis, tunc enim & subditi & Prælati simul sunt in causa culpabiliter talium transgressionum, ideò nullus sibi blãdiatur dicens, Volo, quòd Prælatus seruet regulam, & declarationes, & quòd propter me nihil contra faciat. Hoc enim dicere verbo, & voluntate tantum inefficaci nihil prodest, si non sequatur opus, si non tolluntur impedimenta. Quis enim regulã seruari nollet, aut diceret, quòd nõ seruetur? Certè non nisi cui esset frons meretricis ad peccatum manifestum. Vis ergo, quòd Prælatus seruet, & propter te non faciat contrà regulam, aut cõtra Deum? Serua tu regulam, & non des illi occasionem transgressionis, quia quando tibi aliquid quantumcumque minimũ deest, murmuras & dicis. Non sequar chorum, non dicam Missam, &c. quando tu vis iam efficaciter regulam seruari? Ita etiã meretrix esset sancta, dummodò non sentiret pœnam, vel laborem in habenda sanctitate: similiter quilibet peccator, ideò Bernardus dicit, *Fratres volunt esse pauperes sine defectu, humiles sine effectu, patientes sine contumelijs.* Igitur qui est in tali proposito firmo, quod non vult carere superfluis, neque penuriam in aliquo pati propter obseruationem regulæ & paupertatis, nec quòd sibi aliquid desit, sed omnino vult, quod sibi non desit suus victus, & vestitus ordinarius certus, potiùs vult regulam non seruari, quàm ipsum aliquo carere. Et quando deest murmurat, & per hoc inducit Prælatum ad agendum contra regulam, vt illi prouideat, & os detrahentis obstruat, faciatque eum libenter sequi communitatem: talis inquam frater est causa trãsgressionis Prælati, estque in statu dãnationis, quia qui non vult pati laborem, qui sequitur ex regulæ obseruantia, non vult effica-

Frater qui est causa trãsgressionis Prælatorũ, ne ipse patiatur aliquem defectum in victu, aut vestitu, mortaliter peccat.

efficaciter ipſam regulæ obſeruantiam. Sicut qui non vult medium neceſſarium ad finem, aut ſequelam neceſſariam ex antecedente certè non vult efficaciter ipſum finem, aut ipſum antecedens, vt eſt communis regula Doctorum, vt latè Aug. in moralibus cap. 3. tractat de hoc.

Simile iudicium eſt de dantibus cauſam exterius in opere ad alias abuſiones ſeu diſſolutiones quaſcumque contra regulam, aut contra religionem, ſeu ad quæcumque alia peccata, vtpotè ad tranſgreſſiones & peccata, quæ ſolent fieri à Prælatis, ſeu aliis fratribus in pecunia, viſitationibus ſæcularium, & diſcurſibus ſcandalosis & periculoſis, ſeu ad dedecus religionis, & infamiam ordinis. In communibus receptionibus ineptorum ad ordinem, in turbationibus, & ſcandalis, & aliis quibuſcumque huiuſmodi, quia ſuo opere, aut exemplo ſunt cauſa vt talia fiat, non ſolùm per eos, ſed per alios communiter in ordine, vt dictum, & exemplificatum eſt in paupertate, ſunt cauſa tranſgreſſionum talium, & maculantur in ſcelere aliorum. Similiter qui verbo ſuo ſunt in cauſa prædictarum omnium, & aliarum abuſionum, ſeu tranſgreſsionum communium; vtpote præcipiendo aut licentiando, ſuadendo, ſeu inducendo, & defendendo eas in toto vel in parte, detrahendo obſeruantiæ regulæ, & ſtatutis ad regulæ obſeruantiam factis. Similiter qui etiam ſolo corde conſentiunt talibus tranſgreſsionibus, gaudentes, quòd talia fiant per alios, dummodò ex aliorum peccato proueniat ipſis abundantia, aut commodum aliud corporale, illi tales propter conſenſum voluntatis etiam maculantur peccatis aliorum, quorum fructum temporalem libenter percipiunt, gaudentes, quòd ſibi omnino talis fructus proueniat vndecumque, etiam ex aliorum peccatis: quia vniuerſaliter conſentire in cauſa culpabili eſt peccatum, & iſti ſunt, ſicut qui volunt (vt aiunt) de medio ignis caſtaneam manſionis manu extrahere, ſicut & Saul 1. Regum 18. dicebat, *Non ſit manus mea ſuper Dauid, ſed ſit ſuper eum manus Philiſtiim.* Secus ſi tales dolentes verè de talibus abuſionibus aliorum gauderēt ſolum de vtilitate, & fructu ſibi proueniente ex peccatis aliorum, volentes omnino potiùs carere talibus vtilitatibus, quàm eas habere cum peccatis, ſeu ex peccatis aliorum, ſi id facere eſſet in ſua poteſtate, tunc enim cum tali animo viuentes participantes vtilitatem ſibi prouenientem ex peccatis aliorum non ſunt in culpa, nec in cauſa peccatorum illorum propter talem conſenſum:

1. Reg. 18.

sensum: nisi alias in opere participent alijs modis supradictis aut dicendis.

Alio modo omissiue quis potest esse in causa peccatorum aliorum, vtpote quando quis potest licitè, & debite resistere verbo, aut opere talibus abusionibus, seu peccatis communibus aliorum, & omittit resistere sine causa rationabili; vt sunt Prælati dissimulantes ea fieri, etiamsi non mandent, aut non licentient ad ea facienda. Similiter omnes alij, qui tempore visitationis opportunæ omittunt talia visitare, præsertim si vident probabiliter, tunc remedium talium abusionum sperari & commode posse fieri. Similiter Prælati & alij, qui habentur doctiores in religione scientes & potētes cōmode docere veritatem, & arguere transgressiones secrete aut publice; vt oportet debito modo, quando videtur probabiliter se per hoc posse proficere, quia si non faciunt, iam eorum omissio est causa talium abusionum, & in eis maculantur, immò vt ait Hadrian. in 4. de correctione fraterna, quando probabiliter apparet, quòd ex ignorātia communi cō muniter peccatur cōtra regulā, ut aliàs fiunt abusiones. ita quod si docerētur, aut arguerētur per viros doctos & probos, de quibus præsumerent peccantes, quòd non nisi veritatem illis dicerent certam sine scrupulis aut erroribus, certè recederent à suis abusionibus: tunc tenentur illi, qui habentur doctores in ordine studere, vt sciāt regulę veritatem, & suā obligationem, vt doceant alios, & Prælati tenentur procurare, vt sic fiat: vt per hoc remedium apponatur communi ignorantiæ, ex qua (vt supponitur in casu) prouenit communis omniū regulæ transgressio: sicut & pro releuanda extremā necessitate corporali proximi tenetur quis laborare aut solicitari, vt habeat vnde illi pro tunc prouideat, si non habet aliás, quòd si Prælati & docti id omittant, iam sunt in causa peccatorum aliorum, & cū eis imputātur. Nam omnes prædictos nō excusat ignorantia, aut negligentia notabiliter culpabilis, quam sint in causa talium communium aliorum peccatorum, & quam peccatis aliorum supradictis maculentur.

Prædicta omnia possent latiùs probari per rationes satis efficaces, quas propter breuitatem omitto, & quia aliqualiter ex dictis possunt, vel mediocriter doctis apparere. Neque enim hæc est nostra doctrina, sed cō muniter à sanctis & patribus nostris tradita est. Vide Bonauentura in epistola sua, quā existens Minister misit ad totū ordinē, & habetur 3. tract. in lib. ordinis

fol.

fol. 265. Post numeratas multas abusiones, ait: *Licèt autem plurimi reperiantur, qui non sunt culpabiles in aliquo praedictorum, tamen omnes involuit haec maledictio, nisi à non facientibus, ijs qui faciunt resistatur.* Hæc ibi. Vt de hoc habetur supra 6. cap. q. 14. in 3. puncto vide ibi præfatam, & aliam epistolam Bonauenturæ. Et ad id est expresse Hug. 2. & 4. & 9. cap. & tandem hæc omnia supradicta breuiter complectitur sanctus Bernardinus in sua epistola declaratoria dubiorum, vt habetur in 3. tract. lib. ordinis fol. 98. in 4. art. vbi sic habetur, *Declaratur quartò, quòd in locis, si sit magna superfluitas, vel curiositas, ex eis non vitiantur fratres, nisi solùm introducentes, vel consentientes, si vel ad eorum officium pertinet & possunt, vel quicumque alij, si commode possunt legitime non resistentes, & non alij, qui dictis rebus vtuntur ob aliquam necessitatem, vel ob scandali vitationem.* Hæc ibi. Et notentur omnes particulæ: quia secundum prædicta, vt supra declaratum est, latiùs sunt intelligenda omnia, quæ circa hanc materiam dicuntur à Doctoribus.

D. Bernar. in epist. apolog. contra abus. Cluniac.

Et expressè cum prædictis omnibus concordat Bernardus in sua epistola apologetica contra abusiones Clunia. loquens. Vbi sic dicit, *Hæ abusiones iam ferè vbique per ordinem tenentur, ferè tam ita ab omnibus sine querela atque irreprehensibiliter obseruantur, quamquàm dissimulantur. Nonnulli quippe his omnibus, tanquam non vtentes vtuntur, & ideò aut cum nulla offensa, vel minima. Aliquanti autem hoc agunt ex simplicitate. Aliquanti ex charitate. Aliquanti ex necessitate. Quidam namque sinpliciter istatement, quoniam sic eis præcipitur, parati aliter agere, si aliter præciperetur. Quidam autem, vt non discorditer ab eis viuant, cum quibus habitant, sectantes in his non suam libidinem, sed eorum pacem. Alij verò, quia resistere non valent multitudini contradicentium, qui hoc vtique pro ordine libera voce defendunt, &c.* Ex quibus patet conformiter ad sanctum Bernardum vbi supra, quòd qui sunt in causa aliquo modo prædictarum communium transgressionum, sunt in culpa, alij autem non, vt dictum est. Et concordat tract. 10. plag. plag. 2. 3 & 4. vt supra 6. cap. q. 16. in 2. puncto habetur dicens quòd prędicti excusantur: dummodò in manifestè illicitis abusionibus faciendis non cooperentur, etiam ad mandatum Prælatorum. Nam in dubijs standum est eorum iudicio: vt sæpe dictum est. Igitur resolutorie quoad hoc 1. punctum dicamus cum Enchiridio fratr. Minor. in decisionibus dubiorum, dubio 8. fol. 72. quòd si subditi non sint causa vllo modo quòd talia fiat, vel omittatur, immò dolent de hoc, & potiùs vellent sustinere inopiam, &

quam-

quamcumque pœnam, seu defectum temporalium, quã quòd hmiusmodi tribulationes terent, vel earum remedia omnì tereatur, dum tamen deuincant debito modo superioribus, vt remedium apparentiæ excusentur à communibus transgressionibus Prælatorum, seu aliorum fratrum: quamuis cum eis viuãt de bonis, aut eleemosynis per alios culpabiliter acquisitis, & de superfluitatibus per alios procuratis, aliàs non excusantur, vt dictum est. Quale autem peccatum sit illorum, qui aliquo modo sunt in causa prædictarum transgressionum communiũ aliorum, dic quòd est maius aut minus, secundum quòd magis, aut minus sunt in causa, & attentis alijs circunstantijs communiter attendendis in graduatione, & quãtificatione peccatorum, secundum communiter Doctores, in hoc enim non potest dari certa regula pro omnibus casibus aut personis. Nam vt ait doctor innominatus, seu sine titulo in quodam tractatu de paupertate. In his, & alijs eiusmodi communibus abusionibus, debet etiam attendi affectus vtentium, an scilicet eis talia displiceant, aut vehemẽter placeant, vt patet ex dictis Bernardi vbi supra. Item proportio vtentium ad huiusmodi exteriores excessus, & è conuerso tam quoad enormitatem, quàm quoad personarum multitudinem, vel paucitatem, quædam enim sunt homini difficilia ad vitandum, ratione imperfectionis mentalis, aut fragilitatis corporalis, aut ratione consuetudinis generalis & antiquæ, aut ratione communis inexperientiæ, quæ in alio tempore propter contrarias circunstantias essent facilia. Et consimiliter quædam sunt enormia illi, qui est perfectissimus, aut perfectissimis associatus, quæ imperfecto, & in medio peccatorum conuersanti non sunt sic enormia, vnde multi mores nostri vitiosi, essent anachoretis enormes, vel etiam mihi inter ipsos existenti tempore antiqui feruoris eorundem (chachinni enim, & tripharia, & otiositates inordinatæ, commessationes, curiosæ vagationes, & huiusmodi, in eis, aut in primis patribus nostris etiam communi omnium iudicio, tunc essent enormia: quæ nunc nobis non sunt) quædam etiam respectu paucorum sunt superflua, quæ respecta multorum sunt necessaria, & ideò aliquis vsus diues quoad paucos est sæpe parcus & pauper, seu moderatus multitudini, seu alijs alterius conditionis, vt patet. Item est attendenda circunstantia exempli, seu scandali, vt ex his, & alijs circunstantijs consideretur grauitas, vel alleuiatio peccati prædictorum in communibus transgressionibus, aut relaxa-

relaxationibus aliorum participantium, vt dictum est, & sic patet primum punctum.

Secunda conclusio. Prælati maculantur exabusionibus subditorũ, si quomodolibet sint causa illarum.

Secundum punctum est, quoad Prælatos specialiter, & quoad hoc dico primò, quod à fortiori ipsi Prælati maculantur communibus transgressionibus aliorum fratrum, cum quibus viuunt, si sunt aliquo modo de prædictis in causa commissiue, seu omissiue. Ratio est, quia ratione officij Prælationis tenentur specialiter præ alijs pugnare pro veritate vitæ, & doctrinæ, & defendere regulam, & ius diuinum à transgressionibus aliorum propter honorem Dei; insuper quia sunt pastores habentes curam animarũ, ideò specialiter tenentur pascere gregẽ. Ita quòd nullo modo sint in causa, etiam omissiua damni spiritualis eorũ, alioquin ipsis Prælatis specialiter imputabitur, vt dictum est: ergo patet ex dictis, quod quamuis Prælati possint licitè, & debeant aliquando permittere, & dissimulare aliqua mala minora, & specialia in subditis non prohibendo aut corrigendo ea vllo modo, & hoc ex causa rationabili, scilicet propter cauendum maius malum ipsorum, seu aliorum probabiliter imminẽs ex tali prohibitione, seu correctione infructuosa, si fieri attentaretur, vt latius de hoc habetur in materia de correctione fraterna & iudiciali, & Gabriel in canone lectione 74. & 75. agit, & tractatur communiter à Doctoribus. Tamen nullo modo potest Prælatus dare licentiam saltem directe ad prædictas, seu alias qualcumque abusiones, seu transgressiones, seu peccata quæcumque: quia sic cooperaretur culpabiliter peccatis aliorũ cũ ipsique macularetur in esse. Immo specialiter tenetur esse diligens ad obuiandũ prædictis peccatis & abusionibus, quibuscumque omni modo sibi possibili licito & honesto, vt dictum est, & ad hoc faciunt authoritates Bonauent. & sancti Bernardini suprapositæ in 1. puncto præcedenti, ibi videantur.

†Tertia conclusio. Prælati qui accipiũt curam subditorum deformate viuentium peccãt mortaliter, si non intendunt illos reformare.

† Secundò dico, quòd in casu, quo iam communiter viuere-tur alicubi deformate in continua regulæ transgressione mortali, tunc acceptantes Prælationes sibi etiam per obedientiam iniunctas peccant mortaliter, & peccatis subditorum inuoluũtur, si non intendunt verè, & efficaciter aliter viuere, quàm ab illis deformatis communiter viuitur, & ita se habere in Prælatura, quòd nullo modo sint in causa, seu participent in trãsgressionibus communibus aliorum.

Ratio huius est, Nam qui accipit officium, vbi communiter peccatur, nõ intẽdens verè & efficaciter mutare modũ, semper

peccat

peccat acceptando & permanendo in officio, quia tenetur vitare peccatum præcipuè mortale, & officium seu statum, vbi cõmuniter mortaliter peccatur, secundũ communem doctrinam Doctorũ super illud Ioan. 21. *Vado piscari, &c.* Vbi dicũt, quòd officium piscationis, quod cõmuniter tunc peccato potest exerceri licitè resumptum est ab Apostolis, non autẽ officium theoloneacij, quia communiter non licitè exercetur. ergo vbi cõmunis modus viuendi est in continua regulæ transgressione mortali, peccat mortaliter acceptans officiũ regiminis, nisi vt dictũ est, intẽdit efficaciter aliter viuere, &c. Itẽ quia assumens statũ, vbi est probabile periculum ad mortale, peccat mortaliter, quia Eccles 3. *Qui amat periculũ peribit in illo,* quia & agit contra charitatem, quam tenetur ad se habere (vt communiter Doctores in hoc conueniunt) sed in huiusmodi Prælatione in tali casu est tam grande periculum (vt patet) quòd si ab aliquo talium Prælatorum viuentium deformate cum subditis quæratur, vtrum vellet mori in tali statu, seu durante sua Prælatione respoderet, si non desiperet, sicut & alij sibi prouidentes verè ex animo loquentes semper responderunt, quòd nullo modo, quomodò ergo tute viuere possunt in eo statu, in quo mori timent? Ergo dictante conscientia etiam ipsorum sunt in statu damnationis, vt dictum est. nisi videatur probabiliter, quòd possunt, & efficaciter intendant ipsi debitè & licitè differenter ab alijs deformatis viuere, & agere sic, quòd nullo modo commissiuè, seu omissiuè sint in causa transgressionum mortalium aliorum, vt dictum est. Idcò ait Eccles. 7. *Noli fieri iudex, nisi virtute valeas aliorum irrumpere iniquitates.* Et à fortiori grauius peccant sine vlla excusatione illi, qui in casu prædicto ambiũt Prælationes, quomodocumque directè vel indirectè, & hoc est adeò clarum, vt nulla indigeat probatione, neque authoritatum allegatione, cũ omnes Doctores vniformiter id clament: ergo patet responsio ad quæstionem.

Joan. 21.

Eccles. 3.

Eccles. 7.

Quòd si contra hoc vltimum, scilicet, quoad acceptantes Prælationes in casu prædicto arguatur, quòd in tab. Capituli Generalis Basileæ anno Domini 1472. celebrati, vt habetur in tab. 10. Vicarij Generalis, habetur sic, *Declaratur, quòd canonice electus, & officiũ Prælationis pertinaciter renuens, nisi causam legitimã reddiderit suo Prælato licet occultam, censetur simpliciter, & absolute inobediens, & ideò, puniendus ad arbitrium sui Prælati cum consilio discretorum.* Hæc ibi, Ex quo videtur, quòd tenetur acceptare, & quòd

Primum argumentum.

obedientia

obedientiam excusat cum à peccato, quamuis is, qui se intromittit, seu ambit officium Prælationis, non excusetur vllo modo, sicut & communiter Doctores dicunt, quod officium confessionis exercens ex obedientia excusatur à culpa ignorantiæ, vbi non excusaretur, si se ingessisset. Ex expresse dicunt Richard. in 3. quodlib. q. 21. & D. Thomas, quod Prælationis officium tutius declinatur, non tamen pertinaciter, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur, vel quando ad id per obedientiam cogitur quis, & facit, cap. *Cum primùm de renunciatione*. Alioqui ordo periret, quia tunc essent vt oues sine pastore.

Secundũ argumentum. Item secundò agitur ad idem, quia propter maius malum euitandum, minus malum est permittendum. Sed maius *malum* est ordinem carere Prælatis aut fratribus, quàm eos deformate viuere condescendendo cum subditis, ne tota religio pereat, vt patet. Nam certè, si Prælati stringere vellent subditos ad puram debitamque regulæ obseruantiam, & vitam reformatam, iam omnes ferè fratres apostatarent, vel saltem essent male cõtenti in continua murmuratione, & pœnitẽtia professionis suæ: ergo potius permittendum est Prælatos cum subditis sic viuere ad totius ordinis conseruationem, quàm, &c.

Ad primũ argumentũ. Respondeo ad primum, quòd intelliguntur omnia ibi adducta in casu, quando scilicet alicui præcipitur, & imponitur Prælatura, & putat probabiliter, vel saltem arbitratur se posse regulariter viuere, & agere sine peccato, quia tunc tenetur deponere conscientiam oppositam, seu dubium, si habet, & stare iudicio Prælatorũ, & obedire, & acceptare Prælaturam, & velle seu intẽdere viuere regulariter, & agere effectiue, vt tenetur, vt regulariter sine mortali viuatur, ideoque si vel de probabiliter cognoscit, quòd vel ex sua infirmitate animi, vel ex pagnata communiter deformate viuentium, non potest viuere, & agere, nisi deformate cum subditis, tunc non tenetur obedire contra animam præcipientibus, non tenetur in hoc eis obedire, dummodo causam suæ resistentiæ, seu impossibilitatis, aut probabilitatis prædictæ exponat suo superiori, vt habetur in tab. Vicarij Generalis Basiliensis, & tandem in dubijs stet iudicio superioris, vt dictum est supra q. 2. in 3. puncto.

Quod si talis frater iam videt se posse regulariter viuere, etsi vellet in brachio virtutis cum gratia Dei iuuante, viriliter agere, seu si superior iudicet causam non esse legitimam ad resistẽ-

dam

cui obedientiæ imponēti officium Prælationis, tunc tenetur acceptare Prælaturam iniunctam per obedientiam, & habere intentionem efficacem regulariter viuendi & agendi, vt dictū est, quòd si non habet præfatam intentionem, peccat sine tali intentione acceptando, vt dictum est. Peccat etiam contra obedientiam Prælati superioris, si non acceptat cum præfata intentione efficaci, quia ad id tenetur. Neque est perplexus simpliciter, sed ex culpa sua, quia scilicet, vel non vult humiliter obedire cum debita dispositione acceptando Prælaturam, vt tenetur, vel quia indebite, vel cū indebita dispositione acceptat, vt patet ex dictis.

Obedientia autem solùm excusat eum, qui non se intromittit in his leuissima culpa ignorantiæ, seu negligentiæ, seu fragilitatis coram Deo, non autem à dolo, nec à lata culpa, nec à peccatis voluntariis vt latè de his Summistæ, præcipuè Syluest. tit. *Culpa* §. 1. & tit. *Confessio* 3. secundum communiter Doctores tractantes. Et debet scilicet, quando electus tenetur acceptare Prælaturam, vel refugere, latiùs Syluest. tit. *Electio* 1. q. 18. & 19 obviet qui volet.

Ad secundū respondeo ad maiorem scilicet, ex duobus malis minus est eligendum. Dico secūdum Hadrian. 2. quodlib. quòd est vera solùm de malo quocumque pœnæ, seu etiam culpæ, quòd & quando potest bene seu inculpabiliter fieri, seu permitti, cum enim tale minus malum ex se non est malum culpabile, seu imputabile ipsi facienti, seu permittenti, pro tunc ex causa vitandi aliud maius malum, ex quo, vt supponitur, non male, nec culpabiliter fit, aut permittitur, aliàs falsa esset illa maior de malo culpæ, quod pro tunc non posset inculpabiliter fieri. Nam nullo modo est peccandum, aut malefaciēdum propter quemcumque eorum, quia implicaretur contradictio cōtra legem Christi, & contra rationem, vt latiùs tractatur communiter à Doctoribus, & ab Hadr. in quodl. neq; vllo modo ex se peccatum quod nō potest inculpabiliter fieri, potest habere ordinem ad vllū bonū spirituale, vel temporale commune, vel particulare, quamuis Deus ex sua omnipotenti bonitate ex peccatis peccatoribus eliciat bona, vt de hoc latiùs B. Thomas 1. part. Summæ q. 19. ar. 9 & q. 22. ar. 2. Et Hadr. in 12. quodlib. & communiter Doctores in diuersis locis tractant: ergo illa maior cōcedatur ad illum sensum supradictū. Ad minorem autem vno modo dico concedendo eam, sed negatur consequentia, quia ex

Ad secundum argumentum.

quo viuere deformate est viuere culpabiliter, quòd non potest bene fieri: ergo ex nulla causa, etiam pro vitando maiori malo quocunque debet fieri à quocunque, vt patet ex dictis. Alio etiam modo respondeo ad ipsum minorem eam simpliciter negando, nam viuere deformate condescendendo subditis deformate viuere volentibus non est medium aptum, neque conducens ad manu tenentiam ordinis, seu religionis; imò est potius medium ad ipsius destructionem. Nam certè, si Prælati inuigilent, & adiuuent ad regulæ obseruantiam, atque ad hoc insurgant in manu potenti, & brachio extento pro viribus laborando, postposito honore, & timore mundi propter Dei honorem, iam cum Dei adiutorio præualebunt in ordinis manu tenentia, & regulari obseruantia multiplicanda. Impium enim est dicere, quòd si lex Christi, eiusq; consilia Euãgelica in regula promissa debite seruentur, ordo peribit, aut quod Deus relinquet; cùm potiùs propter transgressiones communes Deo permittente religiones ipsæ numero & merito (experientia teste) perire videantur, vnde Prouerb. 11. *In bonis iustorum exaltatur ciuitas, &c.* & è contra Prouerb. 29. *Pestilentes dissipant, &c.* vt de his latiùs Hadr. in 12. quodlib. & in post quodlibetic. & melius certè foret iniquos aliquos à religione apostatare, qui in suo malo contra vitam regularem sunt obstinati, quàm quòd propter eos communiter viuatur deformate, ita quòd cum ipsis multi alij, etiam in infernum trahantur, vt de hoc latiùs diximus supra in introductione quæst. 3. & supra cap. 2. quæstione 21. ibi videatur, & de hoc, & cum prædictis omnibus concordat, & bene Enchiridion fratrum Minorum in decisionibus dubiorum dubio 14. sicque patet responsio, & plena declaratio quæstionis.

Prouer. 11. & 29.

Quoad id (*Moneo verò, & exhortor, &c.*) *& non curent nescientes literas, &c.*

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

Quæritur, an liceat nobis incumbere studio literarum, & quomodò; & quomodò sit habendus spiritus Domini, & eius sancta operatio, & cauendum à vitijs, instandumque orationi & virtutibus?

RESpondeo per tria puncta, Quorum primum est, Nullo iure prohibitum est; immò & licitum, & meritorium est fratribus Minoribus clericis incumbere studio literarum, non autem laicis. Probatur primum quoad clericos, quòd non sit prohibitum, patet quia non iure naturali aut diuino, neque Ecclesiastico, vt patet. Neque per regulam hic prohibetur, quia virtute regulæ nullum obligatorium est, in hoc 10. cap. ab illo loco (*Monco verò, & exhortor, &c.*) quia Clem. V. non computauit inter obligatoria, sicque illud, quod sequitur, scilicet (*Et nõ curent nescientes literas, &c.*) nõ est obligatoriũ ex vi regulæ. Quòd autem sit licitum, & meritorium patet, si fiat propter Deum, sicut & alia licita ex se, & cum debitis circũstantijs. Maximè quia studiũ literarũ præcipuè conuenit nobis, qui per cõfessiones, & prædicationes instamus saluti proximorũ, ergo. Et id prædictum expresse est D. Nicol. III. in sua declaratione, *Exiit art. 2. & 5. decens*, quòd studium literarum nobis valde conuenit: & Martinus V. in suis constitut. cap. 10. concordans, & suadens ad studium literarum, ait, *Quòd scientia est donum Dei, armatura ordinis, lumen veritatis, & lux in tenebris ambulantium*, & Bonauentura in q. 3 super regulam ad idem dicit, quòd valet ad veritatem, & sanctitatem habẽdam, vbi pulchrè de hoc agit. Qui quidem in epistola ad magistrum innominatũ, & in cap. 10. super regulam, & in 9 cap. ait, quòd intentio B. P. nostri Francisci fuit, vt fratres studerent, vt debito modo verba examinata in prædicationibus proferrent. Nam ex quo nobis ex regula nostra, seu ratione nostræ professionis, magis seu specialius conuenit prædicare, quàm cæteris alijs, cum in nostra regula cap. 9.

Prima conclusio.

Nullo iure neq; per regulam prohibitum est fratribus Minoribus clericis studio literarũ incumbere.

ſpecialis tractatus de prædicando cõtineatur, id quod vix apud regulas aliorum religioſorum habetur, inde nimirum conuenit nobis præ cæteris ſtudio literarum incumbere. Neque enim prædicare debemus ad nutum verba occurrentia, aut parui momenti, aut leuia, ſeu non examinata verba. Et cum prædictis etiam expreſsè concordat Hugo 10. & 6. cap. dicens cum Bonauent. vbi ſupra, *Quos enim magis decet Euangelium docere, ſiue docendi Euangelium authoritatem quæ in magiſterio datur habere, quam fratres Minores, qui Euangelium ipſum profitentur, ac ſeruant? Neque enim ſeraphicus pater ſenes elementarios in ordine cõmendat, neque reprehendit, aut diſſuaſit vnquam ſtudium literarum, niſi propter hoc a neceſſarijs declinet vita ſtudentium, immò & deuote ſtudentem ſacræ promouent literæ ad virtutem.* Hæc ille. Quod ergo hic ait regula (*Et non curent neſcientes literas diſcere, &c.*) intelligitur de laicis, vt aiant communiter omnes expoſitores. Nam Bonauent. & Hug. cap. 10. dicunt, quòd hic clericis non prohibetur diſcere literas, ſed regula curioſitatem prohibet laicorum, vult enim hic regula (vt etiam idem Bonauent. iterum ait in præfata epiſtola ad magiſtrũ innominatũ) quòd iuxta Apoſtolum 1. Cor. 7. *In qua vocatione quis vocatus eſt permaneat*, vt ſcilicet ad clericatũ delaicatu nullus aſcendat, nec vult, quod clerici fiant laici ſtudium recuſando. Hæc ille. Et concordat expreſsè Barthol. Piſan. & Seren. conſcien. q. 15. & expoſ. ſanctorum Patrum, & expoſ. ſine tit. cap. 10. quod ſcilicet hoc intelligitur de laicis, quòd non curent, id eſt, non præſumant diſcere literas vltra eorum vocationem, & inſuper, vt dixi, adhuc quoad ipſos laicos non eſt ſpeciale obligatorium ex vi regulæ, ſed monitio eſt ipſis facta ex regula. Quo non obſtanti dico, quòd alio iure ſcilicet Eccleſiaſtico fratri dato in iure diuino ſupradicto 1. Corinth. 7. cap. *In qua vocatione quis vocatus eſt permaneat*, prohibitum eſt laicis incumbere ſtudio literarum, & aſcendere de laicatu ad clericatum, vt patet per multa ſtatuta ordinis, & Papalia hoc illis prohibentia ſub præcepto, vt de hoc latius poteſt videri in compendio, titulo *Laici fratres*; & ſic intelligantur omnia dicta Doctorum vbi ſupra, dicentium quod laicis regula prohibet, id eſt, quod monet cauendum eſſe ſtudium literarum, & aſcenſum ad clericatum, tanquàm alio iure prohibitum, vt dictum eſt, quia vt dixi, ex vi regulæ non computatur hoc inter obligatoria, vt patet per Clem. V. Quod autem de clericis hoc intelligatur,

a. *Ad Cor.* 7.

Studium literarum ſolũ diſſuadetur laicis in regula iuxta veriorem expoſitionẽ.

(vt

(vt aliqui expositores etiam intelligunt)tunc solùm est dissuasio à studio literarum ex vi regulæ,ad hunc sensum,ne scilicet fratres præcipuè intendant studio literarum relicto spiritu Domini,deuotione & oratione,cum alijs ad religiosam vitam pertinentibus,quæ maximè debent amplecti, & potius quàm studium literarum,quia potiùs conueniunt vitæ religiosæ,& professioni humili,præsertim fratrum Minorum, quàm studium literarum,vt de hoc latiùs,& pulchre Gerson,in quadam epistola responsiua,ad quendam fratrem Carthusien.Item in 3.part. summ.alphab.18.litera O.alphab.19.litera E.alphab.77. litera X.de hoc latè,& concordat Bonauent.& Hug. vbi supra dicẽtes. *Neque B. P. Franciscus reprehendit,aut dissuadet studium literarũ, nisi propter hoc à necessarijs declinet vita seruentium*,& expos.sanctorum Patrum id etiam innuit, & cõcordant querimoniæ propositæ in Concilio Constan. quando fuit separata obseruantia à conuentualibus,vt habetur ff.17.vbi sic habetur. *Item hic noster ordo fundatur in innocentissima simplicitate, ac per hoc debet fugere curiosa studia paganicanis,continuata & solicita verba duplicia, seu curiosa, seu inaudita,vulpinasque dissimulationes, & huiusmodi, quia nostra religio magis ordinatur ad spiritum Domini acquirendum & bene operandum,& credendum,& ad humilitatem,& patientiam,cæteraque virtutes,quàm ad exercendum in sapientia sæculi, & sophismatibus,vt expressè cap 10.dicitur,& non curent nescientes literas,&c.Non autem post nouitiatũ statim ad scientiam aspicere, deinde ad gradus Doctoris,vel magistery, & prædicatoris ascendere conari, exindeque iam non sequi communitatem,nec chorum,sed potiùs habere sectos professionibus,& tanquàm domini cæterorum reputari, omissoque iugo obedientiæ se solos sine Prælato & superiore , sine duce mala libertate liberos reputare:vnde fit,quòd quia quod prius est dimittitur, id est spiritus Domini, & quod posterius est,accipitur , scilicet sapientia sæculi,ideo omnia confundantur , sicque terra sursum,cælum deorsum habeat. Magis enim iam fratres delectantur in vno argumento Aristotelis,vel in vno sophismate Buridam, quàm in tota vita Christi , vel S. Francisci. Immo & si quis allegaret aliquando vitam B.patris Francisci non multum curiosus euaderet vnde fit,quòd iam nostri Doctores & Prædicatores sint sæpe magis curiosi & inflati,quàm sæculares . Hæc ibi.* Propter prædicta ergo dissuasit studium tale literarum talibus fratribus,ne scilicet sic studerent relicto spiritu Domini, & non tamen simpliciter dissuasit,sed potius voluit, quòd fratres debitè & religiosè studerent,vt dictum est. Immò tenen-

tur clerici incumbere ſtudio literarum debitè & religioſè, quãdo hoc eis à Prælatis præcipitur, vt expreſsè dicunt Bonauent. & Hug. 10. cap. & Ioan. de Pechano in Seren. conſcient. quæſt. 15. &c.

Dubium. Si quæras, ſi B.P.N. Franciſcus volebat fratres ſuos clericos incumbere ſtudio literarum debite tamen, & religioſè ſeruato ſpiritu Domini, & oratione, &c. quare ergo non induxit nos ſpecialiter ad tale ſtudium religioſum, ſicut ſpecialiter, & expreſsè diſſuaſit ſtudium literarum irreligioſe ſumptum? *Reſponſio.* Reſpondeo ſecundum expoſ. ſine tit. 10. cap. quod ideo non ſuaſit expreſsè, quia ſcilicet iam videbat nos ſatis ad id inductos ex naturali appetitu, ſeu affectione, ſeu inclinatione ſciendi, & ex ſtatu noſtro abſtracto à mundi conuerſatione, & ſolicitudine, & vtili exercitio (qualia ſupponebat eſſe debere) & ex officio prædicandi ex ipſa regula 9. cap. aliqualiter introducto, ad ipſas literas nos ordinatos debite ſupponebat, & ne putaremus in chartis, & literis principale fontaleque lumen ſtudium, & magiſterium eſſe ſapientiæ ſpiritualis, ſed potiùs contra prius eſſe ſtudium ſpiritus, deinde literarum iuxta illud *Pſal. 118.* *Bonitatem & diſciplinam* (& poſtremo) *ſcientiam doce me*, iuxta illud Lucæ 8. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Dei*, &c. vt habetur in authore conformitatum. Ideò enim ſuffecit ptius retrahendo ab immoderato, irreligioſoque ſtudio literarum, ſtatim modo, quo potiſsime eſt ſtudio iam ex dictis cauſis propoſito incumbendum tradere, dicens, *Sed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini*. Super omnia inquit, non autem ipſum ſolum relictis omnibus alijs, ſed literarum ſtudium temperatum quidem, ac ſubiectum ſpiritui Domini, & deuotioni, &c. vt omnia etiam ſtudium ipſum ſpiritui Domini, & vitæ religioſæ ſubſeruiant, vt proximè dicetur in ſecundo puncto. De doctrinis autem tenendis, ſuſtentandis, & prædicandis, latiùs ſupra cap. 9. ibi videatur. De gradibus autem ſcholaſticis magiſterij, aut Doctoratus, an liceat nobis habere, & quomodò, dic quod ex regula nihil horum nobis prohibetur, vt patet, ſed ex precepto Papali prohibitum eſt ſub certis limitationibus, de quibus latiùs habetur in compendio, tit. *Gradus ſcholaſtici.*

Secundum punctum eſt, quod ex vi regulæ ſuadetur omnibus fratribus clericis & laicis, vt præcipuè conentur habere ſpiritũ Domini, & cæteras virtutes, quæ huic ſubſequuntur, patet

quod

quod ex vi regulæ solum hoc fit de consilio, quia à Clem. V. non computatur inter obligatoria, ergo. Potest tamen in casu esse sub obligatione ex vi iuris diuini, vt patet, & sic limita expos. sanctorum Patrum cap. 10. & hoc sumitur ex Ioann. *Mittam vobis à patre spiritum veritatis, & ille docebit, & cætera,* & Ioann. 6. *Operamini cibum, qui non perit, & cætera,* vt sic potius per sapientiam experimentaliter docibiles Dei sancti nudam veritatem gustemus, & cognoscamus in spiritu Dei, potiusquàm in littera, quæ occidit in cortice siue medulla spiritus. Et vt præfatus spiritus Domini habeatur, datur subsequenter consilium de optima dispositione, & medio ad illum obtinendum & conseruandum, scilicet quod sanctam operationem, & oratio nem, & cæteras virtutes ibi consequenter positas habeamus, ideò dicitur (*Et sanctam eius operationem*) *& orare ad Deum puro corde*, &c. vbi notandum secundum expos. sine tit. cap. 10. quòd in regula ter agitur de oratione. Primò quidem supra 3. cap. vt ibi ostendatur, quòd in ea est primatus diuini cultus. Secundò in 5. cap. vt ostendatur, quòd in ea est primatus obsequij virtualis. Tertiò in hoc 10. cap. vt innuatur, quod in ea est etiam primatus exercitij sapientialis studij literarum viuarum & proficuarum, seu Christianarum, quia vt habetur Iacob. 1. *Si quis indiget sapientia, postulet à Domino, &c.* Ideò hic adscribitur ei primatus omnis studij & desiderij, quia per ipsam, & in ipsa intimè, & sapidissimè tenetur, gustatur, & cernitur summum bonum. Hæc ibi. Insuper notandum secundum Bonauent. quòd semper orare stat tripliciter. Primò modo est horas canonicas debitè quotidie dicere, & hoc pertinet ad 3. cap. Nam hy *Semper*, capitur pro tempore apto, vt ait Lyra super illud Actuum 10. *Et deprecans Dominum semper*, & super illud cap. 19. *Ecce enim orat*. Secundò modo semper orare est spiritū deuotionis semper inuiolabiliter obseruare inter quascunque occupationes, gemitibus, & suspirijs ad Deum clamare, spiritumque eleuare, & ad hoc nos imperceptibiliter regula manuducit, supra 5. cap. Tertiò modo semper orare est semper bene agere, vnde refert Barthol. Pis. cap. 10. & in Seren. conscien. q. 96. quòd frater Aegidius dicebat, quod orare est voluntatem sui Prælati debitè facere, non enim cessat orare, qui non cessat bene operari, vt ait gloss. super illud, *Oportet semper orare sine intermissione, &c.*

Ioan. 6.

Act. 10. & 19.

Tertium punctū est, quod ex vi regulæ solū est admonitio,

vt vitemus,& caueamus ab omni ſuperbia, & peccatis ibi expreſsis,patet ex dictis;ſed ex iure diuino eſt obligatorium: aliquando ſub mortali,aliquando ſub veniali peccato, & hoc patet:ſed quoad illud peccatū detractionis,& murmurationis ſpecialiter,notandum ſecundum Nicol. Lyram ſuper Leuit. cap. 9.ibi,*Omnis anima peribit,&c.* quòd detractor eſt, qui dicit aliquid vt minus de aliquo habeatur. Maleuolus eſt, qui tacendo innuit,vt inde peius ſuſpicemur. Reprehenſor eſt, qui nimis exaggerat,vt grauius credatur. Suſurro qui in aure loquitur quaſi ex charitate moueatur. Bilinguis qui de aliquo aliquid de præſenti,aliud de abſenti loquitur,vel qui vni quidem vnū, alteri autem aliud. Adulator qui præſentem etiam de malo cōmendat,vt ei præ alijs placeat. A Emulator qui iuxta malum alterius bona propria fingit,atque demonſtrat, vt alterius fama vilescat. Murmurator qui malum ſeminat, vt omnibus clareſcat. Maledicus qui verba mala recitat,vt turba excitetur. Simulator,qui aliorum mala exaggerat,vt ipſe iuſtus putetur. Diffamator qui ex relatione malorum apparentum verba bona obnubilat,vt innocens condemnetur. Mendoſus qui de alio ſcienter verba falſa refert. Hæc ille. Sed ſæpe vocabula detractionis & murmurationis,pro eodem accipiuntur & confunduntur,de quibus omnibus latiùs in diuerſis locis tractatur à Doctoribus, & nos vt potuimus omnia ferè compegimus in quodam tractatulo de detractione,ibi videre poteſt qui voluerit.

Nota.



QVOD

QVOD FRATRES NON INGREdiantur Monasteria Monacharum.

CAPVT VNDECIMVM.

Recipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum, & ne ingrediantur Monasteria Monacharum, præter illos, quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur, &c.

GLOSSA.

QVoad hoc 11. cap. notandum, quod prædicta verba sumũtur ex Euangelio, nam illud, Ne *habeant suspecta consortia*, & sumitur ex Matth. 5. *Si quis viderit mulierem ad concupiscendũ*, & Matth. 6. *Si oculus tuus scandalizat te*, &c. & ex 1. Corinth. 15. Corrum- *Matth. 5. & 6.* *1. Cor. 15.*

In hoc capite sunt tria præcepta obligatoria ex vi regulæ.

Corrumpunt bonos mores colloquia prauа, &c. Notandum secundò, quod omnia in hoc 11.cap. tradita, sunt ad castitatis perfectam obseruantiam, vt omnis occasio contra castitatem omnino tollatur, vt patebit infra quæst. 1. Notandum tertiò, quòd omnia contenta in hoc capite sunt obligatoria ex vi regulæ, hic enim sunt tria obligatoria, seu præcepta principalia ex vi regulæ. Quorum primum est de non habendis suspectis consortijs, vel consilijs mulierum. Secundum est de non ingrediendo Monasteria Monacharum præter illos quibus, &c. Tertium est, quòd non simus compatres virorum, vel mulierum, quia in omnibus istis copulatiue adiunctis supponitur illud verbum præcipio, & in hoc cõcordant omnes expositiones Doctorum, & declarationes Pontificales, vt patet etiam ex dictis supra cap. 1. quæst. 1.

Ideò pro maiori horũ declaratione ponuntur quatuor quæstiones subsequentes.

Quoad id, *Præcipio firmiter fratribus vniuersis. Ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum, &c.*

QVÆSTIO I.

Quæritur, quæ aut qualia consortia, seu consilia mulierum, aut aliarum personarum nos fratres Minores ex vi regulæ specialiter vitare teneamur?

Prima conclusio. Ex vi regulæ tenemur vitare consortia, &c. quamuis lic-

REspondeo per duo puncta, quorum primũ est, Ex vi regulæ in hoc 11.cap. specialiter nobis prohibetur omne suspectum consortiũ, cuiuscumque personæ, quod excitat enormis tentationis stimulum in nobis, vel quod crimini præstat fomentum, vel quod probabiliter potest apud alium seu alios scandalum de impudicitia generare. Similiter omne suspectum colloquium cum quacunque persona, quod ordinatur ad carnis

immun-

immũditiam quamcumque, vel quod probabiliter potest huius rei scandalum, seu suspitionem apud alium, seu alios generare. Hoc probatur authoritate Bonauent. cap. 11. qui expresse sic ad literam hoc dicit, & ratio eius est, quia sicut dominus prohibendo mœchiam prohibet non solum minorem lapsum, qui est fornicatio, sed & omnem maiorem turpitudinem, qua corpus seminaliter inquinatur: sic & in proposito B. P. Franc. hic prohibendo suspecta consortia, vel consilia mulierum, prohibet à fortiori consortia & consilia, quæcumque etiam virorum quorumcumque suspecta, quomodocumque de immunditia contra castitatem, vt dictum est. Sed hoc non obstanti videtur sub humili correctione verè probabiliter posse dici, quod per votum castitatis tenemur quidem vitare omnem impudicitiam carnalem corde, ore, opere, quomodocumque contractam, seu contrahendam, & per consequens omnem impudicitiam aspectus contactus, seu tactus, affatus, & cogitatus carnalis cuiuscumque, & ad hæc tenemur directius, & principalius ex vi voti castitatis. Indirecte autẽ etiam ex vi ipsius voti castitatis tenemur vitare omnes occasiones proquinquas ad immũditiam, seu contra castitatem supradictam: & per consequens indirecte ex vi voti castitatis tenemur vitare suspecta consortia, vel consilia quarumcumq; personarum, ex quibus prouenit in nobis probabiliter occasio ad immunditiam, seu contra castitatem, peccandi corde, ore, opere, vt dictum est. Suspecta autẽ consortia, vel consilia mulierum, seu aliarum personarum, quæ probabiliter possunt huius immunditiæ carnalis scandalum, seu suspicionem apud alium, seu alios tantum generare contra nos, non tenemur vitare ex vi voti castitatis, ex quo vt supponitur, in nobis nulla immunditia cõtra castitatem prouenit. Sed tenemur ea vitare ex iure diuino, seu naturali, quo tenemur proximum non scandalizare, & nostræ famæ prouidere, & nostratres Minores insuper ex vi huius præcepti regulæ tenemur ad id, scilicet, ne habeamus talia suspecta cõsortia, vel cõsilia mulierum, aut quarumcumq; personarum, ex quibus alij intrà, vel extra ordinem scandalizentur, aut suspicẽtur de immũditia carnali contra castitatẽ in nobis fieri: quamuis in rei veritate nulla immunditia carnalis contra castitatẽ in nobis sit, aut proueniat probabiliter ex talibus consortijs, aut consilijs, sed solùm suspicio, aut scandalum aliorum, & hoc est, quòd hic specialiter ex vi regulæ prohibetur, vbi dicitur (*Nec habeant suspecta consilia, vel*

liter ad impedien-dũ prouocand, vel scanda-lum gentã tis.

Sententia autoris.

consorta

consortia mulierum) scilicet taliter, quòd ex ipsis probabiliter alij possint suspicari, aut scandalizari de nostra immunditia carnali, vt dictum est. Aliæ autem immunditiæ carnales corde, ore, opere, & occasiones propinquæ ad tales immunditias, non prohibentur directè vel indirectè, vt dictum est. Et cum his a me humiliter sub correctione dictis videtur concordare doctor innominatus in sua expositione fine tit. cap. 10. & in suo tractat. de paupertate. Et ratio videtur esse, quia B. P. Franciscus solũ videtur in toto hoc 11. cap. prouidere scandalo, quod cõtra nos posset probabiliter de immunditia contra castitatem ex nostris consortijs, aut familiaritatibus cum alijs generari, vt patet ex fine capituli, vbi dicitur. *Ne hac occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur*, maximè quia ex vi voti castitatis prohibita iam erant omnia hæc, & alia, inquantum contra castitatem vllo modo militarent, ideò non oportebat iterum hæc specialiter dumtaxat sub præcepto prohibere, ergo.

Quòd si alicui melius videtur cum Bonauent. quòd etiam hic prohibet regula prædicta consortia, aut consilia personarum, ex quibus probabile scandalum, seu suspicio de immunditia contra castitatem, aut occasio propinqua ad talem immũditiam oritur, teneat, quod placuerit, & vnusquisque in suo sensu abũdet, dummodò hoc constet, quod & communiter tenent Doctores nostri ordinis, quòd scilicet ex vi regulæ tenemur vitare omnem immunditiam carnalem, & occasionem propinquam ad id, omneque consortium, aut consilium suspectum, & familiaritatem quamcumque, quarumcunque personarum, ex quibus probabiliter potest scãdalum, seu suspicio apud alium, seu alios intra, vel extra ordinem de immunditia carnali contra castitatem prouenire seu generari, quamuis nos simus omnino liberi à tali immunditia carnali corde, ore, opere, vt dictum est, quia hoc hic specialiter prohibetur. Ex quibus patet secundum Bonauent. in 2 sentent. dist. vltim. quæst. vltim. quòd votum castitatis in nostra religione est tantæ altitudinis, quòd non solum ex vi regulæ tenemur ad ipsam castitatem, sed etiam cauere tenemur à suspicionibus, & suspectis consortijs, vel consilijs mulierum, & cap. 1. suæ expositionis dicit idem Bonauent. quod etsi castitas ipsa religiosorũ nõ habeat gradus, multi tamen sunt gradus disciplinæ eius honestatem inuiolabiliter obseruandi, de quibus hic agit regula obligatorie nobis imponendo, vt dictum est.

Secundum

Secundum punctum est, in quo cognoscetur, quando aliqua sunt suspecta consortia, vel consilia personarum probabiliter scandalizantia alios, vt dictum est?

Respondeo secundum quatuor Magistros, & Hug. & Bart. Pis. cap. 11. quòd hoc debet considerari ex pluribus, vtpotè ex genere ipsius actus, & ex circunstantijs loci, temporis, personæ, frequentiæ, & aliarum circunstantiarum contingentium probabilem circa hoc suspicionem apud alios generantium. Vnde Bonauent. cum prædictis concordans cap. 11. expressius ait exemplificando, quod suspectum consortium est nõ solùm mulieris, seu personæ suspectæ, immò & cum omni muliere, vbi locus, tempus, gestus, & aspectus, & alia laudabilia iudicia, suspicionem laudabilem non excludunt, vtpotè si iocus quæratur pro mulierũ colloquio solitarius, aut obscurus, & tempus nocturnum, vel alàs opportunum. Si gestus sit dissolutus, vtpotè ex nimia mulieris appropinquatione, vel faciei ad eam conuersione, fixis oculis manibus iunctis, & huiusmodi, quia omne tale consortium probabiliter suspectum est generaliter. Item si talia consortia, aut colloquia solitaria sint excluso aliorum auditu, licèt non visu, si fiant ex intentione sine causa pia apparẽte, maximè si sint solitariè prolongata, aut cum eadem persona sine manifesta causa, aut ratione frequentata, suspecta sunt. Nam & ad suspicionem mulierum facit ætas, & conditio personarũ. Tandem dicit, quod suspecta sunt consortia, aut colloquia prædictis circunstantijs in toto, vel in parte concurrẽtibus, vt dictum est. Insuper in Seren. conscien. q. alphab. litera O. & litera X. & in expos. sine tit. cap. 11. habetur etiam id quod Hieron. ad Nepotianum scribit, dicens, *Caueto omnes suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur ante de vita. Crebra enim munuscula, & sudariola, & fasciolas vesti applicatas, & oblatos, ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literas, atque munuscula, sanctus amor non habet*, & idem ait Barth. Pis. cap. 11. Vnde patet, vt habetur in Seren. consc. q. vbi supra, secundum Petr. Ioan. quod suspecti consortium, vel consilium mulierum non solùm per mutuam præsentiam, sed etiam in absentia multipliciter per literas, per dona per nuncios, & alia huiusmodi contrahitur sæpe, vt dictum est secundum Hieron. Item Hug. cap. 11. & Barthol. Pis. & Seren. conscien. q. 23. dicunt, quod si alicui fratri dissuadẽtur, seu prohiberur, & maximè per Prælatos colloquium, seu consilia alicuius mulieris, adde & tu, vel cuiuscumque per-

In quo dependatur, quæ sunt suspecta consortia, vel consilia personarum ad alios ad scandalũ inducentia.

familiaritas, ex hoc, quod timetur impudicitia aliqua, vt ex constitutionibus generalibus habetur, si reiterata, iam de facto se suspectum reddit. Tandem notandum, quod talia signa suspicionis supradicta, facta vno tempore: seu coram aliquibus sunt verè suspecta probabiliter, facta autem alio tempore, seu coram alijs, aut alio modo non sunt, neque possunt dici verè aut probabiliter suspecta, hoc enim pendet ex circumstantijs discrete consideratis, vt dictum est, quod vt dixi, discretorum sapientumque iudicio relinquitur rationabiliter iudicandum, & de his, & de pœna transgressorum in hoc satis habetur in constitutionibus contra & pro: ibi videatur. Ex omnibus supradictis tandem patet, quantum quotiescumque à multis in hoc peccetur, aliquando mortaliter, aliquando venialiter in familiaritatibus, & visitationibus frequentibus mulierum; etiamsi non animo malo, aut impudico fiant propter scandalum, aut suspicionem sinistram, quam alij, & maximè sæculares concipiunt contra ipsos fratres. Qui quidem sæculares omnia fieri huiusmodi cõsortia ex suo depravato animo male metiuntur. Ideoq; fratres à prædicto scandalo actiuo, & etiam passiuo infirmorum omnium sæcularium, si non cauent, fient iuris diuini pariter & regulæ transgressores, nec in hoc eos excusat culpabilis, seu notabilis sua ipsorum fratrum inaduertentia, ignorantia, incuria, seu negligentia, & multo minus pertinax quorundam contemptus scandali aliorum. Illudque prouerbium commune hic maximè est vtile & necessarium, si non casse, saltem caute viuendum est.

Et ne ingrediantur Monasteria Monacharum præter illos, quibus à sede Apostolica, &c.

QVÆSTIO II.

Quæritur de ingressu ad Monasteria Monacharum, quid sit prohibitum, quid licitum nobis quoad hæc, & quomodò?

Respon-

REspondeo per tria puncta, Quorum primum est; quoad ingressum Monasteriorũ Monacharum,& quoad hoc dico, quod ex vi regulæ nos fratres Minores tenemur nõn ingredi monasteria quarumcumque monacharum; seu sororũ etiam tertiariarum religiosarũ in congregationè viuentium inclusarum, seu non inclusarũ, nisi ad hoc habeamus licentiam specialem à sede Apostolica. Pro cuius declaratione notandum primo, quid nomine monacharum, quid nomine monasterij, quid nomine ingressus ad præfata monasteria monacharum intelligatur in proposito. Dico ergo; quod nomine monacharum hic intelliguntur omnes mulieres religiosæ cõmuniter, seu collegialiter viuentes regularem vitam canonicè professitentes, vt ait Hug. cap. 10. & sic patet, vt habetur in compendio, tit. *Ingredi clausuram* §. 17. & infra ibidem in 2. & 3. notabili, quòd nomine monialium propriè veniunt & intelliguntur tertiariæ illæ, quæ collegialiter viuunt facta professione habente vim vóti solemnis sub regula tertiariarum tanquàm verè,& propriè religiosæ secundũ declarationem Sixt. IIII. fol. 117. & similiter nomine sororum veniunt moniales, vt patet in concessione Eug. IIII. fol. 42. quamuis alicubi ipsæ tertiariæ vocentur Bizochæ, vt in Italia, seu Beatæ, vt in Hispania. Sed propriè Bizochæ, aut Beatæ dicuntur illæ mulieres, quæ non sunt propriè religiosæ, vt dictum est, sed sunt continentes, seu non coniugatæ, de quibus vulgariter dicitur Hispanè, *Toman toca por amor de Dios*, id est, accipiũt velũ, seu cooperimentum capitis lineũ, quo non vtuntur cõmuniter coniugatæ, nec aliæ puellæ, seu fœminæ sæculares solutæ. Remanẽtque in suis domibus, & facultatibus temporalibus, & olim erãt solum tertiariæ cõmuniter sub modo quodã viuendi à B. P. N. Francisco instituto. Item stylus curiæ cõmunis nõ curans de rigore nominiũ sæpe indifferenter appellat præfata collegia personarum religiosarũ monasteria, & moniales, seu sorores, modô sint ordinum monachalium primitiuæ Ecclesiæ, modò non. Itẽ idem patet ex regula sanctæ Claræ, vbi moniales sæpe sorores appellantur. Item in iure cõmuni, & bullis Pontificalibus, & in libris iuris peritorum indifferenter dicuntur moniales, seu sorores omnes mulieres propriè religiosæ collegialiter viuẽtes, &c. vt dictũ est secundũ Hug. hoc idem expressè ait Panorm. cap. *Cumq; de electione*, & cõmuniter Canonistæ in diuersis locis: ergo patet, quid nomine monialium intelligatur in proposito.

Prima conclusio.

Ex vi regulæ nobis præcipitur quòd nullus possit ingressus ad quaslibet monasteria monacharum.

Quid intelligatur nomine monacharum.

Quæ vocentur Bizochæ, aut Beatæ.

Nomine

Quid intelligatur nomine monasterij.

Nomine autem monasterij intelligitur collegium, seu communis habitatio prædictarum mulierum religiosarum, quæ dicuntur moniales ad simul habitandum & conuiuendum (vt ait Hugo) & similiter hoc vocatur cœnobium, seu collegium, seu cõgregatio monialium. Nam monasterium non facit solus domorum ambitus, sed præcipuè continua regularium personarum habitatio Ecclesiasticis maximè, seu officijs diuinis deditarum, præsertim cum oratorium est in loco, congregationem autem præfatam, duæ vel tres faciunt. Vnde à parochialibus Ecclesijs præsertim extra monasteria præfata constitutis, quibus curati præsunt, licèt in earum domibus contiguis aliquæ moniales inhabitent, non videtur quod fratres ex vi regulæ arceantur, nisi aliunde ratione suspicionis, seu scandali hoc eis prohibitum sit per regulam, aut per aliud ius. Hæc Hugo in sententia. No-

Quid intelligatur nomine ingressus ad monasteria.

mine autem ingressus ad præfata monasteria prædictarum monacharũ in proposito intelligitur ingressus ad claustra, domos, & officinas interiores earum dumtaxat. Non autem alia loca exteriora, vbi laculares communiter intrant extra clausuram, vtpotè ad cratem, loquutorium, Ecclesiam, & huiusmodi, non prohibentur nomine ingressus, vt declarat Nicol. III. artic. 9. conformiter ad Gregorium IX. in sua declaratione. De accessu autem ad alia loca exteriora præfatorum monasteriorum monacharum infra dicetur in 3. q. sequente. Nunc autem solùm agitur de prædicto ingressu.

His ergo suppositis probatur hoc primum punctum, quod scilicet præfatus ingressus ad præfata monasteria prædictarum monialium, &c. sit nobis prohibitus ex vi regulæ specialiter, quia vt patet ex dictis, sub præcepto regula prohibet generaliter sine vlla exceptione vllius monasterij, aut aliquarum monialium, & similiter Nicol. III. vbi supra, & Gregor. IX. declarat intelligendum generaliter de quarumlibet monialium cœnobijs, & similiter expositores omnes 4 Magistri Hug. Bonauent. &c. expressè dicunt. Et quamuis Innocentius IIII. in sua declaratione fol. 4. & Alex. IIII. in sua fol. 5. oppositum dixerint, seu declarauerint, standum est dictis seruandum Nicolaum, & alios Doctores, quia declaratio Innoc. IIII. & Alex. IIII. quoad hoc nil valent, & sunt reuocatæ, vt patet ex dictis supra in introductione q. 6. Ex quo patet, quod ex regula prohibitus est ingressus ad monasteria tertiariarum collegialiter viuentiũ sub regula & vita canonica professarũ: quia vt patet ex dictis.

ex

ex quo sunt verè religiosæ & moniales, seu sorores, & monaste ria dicuntur: ergo prohibitum est ex regula, sicut & ingredi ad alia monasteria aliarum monacharum: & in Capitulo Generali Antuerpiæ, id sic fuit declaratum, vt refertur in tract. dicto Clypeus sacrarum monialium conclus. 2. & in compend. tit. *Ingredi* in 2. notabili in tab. 21. Vicarij Generalis, sic declaratū habetur generaliter quoad omnes moniales, & in tab. 12. Vicarij Generalis habetur ad id Iuspor Eugen. IIII. fol. 12. & Leo X. ff. 16. id confirmat & prohibet, vt ibidē latius in cōpendio tractatur vbi supra §. 28. §. 17 & 19. &c. & quoad moniales sanctæ Clarę, & sancti Dominici specialiter sub excōmunicatione ipso facto Papæ reseruati prohibetur idem omnibus Christianis per Greg. IX. Bened. XII. & Eug. IIII. vt patet in cōpen. eodē tit. §. 2. §. 12. 13. & 15. &c. Ideò licet alij seculares, seu religiosi possint licitè intrare, & intrent cōmuniter ad monasteria monacharū quarumcumque, seu tertiariarum religiosarū nō inclusarū, nos tamen fratres Minores non possumus, quia ex regula id nobis generaliter prohibetur, vt dictum est, vt habetur etiam in compēdio vbi supra, in 2. notabili, & §. 17. & in tract. Clypeus monialium conclus. 2.

Ex vi regulæ prohibitus est ingressus ad monasteria tertiariū, licèt clausa non sint.

Ex dictis etiam patet, quod illud dictum Bonauen. cap. 11. & collectoris compendij vbi supra, in 3. notabili, vbi dicitur, quod sicut monachi non solum collegiati, verum etiam solitarij, sic & monachæ & moniales intelligēdæ sunt, non solùm collegiatæ, verum etiam inclusæ, & quæ solitariam vitam agunt, & hæ etiā sunt vitandæ, sicut collegiatæ propter maius periculum solitudinis ex tenore præcepti huius, non habeat verum, quia solùm prohibetur ingressus ad monasteria, seu cœnobia monacharū. Nunc autem sic illæ solitariæ viuentes sint propriè monachæ & religiosæ, non tamen earum habitationes sunt propriæ cœnobia aut monasteria monacharum, vt patet ex dictis: ergo, quamuis ratione scandali, aut periculi, aut suspicionis prohibeatur adire, & alio præcepto regulæ, vt in quæst. 1. præcedente habetur, non tamen prohibetur ingressus, seu accessus ad talia loca etiam interiora habitacula solitariarum ex vi huius præcepti regulæ, aut declarationum, seu prohibitionum Papalium supradictarum: quæ solùm loquuntur de cœnobijs monacharum, vt dictum est.

Sed his non obstantibus videtur, quòd quamuis hoc nō prohibeatur per prædictas prohibitiones Papales, neque excom-

municatio habeat locum in intrantibus ad loca interiora habitationum præfatarum monacharum verè religiosarum solitariè viuentium, tamen adhuc videtur saltem ex intentione huius præcepti regulæ prohibitum ad talia loca solitariarũ religiosarum intrare propter eandem rationem. Nam totum intentum B.P.N.Francisci in hoc fuit amouere scandalum & periculum, quod facilè sequi potest ex tali ingressu, seu conuersatione cũ fœminis religiosis in domibus earũ: quæ ratio etiam habet locum in domibus solitariarum religiosarum, sicut in monasteriis religiosarum in congregatione viuentium, ideò non videtur omnino securum recedere ab opinione præfati sancti Bonauent. quamuis oppositum probabiliter posset teneri stando in rigore literæ, vt dictum est. Patet etiam ex dictis, quòd non est prohibitum nobis ex vi huius præcepti regulæ, nec supradictarum per rerum declarationum, seu prohibitionum Papalium intrare ad loca interiora domorum, vbi viuunt mulieres honestæ collegialiter: quæ non sunt proprie religiosæ, neque sunt monasteria religiosarum seu monialium propriè dictarum sub regula canonicè professentium aut viuentium, quamuis sanctæ dicantur Beatæ seu Bizochæ, & ratio patet ex dictis, quia non sunt proprie monasteria monacharum, de quibus hic agitur, vt patet, quamuis ratione periculi, seu scandali suspicionis teneamur ab earum ingressu, & familiaritatibus frequentibus seu suspectis cauere iure diuino, ex vi alterius præcepti præcedentis ex vi regulæ, vt in q. 1. dictum est.

Non est prohibitum nobis per regulam intrare ad loca interiora domorum vbi viuunt mulieres honestæ collegialiter quæ non sunt proprie religiosæ, neque sunt monasteria religiosarum seu monialium propriè dictarum sub regula canonicè professentium aut viuentium, quamuis sanctæ dicantur Beatæ seu Bizochæ, quia non sunt proprie monasteria monacharum, de quibus hic agitur, vt patet, quamuis ratione periculi, seu scandali suspicionis teneamur ab earum ingressu, & familiaritatibus frequentibus seu suspectis cauere iure diuino, ex vi alterius præcepti præcedentis ex vi regulæ, vt in q. 1. dictum est.

Secunda conclusio. Licitia Papæ ad intrandum monialia debet esse specialis.

Secundum punctũ dicitur notanter pro hoc 2. pũcto, quòd nisi de licentia speciali Papæ non est licitum intrare suprædicta monasteria monacharum, nam de licentia speciali Papæ licitũ est intrare, non autem de licentia generali, quia solum concedi tur nobis intrare de licentia speciali Papę, nõ de generali licentia: generalis autem dicitur, quando non conceditur nobis specialiter fratribus Minoribus, sed omnibus generaliter Christianis, clericis aut religiosis, nulla factà mentione specialiter de nobis in aliquo, seu aliquibus casibus intrare: vt contingit in bullis, & confessionalibus communiter hoc concedi: quia virtute talis licentiæ generalis non possumus licitè intrare, quia requiritur specialis pro nobis fratribus Minoribus, seu quòd fiat specialis mentio de nobis vllo modo, aut quòd constet vllo modo Papam intendere concedere licentiã, etiam nobis fratribus Minoribus, vt dictũ est, alioquin peccaremus contra regulam.

Casus

Casus autem, in quibus per Papam concessa est nobis licentia specialis ad intrandum præfata monalteria monialium, & in quibus possumus intrare licitè secundum formam nobis taxatam in ipsis casibus, sunt septem sequentes, quorum primus est Pius II. Nicol. V. fol. 65. fol. 99. concessit, fratres Minores posse prædicare, & intrare in claustris, & alijs locis quarumcunque monialium, vbi sæculares communiter intrant de licentia suorum Prælatorum, quando mittuntur. Et notandum quod hoc solum conceditur pro fratribus, qui mittuntur à suis Prælatis ad prædicandum in prædictis locis, & sic intelligitur ly, *Prædicare & intrare*, id est, intrare ad prædicandum, & omnes Prælatorum, qui possunt dare præfatam licentiam, intelligũntur etiam Guardiani quoad suos subditos, vt supra cap. 8. quæst. 4. & quamuis collector compendij tit. *Ingredi* §. 20. & §. 28. dicat, quod quoad intrandum in claustra quarumcumque monialium ad prædicandum est iam reuocata ista concessio per Leonẽ X. ffff. 17. tamen hoc non est generaliter verum, sed solum est reuocata quoad intrandum in claustra monasterij sanctæ Clarę tantum, non autem quoad intrandum in claustra monasteriaiarum quarumcunque monialium ad prædicandũ, vt facile patet ex dicto priuilegio Leonis X. ffff. 17. Secundus casus est, Inn. c. VIII. ffff. 99. concessit, quod confessores monialium possint intrare monasteria illarum tempore pestis ad celebrandum missam, & ad audiendum confessiones illarum, quæ seruunt pestilentiatis, quia stant separatæ ab alijs: & hæc concessio est conformis regulæ ipsarum, ideò optime valet. Sed si illæ moniales seruientes pestilẽtiatis ambularent per domum cum alijs sanis, non videtur, quod haberet locum hæc concessio quoad illas, quia solum videtur hoc concedi pro illis, quæ stant separatæ ab alijs. Tertius casus est Leo X. ff. 61. concessit, quod fratres Minores vocati, rogati, aut inuitati à Prelatis localiarũ, aut Prælatis religiosis, vel visitatoribus habẽtibus curã aliquorũ monasteriorũ monialiũ quarumcumque ad hoc quod visitent prædicta monasteria, vel exerceant omnia, quæ in monasterijs sibi subiectis exercent, aut ad hoc, vt intrent cũ ipsis Prælatis siue visitatoribus ad videndum officinas, & totum monasterium interius, possint sicut possunt in monasterijs sibi subiectis, siue intra, vel extra clauturam visitando, & alia faciendo, vel cum ipsis Prælatis intrando, non obstante prohibitione suæ regulæ, vel eiusdẽ regulæ declaratione, dum

Casus in quibus fratres Minores possunt ingredi monasteria monacharum.

Secundus.

Tertius.

tamen prædicti fratres, si fuerint subditi, hoc faciant de licentia
Quartus. suorum Prælatorum. Quartus casus est, Bonifacius VIII. fol. 13. concessit, quod fratres Minores inuitati à Prælatis Ecclesiasticis possint simul cum ipsis in suis diœcesibus monasteria, & loca monialiũ cuiuslibet ordinis libere ingredi ad defunctorũ exequias celebrandas, & ad processiones generales, & prædicationes faciendas, ad confessiones infirmarũ audiendas: & notandũ quod ista concessio est reuocata per Leonẽ X. fol. 17. quoad monasteria dumtaxat sanctæ Claræ, non autem quoad alia aliarũ monialium, quamuis collector compẽdij tit. *Ingredi* §. 11. & §. 28. dicat, quod iam sit generaliter reuocata quoad omnia monasteria omnium monialium, quod non est verum, vt patet in dicto priuilegio Leonis X. ff. 17. vt supra etiam diximus in primo
Quintus. casu, quoad concessionem Pij II. Quintus casus est, Leo. X. fff. 62. concessit, quod Prælati ordinis possint dare licentiã suis subditis intrandi clausuram monasteriorum sanctæ Claræ ad faciendum sermonem de Kalenda, dum tamen intrantes sint senes, & vitæ exemplaris. Et notandum, quod nomine Prælati etiam hic intelligũtur Guardiani, vt dictum est supra in 1. casu.
Sextus. Sextus casus est Leo. 10. fff. 93. concessit, quod quando moniales sanctæ Claræ grauiter infirmãtur taliter, quod nõ possũt ad cratem venire ad audiendum missam, possit illo tempore sacerdos confessor earum, vel Prælatus superior intrare clausuram, infirmariam, & monasterium ad celebrandum, ne tales moniales maneant sine missa: dummodò sacerdos ad nulla alia loca, quàm ad altare diuertat, nec moretur, nisi tantopere, quanto indiget ad celebrandum, nec loquatur, nisi quantum est opus ad missam, vbi notandum, quod ex rigore literæ, & limitationum prædictarum non videtur, quòd Prælatus superior alligetur seruare has limitationes prædictas contentas ibi, *Dũmodò sacerdos, &c.* Sed solum alligatur alius sacerdos intrans ad prædictam missam celebrandam, quia expressè ipsi tantum sacerdoti ponuntur prædictæ limitationes (*Dummodò sacerdotes*) non autem Prælato, de quo paulò superius fecerat mentio-
Septimus. nem. Septimus casus est, vt habetur in tab. Vicarij Generalis in Capitulo Generali Laualli, anno Dñi 1505. vbi sic habetur, *Declaratur quod fratres Minores nõ possunt, nec debẽt intrare interiores officinas quorũlibet monasteriorũ monialiũ regulã prohibẽte, nisi in articulo extremæ necessitatis, scilicet si aliqua monialis moreretur, & alius cõfessor pro ea audiẽda faciliter nõ posset inueniri.* Hæc ibi. Et hoc idẽ

ait Hug. & dictat ratio, quia extrema necessitas caret lege, & est consonũ ipsi regulæ monialiũ, & dispositioni Papali, similiter in prædicto casu posset Prælatus confessor in defectum sui socij accipere alium fratrem Minorem in socium, cessante tamen fraude, quia non debet intrare solus, vt de hoc latiùs in compendio, tit. *Ingredi in 1. notabili*, ait collector, & infra in annotationibus, tit. *ingredi supra 7. casum*, contra ipsum collectorem, dicetur similiter. In omnibus alijs casibus contentis in regula ipsarum monialium, & in constitutionibus nostri ordinis non reuocatis licitum est fratri Minori secundum formam ibidem taxatam, quia sic concessit Leo X. fol. 17. Ideò videndæ sunt constitutiones generales ordinis tactæ, aut faciendæ non reuocatæ. Similiter & regula ipsarum monialium, in quibus casibus, & quomodò, & quibus talem ingressum concedat, quia sic, & non aliter licitum esset talibus ingredi, de quibus omnibus latiùs agitur in compendio, tit. *Ingredi in 1. notabili*, ibi explicantur plenius casus contenti in regula monialium sanctæ Claræ, & quomodo in aliquibus ipsorum licitum est aliquibus fratribus Minoribus ingredi, alias autem non, ibi videatur, quia prolixum est, sed vtiq; expediens & necessarium. Hucusque enim non reperiuntur alij casus concessi, in quibus licitum sit nobis intrare modo prædicto monasteria monialium. Nam omnes aliæ concessiones circa hoc nobis factæ iam sunt reuocatæ per Martinum V. fol. 36. & amplius per Leonem X. fol. 17. vt de his latiùs habetur in compẽdio, tit. *ingredi* §. 13. & §. 28. & in annotationibus super compendium tit. & §. infra habetur, ideò cum licentia, vel rũ monasterii de licentia Prælatorum quorumcumque ordinis non est licitũ nobis intrare monasteria quarumcumque monialium in alijs casibus prædictis, seu alio modo. Ideò non est licitum ingredi ad dandum velum, seu ad videndum dare, ad professionem monialium, aut audiendum professiones cum eis intus, nec ad visitandas infirmas, seu infirmas, &c. vt de his, & multis alijs latius exemplificatur in compendio, tit. *Ingredi in 1. notabili*, pro pectinea, vbi videatur, quia omnia sumpta sunt ex tractat. dicto ad typum monialium. Proinde frater Minor aliter intrans quæ cunque monasteria quarumcunque monialium cum licentia, vel sine licentia Prælatorum regulariter peccat mortaliter cõtra regulam, & prohibitiones Papales, nisi excusetur in toto, vel in parte à mortali propter ignorãtiam, inaduertentiam, aut

Omnes isti casus regulariter in prædicto casu possent confessores in defectum sui landi sunt per ea, quæ postea dicta sunt per tionibus, tit. ingredi supra 7. casum, Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de regularib. & monialibus, sic concessit Leo X. fol. 17. Ideò videndæ sunt constitutiones & per consuetudinem ordinis tactæ, aut faciendæ non reuocatæ. Similiter & regula ipsarum monialium, in quibus casibus, & quomodò, & quibus talem ingressum concedat, quia sic, & non aliter licitum esset talibus ingredi, de quibus omnibus latiùs agitur in compendio, tit. Ingredi in 1. notabili, ibi explicantur plenius casus contenti in regula monialium sanctæ Claræ, & quomodo in aliquibus ipsorum licitum est aliquibus fratribus Minoribus ingredi, alias autem non, ibi videatur, quia prolixum est, sed vtiq; expediens & necessarium. Hucusque enim non reperiuntur alij casus concessi, in quibus licitum sit nobis intrare modo prædicto monasteria monialium. Nam omnes aliæ concessiones circa hoc nobis factæ iam sunt reuocatæ per Martinum V. fol. 36. & amplius per Leonem X. fol. 17. vt de his latiùs habetur in compẽdio, tit. ingredi §. 13. & §. 28. & in annotationibus super compendium tit. & §. infra habetur, ideò cum licentia, vel rũ monasterii de licentia Prælatorum quorumcumque ordinis non est licitũ nobis intrare monasteria quarumcumque monialium in alijs casibus prædictis, seu alio modo. Ideò non est licitum ingredi ad dandum velum, seu ad videndum dare, ad professionem monialium, aut audiendum professiones cum eis intus, nec ad visitandas infirmas, seu infirmas, &c. vt de his, & multis alijs latius exemplificatur in compendio, tit. Ingredi in 1. notabili, pro pectinea, vbi videatur, quia omnia sumpta sunt ex tractat. dicto ad typum monialium. Proinde frater Minor aliter intrans quæcunque monasteria quarumcunque monialium cum licentia, vel sine licentia Prælatorum regulariter peccat mortaliter cõtra regulam, & prohibitiones Papales, nisi excusetur in toto, vel in parte à mortali propter ignorãtiam, inaduertentiam, aut

alia de causa rationabili, quod ideò dico, quia (vt bene ait collector compendij vbi supra in primo notabili in fine conformiter ad tractat. clypeum monalium) quamuis is, qui intrat clausuram præfatam monialium cum licentia sufficiente, prout in prædictis casibus dictum est, debeat exire statim finito negotio propter quod ingressus est, si tamen aliquantulum demoretur amplius, sine intentione tamen corrupta, sed ex quadam curiositate circuat officinas, seu domum, aut loquatur cum aliquibus monialibus, non propterea peccat mortaliter, nec incurrit aliquam censuram, secus si corrupta intentione faceret supradicta, quia tunc non excusaretur à mortali, nec à censuræ incursione.

Sed an Ministri Prouinciales possint in alijs casibus à prædictis concedere licentiam fratribus ad intrandum monasteria monialium sibi subiectarum dico, quòd hoc non est omnino certum, & tutius, immò & probabilius videtur quod non, sicut & probabilius videtur, quod authoritas concessa per Iulium II. fol. 72. nostris Ministris Prouincialibus super moniales sanctæ Claræ illis commissas debeat esse authoritas restricta ad casus supradictos tantum, sicut Martinus V. fol. 38. limitauit, aut limitatam debere esse in protectoribus earum decreuit, sicut & collector compendij, tit. *Ingredi in 4. notabili*, tenet, quamuis eius rationes id non probent, vt de hoc etiam nos latius agemus infra in annotationibus super compendium eo titulo videatur infra in annotationibus. Sed an sæcularibus possint Ministri Prouinciales concedere licentiam ad hoc, similiter dico, quod non est certum, & probabilius tenetur & securius, quod non nisi in casibus concessis ipsis sæcularibus per priuilegia, aut per alia indulta quæcumque nõ reuocata, vt latius habetur in cõpẽdio vbi supra in annotationibus nostris.

Post Concilium Trident. nullũ dubium remanet circa hoc, quãdo quidem loco citato, tale seu superiorũ facultatem restrinxit.

Tertium punctum tandem pro complemento huius tertiæ quæstionis quoad ingressum est, quæ sit pœna ingredientis monasteria monialium in alijs casibus non cõcessis, seu alio modo, pro quo dico primo, quod Gregor. IX. fol. 132. & amplius Eugenius IIII. fol. 42. excõmunicat ipso facto quosq; religiosos, vel sæculares intrantes monasteria sanctæ Claræ, nisi in casibus secundum formam regulæ ipsarum, & prouisionum Apostolicarum, aut constitutionum nostri ordinis super hoc concessis, & reseruat absolutionem sedi Apostolicæ, nisi in articulo mortis, & idem est de intrantibus monasteria monialium sancti

Domi-

Dominici per priuileg. Bonifacij IX. fol. 120. vt hæc omnia etiam referunt Sum. Ros. tit. *Excommunicatio* 1. *& excommunicatio* 26 & Sum. Sylvest. *Excommunicatio* 7. *casu* 51. & habetur in Speculo fol. 11. Item Iulius II. in regula monialium Conceptionis cap 9. vt habetur in compendio post tit. alphabeticos excommunicauit ipso facto omnes ingredientes, & etiam admittentes ad monasteria ipsarum monialium Conceptionis aliter quàm ibi in ipsarum regula disponitur, & nulli reseruatur hæc excommunicatio. Ex quibus patet, quod solùm moniales Conceptionis admittentes aliquos intra clausuram aliter quã in earum regula conceditur, sunt excommunicatæ. Aliæ autem moniales aliarum ordinum admittentes, non sunt excommunicatæ, quia eas Papa non excommunicat vbi supra, neque verè participant cum iam excommunicato intrante in crimine, quamuis participent in crimine cum nondum excommunicato intrante (vt de his latiùs in Ros. tit. *Excommunicatio* 1. *excommunicatione* 17 *& excommunicatio cap.* 7. §. 1. quamuis Florent. in suo *desecerunt*, vbi de interrogationibus religiosorum agit, dicat, quod omnes moniales intromittentes, seu admittentes intra clausuram etiam cum ipsis intrantibus excommunicãtur. Et notandum, quod quidam pater satis eruditus in huiusmodi dicto opinãdo, quod iam nos fratres Minores nõ ligamur illa excommunicatione Gregor. IX. nec illa Eugenij IIII. & per consequens, nec illa alia Bonifacij IX. supraposita: & ratio eius est, quia Sixt. IIII. reuocauit, & abstulit omnes censuras, & pœnas spirituales, & peccata mortalia quæcumque fratribus Minoribus imposita vltra seu præter suam ipsorũ regulam per quæcumque statuta, seu cõsuetudines, seu declarationes dicti ordinis quomodolibet, & à quibuscumq; editis, etiam per Papam cõfirmatis, ideò tenet, quòd omnia præcedẽtia ante Sixtũ IIII. non ligant nos fratres Minores ad censurã, &c. Sed certè hoc nullo modo videtur verũ, & ratio est, quia manet adhuc sub dubio, quod prædictũ priuilegiũ Sixti IIII. intelligatur reuocare, & tollere statuta, & declarationes editas per Papã, vt ipse pater vult & innuitur *in* dicto priuilegio, vt supra in introduc. q. 6. dictũ est: tamẽ adhuc nõ facit pro eo ad suũ propositũ, quia prædictũ priuilegiũ loquitur expressé, & intelligitur reuocare, & tollere constitutiones & declarationes à quibuscumq; editas, non quidẽ generaliter pro omnibus religiosis, aut Christianis, sed specialiter pro ipso nostro tantũ ordine, quod innuit præfatũ

Has pœnas vltimo reuocauit Cõcilium Vtidem. loco citato, vbi præter excommunicationem latæ sentẽtiæ deponit regulares à quibuslibet officijs, ipsosq; ad ea perpetuo inhabiles reddit. Ab his tamen censuris possunt Prouinciales nostri ordinis suos subditos absoluere in foro conscientiæ per communicationem priuilegij concessi à Pio V. Prouincialibus prædicatorum, & alterius cõcessi à Gregor. X. Abbatibus sancti Bernardi, quibus cadẽ

ja-

facultas ab-
ſoluendi cõ-
cedatur, quã
tribuit Con-
cilium Tri-
dent. Pius V.
pius ſeſſ. 24.
cap. 6. hoc
ſolo excep-
to, quod præ
dicti Miniſ-
tri non poſ-
ſunt hanc fa
cultatẽ ab-
ſoluendi de-
legare.

† *Hæc opi-*
nio poſt cõſ-
titutiones
Concilij Tri
dent. Pij V.
& Gregorij
XIII. ne-
quaquã iam
ſuſtineri po
teſt, cũ per
tales conſti-
tutiones ſint
excommuni
cati ipſo fac
to intrantes
quælibet mo
naſteria mo
nialiũ, quæ
clauſuram
ſeruant.
Dubium.

priuilegium, dicens, *Ex ſtatutis, ſeu conſuetudinibus, vel declara-*
tionibus ipſius ordinis in ipſo ordine factis, vt gloſſator colligitur
pendij, vt *Statuta ordinis*, vel potius (ipſius ordinis) id eſt, pro
ipſo tantum ordine factis quomodolibet, & à quibuſcumque,
&c. Inſuper præfatum priuilegium intelligitur cum alia limi-
tatione ibidem immediatè ſubſequenter expreſſa, ſcilicet, *Niſi*
tales eſſent caſus, vel exceſſus, qui diurnale lege, ſeu præcepto Romanæ
Eccleſiæ merito inducerent ad mortale: cum ergo ſupradictæ ex-
communicationes Gregor. IX. Eugenij IIII. Bonifacij IX. ſint
generales pro omnibus Chriſtianis, ſimiliter & prohibitiones
ipſæ de non intrando præfata monaſteria ſint per Eccleſiam ap-
probatæ & Generales: ergo non reuocantur, nec tolluntur per
prædictũ priuilegiũ Sixti IIII. Alioqui eadẽ ratione deberet
dicere idẽ pater, quod non ligamur prohibitionibus, & excõ-
municationibus Papalibus innumeris alijs generaliter, & etiam
ſpecialiter latis contra percuſſores clericorum, contra falſantes
literas Apoſtolicas, contra participãtes cum excommunicatis,
contra incendiarios, contra effractores Eccleſiarum, contra re-
ligioſos inducentes ad pœnitendum de ſepulturæ electione,
contra nos fratres Minores recipientes tempore interdicti
quaſdam perſonas non priuilegiatas, contra diſpenſantes in
quatuor votis, &c. contra ſimoniacos in ordine, cõtra nos ipſos
tranſeuntes ad aliam religionem, præſertim non mendicantium,
aut non conceſſam, contra facientes libellos famoſos, cõtra de-
tinentes apoſtatas aliorum ordinum, vel noſtri ordinis, quia hæc
omnia ſunt præter, vel vltra regulam noſtram æquè, aut ma-
gis, quã prohibitio, & excommunicatio Papalis contra intran-
tes monaſteria ſanctæ Claræ, & ſancti Dominici, vt patet. Dica-
mus ergo, quod benè manent in ſuo vigore illæ prohibitiones,
& excommunicationes omnes ſuprapoſitæ, nec ſunt reuocatæ
vllo modo per Sixtum IIII vt dictum eſt.

† Sed ſi nos fratres Minores intraremus alia monaſteria mo-
nialium à prædictis ſanctæ Claræ, ſancti Dominici, & Conce-
ptionis, quamuis peccemus mortaliter contra regulam, & con-
tra prohibitiones Papales, non tamen incurrimus nunc excõ-
municationem aliquam Papalem (vt habetur in Speculo fol.
11.) quia nulla talis nunc lata eſt, bene tamen eam incurremus,
ſi per noſtros Prælatos, aut per noſtra capita impoſita eſſet. Sed
an ſimiliter eam incurremus, ſi eſſet lata per ſtatuta ſynodalia,
ſeu per diœceſanos in ſuis ſynodis, ſicut nunc per ſtatuta Car-

dinalis

dinalis sanctæ Sabinæ, quæ extenduntur ad totum Regnum Castellæ, quæ tamen nunc fortè non valent propter nõ vsum, vt ait Caietanus in summula, tit. *Communicatio prope finem*, dicit dominus Florent. in suo *defecerunt*, vbi supra, quod sic maximè si causa turpiter agendi, seu malo animo intraremus, & videtur concordare Seren. conscien. q. 87. secus si causa boni intraremus. Sed melius, & verius dicamus, quod ex quacunque causa intremus, non incurrimus talem excommunicationem synodalem aut diœcesanam, quia sumus omnino exempti ab eis, etiam ratione delicti, seu rei de qua agitur, vt latiùs habetur in compendio, tit. *Exemptio*, & concordat summ. Ros. tit. *Missa* §. 20. sed si non essemus exempti, ratione delicti, tunc benè ligaremur illis excommunicationibus synodalibus, vt hoc etiam ait summ. Ros. tit. *Excommunicatio, in excommunicatione* 26.

QVÆSTIO III.

Quæritur de accessu ad exteriora loca monasteriorum monialium, quid sit nobis prohibitum, quid licitum quoad hoc, & quomodò?

Prima conclusio.

Iure communi prohibētur omnibus Christianis frequens conuersatio cum monialibus.

REspondeo per quinque puncta, quorum primum est, quod iure communi prohibitum est omnibus Christianis generaliter frequentatio monialium, vt patet in cap. *Manesteria de vita & honest. cler.* & cap. *Periculoso de statu regula lib. 6.* & specialiter omnibus religiosis à iure communi præfigitur modus loquendi, & conuersandi cum monialibus, vt patet 18. *q.* 2. *cap. in decima, & cap diffinimus*, & referuntur hæc in compendio priuileg. tit. *Accedere ad monasterium.*

Secundum punctum est, quod prædictus accessus ad exteriora loca monasterij monialium est specialiter nobis fratribus Minoribus prohibitus per Prælatos ordinis, & per statuta generalia, & Prouincialia, vt patet experientia, quam strictè hoc omnibus sæpe prohibent, idque etiam virtute præcepti Benedicti XII. qui districtè iniunxit nostris Ministris Prouincialibus, & Custo-

Custodibus,& Guardianis, vt studeant arcere fratres sibi subditos ab accessu ad monasteria quarumcumque monialiũ iuxta suam ipsorum regulam Beati Francisci,& Apostolica ipsius ordinis statuta infligendo pœnas,&c. vt hoc habetur in compendio,titulo *Accedere* §.5.*& tit.clausura*, vbi plenius ponitur, vt recitatum est.

Secunda cõclusio. Accessus ad exteriora loca monialiũ, non prohibitus est nobis per summũ Pontificem Nicolaum III.

Tertium punctum est,vtrùm prædictus accessus fuerit, & sit nunc nobis specialiter prohibitus per Nicolaum III. est duplex opinio,nam communiter dicitur,quod sic, & ad idem est collector compendij titulo *Accedere* §.4.*&c.* & tit. *Statuta ordinis* §.1. Alij dicunt, quod olim fuerit hoc nobis prohibitum per Nicolaum III.non tamen nunc post Sixtum IIII. qui reuocauit omnia præcepta Papalia nobis vltra regulam iniũcta, vt supra in introductione q.6.habetur.Nobis autem videtur dicendum,quod neque olim ante Sixtum IIII. neq; nunc post Sixtum IIII.fuit neque est nobis id per Nicolaũ III. prohibitũ.Ratio primi,quod scilicet ante Sixtũ IIII. non fuit prohibitũ per Nicol.III.quia Nicol.III.in sua declaratione nihil prohibuit,aut præcepit nobis specialiter,sed solũ declarauit,& statuit,quid nobis esset licitũ,aut illicitũ aliàs ex regula, vel aliàs, vt supra cap.10.q.3.in 4.puncto habetur latiùs:ergo. Ratio secũda, quod scilicet nec nunc post Sixtũ IIII.est id nobis prohibitũ per Nicol.III.quia etiamsi concederetur,quod ante Sixtũ IIII.id erat nobis prohibitũ per Nicolaũ III. tamẽ id iam esset reuocatũ per Sixtũ IIII.vt probabilius tenetur â multis, vt supra in introductione latè probatum est,ibi videatur,ergo.

Tertia conclusio. Accessus ad exteriora loca monialiũ est etiã per regulam nobis prohibitus.

Quartum punctum est,vtrùm per regulam sit nobis prohibitus præfatus accessus?Respondeo hic est duplex opinio. Prima quod non;ratio quia regula solùm facit mentionem de ingressu illum prohibendo,& ad idem est tract.10.plag.8.& 9.& Specul.fratrum Minorum fol.11.qui expressè hoc tenent cum alijs quàm plurimis sic communiter sentientibus, & Leo X. in priuileg.*Accipimus*,fol.17.idem innuit in relatione ipsius bullæ. Sed mihi saluo semper meliori iudicio videtur, quòd per regulam id est nobis prohibitum:quod probatur primò, quia secundum intentionem institutoris regulæ debet ipsa regula intelligi(vt est communis regulá Doctorum, & habet Nicolaus III.art.1.& 2.&c. Nunc autem, vt ait Bonauent. cap.10. intentio Beati patris Francisci in hac prohibitione de nõ ingrediendo monasteria monacharum, fuit amouere periculum & scanda-

scandalum, quod facile sequi posset ex conuersatione, familiaritate, seu frequentia cum monialibus, & ideò licentiam adeundi alia loca earum reseruauit sedi Apostolicæ, tale autem scandalum & periculum etiam sequi potest ex accessu, & familiaritate cum monialibus in locis exterioribus monasteriorum earum, licèt non tam facile, sicut in locis interioribus earum: ergo etiam ibi videtur prohibitus accessus; sicut & ingressus, licet multo magis ipse ingressus ad interiora loca clausuræ. Neque obstat, quod in regula explicatur solùm ingressus prohibitus, dico enim quod nomine ingressus etiam ibi includitur accessus ad quæcunq; loca monasterij monialium. Nam ingressus & accessus ad monasteria licitè accipiuntur; & per inuicem vsurpantur ad loca interiora, & exteriora monasterij, nisi vbi specialiter fit distinctio, vt ex litera elici potest, quia pater, quod nomen ingressus accipitur etiam pro accessu ad exteriora loca. Nam Hugo cap. 11. dicit ingredi ad Ecclesiam monialium, vt proximè eius verba citabuntur ad literam, & Eugen. IIII. & Nicol. V. & Pius II. Leo X. vt refertur etiam in compendio tit. *Accedere* §. 6. 7. 8. & 13. sæpe dicunt; & vocant ingredi ad Ecclesiam, & ad loca vbi sæculares communiter intrant; & ad id facit communis modus loquendi, qui vnum pro altero inuicem vsurpat dicendo ingredi ad Ecclesiam ad cratem monialium, &c. vt ait collector compendij, tit. *Ingredi in 3. notabili*, & beatus pater Franciscus parũ curabat de rigore verborũ contentus communi modo loquendi potiùs innitens sensui, quam sono verborum supposita eius intentione supradicta, vt nomine ingressus prohibuisset etiam accessum ad quæcumque loca monasteriorum monialium interiora, aut exteriora ad habendum colloquia, seu conuersationem cum monialibus. Tum ergo principaliter probatur idem, quia Hugo qui fuit antiquissimus, in principio ferè ordinis ante Nicolaum III. ait sic, *Ingressus ad monasteria monialium prohibitus per regulam, est per indulgentiam Apostolicam Gregorij IX & Nicolai, restrictus ad interiores officinas, ita quod Ecclesiam, & alia loca exteriora id certis casibus, scilicet concessis per Papam, vel per statuta ordinis ingredi possint fratres*: Hæc ille in sententia exceptis parenthesibus, ex quibus verbis videtur, quod nisi indulgentia Apostolica limitasset ingressum monasteriorum ad interiores officinas, certè regula intendebat omnia loca prohibere sub nomine ingressus, vt latiùs declarabitur in tertia probatione.

Hæc opinio authoris tãdiu sequi potest, & tutior, & communiter non reputatur, probabilius enim est accessum ad exteriora loca non esse prohibitum ex regula, sed ex mãdato Gregorij IX. & Nicol. III. vt ait fr. Manuel Rodriguez tomo 1. qq regularium, q. 45. art. 4. quæ tamen non data fuit per Sixtũ IIII. reuocata sunt, eorumque dispositioni Prælatorum ordinis commissum.

Et ad idem videtur Benedictus XII. in ſuis conſtitutionibus, vbi præcipit omnibus noſtris Prælatis, *Quòd arcere ſtudeant ſuos ſubditos ab acceſſu ad monaſteria monialiũ quarumcumque iuxta regulam B. Franciſci, & Apoſtolica ipſius ordinis ſtatuta*. Hæc ille. Et habetur in compendio, tit. *Clauſura*, vbi notanda illa verba, *Ab acceſſu ad monaſteria monialium iuxta regulam Beati Franciſci*, ex quibus videtur, quod regula Beati patris Franciſci intendebat prohibere etiam acceſſum ſub nomine ingreſſus, niſi fortè dicatur, quod ibi acceſſus vſurpatur pro ingreſſu, vt ſæpe contingit.

Tum tertiò, & efficacius probatur intentum per Gregor. IX. & Nicolaũ III. in ſuis declarationibus art. 9. vbi ſic habetur, *Nos vtique generaliter id eſſe prohibitum (ſcilicet ingreſſum) de quarumlibet cœnobijs monialium reſpondemus, & nomine monaſterij volumus clauſuram, domos & officinas interiores intelligi pro eo, quod ad alia loca, vbi homines ſæculares conueniunt, poſſunt fratres illi cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ accedere, quibus id à ſuis ſuperioribus, pro ſua fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum, exceptis ſemper prædictarum monaſterijs incluſarum, ad quæ nulli datur accedẽdi facultas ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali*. Hæc ibi ad literam. Ex quibus verbis vltimis patet, quod loquendo de acceſſu ad exteriora loca ait Papa, *Exceptis ſemper prædictarum, &* c. nam cũ Papa nil nobis prohibeat ex vi ſuæ declarationis, quod non ſit aliàs prohibitum ex regula, aut alio iure, vt ſupra in 3. puncto dictum eſt, nunc autem dicit, quod nulli datur accedendi facultas ad monaſteria incluſarum monialium, &c. & per cõſequens videtur ſupponere, & declarare id nobis ſpecialiter eſſe illicitum aliàs, & non videtur vnde aliquo iure, niſi ex noſtra regula: ergo ex regula videtur id aliàs illicitum, & prohibitum nobis ſpecialiter, cuius argumentum eſt, quod Papa ibidem, quaſi pro ratione huius prohibitionis aſſumit verba regulæ ad literam, ſcilicet, *Sine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali*, vnde videtur regulam innuere, idq; confirmatũ reliquit nobis Papa, ne ſcilicet liceat nobis acceſſus prædictus ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſicut de ingreſſu dictum eſt. Et id quidem niſi id nobis ſpecialiter ex regula fuiſſet prohibitum, & niſi ſic intellexiſſet Papa, quare tam rigoroſe id dixiſſet, quod non niſi de ſpeciali Papæ licentia eſſet nobis licitus acceſſus, ſicut & ingreſſus? Quare non reliquit id diſpoſitioni Prælatorum, aut Capituli Generalis & Prouincialis, ſicut & alia ſtatuta Papalia, quoad nos ſpecialiter

cialiter editis per prædictas declarationes, vt est illud, qua necessitate sub ali quipossint portare plures tunicas & calciamenta, & de moderantia visus, & huiusmodi, & de accessu ad prædicandum, & petendum eleemosynam de licentia superiorum, vt paulò superius Papa concessit ibidem. Igitur videtur Papa reliquisse, tanquàm ex regula prohibitum, idque supposuisse, quod scilicet sine licentia speciali Papæ nobis est illicitum ex regula accedere ad loca exteriora monasteriorũ monialium inclusarum ad loquendum, seu conuersandum cum eis, sicut & ingredi ad loca interiora monasteriorũ quorumcumque monialium, quòdque talis fuit intentio beati patris nostri Francisci in hoc 11. cap. vt dictum est.

Quarta conclusio. Prælati ordinis possũt dispẽsare in accessu ad exteriora loca monialium.

Quintum punctum est, quòd Papa iam in diuersis priuilegijs concessit Prælatis nostris, vt in suis capitulis statuerent casus, in quibus & quomodò fratres possent accedere ad monasteria monialium ad loquendum, & ad alia opportuna. In quibus casibus fratres accedentes iam dicuntur accedere licitè de licentia speciali Papæ id concedentis & relinquentis dispositioni Prælatorum, & Capitulorum Generalium, vt dictum est; qui autem sint isti casus, videatur in compendio, titulo *Accedere*, & in statutis ordinis, quæ sæpe variantur, ideò non censui ea hic inferere. Notandum etiam, quòd accessus ad alia loca mulierum honestarum, quæ non sunt moniales, neque monasteria monialium proprie loquendo, vt supra quæstione secunda dictum est, non prohibetur in hoc præcepto regulæ: potest tamen esse prohibitus aliàs iure diuino, & ratione alterius præcepti regulæ de cauendo suspecta consilia mulierum, quando inde immineret scandalum, aut periculum probabiliter. Reliqua de monialibus videantur in compendio secundum subiectam materiam.

Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione, &c.

QVÆS-

Caput vndecimum.

QVÆSTIO IIII.

Quæritur, quomodò sit nobis prohibitum fieri compatres virorum vel mulierum?

Prima cõclusio. Ex regula prohibetur fieri cõpatres virorum, aut mulierum.

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, quod ex vi regulæ prohibitum est nobis fieri compatres virorum vel mulierum patet hoc expresse, quia copulatiue sub ly præcipio prohibetur, sicut & ingressus ad monasteria monialium: & concordant omnes expositores & declarationes, vt supra habetur in glossa, & ratio huius prohibitionis regulæ expressè habetur in regula, vbi subsequenter dicitur, *Ne hac occasione inter fratres, &c.* scilicet, ne oriatur infamia, zelotipia, seu sinistra opinio de fratrum impudicitia, &c. vt ait expos. sine tit. vbi etiam habetur, quòd quamuis non oriatur aliquando scandalum prædictũ, & de hoc constet: tamen nõ possunt adhuc tunc fratres esse compatres. Ratio, quia licet causa, propter quam fit prohibitio, cesset in casu particulari, & quoad aliquem pro tunc: manet tamen in generali & simpliciter, quoad alios, & quoad se. Ideò simpliciter manet, & ipsum præceptum obligans etiam pro tunc, vt est communis regula Doctorum, & in omnibus præceptis similibus habet verum hæc regula, & sic intelligitur cessante causa cessat effectus præcepti, quando tollitur causa cessat omnino, secundum quid, & simpliciter, & generaliter, vt ait Richardus in 4. dist. 4. & refert summ. Syluest. tit. *Iurium*, q. 15 vbi videatur.

Secunda cõclusio. Ex vi regulæ prohibetur cõpaternitas, quæ contrahitur tenendo de sustcipientem sacramentum, & non aliam.

Secundum punctum est, quomodò intelligatur præfata cõpaternitas prohibita, & dico secundum expos. sine tit. cap. 11. quòd ex vi regulæ prohibetur compaternitas quorumcumque in baptismo & confirmatione: & concordat Hug. eod. cap. Sed an similiter intelligatur præfata compaternitas tam de tradendo sacramentum, quàm de tenẽdo suscipientem sacramentum? Respondeo, quod ex vi regulæ solùm intelligitur prohibita compaternitas, quæ contrahitur tenendo suscipientem sacramentum, & præcipue sacramentum baptismi. Ratio, quia generaliter, & proprietales tenentes dicuntur compatres, non autem tradentes sacramentum. Nunc autem vtendum est vo-

tabulis secundum propriam significationem, & consuetam acceptionem: maximè vbi de mente legislatoris oppositum non constat, & dum oppositum non approbatur per consuetudinè seu vsum communem, & ad hoc est expressè declaratio Capituli Generalis Meclinen. anno Domini 1499. & habetur in tabul Vicarij Generalis, vbi sic habetur, *Et cum in regula prohibeatur, ne fratres fiant compatres virorum, & nullum intelligendum est, quoad educationem de fonte baptismatis, non quoad baptizationem.* Hæc ibi. Sed his non obstantibus notandum, vt etiam refert Bonauent. cap. 11. quod de iure communi, vt habetur 16. *quæst.* 1. *plane*, prohibetur omnibus religiosis baptizare, & facere cætera parochialia officia, vt de hoc potest videri in Summistis sum. n. Ang. tit. *Religiosus* §. 65. &c. & fortè sic intellixerunt expos. sine tit. Hug. Barthol. Pis. cap. 11. dicentes, quòd præfata compaternitas intelligitur prohibita nobis etiam de tradendo sacramẽtum, quod limita, vt dictum est, quia quoad tradendum sacramentum est prohibitum nobis de iure Ecclesiastico tantũ, quoad tenendum autem, seu leuandum de fonte baptismatis, prohibetur ex vi regulæ. Insuper notandum, quod prędicta prohibitio Ecclesiæ de non baptizando intelligitur extra casum necessitatis extremæ probabiliter imminentis. Nam in tali casu, scilicet in articulo mortis probabiliter imminentis bene potest; immò & tenetur frater nolter baptizare, si nullus alius sacerdos esset, qui vellet baptizare, quia extrema necessitas caret lege, & lex charitatis inbet in tali casu prouidere de remedio ad salutem necessario, quale est baptisma: & contra hoc nullum ius præcipere potest. Et expressè hoc dicunt Hug. & Barth. Pis. vbi supra.

non quæ celebrantur ab eo ipso in ea tempestate. Relatus ob quas P. P. N. Franciscus prohibuit nobis fieri compatres sacramenti à fr. Anastasio Rosignano tom. 1. qq reg q. 35. ar. 1. & colligu tur ex iure cap. Non licet, & cap. Monachi de cõsec. dist. 4. Intelligitur etiã ista prohibitio siue licẽtia Episcopi aut parochi.



DE

DE EVNTI-BVS INTER SAR-racenos, & alios infideles.

CAPVT DVODECIMVM.

VIcunque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, petant licentiam à suis Ministris Prouincialibus. Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiã iniũgo Ministris, vt petant à domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis: vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu

Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Nulli ergo omnino hominu liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurũ. Datu Laterani tertio Kalend. Decembris Pontificatus nostri anno octauo.

GLOSSA.

Vo ad prædictum cap. notandũ, quòd in hoc cap. agitur de pertinentibus ad nostræ religionis supererogatoriã cõsummatamque perfectionem, ad quam supererogatoriè ordinatur. Secundò agitur de pertinentibus ad eius stabilẽ firmitatem. Primum tangitur ibi (*Quicumque fratrum voluerint &c.*) Secundum ib (*Id hac per obedientiã iniungo Ministris, &c peant licentiam à domino Papa &c.*) Quoad primum ergo notandum est secundũ expositione tit. quod hic scilicet, *Quicumque fratrũ diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos &c.*) agitur de fine, ad quem abuadamus, & supererogator è hic noster ordo præ cæteris ordinatur, vt scilicet nõ solum fideles, sed & infideles, verbo & exemplo trahat ad fidem, & obsequiũ Christi. Sicque hic duas formas hos faciendi videtur B. P. Franciscus non solum nõ concessisse, sed & consoluisse, & præuidisse faciẽdum. Sicut & Apostoli primo in Iudæa, deinde in gẽtibus prædicarunt, ic post prædicationem fidelium supra 9. cap. indictã, iam ad infidelium conuersionem, hic tandem nobis esse transeũdum regula nostra cõformiter ad vitam Christi nos informet, vt sic per orationem nostrũ omnis Israel saluus fiat: quod & figuratur Apoc. 6. & 7. in apertione 6. signaculi sexti Angeli habetis signum Dei viui, id est, Francisci stigmatizati, secundũ

Apoc. 6. & 7.

Bonauent. qui 6. anno suæ conuersionis iuit ad Sarracenos. Rursusque 13. anno fuit ad Soldanum, nimirum quia sub 13. centenario à passione Christi hoc cœpit impleri in cuius figura, & 13. die à Natiuitate Christi, Christus gentibus in tribus Magis apparuit, & 13. anno à passione sua misit Paulum & Barnabam ad gentes. Hæc ibi. Et concordat Hug. 12. cap. dicens, quòd hic docet nos B. P. Franciscus ad conuersionem gentium, & fidem propagandam animare, & secundum Bonauent. in martyrio consummare. Et hoc sumitur ex Matth. 10. *Ecce ego mitto vos, sicut oues inter lupos, &c.* & Christus elegit 12. Apostolos, & misit prædicare, &c. Matth. 10. & Luc. 10. *Designauit Dominus & alios 72.* *In hoc capite vnum præceptum obligatorium ex vi regulæ.* discipulos, & hoc quoad primum. Quoad secundum autem prouidetur de protectore petendo & obtẽdo, ne declinetur ab obedientia Romanæ Ecclesiæ, aut à via Euangelica promissa. Et in toto hoc 12. cap. solum est vnicum obligatorium ex vi regulæ, ibi (*Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris, &c.*) vt patebit latius in quæstionibus. Ideò ad maiorem declarationem omnium ponuntur tres quæstiones subsequentes.

Quicumque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, &c.

QVÆSTIO I.

Quæritur, Volentes ire inter fideles, qui & quales, & quomodò debeant, & possint ire, & licentiari, seu mitti, & per quos, & ad quid, & quando non?

Prima conclusio. *Ire inter Sarracenos, & alios infideles, non præcipitur fratribus ex vi regulæ, sed solũ cõsulitur.*

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, Ex vi regulæ nulla specialis obligatio est fratribus Minoribus subditis ad eundum, vel non eundum inter infideles, nec ad petendum licentiam ad hoc à suis Ministris Prouincialibus. Similiter nec est obligatio Ministris ad licentiandũ seu mittẽdos aliquos fratres ad infideles, sed solũ est informatio, & consiliũ ex vi regulæ: ex iure autem cõmuni, seu diuino est obligatoriũ in casu. Probatur prima pars, scilicet, quod nec subditis, nec Ministris est obligatio ex vi regulæ: patet, quia Clem. V. non cõputauit in-

ter

ter obligatoria æquipollentia, nec ponitur verbũ præcepti, aut habentis vim præcepti in regula ipsa, vt patet clare: ergo non est vllo modo obligatoriũ ex regula. Tam antecedẽs, quàm cõsequentia patet ex dictis supra 1. c. q. 1. Quod autẽ ex vi regulæ solũ sit informatio, & consilium, & labor, quàm Prælatis, tam volentibus, quàm nolentibus, aut sic ẽtia nolentibus eos, quomodo vir ea hęc scire debeant habere, patet ex forma ipsius regulæ: quæ cũ non præcipiatur, nec cõsulit. & informat ad finem proximè dictum in 2. puncto. Quod autem sit obligatoriũ ex iure cõmuni quoad Prælatos volentes ire patet, ne scilicet vadant apostatæ, vt inclusum. Similiter est de iure cõmuni obligatorium istis Ministris, quod non mittant, nisi idoneos, & obligatoriũ ex iure diuino, vel naturali, ne mittant inidoneos, seu ineptos, & quod non retrahantur, aut quod nõ negent licentiã idoneis, seu aptis ad hoc ministerium, alioquin à consilijs Christi implẽdis. Nam prohibitio dei, & cõmunione mihi lethum nullus potest licite retrahere quemquã idoneũ, & id sine causa rationabili. Similiter Prælatus tenetur ineptos ad ædificationẽ turris spiritualis hic non exponere periculo ipsorum, aut irrisioni fidei, &c. quia ex omnibus tenetur ex officio præcauere, quoad suos subditos, vt est cõmunis doctrina sanctorũ. Sicq; patet, quomodo est obligatorium, & quo iure, scilicet Ecclesiastico & diuino. Ecclesiastico quidem subditis, ne vadant sine licentia, vt apostatæ, quæ singulis singulis diuinitus inspirentur. Prælatis autẽ, scilicet Ministris Prouincialibus est obligatorium iure diuino, ne scil. cet hic. ineptos, aut mittant inidoneos: & vt non negent licẽtiam idoneis volentibus ire sine causa rationabili. Ex regula autem tota non est cognitum & instructio ad præmissa vtrisque, scilicet subditis & Prælatis. Et cõcordat Speculum. 14. & 17. quamuis dicat 17. dicit quod hoc vltimũ quoad Ministros, scilicet, *Quod nulli seruent causã inducant nisi &c.* potest dici, quod sit obligatoriũ ex regula, quia videtur laboriosum. Sed certè melius dicitur, vt latiùs est, quod nõ est obligatoriũ ex regula nec est inhibitorium præceptum ex regula, quamuis negatiue ponatur, quia si esset obligatorium, certè Clem. Vid. expressisset inter alia æquipollentia negatiua quæ, se expressit de nõ equitando, de cõ pellendo ad mouendum de cõ habendo plures, quã duos tunicas &c. Et cõsequenter de cõmorando in Episcopatu alicuius Episcopi, &c. ergo cum non expressit illud cum alijs æquipollentibus excluditur ab obligatione, ex quo alias ex littera non constat esse

præceptum, vt habere vim præcepti, vt dictũ est, & meret ex vi regulæ consilium, seu admonitio & informatio, sicut & illud 10. cap. (*Et non curent nescientes literas discere*) & sicut illud 7. cap. *Quod Ministri non contumbentur propter peccatum alterius, &c.* ergo teneatur, vt dictum est. Quòd si obijciatur, quod expos. sine tit. & expos. sanctorum Patrum 12. cap. & aliqui alij dicit, quod hoc est præceptum ex vi regulæ. Respondeo, sunt limitandi sic, scilicet, quod sunt præcepta ex iure Ecclesiastico, vel diuino, sed tradita in regula, vt informatio, seu monitio, & cõsilium ex vi regulæ, vt dictum est, ad às eadem facilitate explodam eorum dictum, qua & sine fundamento id dicunt.

Secunda cõclusio. De iure Ecclesiastico tenentur subditi non ire inter infideles, sine licentia suorum Ministrorum, vt habetur in iure cap. Quũ sit de Iudæis, & cap. Cùm ex iniuncto de hæret.

Secundum punctũ est, ad quem sensum intelligitur esse obligatorium subditis & Prælatis, ex iure Ecclesiastico vel diuino, vt dictum est. Et dico primò, quoad subditos est præceptũ iure Ecclesiastico ad hunc sensum, quòd scilicet quãtumcumq; ideonei, & diuinitus inspirati non vadant apostatæ, aut sine licentia debita. Debita autem licentia tunc est, quando habetur à Prælatis, qui illam dare possunt, vt in ordine nostro sunt Minister Generalis aut Prouincialis, & similiter quando debito modo petitur, aut habetur, scilicet humiliter, & cũ debita examinatione, seu approbatione ipsorum licentiandorum. Quòd ideò dico, quia vt ait Hug. desiderio martyrij aut vtilitatis aliorũ nõ præcipitentur, sed prudenter agendũ est. Mortem enim pro Christo, & appetere, & fugere debemus, sed ordinate: quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt. Melius enim est in paruis proficere, quã in magnis deficere. Hæc ille. Insuper Spiritus Sanctus nõ inspirat cõmuniter stante lege agere contra suam legẽ, aut cõtra præcepta, seu contra obedientiã promissam. Ideò si quis frater etiam idoneus inspiratus sit ad eundum inter infideles causa martyrij, aut conuersionis eorũ, tenetur debitam petere & expectare licentiã: quòd si sine rationabili causa manifeste ei denegetur licentia talis à Prælato, tunc si cõstat manifeste de irrationabilitate causæ denegationis licẽtiæ, & constat ipsum esse omnino idoneum ad talẽ viam inter illos infideles, & moueri diuinitus ex bono zelo ad id, tunc petita humiliter & debito modo licẽtia à suo Ministro Prouinciali, etsi nõ obtenta, potest opus consilij diuini, & regulæ adimplere eundo ad infideles pro martyrio, vẽl. &c. (vt supra cap. 10. q. 6. in similibus dictum est) & facit ad hoc cap. *Licèt de regul.* sed caueant subditi in hoc, quia vix concurrunt omnes istæ conditiones, vt quis possit licitè de petita

petita solùm licentia ire: & temere quis id faciet, nisi vbi manifeste de prædictis omnibus conditionibus constaret, quod vix, vt dixi contingeret: & ideò B. P. Franciscus specialiter dicit, quod etiam i qui diuina inspiratione voluerint ire inter infideles petant licentiam, &c.

Dico secundò, quoad ipsos Ministros, quòd lege diuina tenentur negare licentiam ineptis, aut inidoneis ad id, secundum iudicium rationabile ipsorum Ministrorum. Ratio quia ex officio suo tenentur prouidere saluti suorum subditorum, ne exponantur periculo, aut ruinæ, vt supra secundum Hug. dictũ est, & vt prouideant irrisioni infidelium, quæ contra nostram fidem, & Dei honorem ex tali illorum ineptitudine probabiliter potest prouenire. Ideò ait regula, *Ministri verò nullis (ineptis) eundi licentiam tribuant.* Similiter tenentur Ministri concedere licentiam ijs, quos secundũ suũ rationabile iudicium viderint ideoneos ad id. Itaq; sine rationabili causa non possunt negare eis, aut eos retrahere ab opere tam perfecto, & vtili, & honorifico ad Dei gloriam, sicut nec ab impletione consiliorũ sine causa legitima retrahere non possunt, quia non habent potestatem in destructionem, &c. vt supra cap. 10. q. 6. dictũ est, & q. 5. etiam habetur de hoc. Ideò ait regula (*Nisi eis quos viderint esse idoneos admittendum*) quia scilicet talibus est concedenda licentia, vt dictum est. Et notandum, quòd sicut Ministri non possunt negare licentiam idoneis volentibus ire inter infideles ex desiderio martyrij, &c. vt dictum est, ita non possunt eos cogere nolentes ire, quia hæc est licentia regulæ, volentibus, & non potest hoc opus heroicum imponi nolẽtibus, etiamsi sint aliàs idonei, &c. vt supra cap. 10. q. 2. dictum est.

Tertia conclusio. De iure diuino tenentur Ministri negare ineptis licentiam eundi inter infideles.

Ad hæc per obedientiam iniungo, vt petant à domino Papa vnum Cardinalem.

QVÆSTIO II.

Vtrùm sit obligatorium petere protectorẽ ordinis, & quando, & ad quid valeat?

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, Obligatorium esi ex vi regulæ Ministris dũtaxat petere, seu procurare

Prima conclusio.

Et vi regu-læ obligationis Ministri petere in protectorem vnũ de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus. Genes. 1. Matth. 7.

curare à sede Apostolica vnum Cardinalem protectorem ordinis, patet, quia regula expressè sub præcepto hoc eis specialiter imponit. Et possent illum procurare Ministri prædicti, vel in generali, vel in particulari (vt ait Hug.) & concedat expos. sanctorum Patrum: imò in defectum aliquorum tenentur alij supplere, scilicet petere, seu procurare, vt dictum est. Sicut in obligationibus generalibus tenẽtur alij aliorum defectus supplere, vt est communis regula, & doctrina sanctorũ, super illud Gen. 1. *Crescite & multiplicamini*, &c. Et hoc allum pit B. P. F ã cisc. ex Matth. 7. *Similis est viro sapienti, qui ædificauit domũ suam supra firmam petram*. Et alij ordines venientes, q. mors ex regula ipsorum non obligentur ad hoc, tamen in hoc nos imitando etiam procurant suos protectores habere.

Ad quid valeat, & in quibus possit protector ordinis.

Secundum punctum est, Ad quid valet prædictus protector, seu quid potest. Et ad hoc dico, quòd in ipsa regula hoc ostenditur (vt ait Hug & Bart. Pis. & Seren com. q. 107.) scilicet, vt sit gubernator ordinis in promotione bonorum: protector, vt pater ab aduersarijs defendendo, corrector malorum eo modo, & cum limitationibus proximè ponendis. Et secundum, quòd prædictos tres actus non potest protector exercere vniuersaliter in omnibus casibus, sed solùm in tribus etiam expressis, & specificatis consequenter in ipsa regula, & Papalibus decretis. Primo quidem, si communitas ordinis pedibus sanctæ Ecclesiæ in vera obedientia subiecta non esset (& sic ait regula) *vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Ecclesiæ*, contra scissuras schismatum. Secundò, si ordo non esset stabilis in fide Catholica, & ideò ait regula (*stabiles in fide Catholica*) cõtra errores, contra fidem. Tertiò, si regulam fundatam in Euangelio à nobis promissam ordo communiter non seruaret neque remedium apponere curaret. Ideò ait regula (*Paupertatem, &c. humilitatem &c.*) contra communes ordinis transgressores in puncto quæ culpabiles notabiliter contra regulam. In alijs autẽ casibus non se potest intromittere protector prædictus vllo modo. Sed neq; in istis prædictis potest relaxare cõtra regulę, aut Euangelij puritatem, sed pro conseruatione, imò pro declaratione est prædictus protector. Et hoc adhuc non nulli quando communitas ordinis in prędictis deuiaret. Et hoc innuit regula vbi supra, & communiter dicunt expos. signanter expos. hic tit. & Bart. Pis. & Seren consequenter. 107. & Hug. &c. Et hoc idem dicunt Gregor. XI. & Sixtus IIII. fol. 53. ff. 137. prohibens protectorem

tem prædictum se intromittere in ordine ad destruendum, mutandum, concedendum, ordinandum, vel corrigendum, &c. nisi in tribus casibus prædictis. Et hoc, quando ipsorum fratrum cõmunitas, vel Capitulum Generale ab aliquo prædictorũ deuiaret: quod autem aliter fieret, irritum est, & inane. Et insuper statuit, quòd fratres prædicti ordinis recurrentes ad protectorẽ, tanquàm ad Prælatum pro licentijs, vel alijs consimilibus, puniatur grauiter, & priuatio, quæ ipso facto ibi infligitur, non valet, tum quia ipse Sixt. IIII. postea reuocauit tales censuras, vt supra c. 11. q. 2. in 3. pũcto, & q. 3. dictũ est: & Iulius II. ff. 255. & ff 83 & ff. 88. Itidẽ prædicta omnia cõfirmat etiã subexcõmunicatione ipso facto, & sub priuatione actuũ legitimorũ, & officiorũ ipso facto, precipiẽs omnibus fratribus ordinis, vt prędicto protectori obediant in prædictis tantũ, quæ ad suũ officiũ spectant, derogatis quibuscũq; literis in cõtrariũ. Sed notandũ, quòd ista excõmunicatio, & priuatio ipso facto lata per Iuliũ bene valet, nec reuocatur per Sixtũ IIII. prædecessorem suũ, vt patet ex forma ipsorum priuilegiorum. Ex quibus omnibus prædictis patet (vt ait expos. sine tit. cap. 12.) quòd hæc regula redit finaliter ad obedientiam Apostolicam & Euangelium, vnde inceperat supra 1. cap. dicens, *Regula, & vita fratrum Minorũ hæc est, &c.* sicque à Christo incipiens, ad ipsum tandẽ redit, qui est Alpha & Omega, & in 12. capitulis suis, tanquàm coronã 12. stellarum in capite mulieris, scilicet Ecclesiæ amictæ sole eam illustrantium Apoc. 12. Ecclesiam ipsam adornat, & coram Deo & hominibus gloriosam facit. Et sic hìc est finis regulæ, quòd subsequitur enim, scilicet, *Nulli ergo omnino hominum, &c.* verba sunt Papæ Honorij III. regulam confirmantis. *Apoc. 12.*

Nulli ergo omnino hominum, &c.

QVÆSTIO III.

Quæritur de regulæ confirmatione, & quomodo declaratio Nicol. III. debeat legi, glossari? &c.

REspondeo per duo puncta, Quorum primum est, Regula Fratrũ Minorũ est confirmata solemniter in Ecclesia, patet *Prima conclusio.*

Regula fratrum Nicolaum est solemniter in Ecclesia cõfirmata.

patet hic per Honoriũ III. cuius sant omnia hęc verba, *Nulli ergo omnino hominum, &c.* vique in finẽ, & habetur in 3. tract lib. ordinis fol. 1. poltea etiam a Nicolao iterum confirmata est in 2. tract. lib. ordinis fol. 1. & in sua declaratione *Exit*, quę habetur fol. 3. &c & in lib. 6. tit. *De verb. signific.* & per multos alios Pontifices. Ideò grauiter peccant detractores, ipsam regulam, & eius declarationes, & fratrum cõuersationem regulare quasi trino bestialique dentium ordine Daniel. 7. lacerãtes. Qui quidem id attentare præsumentes, indignationem omnipotentis Dei, &c.

Dan. 7.

Secundum punctum est, quòd quamuis dominus Nicolaus III. in sua declaratione *Exyt*, in fine præcipiendo dederit modum legendi, glossandique prædictam suam declarationem super hanc regulam & prohibuerit, ne quis contra hanc regulam & declarationem suam male loquatur vllo modo, publice vel occulte sub excommunicatione in contra facientes, & sub alijs pœnis; tamen D. Ioannes XXII. in decretali, *quia nonnunquàm* omnes has prohibitiones, & pœnas prædictas per Nicolaum III. tam latas, quàm comminatas, & illarum effectus suspendit & reuocauit. Sed & insuper addidit hanc limitationem dicens, *Per suspensionem autem huiusmodi nequaquam licent amen. nimus impartiri, quòd contra regulam fratrum Minorum dogmatizare, sentire, seu determinare, practicare, seu praue loqui liceat publice vel occulte: quæ nobis omnibus & singulis authoritate prædicta decernimus inhibemus.* Hæc ibi. Et sic patet quod, vt ait Petrus Aureol. & Labarel. super Clem. *Exiui*, iam bene potest declaratio Nicolai III. glossarialiter quàm ipse prohibuit, dummodò caueatur deprauatio, aut mala loquutio contra eam, aut contra regulam fratrum Minorũ. Maximè quia postea Bonifacius IX. fff. 118. & alij Pontifices sub excommunione ipso facto prohibuerunt quemquàm asserere nostram religionem non esse in statu perfectionis, vt de hoc supra in introductione quæst. 2. dictum est latius, ibi videatur.

Explicit tractatus super regulam fratrum Minorum.

INDEX PRIMVS DVODECIM capitum, quibus, tanquam corona ſtellarum duodecim, cingitur regula fratrum Minorum.

POntificalis introductio, & regulæ confirmatio per Dominum Papam Honorium; ſuper quam diſputantur ſex quæſtiones introductoriæ ſeu proœmiales. fol. 1. pag. 1.

Caput primum, in quo deſcribitur regula, & vita fratrum Minorũ, & agitur de obedientia Domino Papæ & Eccleſiæ, ac Prælatis ordinis exibenda. Diſputantur ſuper illud quatuor quæſtiones. fol. 22. pag. 1.

Caput ſecundum, in quo agitur de his qui volũt vitam iſtam accipere, & qualiter recipi debeant: Continet quinque præcepta obligatoria, & diſputãtur ſuper illud viginti tres quæſtiones. fol. 34. pag. 2.

Caput tertium, in quo agitur de diuino officio & ieiunio, & quomodo fratres ire debeant per mundum. Continet tria præcepta æquipollentia, & diſputãtur ſuper illud tres quæſtiones. folio 83. pag. 1.

Caput quartum, in quo præcipitur fratribus,

quod pecuniam non recipiant . Continet duo præcepta, & disputantur super illud sexdecim quæstiones. fol.92.pag.1.

Caput quintum, in quo agitur de modo laborandi. Non est in eo aliquod speciale præceptum distinctũ ab alijs, & super ipsum disputantur tres quæstiones. folio 149. pagina 2.

Caput sextum, in quo fratribus prohibetur cuiuslibet rei appropriatio, & agitur de eleemosyna petenda, & de fratribus infirmis. Cõtinet duo præcepta, & super illud disputantur decem & nouẽ quæstiones. fol. 156.pag.1.

Caput septimum, in quo agitur de pœnitentia fratribus peccantibus imponenda. Continet vnicum præceptum, & disputantur super illud quinque quæstiones. folio 235. pagina 1.

Caput octauum, in quo agitur de electione generalis Ministri, & de capitulo Pentecostes. Continet tria præcepta, & disputantur super illud quatuor quæstiones. fo.253. per errorem 152.pag.1.

Caput nonum, in quo agitur de prædicatoribus . Continet duo præcepta æquipollentia, & super illud disputantur tres quæstiones. fol.259.pag.2.

Caput decimum, in quo agitur de admonitione, & correctione fratrũ. Continet duo præcepta, & super illud

disputa-

disputantur octo quæſtiones. folio 266. pagina 1.

Caput vndecimum, in quo prohibentur fratribus ſuſpecta conſortia mulierum, & ingreſſus ad monaſteria monacharum, & fieri compatres virorum alit mulierum. Continet tria præcepta, & ſuper illud diſputantur quatuor quæſtiones. fol. 325. pag. 1.

Caput duodecimum, in quo agitur de euntibus inter Sarracenos, & alios infideles, & de petendo ordinis Protectore. Continet vnū præceptum, & ſuper illud diſputantur tres quæſtiones. fo. 336. p. 2

INDEX QVÆSTIONVM ac incidentiũ dubiorum, quæ in hoc opere ſuper Regulam ex profeſſo diſputantur.

Super Pontificiam introductionem, ac Regulæ confirmationem.

Quæſtio prima introductoria ſeu proœmialis.

AN Regula fratrum Minorum ſit pia, ſancta, pura, Euangelica, perfecta, obſeruabilis, honeſta, & vtilis Eccleſiæ. folio 2. pagina 1.

Quæſtio ſecunda.

Vtrum Religio noſtra Minorum ſit in ſtatu perfectionis; & an ſit perfectior alijs religionibus. fol. 3. pag. 2.

Quæſtio tertia.

Si religio omnis, præſertim noſtra, eſt ſtatus perfectionis, & ſchola virtutum, & diſpoſitio maxima ad virtutes, & ad perfectionem veram, & ad vtilitatem Eccleſiæ, & ædificationem? Quæ ergo eſt cauſa, quod multi religioſi deficiunt à vita religioſa, manifeſteque videntur ita moribus diſtorti, ſicut & diſcoli ſæculares. Et tandem quæ eſt cauſa deformationis omnis religionis, etiamſi videantur proficere in aliquibus temporalibus & cæremonialibus, vt ſic ſciantur cauſæ; & principia reformationis adhibendæ? folio 8. pagina 2.

Quæſtio

INDEX.

Quæstio quarta.

Vtrùm ignorantia regulæ, & declarationum excuſet tranſgreſſores à mortali? fol. 13. pag. 1.

Quæstio quinta.

Vtrũ viuere ſecundũ declarationes, ſeu determinationes Eccleſiæ, & ſummorum Pontificũ, & ſecundum gloſſas Doctorum approbatorũ, ſit viuere ſecundum regulæ puritatẽ? An neceſſariò ſit ad literam viuendum? fol. 15. pag. 1.

Quæstio ſexta.

Quæritur, quæ declarationes ſunt tenendæ, & ſeruãdæ, ſecundũ quas viuẽdo, regulæ puritas obligatoria ſeruabitur, ſimiliter, quæ ſtatuta tenenda ſunt, & ſeruanda? fol. 19. pag. 1.

Super caput primum, in quo deſcribitur regula, & vita fratrum Minorũ, & agitur de obedientia Dño Papæ, ac Prælatis exibẽda.

Quæstio prima.

Vtrùm fratres Minores, ex vi ſui voti, ſeu profeſsionis regulæ, teneantur ad omnia contenta in Euangelio, & in regula ſua, ſub pœna peccati mortalis, ſeu ad quæ, & quomodo? fol. 24. pag. 1.

Quæstio ſecunda.

Vtrùm fratres Minores teneantur ad teſtamentum B. P. Fracisci, & ad alia conſilia Euangelij & regulæ, & admonitiones quomodo teneantur? Et quot ſint regulæ conſilia, monitiones & libertates? fol. 27. pag. 2.

INDEX.

Quæstio tertia.

Vtrùm religiosus, præsertim frater Minor, teneatur esse perfectus, seu potiùs tendere ad perfectionem? Et quomodò, Et in quibus, & per quæ media? fol. 30. pag. 1.

Dubium incidens.

Vtrùm quilibet Christianus teneatur proficere in melius, & ad hoc semper intendere, & an contemnens hanc intentionem, & operis exequutionem peccet, & quomodò? fol. 32. pagina 1.

Quoad illud, *Frater Franciscus promittit obedientiam. &c.*

Quæstio quarta.

Vtrùm fratres Minores, amplius, seu maiori vinculo obligentur obedire D. Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, quã alij Christiani, etiam quàm alij religiosi? fol. 33. pag. 2.

Super caput secundum, in quo agitur de ijs, qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant.

Quoad illud, *Si qui voluerint hanc vitã accipere, & venerint ad fratres nostros, &c.*

Quæstio prima.

Vtrùm venientes ad ordinem, omnes sint mittendi ad Ministros Prouinciales de necessitate, an possint aliqui dimitti vel

vel repelli, sine hoc, quod mittantur ad Ministros Prouinciales? fol. 36. pag. 2.

Quæstio secunda.

Vtrùm liceat cuilibet Christiano, præcipue fratribus Minoribus, inducere, aut retrahere aliquem, à, seu ad religionem, præsertim ad hanc religionem Minorum? fol. 37. pag. 1.

Quæstio tertia.

Vtrùm ratione multitudinis possit aliquibus iuste negari receptio ad ordinem, etsi aliàs sint apti ad religionem? fol. 40. pagina 2.

Quoad id, *Etsi hæc omnia credant, & uxores non habent, &c.* Et illud, *Examinent eos de fide Catolica, &c.*

Quæstio quarta.

Quæ conditiones requiruntur ex regula, & ex *iure communi*, & ex statutis nostræ religionis in recipiendis ad ordinē, & quomodò intelligantur? fol. 41. pag. 2.

Quæstio quinta.

Vtrùm liceat grauato debitis intrare religionem, aut ipsum recipere? fol. 44. pag. 1.

Quæstio sexta.

Vtrùm is qui tenetur seruire seu prouidere parentibus, propter eorum necessitatē, possit intrare religionem? Et post-

quã intrauit,& professus est,an teneatur potiùs egredi,seu prouidere eorum necessitatibus,& eis obedire;quá manendo in religione obedire Prælato oppositum præcipienti? fol.47.pag.2.

Quoad id, *Quibus solùmmodo, & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur.*

Quæstio septima.

Quis possit recipere venientes ad ordinem nostrum? fol.53. pagina 2.

Quoad id, *Dicant eis verbũ sancti Euangelij, quod vadant, & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare, &c.*

Quæstio octaua.

An recipiendis debeat dici verbũ sancti Euangelij, quod vadant & vendant, &c. & per quẽ hoc debet dici, & quo modo? Et an illi similiter teneantur bona sua pauperibus erogare, & quomodò debeant disponere de rebus suis? fol.54. pagina 2.

Quoad id, *Et caueãt fratres, & eorũ Ministri, ne soliciti sint de rebus suis tẽporalibus.*

Quæstio nona.

Vtrùm liceat fratribus Minoribus solicitudinẽ habere, seu se intromittere, seu dare consilium de distributione bonorum temporalium intrantium ordinem? Similiter petere, vel inducere ad dandum sibi ipsis aliquid de prædictis bonis, vel accipere oblatum? fol.59.pag.2.

Quoad

INDEX.

Quoad id, *Postea concedant eis pannos probationis, &c.*

Quæstio decima.

Quomodò sint intrantibus concedendi panni probationis & quoad caparonē, quomodô poteſt cū eis diſpēſari? fol. 8. pag. 2.

Quoad id, *Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam, &c.*

Quæstio undecima.

Quando & quomodò debet nouitius recipi ad profeſsionē, & an poſsit expelli, & quomodô? fol. 59. pag. 2.

Quæstio duodecima.

Quibus modis inducatur tacita profeſsio, & obligatio ad religionem. fol. 61. pag. 1.

Quæstio decimatertia.

Quæritur, ad quid obligatur, & ad quid inhabilitatur is qui eſt expreſsè, vel tacitè profeſſus, aliquo prædictorum modorum? fol. 63. pag. 1.

Quæstio decimaquarta.

Vtrùm in profeſsione, peccata omnia, & pœnæ remittantur, & æquiualeat, ſeu ſit aliter baptiſmus? fol. 64. pag. 2.

Quoad id, *Promittentes vitam istam, & regulam obſeruare, &c.*

Quæſtio

INDEX.

Quæstio decimaquinta.

Vtrùm promittens, profitendo regulã, intelligatur secundũ consuetudinem, an secundũ quod debet fieri ex ipsa regula? Et quid faciendum, si quis intrauit monasterium, seu religionem relaxatam, si non reformatur, vel si reformatur? fol. 65. pag. 2.

Quoad id, *Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, &c.*

Quæstio decimasexta.

Vtrùm possit transire, vel licentiari, id est, dispensari ad laxiorem religionem, is qui non capiens, neque intelligens sufficienter saltem implicite regulam, eam professus est sic simpliciter. Similiter, is qui intendebat specialiter non se obligare ad tot, seu ad aliqua obligatoria regulæ, sed solùm ad tria vota essentialia religionis, an possit licentiari, vel transire ad aliam religionem laxiorem? fol. 68. pag. 1.

Quæstio decimaseptima.

An verè & absolute professis hanc nostram regulã & religionem, liceat transire ad aliam religionem? fol. 69. pag. 2.

Quæstio decimaoctua.

Vtrûm professis in obseruantia liceat transire, & licentiare eos ad conuentuales nostri ordinis Minorũ, & quomodò, & an conuentuales sint in bono statu, & quomodò conuẽtuales sint recipiendi ad obseruantiam? fol. 70. pag. 2.

Dubium incidens.

Vtrùm fratres cõuentuales transeuntes ad obseruantiam, debeant probari per annum integrum vt nouitij, & iterum profiteri? fol. 71. pag. 1.

Quæstio

INDEX.

Quæstio decimanona.

Vtrùm si iam nostra obseruantia esset (quod absit) deformata, liceat nobis de ea ad aliam religionem, vel familiam etiam laxiorem, sed reformatam, transire. Similiter intrà nostram obseruantiam de vna prouincia, vel conuentu deformata, ad aliam prouinciam, vel conuentum nostræ obseruantiæ reformatum transire, & quomodò? fol. 72. pag. 2.

Quæstio vigesima.

Vtrùm fratribus Minoribus liceat transire ad Episcopatus, & ad Prælaturas extra ordinem, & quomodò? fol. 73. pag. 2.

Quæstio vigesimaprima.

Vtrùm liceat eijcere à religione aliquos iam professos expresse, & quomodò, & quid sit faciendum ipsis sic electis, vt sint in statu salutis? fol. 74. pag. 2.

Quoad id, *Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam, &c. Et vestimentis vilibus induantur, &c.*

Quæstio vigesimasecunda.

Quæritur, quot & quales tunicas, & vestimenta liceat portare? fol. 77. pag. 2.

Quoad id, *Et qui necessitate coguntur, possunt portare calciamenta, &c.*

Quæstio vigesimatertia.

Vtrùm liceat portare calciamẽta, soleas, sandalia, sculponeas, vdones, caligas, & alias huiusmodi sarcinulas? fol. 80. pag. 2

Super

INDEX.

Super caput tertium, in quo agitur de diuino officio, & ieiunio, & quomodò fratres ire debeant per mundum.

Quoad id, *Clerici faciant diuinum officium, secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, &c. Laici verò dicant, &c.*

Quæstio prima.

Vtrùm fratres Minores teneantur dicere officium diuinum, secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ, & quomodò; & similiter laici ad sua Pater noster? fol. 84. pag. 1.

Quoad id, *Et ieiunent à festo omnium sanctorum, &c.*

Quæstio secunda.

Quæritur, quibus temporibus, & quomodò teneantur fratres ex regula ieiunare? fol. 87. pag. 1.

Quoad id, *Et non debeant equitare, &c.* Et id, *In quãcumque domũ intrauerint, &c. & loquentes omnibus, sicut decet, & de omnibus cibis, &c.*

Quæstio tertia.

Quæritur quomodò liceat, vel non liceat fratribus equitare, loqui sicut decet, & comedere de omnibus cibis, qui apponuntur eis? fol. 89. pag. 2.

Super caput quartum, in quo præcipitur fratribus, quod pecuniam non recipiant.

Quoad

INDEX.

Quoad id, *Præcipio firmiter fratribus uniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniã recipiant, perse, vel per interpositam personam.*

Quæstio prima.

Quæritur, quid sit denarius, quid pecunia? fol. 92. pag. 2.

Quæstio secunda.

Quæritur, quid sit petere, procurare, & recurrere ad pecuniam, recipere, tangere, contrectare, portare, tranſitare, seu transmittere pecuniam, & vti pecunia, & in quo differant omnia hæc? fol. 94. pag. 2.

Quæstio tertia.

Quid sit recipere denarios vel pecuniam, perse, quid per interpositam personam? Et quis sit amicus spiualis, quis syndicus, & in quo differant? fol. 96. pag. 1.

Quæstio quarta.

Vtrùm aliquando liceat fratri Minori, perse pecuniam recipere, vel contrectare denarios vel pecuniam, vel tangere, vel portare denarios, vel pecuniam, vel custodem, & dispensatorem pecuniarum esse? fol. 98. pag. 1.

Quoad id, *Tamen pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus inducndis, per amicos spirituales Ministri tantum, &c.*

Quæstio

INDEX.

Quæstio quinta.

Verum liceat nobis per interpositam personam accipere, vel contrectare, vel transmittere denarios, vel pecuniam? Petere, & eam procurare, seu ad eam recurrere per amicos spirituales? fol. 101. pag. 1.

Quæstio sexta.

Quis potest, & debet recurrere, seu procurare pecuniam per amicos spirituales? fol. 101. pag. 2.

Quæstio septima.

Pro quibus, & qualibus rebus, seu necessitatibus, licitè possit procurari pecunia? fol. 102. pag. 2.

Quæstio octaua.

Quomodò secundū regulam, & declarationes Nicolai III. & Clementis V. sit procuranda, & ponenda pecunia? Aut quæ conditiones sint necessariò seruandæ, in procurado & deponendo pecuniam apud aliquem? fol. 110. pag. 1.

Quæstio nona.

Quomodò secundum regulā, & declarationes Nicolai III. & Clementis V. potest expendi, seu trāsmitti, & transportari pecunia? Et quomodò potest peti ad dandum, distrahendū, vel commutandum pro alijs rebus, intra, vel extra ordinē, & quomodò non? fol. 122. pag. 2.

Quæstio decima.

Quomodò fratres se habere debent, secūdum regulam & declarationes Nicolai III. & Clementis V. quando aliqua pecunia

pecunia eis indifferenter mittitur per nuncium, vel offertur, seu legatur in testamento? fol. 128. pag. 2.

Quæstio vndecima.

Vtrùm fratres Minores seruantes omnia supradicta, secundũ Nicolaum III. & Clementem V. dici possint accipere ecuniam perse, vel per alium, an non, & cuius nomine, authoritate stat depositarius, & pecunia modo supradicta, vel expensa, & an sint prædicta omnia secundũ Nicolaũ III. & Clementem V. necessariò seruanda? fol. 130. §. 1.

Quæstio duodecima.

Quæritur, in quo stat resolutio breuis omniũ obscurorũ circa pecuniam, secundum Nicolaum III. & Clementẽ V. & qui sint quæstus alij pecuniarij prohibiti? fol. 1. pag. 1

Quæstio decimatertia.

Vtrùm liceat nobis iter agẽtibus, ducere nobiscum burgarios famulos, seu eleemosynarios habentes pecuniam, de quibus faciant nobis expensas in itinere? fol. 134. pag. 1.

Quæstio decimaquarta.

Quomodò debeant expropriari fratres fugitiui, & huiusmodi, quando capiuntur, vel redeũt ad ordinem, & circa eorũ pecunias quomodò nos habere debeamus? fol. 136. pag. 1.

Quæstio decimaquinta.

An & quomodò secundum regulam, & declarationem Nicolai III. & Clementis V. liceat pecuniam pro Missis, exequijs, sermonibus, aut pro alijs quibuscunque exercitijs, aut

INDEX.

aut laboribus ſpiritualibus, aut temporalibus, procurare ſeu acceptare? Similiter habitus dare, aut vendere, & eorum pecuniam procurare, ſeu acceptare, & quomodò non? fol. 136. pag. 2.

Dubium incidens.

Quare prohibetur receptio Miſſarum, & acceptio pecuniæ pro eis, in quibuſdam conuentibus recollectis? folio 138. pagina 1.

Quæſtiõ decimaſexta.

Quid ſit ſyndicus, & quomodò, & per quem inſtitui, & deſtitui poteſt? Et ad quid valet, & quid poteſt, & etiã qui poſſunt ſyndico vti, & quomodò? fol. 139 pag. 1.

Super caput quintum, in quo agitur de modo laborandi.

Quoad id, *Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent, &c.*

Quæſtio prima.

De quo labore hìc agatur, & an fratres Minores teneantur ad laborem corporalem, an non? Et quæ exercitia corporalia ſunt, in quibus fratres corporaliter laborare debẽt, quãdo corporaliter laborant? fol. 150. pag. 1.

Quoad illud, *Laborent fideliter & deuote, ita quod excluſo otio, &c.*

Quæſtio ſecunda.

Quomodò ſit corporaliter laborandum? fol. 152. pag. 2.

Quoad

INDEX.

Quoad id, *De mercede verò laboris, &c.*

Quæstio tertia.

Vtrùm de nostro labore possimus recipere mercedem? & quid, & quomodò? fol. 153. pag. 2.

Super caput sextum, in quo fratribus prohibetur cuiuslibet rei appropriatio, & agitur de eleemosyna petenda, & de fratribus infirmis.

Quoad id, *Fratres nihil sibi appropriet, nec domum, nec locum, nec aliquam ren*

Quæstio prima.

Quid sit paupertas Euangelica, & quæ sint de ei[illegible]trinseca ratione, ad quam hic ex vi voti paupertatis re[illegible]e obligamur, & an in particulari, & in communi, ad h[illegible]ltissimam paupertatem Euangelicam ex vi regulæ o[illegible]mur? fol. 157. pagina 2.

Primum dubium incid[illegible]

Vtrum Christus, & Apostoli, aliquid pr[illegible]im habuerint in communi? fol. 161. pag. 2.

Secundum dubium in[illegible]ns.

Vtrùm in rebus vsu consumptibilibus, [illegible] vsus à dominio separari? fol. 162. pag. 2.

Quæstio secun[illegible]

Quæritur, ad quem pertineat domini[illegible], seu proprietas rerũ & locorum, quibus vtimur nos[illegible] [illegible]inores? fol. 169. pagina 1.

INDEX.

Quæstio tertia.

Quæritur, ex quo fratres nullum ius, aut dominium habere possint, an possint vendere, & emere, & quomodò? fol. 170 pag. 2.

Dubium incidens.

Vtrùm contractus venditionis possit fieri per fratres, sine interuentu syndici, vel amici spiritualis? fol. 172. pag. 1.

Quæstio quarta.

Vtrùm fratres Minores possint commutare, distrahere, seu alienare res, quibus vtuntur, & quomodò? fol. 174. pag. 1.

Quæstio quinta.

Vtrùm fratribus Minoribus liceat dare, & recipere cõmodatum? pignora, conuentiones, pacta, seu obligationes facere, aut recipere, seu contrahere debita, intra & extra ordinem, & quomodo? fol. 175. pag. 1.

Quæstio sexta.

Vtrùm liceat nobis aliquid donare, intra aut extra ordinem, & donata recipere, & quomodò? fol. 177. pag. 2.

Dubium incidens.

Vtrùm fratres possint dimittere medietatem, aut partem, de rebus legata, ad petitionem hæredis? fol. 179. pag. 1.

Quæstio septima.

Quomodò fratres possunt recipere aliqua ad vsum, & à quibus,

INDEX.

bus,& de quorum licentia? Similiter & vti talibus rebus,& an eis posſit concedi vſus peculij? fol. 179. pag. 2.

Quæſtio octaua.

Vtrùm posſimus habere priuilegiũ aliquod? fol. 183. pg 1.

Quæſtio nona.

Quæritur, qui ſunt actus proprietatis, aut quæ ſunt ſua exteriora, per quæ quis in foro exteriori potest cen. pro-prietarius, ſeu agere contra votum paupertatis, item ex ipſo genere actus? fol. 184. pag. 1.

Quoad id, *Sed tanquam peregrini, aduenæ, &c. vadant pro eleemoſyna ſidenter, &c.*

Quæſtio decima.

Vtrùm nobis liceat habere redditus, & poſſiones? Agros, vineas, greges pecorum, & alia huiuſmo fol. 185. pag. 1.

Quæſtio vndecima.

Vtrùm posſimus recipere hæreditates quas; aut legata, & quomodò, & in qua quantitate? Et quomodò poſſunt talia legata peti? fol. 188. pag. 1.

Dubium primum ſic ſidens.

Vtrùm ſi fratribus Minoribus legetur palatium ad habitandum, vel ad Eccleſiam conſtruendam, posſit ab eis licitè acceptari? fol. 190. pag. 1.

INDEX.

Ddubium ſecundum incidens.

Vtrùm ſit validum & acceptabile legatum, quo relinquitur fratri Minori res, qua non indiget, vel quæ ſuo ſtatui non congruit? Ibidem, & pag. 2.

Dubium tertium incidens.

Vtrùm ſit validum legatum, quo ſortes inſtituitur hæres, cũ conditione reddendi fratribus aliquid annuum in perpetuum, aũt de triennio in triennium? fol. 191. pag. 2.

Quæſtio duodecima.

Vtrùm licitum ſit nobis facere prouiſiones, ſeu congregationes, frumenti, vini, agnorum, & huiuſmodi in futurum? folio 194. pagina 2.

Queſtio decimatertia.

Vtrûm fratribus Minoribus ſit licitum & meritorium, mendicando viuere de eleemoſynis, & an ſit eis obligatorium ex regula, & quomodò, & à quibus poſsint & debeant petere eleemoſynam? fol. 198. pag. 2.

Dubium primum incidens.

Vtrùm mendicans ex cupiditate, ſeu ad ſuperfluum habendum reſpectu ſui ſtatus, peccet mortaliter? fol. 202. pag. 2.

Dubium ſecundum incidens.

Vtrùm peccent religioſi, qui nullam afferentes vtilitatem populo Dei, otioſe viuunt de eleemoſynis? fol. 203. pag. 2.

Dubium

INDEX.

Dubium tertium incidens.

Vtrùm religiosi male viuentes, peccent consumẽdo in victu & vestitu quotidianas eleemosynas? Et an ad restitutionem teneantur? fol. 204. pag. 1.

Quæstio decimaquarta.

Vtrùm teneamur ad vsus strictos pauperes, seu moderato & ad vitandam pretiositatem, & superfluitatem rerum nobis vtibilium? Et quomodo? fol. 205. pag. 2.

Dubium incidens.

Quæ sint res, quibus fratres Minores licitè vti possit. folio. 208. pag. 1.

Quæstio decimaquinta.

Quomodò, & circa quid debet considerari, aut iurari prædicta moderantia vsus quoad nos, vt sic cognoscamus, quãdo est, aut dici debet vsus moderatus nobis, superfluus, aut pretiosus: & similiter ad quẽ pertinet iudicare de hoc; quando scilicet est vsus moderatus, an non? & an fratres subditi maculentur ex abusu Prælatorum circa prædicta, aut etiam ex communi abusu aliorum aliquando sit mortalis, an non? fol. 214. pag. 2.

Quoad id, *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.*

Quæstio decimasexta.

Quæritur, in quo stat excellentia, perfectioque paupertatis, & an vsus moderatus seu pauper ad eam conseruandam

val le faciat,& quomodô ? Et è contra, an immoderantia, superfluitas,& solicitudo inde sequens,minuat aliquo modo ipsum paupertatem Euangelicam,& statum nostræ paupertatis faciat imperfectiorem, quàm sit status habentium aliquid proprium in communi? fol. 218. pag. 1.

Quæstio decimaseptima.

Quæritur,quæ sint vtilitates,seu fructus nostræ paupertatis & mendicitatis supradictæ,volentibus eam seruare, & viuere secundum eam; & è contra,quæ sint nocumenta nolentibus? fol. 223. pag. 2.

Quæstio decimaoctaua.

Vtrùm liceat nobis assistere curijs, aut litigijs,& iudicijs, & esse exequutores testamentorum, vel dispositores, seu cõsultores eorum,& restituendorum,& esse iudices arbitros, aut aliorum negotiorum gestores,aut tractatores, seu interuentores in nuptijs,sponsalibus, & alijs huiusmodi negotijs & officijs? fol. 228. pag. 2.

Quoad id, *Et vbicumque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos, &c. Et si quis eorũ in infirmitatẽ ceciderit, &c.*

Quæstio decimanona.

Vtrùm teneamur inuicem charitatem in signo, seu familiaritate exteriori,& in affectu interiori, & in opere exteriori circa curam (maximè infirmorum) exercendam habere, & quomodò? fol. 233. pag. 1.

Super caput septimũ, in quo agitur de pœnitẽtia fratribus peccantibus imponenda.

Quæstio

INDEX.

Quæstio prima.

Vtrùm de omnibus reseruatis peccatis teneantur fratres Minores ex vi regulæ recurrere ad habentem clauem absolutionis, & quomodò sit ad eum recurrendum pro absolutione? fol. 235. pag. 2.

Quæstio secunda.

Quæritur, qui sunt qui possunt reseruare casus, & quales? Et qui possunt absoluere, & absolui per quem à talibus reseruatis, & à censuris Ecclesiasticis? fol. 238. pag. 1.

Dubium primum incidens.

Vtrùm Prouinciales, & Guardiani, & eorum Vicarij possint absoluere fratres hospites à reseruatis cõtra tertios suarum administrationum? fol. 240. pag. 2.

Dubium secundum incidens.

Vtrùm ipsi Prælati possint absolui à reseruatis & à censuris, sicut ipsi facere possunt cum suis subditis? fol. 241. pag. 2.

Quæstio tertia.

Vtrùm per alios à prædictis Prælatis, Commissarijs eorum, possint fratres Minores absolui, dispensari à peccatis reseruatis, & non reseruatis, & à censuris, intra, vel extra ordinem, etiam virtute bullarum seu priuilegiorum aliquorum, & quomodò? fol. 241. pag.

Quæstio quarta.

Quæritur, quot & qui sunt casus communiter, seu generaliter in toto ordine reseruati Ministris Prouincialibus, & quæ

INDEX.

& quæ ſit pœna abſolutis ab eis ſine authoritate, vel commiſſione ſupradicta? fol. 245. pag. 2.

Primum dubium incidens.

Penes quid attenditur enormitas tactus impudici? fol. 246. pag. 2.

Secundum dubium incidens.

Vtrùm oſcula ſint tactus impudici & enormes? fol. 247. pagina 1.

Quæſtio quinta.

Vtrùm ad cautelam poſsimus etiam de reſeruatis, & alijs abſolui, & de pœnitentia cũ miſericordia imponẽda, ſalua ſemper fidelitate ſigilli confeſsionis, & an regulariter laici poſſint eſſe Prælati? fol. 252. pag. 1.

Super caput octauum, in quo agitur de electione generalis Miniſtri, & de capitulo Penteco ſtes.

Quæſtio prima.

Vtrùm ſit nobis obligatorium habere generalem Miniſtrũ, & per quos eligendus, & quomodò? Vbi ſeu quando? Et qui tenentur ire ad Capitulum generale? fol. 254. pag. 1.

Quoad id, *Etſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum non eſſe ſufficientem.*

Quæſtio

INDEX.

Quæstio secunda.

Vtrùm Minister generalis insufficiens sit necessario absoluendus, seu deponendus, & alius ei substituendus, & per eos, & vbi, seu quando, & quomodò? fol. 256. pag. 2.

Quæstio tertia.

Vtrùm Minister generalis possit contra statuta Capii Generalis, aut supra, & è contra. Similiter de potestate Commissarij Generalis. fol. 257. pag. 2.

Quoad illud, *Post Capitulum Pentecostes.*

Quæstio quarta.

Quæritur de electione, depositione, seu absolutione Ministri Prouincialis, Custodis, & Guardiani, de Ministris Prouincialibus, & de eorum potestate inuicem, & in subditos, & conuentus, & an præfati omnes sint Prælati? Et an electus teneatur Prælationem acceptare? fol. pag. 1.

Super caput nonum, in quo agitur de prædicatoribus.

Quoad id, *Fratres non præsumant in Episcopatu alicuius Episcopi, nisi ab eo, &c.*

Quæstio prima.

Quæritur, vbi & quando, & quomodo, & quem populum sit nobis prædicare? fol. 260. pag. 1.

Quoad id, *Et nullus Generali Ministro audeat prædicare, &c.*

Quæstio

INDEX.

Quæstio secunda.

Vtrùm frater Minor possit prædicare populo, nisi sit debitè missus, seu institutus prædicator, & per quem debet, & quo modo institui prædicator? fol. 261. pag. 2.

Quoad id, *Moneo quoque, & exhortor eosdem fratres, &c.*

Quæstio tertia.

Quæritur, qualis debet esse prædicatio nostra? fol. 263. pag. *

Super caput decimum, in quo agitur de admonitione, & correctione fratrum.

Quoad id, *Fratres qui sunt Ministri, visitent & moneant, &c.*

Quæstio prima.

Vtrùm Ministri teneantur visitare & corrigere subditos, & quando, & quomodò? similiter & subditi, an teneãtur denũciare Prælatis peccata aliorũ, & quomodò? fol. 267 pag. 2.

Quoad id, *Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant in omnibus, &c.*

Quæstio secunda.

Vtrùm fratres Minores teneantur suis Prælatis obedire, in omnibus, quæ non sunt contra animam & regulam, etiam in dubijs, & quomodò? Et an libertates regulæ possint per Prælatos subditis prohiberi, strictiorque vita subditis imponi? fol. 269. pag. 2.

Dubium

INDEX.

Dubium incidens.

Vtrùm regulæ libertates, & conceſsiones poſsint prohiberi per Prælatos, & qualiter in tali caſu debeat ſubditus obedire? fol. 275. pag. 2.

Quæſtio tertia.

Quæritur, quod peccatum ſit, tranſgredi, & contemnere mãdata, monitiones, conſilia, & ſtatuta regulæ ordinis Prælatorum, & declarationum Pontificalium? Et quanta dicerent? fol. 282. pag. 2.

Dubium primum incidens.

Vtrùm ſtatuta pure pœnalia, obligent ad pœnam, etiamſi à Prælato non intimetur talis pœna? fol. 291. pag. 2.

Dubium ſecundum incidens.

Vtrùm ſi pœna impoſita à iure ſcripto, vel à Prælato non ſuſtinetur, incurratur aliqua culpa? fol. 29[illegible] pag. 1.

Dubium tertium incidens.

Vtrùm peccet, qui tranſgreditur ſtatuta pœnalia ex negligentia, vel libidine tranſgrediendi, vel ex contemptu? fol. 292. pag. 2.

Quæſtio quarta.

Vtrùm ſuper regulam noſtram ſanctiſſimi ordinis, & quomodò licitè poſsit fieri diſpenſatio per Papam, vel per [illegible] modò? fol. 295. pag. 2.

Dubium [illegible] dens.

Vtrùm Prælati ordinis poſſint [illegible] ſare circa aliqua contenta in regula? fol. 297. [illegible]

Quoad

INDEX.

Quoad id, Et *vbicumque sunt fratres, qui scirent, & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, &c.*

Quæstio quinta.

Vtrùm fratres omnes teneantur recurrere ad suos Prælatos, pro remedio obseruantiæ regulæ, & quando? Et similiter an ipsi Prælati teneãtur eis prouidere de remedio ad hoc, & quomodò peccent fratres impedientes ordinis reformationem, & puram aliorum obseruantiam regulæ in toto, vel in parte? fol. 300. pag. 2.

Primum dubium incidens.

An teneantur fratres recurrere ad Ministros, propter alia impedimenta non prouenientia ratione loci? fol. 304. pag. 1

Secundum dubium incidens.

Quid debeant facere Prælati, de his qui volunt excedere regulæ rigorem & puritatem? fol. 308. pag. 1.

Quæstio sexta.

Quæritur, in casu quo recurritur ad prædictos Ministros, pro debita, seu puriori regulæ obseruantia, quomodò recurrẽdum sit? Etsi de præfata necessaria, seu puriori regulæ obseruantia non prouidetur sufficienter per Prælatos, similiter si inuasse se habẽt Prælati cum subditis, quid debeant aut possint subditi facere? An possint licentia humiliter petita, licèt non obtenta, transire ad locum, vbi regulariter, aut purius viuitur? fol. 310.

Quæstio septima.

Vtrùm subditi maculentur ex abusu, seu transgressionibus contra

contra regulam Prælatorum ſuorum, aut aliorum fratrum communiter irregulariter conuiuentium, & è contra Prælati ex abuſu ſubditorum, & an ſtante communi modo viuendi fratrum culpabiliter relaxato, ipſi Prælati Prælatiuas acceptantes, & à fortiori eas ambientes, non intenentes efficaciter aliter viuere, quàm â deuiantibus communiter viuitur, excuſentur à peccato? fol. 316. pag. 2.

Quoad id, *Et nõ curent neſciẽtes litera &c.*

Quæſtio octaua.

Vtrùm liceat nobis incumbere ſtudio literarum, quomodò? Et qua ratione ſit habendus ſpiritus Domi & eius ſancta operatio, & cauendum à vitijs, inſtandumque orationi & virtutibus? fol. 322. pag. 1.

Dubium incidens.

Quare B.P.N. Franciſcus nõ induxit ſpec[illegible] fratres ſuos ad ſtudium literarum? fol. 323. pag. 2.

Super caput vndecimum, in [illegible] prohibentur fratribus ſuſpecta conſil[illegible] & conſortia mulierum, & ingreſſus [illegible]onaſteria monacharum.

Quoad id, *Præcipio fir[illegible] fratribus vniuerſis, ne habeant ſ[illegible]a conſortia, vel conſilia mulierum.*

Quæſ[illegible]ma.

Quæritur, quæ aut qualia c[illegible], ſeu conſilia mulierum, auc

aut aliarum personarum, nos fratres Minores ex vi regulæ specialiter vitare teneamur: fol. 325. pag. 2.

Quoad id, *Et ne ingrediantur monasteria monachorum, præter illos, quibus à sede Apostolica, &c.*

Quæstio secunda.

Quæritur, de ingressu ad monasteria monacharum, quid sit prohibitum, quid licitum nobis quoad hæc, & quomodo: fol. 327. pag. 2.

Quæstio tertia.

Quæritur, de accessu ad exteriora loca monasteriorum monialium, quid sit nobis prohibitum, quid licitū quoad hoc, & quomodo: fol. 333 pag. 1.

Quoad id, *Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, nec hac occasione, &c.*

Quæstio quarta.

Quæritur, quomodò sit nobis prohibitum fieri compatres virorum, vel mulierum: fol. 335. pag. 2.

Super caput duodecimum, in quo agitur de euntibus inter Sarracenos, & aliosinfideles, & de protectore ordinis petendo.

Quoad id, *Quicumq; fratrū diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, &c.*

INDEX.

Quæstio prima.

Quæritur, volentes ire inter infideles qui & quales, & quomodò debeant, & possint ire, & licentiari, seu mitti; & ad quos, & ad quid, & quando non? fol. 337. pag. 2.

Quoad id, *Ad hæc per obedientiam iniungo, vt petant à domino Papa vnum Cardinalem, &c.*

Quæstio secunda.

Vtrùm sit obligatorium petere protectorem ordinis, & quãdo, & ad quid valeat? fol. 339. pag. 1.

Quoad id, *Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.*

Quæstio tertia.

Quæritur, de regulæ confirmatione, & quomodò declaratio Nicolai III. debeat legi & glossari, &c. fol. 340. pag. 1.

INDEX

INDEX TERTIVS LOcupletiſsimus, concluſionum, ac rerum omnium notabilium, quę in hac regulæ expoſitione continentur, alphabetico ordine digeſtus.



A

Abdicatio.

ABdicatio quinque actuum politicorum, eſt de quidditate Euangelicæ paupertatis. fol. 157. pag. 2.

In abdicatione rerum temporalium quadrupliciter ſe habuerunt Apoſtoli. fol. 165. pag. 2.

Quomodò compatiatur cum abdicatione temporalium, ſolicitudo circa illa? fol. 220. pag. 2.

Vide verbo paupertas, & verbo proprietas.

Abſolutio.

MIniſtri Generales & Prouinciales, ex vi ſui officij poſſunt à reſeruatis abſolui. fol. 241. pag. 2.

Poſſunt abſolui à cenſuris Eccleſiaſticis ex priuilegio. ibid.

Nullus Prælatus inferior Miniſtro Generali & Prouinciali, poteſt ex vi ſui officij à reſeruatis abſolui. ibidem.

Nullus frater Minor poteſt abſolui à ſuis peccatis (regulariter loquendo) intra vel extra ordinem, niſi per ſuos Prælatos, aut habentes facultatem ab illis. fol. 242. pag. 1.

Miniſtri non poſſunt cõmittere facultatem abſoluẽdi de reſeruatis, ſacerdotibus qui non ſunt de ordine noſtro. ibidẽ.

Per

INDEX.

Per bullam cruciatæ non possunt fratres cõfessorem quem-libet eligere, neque per eum de reseruatis absolui. fol. 247. pagina 2.

In quibus casibus possint fratres virtute bullarum à reseruatis absolui. fol. 244. pag. 2.

Peccat mortaliter, qui scienter à reseruatis absoluit sine authoritate sibi subdelegata, & absolutio est nulla. fol. 250. pagina 2.

Peccat etiam mortaliter, qui scienter ab illo attentat absolui. ibidem.

Quæ pœnæ statutæ sint contrà absoluentes sine authoritate à casibus reseruatis? fol. 251. pag. 1.

Absolui ad cautelam quid sit? fol. 252. pag. 1.

Quomodò fratres possint ad cautelam de reseruatis absolui? ibidem.

Absoluere possunt Prælati ordinis à quibuslibet censuris, intrantes monasteria monialium sine licentia, foro interiori. fol. 332. pag. 1.

Hanc facultatem absoluendi non possunt alij subdelegare. fol. 332 pag. 2.

Vide verbo Prælatus, verbo Minister, & verbo Casus reseruati.

Abundantia.

Non omnis abundantia in vsu rerum debet peccatum mortale in fratre Minori. fol. 217. pag.

Vide verbo, Vsus.

Abusiones.

Abusiones fratrum circa calciamenta .82 pag. 2.

Quomodò fratres omissiue, & commissiue possint esse causa abusionum in ordine. fol. 317. pag.

Quomodo à talibus abusionibus fratres excusari, ne macu-lentur ea? fol. 318. pag. 2.

Ex abusionibus subditorum maculantur Prælati, si omissiue aut commissiue sint causa illis. fol. 319. pag. 2.

Ex abusionibus Prælatorum maculantur fratres, si illis non consentiant. fol. 216. pag. 2. & fol. 316. pag. 2.

INDEX.

Vide verbo Subditus, & verbo Prælatus.

Actio.

Pro temporalibus bonis nulla potest esse actio contra fratres Minores in iudicio, neque ipsi contra alium causam possunt habere. fol. 175. pag. 2.
Vide verbo Syndicus.

Ædificia.

Leo Decimus, & Sixtus Quartus concesserunt fratribus Minoribus, quod possint licitè sumptuosa ædificia habitare. fol. 212. pag. 2.
Quomodo vt debeant hac concessione? fol. 213. pag. 1.
AEdificia sumptuosa semel acceptata relinquere non possumus, sine licentia sedis Apostolicæ. fol. 214. pag. 1.
Vide verbo Leo X. & verbo Sixtus IIII.

Amicus spiritualis.

Amicus spiritualis quis sit propriè loquendo? fol. 95. pag. 1. & fol. 97 pag. 1.
Quomodo differat al interposita persona? fol. 97. pag. 2.
Quomodo differat à [illegible]udico? fol. 98. pag. 1.
Solum per amicos spirituales, aut per syndicos, possumus habere pecuniam pro nostris necessitatibus. fol. 110. pag. 1.
Quæ conditiones, & modificationes seruandæ sint, quando pecunia deponitur apud amicum spiritualem? folio 117. pag. 1. & sequentibus.
Vide verbo Syndicus, & verbo Pecunia.

Animus.

Animum firmare contra proximum spiritualem, est peccatum. fol. 32. pagina 2.

Quomodò

INDEX.

Apostata.

Quomodò fratres se debeant habere in expropriatione aposta-
tarum.fol. 136.pag. 1.
Concessio Leonis X. circa bona apostatarum.fol. 136.pg. 2.
Qui transit à loco, vbi deformate viuitur, ad locum, vbi regu-
lariter observatur, petita humiliter licentia, licet non ob-
tenta, non est apostata, neque ab ordinis obedienti rece-
dit. fol. 312. pag. 1.
Satius esset impios & iniquos à religione apostatare, quàm
cæteros eo prauo exemplo inficere. fol. 321. pag. 2.
Vide verbo Egredere, & verbo Transire.

Apostoli.

Apostoli nihil proprium habuerunt, neque in communi, neq;
in particulari. fol. 161. pag. 1.
Apostoli secundum duplicem statum, in quo considerantur,
habuerunt aliquid proprium in communi non habue-
runt. fol. 161. pag. 2.
Quo modo intelligendum sit Apostolos habere loculos, &
alia quæ proprium in communi. fol. 164. pag. 2.
In apostolis fuit imperfectio tales locu habere ? folio
165. pag. 1.
Apostoli quadrupliciter se habuerunt dicatione rerum
temporalium. fol. 165. pag. 2.

B

Beatæ.

Beatæ aut Bizochæ, quæ vocenti lio 328. pagina 1.

Benefactores.

Mirabilia verba Bernardi & uenturæ, in recomenda-
tionem benefactorum. fo pag. 2

INDEX.

Bona.

Bona quæ quis dubitat esse bona acquisita, potest ante professionem renunciare cui voluerit, insinuando suam dubitationem, & obligationem restituendi, si occurrat. fol. 46. pagina 1.

Qui regulam Minorum profitetur, prius debet se ab omnibus temporalibus bonis expropriare. fol. 55. pag. 2.

Tenetur etiam talia bona pauperibus erogare, nisi ex pia, & rationabili causa excusetur. fol. 55. pag. 1.

Non obligatur erogare bona sua pauperibus ante ingressum, sed ante professionem. fol. 56. pag. 1.

Efficax solicitudo circa bona temporalia intrantiũ ordinem, prohibetur fratribus ex regula. fol. 56. pag. 2.

Neque Prælati, neque subditi Minorum, possunt inducere venientes ad ordinem, vt tribuant eis aliquid de suis bonis. fol. 57. pag. 2.

Possunt tamen liberaliter oblata ab intrantibus ordinem accipere. ibidem.

Concessio Leonis X. circa bona apostatarum. fol. 136. pag. 2

Vxor vsurarij non potest licitè sustentari de bonis acquisitis à marito per vsuram. fol 311. pag. 1.

Vide verbo Debitum, & verbo Obligatio.

Bursarius.

Licitum est deferre famulum bursarium in itinere, seruatis quibusdam conditionibus. fol. 134. pag. 1.

Deficientibus talibus conditionibus, non licèt regulariter loquendo deferre bursarium. fol. 134. pag. 2.

Quàm caute se debeant habere fratres circa bursarium? ibidẽ.

Quàm periculosum sit bursarium in itinere deferre? fol. 135. pagina 1.

Vide verbo proprietas, & verbo paupertas.

C.

Calciamentum.

Calciamentum proprie loquendo, est cooperimentum pedis de.

decorio factum.folio 80.pagina 2.
Ex vi regulæ prohibemur calciamenta portare, absque dispe satione & necessitate.ibidem.
Qui possint dispensare in portandis calciamentis ? folio 81. pagina 1.
Necessitas ad portanda calciamenta multipliciter potest attendi.ibidem.
Possunt Prælati ordinis dispensare in portandis calciamentis, licèt non sit vrgens necessitas.fol.81.pag 2.
Qualiscumq; sit necessitas,semper debet interuenire dispẽsatio Prælatorum ad portanda calciamenta.ibidem.
Quodcumque operimentum accedens ad genus calamenti, non potest absque necessitate aliqua,& dispensatione portari.ibidem.
Abusiones fratrum circa calciamenta.fol.82.pag.

Caligæ.

Caligæ truncatæ possunt causa honestatis sine dispensatione portari.fol.82.pag.2.
Caligis truncatis cum pealibus pannicis possunt fratres cum bona conscientia vti,iuxta declarationem IV.ibidem.

Carthusienses.

Ad Carthusienses non possumus transire nostra religione Minorum in foro conscientiæ.fol.8.pag.2.& fol.69.pag.1.
Possum us tamen in foro Ecclesiæ, peregrinantem Martinum III.fol.70.pag.1.
Ordo Carthusiensium non est strictior ordine Minorum,absolute loquendo, sed solum in quibusdam obseruantijs. ibidem.
Vide verbo Transire.

Charitas.

Ad charitatem erga omnes interius & exterius exercẽdam, non tenemur ex vi regulæ de iure diuino.folio 233. pagina 1.

INDEX.

Quantùm in sua regula commendet illam B.P.N. Franciscus. fol. 233. pag. 2.

Capitulum.

Non potest eligi Minister Generalis, nisi in Capitulo Generali. fol. 255. pag. 1.

Capitulum Generale non potest celebrari nisi in festo Pentecostes. ibidem.

Minister Generalis insufficiens, solùm potest deponi in Capitulo Generali. fol. 256. pag. 2.

Dictus obiectus insufficientiæ ad solùm Capitulum Generale pertinet. ibidem.

Vocales Capituli Prouincialis possunt, & tenẽtur deponere Ministrum Prouincialem insufficientem. fol. 258. pag. 2.

Capitula conuentus non possunt habere Vicarij, dum Guardiani sunt in contract. fol. 259. pag. 1.

Vide verbo Minister, & verbo Prælatus, & verbo Guardianus.

Casus reseruati.

Nullus casus est reseruatus, nisi sit peccatum mortale. folio 249. pag. 2.

Enumerantur casus cõmuniter in toto ordine reseruati. fol. 245. pag. 2.

Capitulum Generale & Prouinciale habent facultatem reseruandi casus quos voluerint, tam publice, quàm secrete commissos. fol. 238 pag. 1.

Nullus Guardianus habet facultatem reseruandi sibi casus. fol. 238. pag. 2.

Nullus fratrum de casibus reseruatis publicis, aut occultis potest absoluere, nisi habeat authoritatẽ sibi à Ministris subdelegatam. fol. 239. pag. 1.

Absolutio de reseruatis collata per non habentem authoritatem, est nulla. fol. 238. pag. 2. & fol. 250. pag. 2.

Peccat mortaliter, qui sine authoritate scienter à reseruatis absoluit. fol. 250. pag. 2.

Peccat etiam mortaliter, qui scienter ab illo attentat absolui. ibidem.

Pœna

INDEX.

Pœnæ statutæ contra absoluentes sine authoritate à casibus reseruatis. fol. 251. pag. 1.

Ministri non debent denegare, aut restringere nimis suam authoritatem absoluendi à casibus reseruatis. folio 239. pagina 1.

Inabsentia Guardianorum, habent sui Vicarij eandem facultatem absoluendi à reseruatis, quæ ipsis Guardianis conceditur. fol. 239. pag. 2.

Quomodo Guardiani debeant suam authoritatem subditis concedere, vt absoluantur à casibus reseruatis? folio 240. pagina 2.

Qui habet authoritatem absoluendi se à reseruatis à Prouinciali concessam, ipso suspenso, vel morienti, fruur ea, vsq; ad alterius electionem. fol. 240. pag. 2.

Possunt Prælati in suis prouincijs, & administr[illegible]omibus fratres hospites à reseruatis absoluere. ibidem.

Ministri non possunt concedere authoritatem [illegible]soluendi de casibus reseruatis, sacerdotibus qui non sun[illegible]e ordine nostro. fol. 242. pag. 1.

Quid faciendum fratri Minori, qui habet ca[illegible]reseruatos, & confitetur sacerdoti alterius ordinis, ve[illegible]on habenti authoritatem absoluendi ab eis? fol. 242. p[illegible]2.

Quomodo se debeant habere Prælati, in [illegible]onenda penitentia pro peccatis reseruatis, publicis aut [illegible]cretis? folio 252. pagina 2.

Vide verbo Absolutio, verbo Prælatus, [illegible]erbo Minister, verbo Guardianus, verbo Recurrere.

Christus Dominus.

Christus ab instanti incarnationis [illegible]büit dominium temporale super omnia regna mundi[illegible]. fol. 168. pag. 1.

Noluit vti executione huius [illegible]nij, vsque ad Resurrectionem. ibidem.

Quomodo intelligendum sit [illegible]ium, & eius Apostolos, neque in communi, neque [illegible]particulari aliquid proprij habuisse. fol. 161. & sequens.

Christus fuit aliquando mer[illegible]s. fol. 198. pag. 1.

INDEX.

Commodare, & commodatum.

Quid sit commodare,& commodatum?fol.177 pag.1.
Fratres Minores non possunt propriè,& ciuiliter tradere,aut accipere commodatum.ibidem.
Intra ordinem possunt fratres simpliciter commodare,& accipere commodatum.ibidem.

Commutare.

Quid sit commutatio?fol.174.pag.1.
Leo X.concessit fratribus Minoribus,vt possint recipere res superabundantes, quibus in propria specie non indigent, ad hoc, vt illas cõmutent pro alijs rebus, quibus indigent. fol.106.pag.2.& fol.128.pag.1.
Nullam rem possumus cõmutare pro alia, interueniente æstimatione pretij, absque authoritate dantis, vel interuentu syndici.fol.126.pag.1.& fol.174.pag.1.
Nullam rem possumus commutare pro alia, intra vel extra ordinem,sine licentia Prælatorum.fol.126. pag.2.
Possunt Guardiani res mendicatas commutare pro alijs sibi necessarijs.delicentia Ministri Prouincialis, sine interuentu syndici.fol.127.pag.1.
Quando vna res commutatur pro alia extra ordinem, habita æstimatione pretij, debet commutari interuentu syndici, & cum voluntate dantis.fol.127.pag.1.
Ad licitè commutandum res pertinentes ad Papam, quibus ordo vtitur,tres conditiones requiruntur. fol.174. pag.2.
Si res commutanda pertinet ad dominium alterius à Papa, eius authoritate commutanda est.fol.175.pag.1.

Vide verbo Syndicus.

Compatres.

Compatres fieri virorum aut mulierum,prohibetur nobis ex vi regulæ.fol.335.pag.2.
Prohibetur compaternitas,quæ contrahitur in baptismo, & confirmatione.ibidem.
Prohibetur etiam compaternitas quæ contrahitur tenendo

susci-

suscipientem sacramentum, & non quæ contrahitur, dando ipsum sacramentum. fol. 336. pag. 1.
Rationes propter quas prohibuit nobis B. P. N. Franciscus has compaternitates. ibidem.

Confiteri & confessio.

Quid faciendum fratri Minori habenti peccata reseruata, & confitenti ea sacerdoti alterius ordinis, vel non habenti authoritatem? fol. 242. pag. 2.
Frater de obseruantia potest confiteri cum claustrali, de licentia Prælatorum. fol. 243. pag. 1.
Fratri Minori quomodò, & in quo casu licet confiteri cum clerico seculari? fol. 143. pag. 2.
Fratres Minores non possunt per bullam Cruciatæ confessorem quemlibet eligere, neque per eum à reseruatis absolui. ibidem.
Vide verbo Absolutio, verbo Casus reseruati.

Congregationes.

Congregationes frumenti, & vini in [illegible]arum, non licet fratribus facere, si de quotidianis mendicationibus commode possunt sustentari. fol. 194. pag. [illegible]
Licet tales congregationes facere, [illegible]ndo per mendicationē non possunt commode vitæ necessaria prouideri. fol. 195. pagina 1.
Leo X. concessit fratribus de [illegible]ruantia licitè congregare frumentum & vinum, etiam [illegible]ne indigentia, vt has res cōmutent pro alijs, quibus in[illegible]ent. fol. 195. pag. 2.
Quantitas rerum, quæ in fut[illegible]m congregatur, iudicio Prælatorum taxanda est. fol. [illegible]. pag 1.
Non solùm est licitum, sed [illegible]est rarum quandoque congregationes aliquarum rerum [illegible]futurum facere. fol. 196. pag. 2.

Coniugatus.

Conditiones positæ in [illegible]ula circa receptionem coniugatorum, sunt etiam de [illegible]communi. fol. 42. pag. 2.

Ex

INDEX.

Ex vi regulæ non potest coniugatus religionem ingredi, inuita vxore, etiam ex culpa sua. ibidem.
Vide verbo Matrimonium.

Consilium.

Ad illa sola consilia Euangelica tenentur fratres ex vi regulæ, quæ Clemens V. expressit. fol. 24. pag. 2.
Ad consilia, & monitiones regulæ non tenentur fratres sub peccato, ex vi ipsius regulæ. fo. 27. pag. 2.
Consilia regulæ ad sequendum bonum sunt vndecim. fol. 28. pagina 2.
Consilia regulæ ad vitandum malum sunt sex. fol. 29. pag. 1.

Constitutio.

Fratres Minores non ligantur pœnis spiritualibus per quascunque constitutiones ordinis, nisi authoritate Apostolica fiant. fol. 20. pag. 1. & fol. 21. pag. 1.
Quæ constitutiones sint obseruandæ ad puram regulæ obseruantiam? fol. 21. pag. 1.
Vide verbo Statutum.

Consuetudo.

Qui simpliciter profitetur regulam Minorum, non facit satis suæ obligationi, intendens seruare solum, prout est in consuetudine. fol. 66. pag. 1.
Ad ea quæ non sunt obligatoria in regula, non tenetur qui profitetur eam, nisi prout sunt in consuetudine. folio 67. pag. 1.

Contemptus.

Quotuplex sit contemptus? fol. 288. pag. 1.
Quid sit peccare ex contemptu? ibidem.
Qui non vult proficere in perfectione, ex contemptu formali, quãdoq; peccat mortaliter, quãdoq; venialiter. fol. 33. p. 1.

Con-

INDEX.

Contemptus præceptorum, & consiliorũ propriè & formaliter sumptus, est peccatum mortale. fol. 287. pag. 2.

Contemptus formalis proximiè peccatum mortale, regulariter loquendo. fol. 283. pag. 2. & fol. 289. pag. 2.

Quo ratione licitum sit in casu, mandatum Prælati contemnere? fol. 289. pag. 1. & fol. 316. pag. 1.

Violare preceptum ex cõtemptu, quando sit peccatum mortale? ibidem.

Subditus speculatio de cõtemptu mandatorũ. fol. 289. pag. 2.

Conuentuales.

Non licet fratribus de obseruantia ad conuẽtuales transire, in foro cõscientiæ, sine dispensatione Papæ. fo 70. pag. 2.

Conuentuales possunt transire ad obseruãtes, etita licentia â suis superioribus, licet non obtenta. fol. 71. pag. 1.

Conuentuales transeuntes ad obseruantiam õ indigent anno probationis, aut noua professione. fol. 1. pag. 2.

Conuentuales sunt in bono statu, licèt sint dispensati quoad pecunias, & paupertatem. fol. 72. pag. 1.

Sub grauibus pœnis prohibet sedes Apostolica fratribus de obseruantia, ne vocent fratres conuentuales, priuilegiatos, bullistas, aut alio nomine iniurioso & rilorio ibidem.

Vide verbo Transire.

Custos.

Qui modo sunt Custodes, vocabantur olim discreti discretorum. fol. 255. pag. 1.

Tenentur Custodes ex vi regulæ præceptis papalibus, ad Generale Capitulum conuenire, nisi ex causa rationabili excusentur fol. 255. pag. 2.

Olim Ministri, tam Prouinciales, quàm Generales, Custodes vocabantur. fol. 257. pag.

Illa verba regulæ, Teneatur ium sibi eligere in Custodem, quomodo intelligantur dem.

Esset graue peccatum, si al ue rationabili causa, aut Papæ licentia, non seruaret ma nominandi vnum Custodem Custodum, præsi à Nicolao III. fol. 295. pag. 2.

Vide

INDEX.

Vide Verbo Minister, verbo Prælatus, verbo Electio.

D

Debitum.

Qui est grauatus debitis, & cum facultate soluendi, nõ potest ingredi religionem, nisi prius satisfaciat. fol. 44. pag. 1.

Qui intrat religionem occultando debita, quæ soluere poterat, peccat peccato mendacij & furti. ibidem.

Qui nullo modo potest creditori de suis bonis soluere, potest illis cedere de licentia iudicis, & religionem intrare. fol. 44. pag. 2.

Si conuentus sciens obligationem soluendi debitum, admittit aliquem ad professionem, non potest eum eijcere, nec ipse potest egredi. fol. 46. pag. 1.

Qui *intrauit* religionem grauatus debitis, quomodò teneatur *ad satisfaciendum*? fol. 45. pag. 2.

Vide verbo Obligatio, & verbo Ordo.

Declaratio.

Declaratio quid sit? fol. 16. pag. 2.

Declarationes Nicolai III. & Clementis V. circa regulam, sunt præcipuæ seruandę. fol. 19. pag. 1. & 2.

Sunt maxime necessarię ad verum regulę intellectum habẽdum. fol. 13. pag. 2.

Viuere secundum declarationes Pontificum est viuere secũdum regulę puritatem. fol. 15. pag. 1. & fol. 307. pag. 2. & fol. 17. pag. 1.

Declaratio nostræ regulę, ei per Ecclesiam recepta, & approbata. fol. 17. pag. 2.

Quę declarationes summorum Pontificum sint annullatę? fol. 19. pag. 2.

In declarationibus summorum Pontificum nihil continetur *de nouo* obligans ad culpam, nisi aliàs sit contra regulam, aut contra legem Dei. fol. 293. pag. 2.

Ioannes XXII. reuocauit censuras latas per Nicolaum III. contra impugnantes suam declarationem regulę. fol. 340. pagina 2.

Quo-

INDEX.

Quomodò prædicta declaratio Nicolai III. posſit glossari ibedem.
Vide verbo interpretatio, & verbo regula.

Denarius.

Quid sit dedarius, & in quo differat à pecunia ? folio 92. pagina 2.
Tangere denarios solius curiositatis gratia (si absit scandalo) nullam est peccatum. fol. 98. pag. 2.
Si interueniat aliqua causa rationabilis, tangendi denarios naturaliter, nullum est peccatum. fol. 99. pag. 1.
Prohibitum est sub mortali fratri Minori, denarios recipere politice, perse, aut per interpositam personam. folio 101. pagina 1.
Non licèt fratri Minori, alienos denarios credere, nisi in violenta & maxima periculi necessitate. f. 100. pag. 1.
In tali casu non debet se politice, & ciuiliter obligare ad custodiendum, licèt ex fidelitate teneatur. ibidem.
Non licet fratri Minori esse denariorum alienorum dispensatorem. ibidem.
Vide verbo Pecunia, & verbo Propter, & verbo Syndicus.

Denunciatio

Denunciatio quando obliget, siue præcesserit correctio fraterna, siue non. fol. 268. pag. 2.

Depositarius.

Qua ratione famulus fratrum posſit esse depositarius pecuniæ. fol. 120. pag. 2.
Quomodo fratres se debeat habere circa depositarium in exigentia computi. ibid.
Non potest depositarius exigenti à computi à fratribus cogi fol. 121. pag. 2.
Quomodò se debeant habere circa depositarium infideliter pecunias.

pecunias tractantem: ibidem.
Neque depositarius, neque fiatres, possunt conuertere pecuniam ad determinatos vlus data, in alios, absque voluntate domus expressa, vel interpretatiua. fol. 123. pag. 2.
Si dans pecuniam, moriatur antequam fit expensa, possumus & debemus cum eius depositario nos habere, sicut cum dante nos haberemus. fol. 126. pag. 1.
Vide verbo Amicus spiritualis, verbo Syndicus, verbo Pecunia.

Dispensatio.

Quid sit dispensatio? fol. 16. pag. 1. & fol. 295. pag. 2.
In quo differat ab interpretatione: ibidem.
Quæ requirantur ad licitam dispensationem? fol. 296. pag. 1.
Quæ sint causæ licitæ dispensationis? fol. 296. pag. 2.
Non potest summus Pontifex super vota sine rationabili causa dispensare. fol. 296. pag. 1.
Summus Pontifex potest in totà nostra regula ex rationabili causa dispensare. fol. 297. pag. 1.
Prælati ordinis non possunt in tota nostra regula dispensare. fol. 297. pag. 2.
In præceptis regulæ manifestis, sicut in octo inhibitorijs, non potest totus ordo authoritate sua dispensare. fol. 298. pag. 1
Prælati ordinis non possunt dispensare circa præcepta regulæ in totum, sed solùm ex parte. ibidem.
Quæ sint illa præcepta regulæ, in quibus Prælati possunt dispensare? fol. 298. pag. 2.
Qui Prælati possint dispensare in preceptis regulæ? fol. 299. pagina 1.
In aliquibus regulæ præceptis possunt dispensare Guardiani ex concessione Pij II. fol. 299. pag. 2.
Quomodò sit intelligenda ista concessio? ibidem.
Prælato dispensanti rationabiliter in aliquo puncto regulæ, debent subditi obedire. fol. 307. pag. 2.
Omnes regulæ dispensationes reuocatæ sunt, & annullatæ per sedem Apostolicam, ita quod modo, absque aliqua, in sua puritate seruatur. fol. 296. pag. 1.
Possunt dispensare Prælati ordinis in accessu ad exteriora loca monasterij monialium. fol. 335. pag. 1.

INDEX.

Vide verbo Minister, verbo Prælatus, verbo Pontifex, verbo Guardianus.

Dominium.

Quid sit dominium proprie loquendo? fol. 158. pag. 2.
Quid addat possessio supra dominium? ibidem.
Dominium & proprietas pecuniæ nobis oblatæ, nunquam remanet penes fratres, sed pertinet ad dantes, vel ad Papam. fol. 117. pag. 1. & 2.
Dominium potest separari à simplici vsu facti, in rebus vsu consumptibilibus. fol. 163. pag. 1.
Quid sentiunt circa hoc Ioannes XXII? fol. 168. pag. 1.
Dominium omnium rerum, quarum vsum habent fratres, ad sedem Apostolicam pertinet, nisi dominantes ipsi reseruent. fol. 169. pag. 1.
Dominium pecuniæ etiam gratuito fratribus oblatæ, qua licitè interuentu Iudicis vtuntur, ad sedem Apostolicam pertinet. fol. 169. pag. 2.
Dominium rerum fungibilium, quarum vsum illicitum fratres habent, etiam pertinet ad sedem Apostolicam. fol. 170. pag. 1.
Non pertinet, si talis vsus sit illicitus tantæ materiæ. folio 170. pag. 2.
Vide verbo Proprietas, verbo Vsus, verbo Paupertas, verbo Ioannes XXII.

Donare.

Fratres Minores non possunt aliquid donare, intrà, vel extra ordinem, nisi de licentia Ministri, & suorum Prælatorum, expressa aut interpretatiua. fol. 177. pag. 2.
Quæ conditiones requiruntur, vt fratres possint donare aliquid de rebus ad Papam pertinentibus. fol. 178. pag. 1.
Res viles, & exiguæ valoris, possunt donari à fratribus extra ordinem, de licentia Prælatorum. fol. 178. pag. 2.
Remanet immobilem nullo modo possunt donare fratres Minores. ibidem.
Res illicitè donatæ extra ordinem, debent ordini restitui, nisi Prælati in detentione obleatiant. fol. 179. pag. 2.

Nihil

Nihil possumus à donantibus accipere sine licentia Prælatorum. fol. 180. pag. 1.
Vide verbo proprietas, verbo paupertas, verbo pecunia.

Dubium.

In dubijs, vita & exemplum bonorum, sufficit pro regula viuendi, simplicibus. fol. 14. pag. 2.
In omnibus dubijs, tenetur subditus Prælatorum iudicio stare, & eis obedire. fol. 271. pag. 2. & fol. 308. pag. 2.
Vide verbo subditus, verbo obedientia, verbo Leo X.

E

Eijcere.

INcorrigibiles & scandalosi licitè possunt eijci à religione. fol. 74. pag. 2.
Quales futuri sint eijciendi ab ordine? fol. 75. pag. 1.
Electi à religione possunt licentiari, vt ad alium confugiant, & ibi saluentur. fol. 75. pag. 2.
Electus ab ordine, si redeat pœnitens, & bene dispositus, est recipiendus, nisi aliud obstet. ibidem.
Electus ab ordine, tenetur pro viribus se disponere melius viuendo, vt iterum recipiatur. ibidem.
Ad quid teneatur electus ab ordine, qui sæpius rediens, & habitum pœnitens, sæpius petitur? fol. 76. pag. 2.
Possunt à religione eici, qui fraudulenter in professione tacuerunt defectus notabiles, quos si prospexissent, nullatenus admissi fuissent. fol. 77. pag. 1.
Causæ propter quas non omnes difficili eijciuntur à religione. ibidem.
Vide verbo apostata, verbo debitum, verbo obligatio.

Electio & eligere.

Quomodo intelligatur, quod ex duobus malis minus est eligendum. fol. 321. pag. 1.

Eligi non potest Minister Generalis, nisi in Capitulo Generali, neq; hoc celebrari, nisi in festo Pētecostes. fol. 256. p. 1.
A Prouincialibus & Custodibus necessariò est eligendus. fol. 155. pag. 1.
De electione Prouincialis, Custodis, aut Guardianorum, nihil obligatorium extat in regula, sed ex statutis ordinis pendet. fol. 258. pag. 2.
Vide verbo Minister, verbo Prælatus, verbo Capitulum.

Eleemosyna.

Existentibus eleemosynis pecuniarijs indifferētibus, de quibus fratrum necessitatibus sufficienter prouidetur, nō possunt aliæ de nouo procurari. fol. 106. pag. 1.
Faciunt contra regulam fratres procurantes per plateas eleemosynas pecuniarias, cum sunt depositę alię indifferentes, & sufficientes pro eorum necessitatibus. fol. 107. pag. 1.
Eleemosynas petere per modum confraternitatis, est quæstus pecuniarius. fol. 133. pag. 2.
Fratres qui pro suis necessitatibus habent eleemosynas depositas, si faciant sibi de eleemosynis conuentus prouideri, vt suas reseruent, sunt proprietarij. fol. 185. pag. 1.
Nullo modo possumus petere eleemosynam per viam politicæ, & ciuilis obligationis soluendam. fol. 187. pag. 2.
Quando fratres petunt eleemosynam, quæ habet obligationem ciuilem annexam, debent protestari se pure eleemosynaliter petere. fol. 188. pag. 1.
Supererogatoriè meritorium est fratri Minori, de eleemosynis mendicatis viuere. fol. 198. pag. 1.
Illicitum est viuere de eleemosynis fratri Minori, qui moderatis non est contentus, & qui spiritualibus non recompensat. fol. 199. pag. 1.
Eleemosynis mendicare ad laut & superflue viuendum, grauis culpa est in fratre Minori. fol. 200. pag. 1.
Possumus habere eleemosynas certas moraliter, non tamen ciuiliter. fol. 201. pag. 1.
Quomodo debeat eleemosyna postulari. ibidem.
Non possumus ab eleemosynis petēdis per diœcesanos prohiberi. fol. 201. pag. 2.
Quomodò peccent religiosi, qui de eleemosynis sustētantur,

Cotiosè viandò, & absque aliqua vtilitate, quam afferant populo Dei: fol. 203. pag. 2.
Religiosi qui nō recōpensant eleemosynis in spiritualibus, sunt ingrati, & quandoque mortaliter peccant. folio 204. pagina 1.
Religiosus abutens eleemosynis, non tenetur ad restitutionem. fol. 204. pag. 2.
Vide verbo Mendicare, verbo Paupertas, verbo Proprietas, verbo Quæstus pecuniarius.

Episcopus.

Religiosus assumptus ad Episcopatum, est in bono statu extra ordinem. fol. 74. pag. 1.
Ad alias dignitates inferiores Episcopatu, non possunt nostri religiosi secure transire, absque dispensatione Papæ. ibidem.
Religiosi assumpti ad Episcopatum, ad quæ teneantur? ibidō.
Episcopi succedunt Apostolis in dignitate Prælationis. folio 166. pag. 1.
Non tenentur ad strictam illorum paupertatem. ibidem.

Equitare.

Fratres Minores ex vi regulæ tenētur non equitare, nisi manifesta necessitate, aut infirmitate cogantur. fol. 90. pag. 1.
Quomodò attendenda sit ista necessitas? ibidem.
Non se debet exponere necessitati equitandi, voluntariè & sine causa, qui non potest pedester ambulare. ibidem.
Iulius II. concessit, quod Prælati ordinis possint dispensare cum fratribus ad equitandum, licèt non sit arcta eorum necessitas. fol. 90. pag. 2.
Vide verbo Dispensatio, & verbo Prælatus.

Error.

Error est asserere, quod regula fratrum Minorum non sit obseruabilis. fol. 2. pag. 2.
Dicere, quod soli Mendicantes prædicant Euangelium, est error damnatus ab Ecclesia. fol. 226. pag. 2.

Sunt

INDEX.

Excommunicatio.

Sunt ipso facto excommunicati, qui docere presumpserint, fratres Prædicatores & Minores non esse in statu perfectionis. fol. 4. pag. 2.

Sunt ipso facto excõmunicati per sedem Apostolicam portantes habitus difformes, & dissimiles ab alijs fratribus cõtra indicium Prælatorum. fol. 79. pag. 2.

Transgressor precepti sub excommunicatione cõminatoria, non peccat mortaliter ratione pœnæ, nisi aliunde deficiat. fol. 285. pag. 1.

Excommunicationem ab homine potest quis incurrere, propter solam transgressionem venialem. fol. 286. pag. 1.

Sunt ipso facto excommunicati intrantes sine licentia monasteria monacharum. fol. 332. pag. 1.

Non sunt excommunicatæ moniales ipsos intromittẽtes, nisi solum moniales Conceptionis. ibidem.

Sunt excommunicati fratres recurrentes ad protectorem ordinis, tanquàm ad Prælatum, pro licẽtijs & alijs exemptionibus. fol. 340. pag. 1.

Exemplum.

In dubijs, exemplum & vita bonorum, sufficit pro regula viuendi simplicibus. fol. 14. pag. 2.

Exemplum ex Ioanne Abbate circa solicitudinem temporalium. fol. 220. pag. 1.

Exemplum confidentiæ ex vitis Patrum. fol. 225. pag. 1.

F

B. P. N. Franciscus.

B. P. N. Franciscus paucitatem fratrum in suo ordine desiderabat. fol. 11. pag. 2.

Summopere affectabat, vt si fratres regulam scirent, & de ea sæpius confabularentur. fol. 13. pag. 2.

Non prohibuit declarationes summorum Pontificum, neque glossas rationabiles Doctorum, circa suam regulam. folio 15. pag. 2. & fol. 16. pag. 1.

INDEX.

Quomodò intelligatur exhibuisse obedientiam D. Papæ, ac successoribus eius canonice intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ? fol. 23. pag. 1.
Annullauit præceptum fratris Heliæ Ministri Generalis, de non comedendo carnes in ordine. fol. 275. pag. 1.
Notabilia verba B. P. N. Francisci circa obedientiam exhibendam Prælatis. fol. 314. pag. 1.
Mirifica verba, quę audiuit à Christo in suæ regulæ cõmendationem. fol. 2. pag. 2.
Alia verba Christi ad ipsum de progressu suæ religionis. fol. 11. pag. 1.
Cur fratres suos Minorum nomine appellauit? fol. 23. p. 1.

Fratres Minores.

Fratrum multitudo perfectioni religionis sæpius nocet. fol. 11. pagina 2.
Bonis fratribus inter deformatos degere, multiplicis meriti occasio est. fol. 12. pag. 1.
Quare fratres suos B. P. N. Franciscus Minores voluit appellari? fol. 23. pag. 1.
Fratres Minores non tenentur ad omnia consilia Euangelica, nisi ad illa, quæ præceptoriè in regula continentur, secundum declarationes Clementis V. & Nicolai III. folio 24. pag. 2. & fol. 27. pag. 2.
Fratres Minores in rebus ciuilibus non possunt esse fideiussores, iudices aut aduocati. fol. 231. pag. 2.
Non tenentur ad recipiendas commissiones causarum, neque ad sentẽtiarum exequutiones, etiam de authoritate Papæ, absque licentia Prælatorum. ibidem.
Vide verbo Religiosus, verbo Ordo.

G

Glossa.

GLossas solùm extortas, & regulam relaxãtes, prohibuit B. P. N. Franciscus. fol. 18. pag. 1.
Glossas & interpretationes Doctorum admittit nostra regula. fol. 15. pag. 2.

Quæ

INDEX.

Quæ sint precipuè recipiendæ? fol. 21. pag. 1.
Vide verbo Interpretatio, verbo Regula, verbo Declaratio.

Guardianus.

Possunt Guardiani ex suo officio dispensare cum fratribus, in habendo plures quàm duas tunicas, attenta illorum necessitate. fol. 78. pag. 2.
Potest vnus Guardianus licitè pecuniam procurare pro alio Guardiano, de licentia superioris. fol. 108. pag. 2.
Vnus Guardianus potest procurare missas & pecuniam pro alteco Guardiano, de licentia Prouincialis. fol. 126. pag. 1.
Potest Guardianus de licentia Ministri Prouincialis, res inēdicatas pro alijs sibi necessarijs commutare sine interuentu syndici, vel dantis. fol. 127. pag. 1.
Non potest nominare syndicum, sine commissione Ministri Generalis aut Prouincialis. fol. 139. pag. 2.
Possunt Guardiani præbere subditis licentiam ad vsum omnium rerum, quæ à suo statu non exorbitant. fol. 180. p. 2.
Nullus Guardianus habet facultatem reseruandi sibi casus. fol. 238. pag. 2.
Guardiani in suo conuentu, & districtu, possunt fratres hospites absoluere à reseruatis, & à censuris Ecclesiasticis. fol. 241. pag. 1.
Communiter habent iam Guardiani à Ministris facultatem absoluendi, non solùm à reseruatis, sed etiam ab excommunicationibus. fol. 248. pag. 1.
Guardianus est maior toto conuentu, etiam capitulariter cōgregato. fol. 258. pag. 2.
Possunt dispensare Guardiani in aliquibus regulę præceptis, ex concessione Pij II. fol. 299. pag. 2.
Quomodò talis concessio sit intelligenda? ibidem.
Vide verbo Prælatus, verbo Absolutio, verbo Casus reseruati, verbo Dispensatio.

H

Habere.

HAbere aliquid in cōmni non minuit de statu perfectionis exercendæ, bene tamen acquirendæ. fol. 6. pag. 2.

Non habere aliquid in communi, potiùs iuuat ad contemplationem, & perfectionem Euangelicam, quàm ab ipsa retardet. fol. 7. pag. 2.
Quomodò fratres Minores hortos & vineas possint habere? fol. 186. pag. 2.
Non licet illis habere redditus virtuales, vel quod ad speciem reddituum appropinquat. ibidem.
Neque etiam licet illis habere vineas aut segetes, ex quibus vinum, aut frumentum pro sua prouisione colligant. fol. 187. pag. 1.
Qua ratione fratres, aues & animalia possint alere, & habere? ibidem.
Christus & Apostoli, secundum duplicem statum, in quo cõsiderantur, habuerunt aliquid proprium in cõmuni, & non habuerunt. fol. 161. pag. 2. & fol. 164. pag. 2.
Fratres Minores nihil proprium habere possunt, neque in cõmuni, neque in particulari. fol. 159. pag. 1.
Solùm habent simplicem vsum facti circa res mobiles & immobiles. ibidem.
Nullam rem possunt habere in vsu fratres Minores, absque licentia Prælatorum. fol. 179. pag. 2. & fol. 182. pag. 2.
Quæ sint res, quarum vsum communiter habere possunt? fol. 208. pag. 1.
Vide verbo Vsus, verbo Proprietas, verbo Paupertas.

Habitus.

Fratres Minores portantes habitus difformes, & dissimiles ab alijs, contra iudicium Prelatorum, sunt ipso facto excommunicati, per sedem Apostolicam. fol. 79. pag. 2.
Licitũ est eleemosynam pecuniarim accipere pro habitibus, qui dantur ad indumentum defunctorum. fol. 138. pag. 1.
Si habitus carius venderetur, quã stat ipsis fratribus, ratione indulgentiæ illi annexæ, esset simonia. fol. 138. pag. 2.
Qua ratione vendi possit? ibidem.
Vide verbo Vestimentum.

Hæres, & hæreditas.

Fratres Minores nullo modo hęredes instituí possunt. folio 188. pag. 1.

Sixtus

Sixtus IIII. concesit conuentualibus, quod possint hæredes instituí. fol. 188. pag. 2.
Nouitij ex ordine Minorum ante professionem tacitam vel expressam, possunt hæredes instituí. ibidem.
Ecclesiæ, aut conuentus, aut ciuitatis nostra, non possunt hæreditare. ibidem.
Quomodo fratres possint recipere valorem hereditatis relictæ ad suas necessitates? fol. 189. pag. 1.
Episcopus, & iudices ordinarij, possunt compellere hæredes, vt soluant fratribus Minoribus, quæ illis in testamento legantur. fol. 192. pag. 2.
Vide verbo Legare, verbo Vsus, verbo Paupertas.

I

Ieiunium & ieiunare.

OMnes professi Minorum, licet non attigerint vigesimum ætatis annum, tenentur ex vi regulæ ad omnia ieiunia in ipsa contenta. fol. 87. pag. 1.
Si in sexta feria incidat Natiuitas Domini, tenentur fratres ex regulæ præcepto ieiunare, licet alij Christiani carnes comedant. fol. 87. pag. 2.
Omnes professi ex nostro ordine tenentur ex vi regulę quadragesimam ieiunare, licèt nõ attingant vigesimum ætatis annum. ibidem.
Ad ieiunandum in vigilijs, & quatuor temporibus anni, non tenentur ex vi regulę, sed solùm ex præcepto Ecclesiæ, sicut alij Christiani. fol. 88. pag. 2.
Professus ex ordine Minorum, non attingens vigesimum ætatis annum, non tenetur ad ieiunandum in vigilijs, & quatuor temporibus ex vi regulæ, sed solùm ex condecentia. ibidem.
Quæ forma seruanda sit in ieiunijs ordinis & Ecclesię? folio 89. pag. 1.
Tempore manifestę necesitatis non tenentur fratres ad ieiunia Ecclesiæ, vel regulę. ibidem.
Ieiunium Epiphaniæ relictum sub consilio B. P. N. Franciscus fratribus suis. fol. 89. pag. 2.

INDEX.

Non debet ieiunium tale præceptorie ſubditis imponi; niſi interueniente culpa, aut ſufficienti cauſa. ibidem.

Neque debet prohiberi, abſque rationabili cauſa, volenti ieiunare. ibidem.

Ignorantia.

Ignorantia craſſa, ſeu ſupina quid ſit? fol. 13. pag. 1.

Talis ignorantia regulæ non excuſat à mortali. ibidem.

Ignorantia affectata regulæ eſt culpabilior. fol. 13. pag. 2.

Ignorantia declarationum Nicolai III. & Clementis V. circa regulam, non excuſſat tranſgreſſores regulæ. ibidem.

Ignorãtia regulæ eſt culpabilior in Prælatis, & literatis. ibid.

Vide verbo Regula.

Impignorare.

Quid ſit impignorare. fol. 176. pag. 1.

Si res impignoranda pertinet ad Papam, contractus impignorationis debet per ſyndicum fieri. ibidem.

Si pertinet ad dominium alterius à Papa, non poſſunt fratres impignorare illam, abſque licentia domini talis rei. ibidem.

Poſſumus ſimpliciter recipere pignora aliorum, pro rebus commodatis, abſque ciuili obligatione nobis facta. folio 176. pagina 2.

Nõ poſſumus recipere pignora pro pecunia debita, pro Miſſis, aut ſermonibus, aut alijs exercitijs ſpiritualibus, aut corporalibus. fol. 177. pag. 1.

Inducere.

Licitum & ſanctum eſt, inducere idoneum, & bene diſpoſitũ, ad religionem reformatam. fol. 37. pag. 1.

Hæc inductio non paſsim & leuiter, ſed ſerio, & prudenter attentanda eſt. fol. 38. pag. 1.

Per quæ media ſint inducendi idonei ad religionem? fol. 38. pagina 2.

Non licet inducere aliquem ad religionem, in qua deformate, & cum animæ periculo viuitur. fol. 39. pag. 1.

Si in aliquibus prouincijs regula noſtra non ſeruaretur, non liceret,

liceret, venientes ad illas recipere, aut inducere. fol. 40. p. 2.
Vide verbo Ordo, verbo Religio.

Infirmi.

Ex vi regulæ tenemur, fratres nostros infirmos curare, & eis charitatiue inseruire. fol. 234. pag. 1.
In quo casu singulos obliget hoc præceptum? ibidem.
Obligat presius Prælatos. ibidem.
Serui e infirmis, sicut vellemus nobis seruiri, est obligatoriũ, non solùm iure diuino, sed etiam ex vi regulæ. ibidem.
Infirmis magis indigentibus magis est inseruiendum. folio 234. pag. 2.
Vide verbo Charitas.

Infideles.

Ire ad prædicationem, & conuersionem infidelium, non præcipitur fratribus ex vi regulæ, sed solũ consulitur. fol. 337 pagina 2.
De iure communi & diuino obligatorium est Ministris, non mittere ineptos ad conuersionem infidelium. folio 338. pag. 1. & fol. 339. pag. 1.
De iure Ecclesiastico tenentur subditi non ire inter infideles, absque licentia suorum Prelatorum. fol. 338. pag. 2.
In quo casu possint ire inter infideles, petita humiliter licentia, licet non obtenta? ibidem.
Vide verbo Minister, verbo Subditus.

Ingressus & ingredi.

Quid intelligatur nomine ingressus ad monasteria monacharum? fol. 328. pag. 2.
Ingressus ad quælibet monasteria monacharum, ex vi regulæ est nobis prohibitus. ibidem.
Ingressus ad monasteria Tertiariarum, collegialiter viuentium sub vita & regula canonica, est prohibitus fratribus Minoribus ex regula. ibidem.
Non est prohibitum fratribus Minoribus per regulam, ingredi ad loca interiora domorum, vbi viuunt collegialiter mulieres,

Sieres honeſtæ, quæ non ſunt religioſæ. fol. 329. pag. 2.
Licentia Papæ ad ingrediendum monaſteria monialium, debet eſſe ſpecialis. ibidem.
In quibus caſibus poterant olim fratres ingredi monaſteria monacharum? fol. 330. pag. 1.
Quid circa hæc decreuerit nouiſsime Concilium Tridentinũ? fol. 331. pag. 1.
Non poſſunt Miniſtri Generales aut Prouinciales concedere ſæcularibus facultatem ingrediendi monaſteria monacharum. ibidem.
Fratres Minores intrantes quælibet monaſteria monialium, ſunt ipſo facto excommunicati. fol. 332. pag. 2.
Ab his cenſuris poſſunt abſoluere Prælati ordinis, licet facultatem abſoluendi non poſsint alijs ſubdelegare. fol. 332. pag 1. & 2.
Vide verbo Moniales, verbo Excommunicatio, verbo Miniſter, verbo Prælatus.

Ioannes XXII.

Reliquit iudicio Prælatorum veſtes â fratribus portandas, quoad formam & vilitatem. fol. 79. pag. 2.
Tulit ſententiam excommunicationis ipſo facto incurendæ, contra fratres portantes habitus difformes contra iudicium Prælatorum. ibidem.
In quo ſenſu docuerit, hæreticum eſſe aſſerere, quod Chriſtus, & Apoſtoli nihil habuerunt proprium in communi, neque in particulari? fol. 166. pag. 2.
Quomodò ſenſerit in rebus vſu conſumptibilibus non eſſe ſeparabilem vſum facti à dominio & proprietate? fol. 167. pag. 1. & fol. 168. pag. 1.
Quid dicendũ ſit ad extrauagãtes, quas ſuper hoc edidit? ibid.
Quomodò non contrarietur declarationi Nicolai III? folio 167. pag. 1.
Extrauagans Ioannis XXII. *Ad conditorem*, qua declarauit, dominium rerum vſu conſumptibilium non pertinere ad ſedem Apoſtolicam, per plures ſummos Pontifices reuocata eſt. fol. 169. pag. 1.
Ioannes XXII. in decretali, *Quia nonnunquam*, reuocauit omnes cenſuras latas per Nicolaum III. contra impugnantes ſuam declarationem regulæ. fol. 340 pag. 2.

Vide

INDEX.

Vide verbo Vsus, verbo Dominium.

Irregularitas.

Professio non liberat ab irregularitate. fol. 65. pag. 2.
Vide verbo Absolutio.

Interpretatio.

Quid sit interpretatio? fol. 16. pag. 1.
Interpretatio Papalis, in quo differat ab expositione Doctorali? fol. 16. pag. 2.
Vide verbo Glossa, verbo Regula, verbo Declaratio.

Ius.

Quid sit ius ciuile? fol. 158. pag. 1.
Quid sit ius naturale & diuinum? ibidem.
Ius naturale & diuinum potius dicitur fas. fol. 158. pag. 2.
Fratres Minores in rebus, quibus vtuntur, non habent ius ciuile, aut politicum, bene tamen ius naturale, quod dicitur fas vtendi. fol. 162. pag. 2.
Vide verbo Vsus, verbo proprietas, verbo Paupertas.



L

Labor & laborare.

Quæ vocetur in regula gratia laborandi? fol. 150. pag. 2.
Labor corporalis non imponitur in regula fratribus Minoribus, sub præcepto, sed solùm consulitur. fol. 151. pag. 1.
Fratres vacantes diuinis officijs, vel studio, aut prædicationi, non tenentur ad laborem corporalem. ibidem.
Labores corporales in quibus fratres occupantur, quales debeant esse? fol. 152. pag. 1.
Quæ conditiones seruandæ sunt in labore corporali? fol. 152. pagina 2.
Pro mercede laboris possunt fratres Minores recipere necessaria, quibus egent. fol. 153. pag. 2.
Non possunt pro labore recipere superflua, neque denarios, aut pecuniam. fol. 154. pag. 1.

Pecunia

Pecunia pro labore data non alio modo recipi potest, quàm si liberaliter offerretur. ibidem.
Fratres nullum ius ciuile habent in ea, quæ pro mercede laboris recipiunt. fol. 154. pag. 2.
Non possunt ea per syndicum ciuiliter in iudicio petere. fol. 155. pag. 1.
Fratres Minores non possunt ciuiliter labores suos aut opera locare. ibidem.
Faciunt contra regulam fratres, qui in communitate nolunt laborare, nisi fiat eis à Prælatis debita cõpensatio. fol. 155. pagina 2.
Labor exterior corporalis non facit strictiorem vitam, nec puriorem regulæ obseruantiam. fol. 313. pag. 2.
Vide verbo Obligatio.

Laici.

Laici nostri ordinis non tenentur ex regula cum suis orationibus Pater noster tot Aue Maria sociare. fol. 86. pag. 1.
Tenentur ex vi regulæ pro defunctis orare. fol. 86. pag. 2.
Cur B. P. N. Franciscus eis tam breue officium imposuerit? ibidem.
Laici qua ratione peccent, otiose in ordine viuendo? folio 151. pag. 2.
Non expedit laicos ad Prælationis officium promoueri. fol. 252. pag. 2.
Laicis solis dissuadetur studium literarum in regula. fol. 322. per errorem 323. pag. 2.
Vide verbo Labor.

Legare & legatum.

Quid sit legatum? fol. 189. pag. 1.
In quo differat ab hæreditate & fideicommisso? ibidem.
Pecunia legata fratri in testamento, potest ab eo acceptari ad suas necessitates subleuandas, de licentia Prælatorum. fol. 125. pag. 2.
Legatum relictum ad aliquas necessitates conuentus determinatas, potest illis prouisis, in alias conuerti. ibidem.

INDEX.

Sixtus IIII. cõceſsit Prelatis noſtri ordinis, quod poſsint cõuertere legata nobis facta ab vno vſu in alium. ibidem.

Leo X. conceſsit Prælatis ordinis, quod poſsint applicare legata, conuentui abũdantiori facta, alteri indigentiori. ibid.

Fratres Minores non poſſunt acceptare legata, determinate aut indeterminate illis relicta, abſque vera neceſsitate. fol. 129. pag. 1.

Non eſt licitũ acceptare legata relicta fratribus Minoribus ad aliqua, quæ ſuo ſtatui contradicunt. fol. 129. pag. 2.

Omnium legatorum nobis factorum Papa habet dominium, & ſic mortuo legante; poſſunt iudicialiter per ſyndicum repeti. fol. 155. pag. 1.

Poſſumus interuentu ſyndici remittere aliquid de re nobis legata, ad petitionem pauperis hæredis. fol. 179. pag. 1.

Fratres Minores poſſunt recipere legata eorum profeſsioni congrua. fol. 189. pag. 1.

Si legetur fratribus Minoribus domus aut palatium, quo indigent, poſſunt acceptare. fol. 190. pag. 1.

Quid faciendum, quando legatur alicui fratri in particulari illud, quo non indiget? ibidem.

Quid faciendum delegato, relicto modo incongruo noſtro ſtatui? fol. 190. pag. 2.

Legata exceſsiua, & in magna quantitate, qua nõ indigemus, non poſſunt recipi à nobis. fol. 191. pag. 1.

Legata in perpetuum relicta, non poſſunt à nobis acceptari. fol. 192. pag. 1.

Quando reputatur legatum fieri ad modicum, vel magnum tempus? ibidem.

Poſſunt licitè procurare fratres, vt legata ipſis facta adimpleantur. fol. 193. pag. 1.

Non poſſunt ea ciuiliter in iudicio repetere perſe ipſos, ſed ſolùm pure elecmoſynaliter. fol. 193. pag. 2.

Vide verbo Pecunia, verbo Syndicus.

Leo Decimus.

Cõceſsit Prælatis ordinis, quòd poſsint applicare legata facta locis abundantioribus, alteris indigentioribus. folio 125. pagina 2.

Conceſsit fratribus Minoribus, vt poſsint recipere in abundantia

dantia res, quibus non indigent in propria ſpecie, ad hoc, vt illas cõmutent pro alijs rebus, quibus indigent. fol. 106. pag. 2. & fol. 128. pag. 1. & fol. 195. pag. 2.
Hæc conceſsio intelligitur quoad fratres ſyndico vtẽtes. ibid.
Conceſsit fratribus Minoribus, vt poſſent ſumptoſa ædificia habitare, habereque abundantem ornamentorum ſuppellectilem. fol. 212. pag. 2.
Qua ratione vti poſsint hac conceſsione? fol. 213. pag. 1.
Conceſsit fratribus Minoribus, qui non habent copiam confeſſoris ex ordine, vt poſsint confiteri peccata ſua ſacerdoti alterius ordinis, vel presbytero ſæculari, cum obligatione reconfitendi reſeruata ſuo Prælato. fol. 243. pag. 1. & fol. 245. pag. 1.
Conceſsit fratribus ſcrupuloſis, quod in dubijs ſuam conſciẽtiam tangentibus, poſſent ſecure ſtare determinationi ſui Guardiani, vel alterius Prælati. fol. 272. pag. 2.
Quid circa reformationem ordinis ſtatuerit? fol. 309. pag. 1. & fol. 310. pag. 1.

Libertas.

Libertates regulæ ſunt ſex. fol. 29. pag. 2.
Libertates regulæ licitè ſeruari poſſunt, & licitè omitti. fol. 28. pag. 1.
Libertates & conceſsiones regulæ, ſunt in duplici differentia. fol. 275. pag. 2.
Quæ libertates, & conceſsiones regulæ poſsint alterari per Prælatos, quæ verò non? fol. 276. pag. 1.

Limitatio.

Limitatio quid ſit? fol. 16. pag. 2.
Poteſt ſummus Pontifex regulam noſtram limitare & mitigare. fol. 15. pag. 1.
Cum qua limitatione vtendum ſit priuilegio Leonis X. concedentis fratribus Minoribus, habitare ſumptuoſa ædificia, & habere plura, atque pretioſa ornamenta. fol. 213. pag. 1.
Quæ limitationes, & conditiones ſeruandæ ſint, quando pecunia deponitur apud amicum ſpiritualem, & non apud ſyndicum? fol. 117. & ſequentibus.

Quid

INDEX.

M

Matrimonium.

QVid sit matrimonium ratum, & quid consumatum? fol. 42. pag. 2.

Matrimonium ratum dissoluitur per ingressum religionis, cuiuslibet coniugati. ibidem.

Post matrimonium consummatū non potest coniugatus ad ordinem recipi, nisi cum conditionibus expressis in secundo capite regulæ. fol. 42. pag. 2.

Propositum nudum mutandi vitam, quando non habet adiunctam promissionem, non inducit tacitam professionē, nec dirimit matrimonium. fol. 61. pag. 2.

Quàm alienum debeat esse à fratre Minore, intromittere se in tractanda matrimonia & sponsalia. fol. 232. per errorem 23. pag. 1.

Vide verbo Coniugatus.

Mendicare.

Mendicitas nostri statūs laudatur. fol. 198. pag. 1. & 2.

Licitum & meritorium est fratri Minori de eleemosynis mēdicatis viuere. fol. 197. pag. 2.

Quando res potest commode per mendicationem haberi, nō est licitum pro illa ad pecuniam recurrere. folio 109. pagina 1. & 2.

Licitum est congregationes vini, aut tritici in futurum facere, quando per mendicationem non possunt vitæ necessaria commode prouideri. fol. 195. pag. 1.

Periculosè mendicant, qui necessarijs non sunt contenti. fol. 199. pag. 2.

Culpa grauis est mendicare eleemosynas ad laute & superflue viuendum. fol. 200. pag. 1.

Illicita est mendicatio potentibus laborare, nisi in spiritualibus recompensent. fol. 200. pag. 2.

Fratres Minores tenentur ad mendicitatem, & ad viuendum de eleemosynis, humiliter petitis. fol. 200. pag. 2.

Nulli nomine nostro possunt mendicare, sub grauibus pœnis. fol. 201. pag. 2.

Quo

INDEX.

Quomodò peccet frater Minor mendicans excupiditate, seu ad superfluitatem sui statutus? fol. 202. pag. 2.
Mendicus fictus, qui sine necessitate accipit eleemosynas, tenetur illas pauperibus erogare. fol. 203. pag. 1.
Laudabiliter potest dives in aliquibus casibus mēdicare. ibid.
Quomodò peccent religiosi, qui de mendicatis viuunt, nullam afferentes vtilitatem populo Dei? fol. 203. pag. 2.
Vide verbo Eleemosyna, verbo Paupertas, verbo Pecunia.

Meritum.

Bono inter improbos degere, multiplicis meriti occasio est. fol. 12. pag. 1.
Meritum fratris Minoris in eleemosyna petenda. folio 198. pagina 1.
Meritum fratrum Minorū in studio literarum. fol. 322. p. 1.

Minister Generalis & Prouincialis.

Ministri nomen quid significet & importet? fol. 268. pag. 1.
Minister Generalis & Prouincialis possunt recipere Venientes ad ordinem. fol. 54. pag. 1.
Facultas recipiendi fratres ad ordinem, datur Ministris Prouincialibus non ex regula, sed ex authoritate Apostolica, & iure communi. ibidem.
In absentia Ministrorum, non habent Vicarij Prouinciales ex officio suo authoritatem recipiendi ad ordinem. ibidem.
Minister Generalis & Prouincialis possunt ex officio committere alijs fratribus facultatem recipiendi ad ordinem. fol. 54. pag. 2.
Minister Generalis per se solùm, & Prouincialis cum diffinitorio, possant incorrigibiles habitu spoliare, & à religione eijcere. fol. 75. pag. 2.
Ministri & Custodes tenentur ex vi regulæ, fratrum necessitatibus per amicos spirituales prouidere. fol. 101. pag. 2.
Possunt Ministri Generales & Prouinciales, superflua de vño conuentu tollere, & alteri egeno applicare. fol. 125. pag. 1.
Possunt etiam necessaria pro necessarijs commutare. ibidem.
Minister Generalis & Prouincialis ex officio, & Guardianus

ex

ex commissione illorum, possunt syndicum nominare. fol. 139. pag. 2.
Minister Generalis & Prouincialis ex vi sui officij, possunt à reseruatis absolui & absoluere. fol. 241. pag. 2.
Possunt absolui à censuris ex priuilegio. ibidem.
Nullas Prælatus inferior illis, potest ex vi sui officij à reseruatis absolui. ibidem.
Quibus modis solicitatio carnis sit reseruata Ministris? folio 243. pag. 1.
Vnum Ministrum Generalem, qui sit caput totius ordinis, tenentur fratres Minores ex vi regulæ habere. fol. 254. p. 1.
Quomodò obliget hoc præceptum, & sit intelligendum? fol. 254. pag. 2.
Ministri Generales olim erant perpetui. fol. 255. pag. 1.
Minister Generalis, à Prouincialibus, & Custodibus est eligendus. ibidem.
Ministri Prouinciales strictius obligantur, quã Custodes ex vi regulæ ad Capitulũ Generale cõuenire. fol. 255. pag. 2.
Minister Generalis nõ potest eligi, nisi in Capitulo Generali, neque hoc celebrari, nisi in festo Pentecostes. fol. 256. p. 1.
Minister Generalis insufficiens, à Prouincialibus & Custodibus est necessariò deponendus, ex vi regulæ. fol. 256. p. 2.
Discussio & examinatio talis insufficientiæ, non nisi in Capitulo Generali facienda est. ibidem.
Quæ sint causæ propter quas Minister Generalis potest deponi? fol. 257. pag. 1.
De electione Ministri Prouincialis, Custodis, aut Guardianorum, ad obligatorũ extat in regula, sed ex statutis ordinis pendet. fol. 258. pag. 2.
Ministrum Prouincialem insufficientem possunt, & tenentur deponere vocales Capituli Prouincialis. ibidem.
Ministri tenentur ex iure diuino suos subditos visitare & corrigere. fol. 267. pag. 2.
Qui sint Ministri, ad quos pro pura regulę obseruantia recurrendum est? fol. 301. pag. 1.
Ministri tenentur subditos ad se recurrentes pro pura obseruantia regulæ, benigne & familiariter recipere. fol. 303. pagina 1.

Vide verbo Prælatus, verbo Electio, verbo Absolutio, verbo Casus reseruati.

INDEX.

Missa.

Pro Missis & sermonibus, licitum est nobis pecunias per modum eleemosynæ recipere. fol. 137 pag. 1.

Celebrare Missam, vel prædicare intuitu pecuniæ, cum pacto quãtitatis, quæ reddenda est, est peccatum simoniæ, & manifesta regulę transgressio. fol. 137. pag. 2.

Quomodô fratres se debeant habere circa stipendium Missarum, ne regulam transgrediantur? ibidem.

Quare in aliquibus conuentibus recollectis receptiones Missarum prohibeantur? fol. 138. pag. 1.

Peccant Guardiani dantes Missas suis subditis, dicẽdas pro illorum intentione, sine sufficienti necessitate. fol. 181. p. 2.

Moniales.

Quid nomine monialium, seu monacharum intelligatur in regula? fol. 328. pag. 1.

Sæpius sorores vocantur in iure, & in regula sanctæ Claræ. ibidem.

Ex vi regulæ prohibitus est nobis ingressus, ad quælibet monasteria monialium, absque Apostolicæ sedis licencia speciali. ibidem.

Talis licentia debet esse specialis pro nobis fratribus Minoribus. fol. 329. pag. 2.

Casus in quibus fratres Minores poterant ingredi monasteria monialium. fol. 330. pag. 1.

Omnes isti casus regulandi sunt per ea, quæ postea statuit Cõcilium Tridentinum. fol. 331. pag. 1.

Qui ingreditur monasteria monialiu, & expleta causa ingressus aliquantulum in illis demoratur, quomodô possit peccare, & quomodò non? fol. 331. pag. 2.

Quas censuras incurrãt ingredientes sine licentia monasteria monialium? fol. 332. pag. 1.

Ab his censuris possunt Prælati ordinis in foro conscientiæ absoluere. ibidem.

Non possunt hanc facultatem absoluendi alteri delegare. fol. 332. pag. 2.

Frequens conuersatio cum monialibus, prohibetur iure communi omnibus Christianis. fol. 333. pag. 1.

Accessus

INDEX.

Acceſſus ad exteriora loca monaſterij monialium non prohibetur fratribus Minoribus per ſummum Pontificem Nicolaum III. in ſua declaratione. fol. 333. pag. 2.

Prohibetur tamen ex vi regulę, ſecundum probabilem opinionem. ibidem.

Probabilius eſt, quod talis acceſſus ad loca exteriora non ſit prohibitus ex vi regulę, ſed ſolùm ex preceptis aliquorũ Pontificum. fol. 334. pag. 1.

Hęc precepta iam reuocata ſunt per Sixtum IIII. & totum committitur diſpoſitioni Prelatorum ordinis. ibidem.

Prelati ordinis poſſunt diſpentare in acceſſu ad exteriora loca monaſterij monialium. fol. 335. pag. 1.

Vide verbo Ingredi, verbo Abſolutio, verbo Excommunicatio.

Mulieres.

Qua ratione intelligendum ſit mulieres ſanctas miniſtraſſe Chriſto, & eius Apoſtolis de ſuis facultatibus? fol. 135. p. 2

Mulierũ colloquia & conſortia ad impudicitiam prouocantia, vel ſcandalum generantia, ex vi regulę vitare tenemur. fol. 325. pag. 2.

In quo ſenſu teneamur vitare conſortia mulierum, ex vi precepti regulæ? fol. 326. pag. 1.

In quo deprehendatur, quę ſint ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum? fol. 327. pag. 1.

Suſpecta conſortia mulierum, non ſolũ per mutuam preſentiam, ſed etiã per literas in abſentia contrahuntur. ibidem.

Mulierum aut virorum compatres fieri prohibetur nobis ex vi regulę. fol. 335. pag. 2.

Vide verbo Scandalum.

Mutuum & mutuare.

Quid ſit mutuare? fol. 110. pag. 1.

Quid ſit mutuari & mutuum? fol. 110. pag. 2.

Fratres Minores non poſſunt contrahere mutuum proprie dictum. ibidem.

Poſſunt tamen procurare, ſine ciuili, & politica obligatione ſoluendi. fol. 111. pag. 1.

Poſſunt etiam dare pignora, vt mutuum accipiant, dũmodò

contractus impignorationis per syndicum fiat. ibidem.
Fratres nō possunt mutuum dare propriè, neque impropriè. fol. 111. pag. 2.
Vide verbo Impignorare, verbo Commodare.

N

Necessitas.

QVid sit necessitas præsens, pro qua licitè potest procurari pecunia? fol. 105. pag. 1.
Quid necessitas eminens aut imminens? fol. 105. pag. 2.
Quid futura possibilis? ibidem.
Necessitas pro qua procuratur pecunia, dummodò sit vera, non oportet esse strictissimam fol. 103. pag. 2.
Pro necessitatibus solùm futuris, aut possibilibus non potest licitè procurari pecunia. fol. 105. pag. 2.
Pro omnibus necessitatibus præsentibus aut imminentibus, licite potest procurari pecunia. fol. 103. p. 1. & fol. 105. p. 2.
Necessitatibus fratrū tenentur Ministri, & Custodes, & Guardiani prouidere per amicos spirituales. fol. 101. pag. 2.
Subditi non possunt pro suis necessitatibus ad pecuniā recurrere, absq; rationabili licentia Prælatorū. fol. 102. pag. 1.
Qui relinquit iudicio suorum Prælatorum, quæ sit vera necessitas recurrendi ad pecuniam, est securus in conscientia. fol. 109. pag. 2.
Dummodo necessitas, pro qua pecunia procuratur, sit vera, probabilius est, quod non oportet eam in indiuiduo explicare. fol. 112. pag. 1.
Quid interest inter necessitatem determinatam, vel indeterminatam, pro qua pecunia datur? fol. 123. pag. 1.
Si remediū paternæ necessitatis pēdet ex filio, non potest religionē ingredi, vsq; quo sufficienter prouideat. fol. 47. p. 1
Filius religiosus potest contra obedientiā Prælatorum exire claustra monasterij, ad subueniendum maximæ necessitati parentum. fol. 51. pag. 1.
Nec tamen propter hoc apostata, seu inobediens censendus est. fol. 51. pag. 2.
Si quis in magna necessitate parentum, vouit dare alicui certam denariorum quantitatem, non tenetur ad voti impletionem, sed potiùs ad subueniendum illis. fol. 53. pag. 1.

INDEX.

Necessitas ad portanda calciamenta, multipliciter potest attendi. fol. 81. pag. 1.

Licèt non sit vrgens possunt Prælati ordinis dispensare. fol. 8. pag. 2.

Tempore manifestæ necessitatis, non tenẽtur fratres ad ieiunia Ecclesiæ vel regulæ. fol. 89. pag. 1.

Qualiter penſanda ſit infirmitas ibidem.

Fratres Minores, ſine infirmitate, aut manifeſta neceſsitate, non poſſunt equitare. fol. 90. pag. 1.

Non ſe debet exponere neceſsitati equitandi voluntariè & ſine cauſa, quamvis poteſt pedeſter ambulare. fol. 90. pag. 1.

Non debemus exponere nos neceſsitati, cuius cauſa eſt voluntaria & culpabilis. fol. 135 pag. 1.

Vide verbo Pecunia, verbo Syndicus, verbo Parentes, verbo Iumentum, verbo Equitare.

Negotia temporalia.

Pro negotijs temporalibus agendis non licet fratri Minori in curijs aſsiſtere, neque iudicialiter contendere. fol. 228. pagina 2.

Quando ſyndicus iudicialiter contendit pro negotijs temporalibus fratrum, tunc nomine Eccleſiæ Romanæ, & non fratrum debet agere. fol. 229. pag. 1.

Quomodò poſsimus aliena negotia tractare? ibidem.

Vide verbo Syndicus, verbo Priuilegium.

Nouitius.

Qui ſint panni probationis nouitijs concedendi? fol. 58. p. 2.

In quo diſtinguatur habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum? ibidem.

Miniſtri Prouinciales poſſunt dare habitum nouitijs ſine caparone, ex rationabili cauſa. fol. 59. pag. 1.

Nouitius qui diſpenſatiue habitum ſine caparone ſuſcipit, an maneat tacitè profeſſus? fol. 59. pag. 2.

Nouitij ex ordine Minorum poſſunt hæredes inſtitui ante profeſsionem. fol. 183. pag. 2.

Nouitius non poteſt admitti ad profeſsionem ante annum probationis expletum. fol. 60. pag. 1.

INDEX.

Finito anno probationis non potest nouitio professio denegari, si laudabile testimoniam habet à fratribus. ibidem.
Nouitius sacros ordines suscipiens, tacitè professus redditur in ordine Eremitarum sancti Augustini, ex concessione Iulij II. fol. 62. pag. 2.
Vide verbo Professio, verbo Ordo, verbo Religio.

O

Obedientia & obedire.

Fratres Minores strictius tenentur obedire D. Papæ, & Ecclesiæ, quã cæteri Christiani & religiosi. fol. 34. pag. 1.
Hæc obedientia speciali præcepto firmatur. ibidem.
Obedire tenentur fratres Minores suis Prælatis in omnibus, quæ secundum regulam eis præcipiuntur. fol. 269. pag. 2.
Quando votum subditi per Prælatum irritatur, ipsi est obediendum. fol. 270. pag. 2.
Ex vi regulæ tenentur fratres Minores strictius quã alij religioli suis Prælatis obedire. fol. 276. pag. 2.
Votum obedientiæ nostræ religionis est strictius, quã in cæteris. fol. 277 pag. 2. & fol. 281. pag. 1.
Mirabilia verba D. Bonauenturæ, de excellentia nostræ obedientiæ. fol. 279. pag. 1.
Triplici tantũ limite coarctatur perfectissima obedientia fratrum Minorum fol. 279. pag. 2.
Obedientia excusat à leuibus transgressionibus. folio 321. pagina 1.
Quando præcipiunt Prælati aliquid iniustè, quod non est cõtra animam illis est obediendum. fol. 315. pag. 2.
Non tenetur subditus obedire Prælato, præcipienti aliquid contra animam, aut contra regulam absolute. fol. 270. pag. 2. & fol. 314. pag. 2.
Secus, si in regula rationabiliter dispenset. ibid. & fo. 271. p. 1.
Quid dicatur contra animam, aut regulam? ibidem.
In quibus casibus possit subditus non obedire Prælatis? fol. 271. pag. 2.
In omnibus dubijs tenetur subditus Prælatorum iudicio stare, & eis obedire, ibidem.

Subditus

Subditus non tenetur obedire, quando videt manifeste Prælatum errare circa regulam. fol. 272. pag. 2.
Subditus tenetur obedire Prælato præcipienti aliquid infra regulam. ibidem.
Tenetur etiam obedire in his, quæ sunt indifferentia, & præter regulam. fol. 273. pag. 1.
Non tenetur obedire in his, quę sunt vana & stulta. fol. 273. pagina 2.
Quando imponitur strictior vita quã promissa est, non tenetur subditus obedire, nisi ex rationabili causa imponatur. fol. 274. pag. 1.
Si in pœnam alicuius peccati præcipiatur subdito aliquid supra regulam, tenetur obedire. fol. 275. pag. 1.
Vide verbo Subditus, verbo Prælatus, verbo Votum.

Obligatio, & obligatus.

Qui est obligatus reipublicæ, vel sub indeterminata quãtitate, vel vbi interuenit restitutio vaga, potest à gerente curã reipublicæ licentiari ad religionem. fol. 45. pag. 1.
Obligatus alicui ex voto, & non ex debito potest religionẽ ingredi, absque hoc, quod persoluat. ibidem.
Qui obligatus ex debito alicui personæ, intrat illicite religionem, & professionem obligatus ad satisfaciendum modo sibi possibili. ibidem.
Si licentiatur extra ordinem, tenetur de suo labore satisfacere. fol. 45. pagina 2.
Si à conuentu non permittitur ei satisfacere, intra, vel extra ordinem, tenetur conuentus satisfacere pro eo. ibidem.
Qui licentiatur extra ordinem ad satisfaciendum de suo labore, peracta satisfactione tenetur statim redire. ibidem.
Si conuentus sciens obligationem soluendi debitum, admittit aliquem ad professionem, non potest cum ejicere, nec ipse egredi. fol. 46. pag. 1.
Tenetur in tali casu conuentus pro eo satisfacere, vel illum licentiare, vt de suo labore intra ordinem satisfaciat. ibid.
Fratres Minores non possunt vllo modo se ciuiliter alicui obligare. fol. 175. pag. 1.
Possunt tamen improprie se obligare. ibidem.

Proprie loquendo, nullus potest esse nobis ciuiliter obligatus. fol. 175. pag. 2.
Vide verbo Debitum, verbo Professio, verbo Eijcere, verbo Parentes.

Officium diuinum.

Omnes clerici professi de ordine Minorum, tenentur ex vi regulæ recitare officium diuinum, iuxta ordinẽ Ecclesiæ Romanæ. fol. 84. pag. 1.
Quid sit recitare secundum ordinem sanctę Romanæ Ecclesiæ? ibidem. & pag. 2.
Quo nodo intelligatur circa officium diuinum illud regulæ, *Excepto usu terræ?* fol. 85. pag. 1.
Quomodo etiam intelligatur illud regulæ, *Ex quo habere poterunt breuiaria* fol. 85. pag. 2.
Peccant facientes aliquas singularitates, aut nouitates in diuino officio, præter ordinem Ecclesiæ Romanæ. folio 85. pagina 1.
Sedes Apostolica concessit nostris Capitulis Generalibus, disponere circa priuilegia obtenta, ad recitandum de varijs festis. fol. 85. pag. 2.
Qua ratione diuinum officium sit in choro recitandum? folio 86. pag. 1.
Quomodo teneantur clerici ad officium de Domina nostra recitandum? fol. 87. pag. 1.
Cur B. P. N. Franciscus tam breue officium laicis imposuerit? fol. 86. pag. 2.

Orare.

Semper orare tripliciter stare potest. fol. 324. pag. 1.
Sanctæ orationis spiritum non extinguere quid sit? fol. 153. pagina 1.
Laici tenentur ex vi regulæ pro defunctis orare. fol. 86. p. 2.
Vide verbo Laici, verbo Officium diuinum.

Ordo.

Ordo Minorum magis remouet prohibentia ad perfectionẽ obtinendam. fol. 5. pag. 2.

Est

INDEX.

Est perfectior cæteris ordinibus. fol. 4. pag. 2.

Nullus ordo est ita subiectus Papæ & Ecclesiæ, sicut ordo Minorum. fol. 34. pag. 1.

Venientes ad ordinem de necessitate sunt mittendi ad Ministros Prouinciales. fol. 37. pag. 1.

Non retrahere venientes ad ordinem à suo proposito, si sunt idonei, est obligatorium ex iure diuino, & ex regula. ibid.

Inepti ad ordinem possunt & debent non admitti, & expelli. ibidem.

Non omnes passim & leuiter, ad ordinem sunt inducendi, aut admittendi. fol. 38. pag. 1. & fol. 40 pag. 2. & fol. 41. pag. 1.

In venientibus ad ordinem nostrum, multæ conditiones debent concurrere, quia non omnibus passim expedit. folio 40. pag. 1.

Ex vi regulæ requiritur, quòd venientes ad ordinem sint fideles, & catholici. fol. 41. pag. 2.

Hoc examen circa fidem catholicam solum obligat inter hæreticos, & infideles. fol. 42. pag. 1.

Septem conditiones requiruntur de iure communi in recipiendo ad ordinem. fol. 43. pag. 1.

Aliæ sex conditiones vltra istas requiruntur ex prescripto nostrarum constitutionum. fol. 43. pag. 2.

Ad quas personas mittendi sint venientes ad ordinem nostrum, vt earum consilio bona sua pauperibus distribuant. fol. 57. pag. 1.

Ordo Carthusiensium non est perfectior, neque strictior ordine Minorum absolute loquendo, sed tolum in quibusdam obseruantijs. fol. 8. pag. 2. & fol. 69. pag. 1.

Non possumus in foro conscientiæ ad eum transire. ibidem.

Vide verbo Religio, verbo Nouitius, verbo Professio, verbo Transire, verbo Eijcere.

P

Parentes.

Parentibus non tenetur filius prouidere, cum probabili dispendio animæ suæ. fol. 43. pag. 1.

Non existente magna necessitate parentum, potest filius illis inuitis religionem intrare. ibidem.

Existen-

INDEX.

Existentibus parentibus in extrema necessitate potest filius contra obedientiam Prælatorum exire clausura monasterij, vt eis succurrat. fol. 49. pag. 2. & fol. 50. pag. 2.

Si ista necessitas non sit extrema, sed magna, tenetur filius religiosus eis prouidere per modos non contrauenientes suæ professioni. fol. 50. pag. 1. & 2.

Filius religiosus tenetur implere præceptum de parentibus honorandis, saluo statu suæ professionis. fol. 51. pag. 2.

Licèt parentes sint in magna necessitate, filius non potest eis succurrere contra statum suæ professionis. fol. 50. pag. 2. & fol. 52. pag. 2.

Pro subleuanda magna necessitate parẽtum, potest frater Minor licitè pecuniam procurare. fol. 109. pag. 1.

Vide verbo Necessitas, verbo Professio.

Paupertas.

Definitio Euangelicæ paupertatis. fol 157. pag. 2.

Abdicatio quinque actuum politicorum, est de quidditate Euangelicæ paupertatis. ibidem.

Eximia põderatio nostræ altissimæ paupertatis. fol. 160. p. 1.

Paupertas fratrum Minorum est Euangelica, & altissima renuntiando omnibus in communi, & in particulari. fol. 159. pag. 1. & 2.

Paupertatem fratrum Minorum, Christus, & Apostoli, verbo, & exemplo docuerunt. fol. 161. pag. 1.

Paupertas nostri status, quã stricta debeat esse? fol. 104. p. 1.

Fratres Minores seruamus illam altissimam paupertatem, quã Christus, & Apostoli, vt priuatæ personæ seruauerunt. fol. 162. pag. 1. & fol. 166. pag. 1.

Quid sit de intrinseca ratione paupertatis Euangelicæ? folio 206. per errorem 106. pag. 2.

Vsus arctus, & nimis penuriosus, non est de intrinseca ratione Euangelicę paupertatis. 207. pag. 1.

In quo stat excellentia, & perfectio Euangelicæ paupertatis? fol. 218. pag. 1. & 2.

Enumerantur plures vtilitates prouenientes ex Euangelica paupertate. fol. 224. pag. 1.

Paupertas disponit ad cęteras virtutes acquirendas & conseruandas. fol. 224. pag. 2.

INDEX.

Mira encomia paupertatis Euangelicę ex ſanctis Patribus. fol. 225. pag. 2.

Paupertas Euangelica valde conducit ad prędicationem Euãgelij libere & fructuoſe faciendam. fol. 226. pag. 1.

Tria requiruntur in paupere Euangelico, vt ſit dignus iudiciaria poteſtate. fol. 227. pag. 1.

Paupertas & caſtitas, & alię virtutes morales, licet ſint inſtrumenta ad acquirendam perfectionem, non ſunt formaliter ipſa perfectio. fol. 4. pag. 1.

Paupertas inuoluntaria, indebiteque ſeruata, radix eſt pluriũ malorum. fol. 227. pag. 2.

Vide verbo Vſus, verbo Eleemoſyna, verbo Abdicatio, verbo Proprietas.

Peccatum.

Ex vi regulę tenentur fratres Minores recurrere ad Miniſtros pro peccatis reſeruatis. fol. 236. pag. 1.

Iſte recurſus de peccatis tantum publicis eſt intelligendus. ibidem.

Peccata venialia non reſeruantur, nec debent reſeruari. ibid.

Pro peccatis publicis publica pœnitentia olim imponebatur. fol. 236. pag. 2.

Non tenętur ex vi regulę fratres Minores recurrere ad Miniſtros, pro abſolutione peccatorũ, quę ſecreta ſunt. ibid.

Tenentur tamen de prącepto diuino & Eccleſiaſtico, recurrere ad habentem clauem abſolutionis eorum. fol. 237. per errorem 227. pag. 1.

Pro peccatis reſeruatis publicis, aut ſecretis, quomodò à Prelatis pœnitentia ſit imponenda? fol. 252. pag. 2.

Quomodò intelligendum ſit peccatum veniale non eſſe cõtra prącceptum? fol. 283. pag. 2.

Peccatis confratrum ſuorum, quomodò poſsint ſubditi maculari? fol. 317. pag. 2.

Vide verbo Caſus reſeruati, verbo Abſolutio, verbo Miniſter.

Peculium.

Quid ſit peculium? fol. 180. pag. 2.

Vſus peculij, quomodò eſt licitus fratri Minori? fol. 182. pag. 1.

Vſus

INDEX.

Vſus peculij certus,& irreuocabilis per Prælatos, nulli religioſo poteſt concedi,& multò minus fratri Minori. folio 180.pag.2.

Vſus peculij regulariter loquendo eſt interdictus fratri Minori,niſi ſit reuocabilis, & determinatus ad iudicium Prælatorum.fol.181.pag.1.

Peccant mortaliter fratres Minores procurantes aut retinentes peculium,ſine vera neceſsitate, prout in regula continetur.fol.181.pag.2.

Peccant ſimiliter Prælati id ſcienter conſentientes. ibidem.

Vide verbo Vſus,verbo Pecunia, verbo Neceſsitas, verbo Syndicus.

Pecunia.

Quid ſit pecunia?fol.93.per errorem 84.pag.1.

Pecunia,prout capitur in noſtra regula, eſt quæcumque res accepta ad diſtrahendum,vel commutandum pro alia, attẽta pretij æſtimatione.ibidem.

Agni petiti, vel accepti, cum intentione commutandi eos pro arietibus,attenta pretij æſtimatione ſunt pecunia. fol. 93.pag.2.

Non eſt pecunia,quod accipitur,vt conſumatur intra fratres, vel liberaliter detur.ibidem.& fol.94.pag.1.

Quando vna res ſimpliciter commutatur pro alia,ſine pacto, aut æſtimatione pretij,non eſt pecunia.fol.94.pag.1.

Pecuniam petere,quid ſit proprie loquendo?fol. 94. pag. 2.

Pecuniam recipere quid ſit?fol.95.pag.1.

Quid ſit portare pecuniam?fol.95.pag.2.

Quid ergo ſit portare?ibidem.

Quid vti pecunia?ibidem.

Quid ſit accipere pecuniam perſe?fol.96.pag.1.

Quid accipere per interpoſitam perſonam?fol.96.pag.2.

Nulli fratrum Minorum licet pecuniam politice contrectare,aut perſe recipere,regulariter loquendo, niſi in extrema neceſsitate.fol.98 pag.1.

Pecuniæ portatio,aut contrectatio naturalis, non eſt nobis ex regula prohibita,ſed ſolum politica & moralis. fol. 95. pag.2.& fol.100.pag.1.

Prohibitũ eſt nobis ſub mortali,denarios aut pecuniam accipere

INDEX.

pere per nos,aut interpositam personam.fol.101.pag.1.
Ad pecuniam non possunt subditi recurrere pro suis necessitatibus, absque licentia ratio. abili Prælatorum.fol.102. pagina 1.
Si tamen interueniat notabilis negligentia illorum in prouidendo,possunt perse subditi licite ad pecuniam recurrere.fol.102.pag.2.
Pro rebus non necessarijs, aut non conuenientibus nostro statui, non potest procurari, nec acceptari pecunia. folio 103 pag.1.
Quæ conditiones debeant cõcurrere vt pecunia procuretur? fol.103.& sequentibus,& fol.131.pag.2.
Facit contra regulam,qui mediante pecunia, illicite procurat cibos pretiosos,dum non adest necessitas, aut rationabilis causa.fol.104.pag.2.
Solum pro necessitatibus præsentibus,aut imminentibus, potest licitè procurari pecunia?fol.105.pag.2.
Non potest procurari pro futuris solum, aut possibilibus. ibidem.
Id etiam intelligendum est de pecunia quomodolibet aduenie nte,modò sit legata,modò liberaliter oblata. fol.106. pagina 1.
Quando res commode est mendicabilis, non potest pro illa licitè recurri ad pecuniam.fol.107.pag.1.& 2.
Licitum est intercedere,vt interuentu pecuniæ alienis necessitatibus prouideatur.fol.109.pag.1.
Quæ conditiones requirantur, quando dans pecuniam reseruat illam in se,vt expendat opportune.fol.110.pag.1.
Procurare pecuniam,sine expressione necessitatis in indiuiduo,non est contra regulam,nec quæstus pecuniarius.fol. 113.pag.1.
Si maior quantitas pecuniæ deponitur ad aliquam determinatam necessitatem,quã exigat ipsa necessitas, non potest superfluum sine consensu dantis in alias necessitates expẽdi.fol.114.pag.2.
Sufficit ad hoc,quod iste consensus sit interpretatiuus. folio 115.pag.1.
Pecunia pro veris necessitatibus potest indifferenter procurari.ibidem.
Quæ conditiones requirantur, quando pecunia apud aliquem.

quem deponitur? folio 155. pagina 2.
Quæ conditiones, & modificationes seruandæ sint, quando pecunia deponitur apud amicum spiritualem, & non apud syndicum? fol. 117. & sequentibus.
Fratres nullum possunt præsentare authoritate sua, cui pecunia expendenda committatur, sed totum hoc volũtati dantis relinquendum est. fol. 115. pag. 2.
Quomodò se debeant habere fratres circa substitutum pecuniæ, quando non deponitur apud syndicum? fol. 118. pagina 1. & 2.
Quantum cauere debent fratres, ne affectu, signo, aut opere, ostẽdant se habere ius, aut dominium circa pecuniam? fol. 119. pag. 1.
Non possunt pro illa conuenire depositarium in iudicio. ibidem.
Solùm possumus nos habere circa depositarium pecuniæ, eo modo, quo circa dantem nos haberemus, si eam teneret. fol. 119. pag. 2.
Pecunia data ad determinatos vsus, non potest in alios, absque voluntate dantis conuerti. folio 122. pag. 2. & folio 123. pag. 2.
Quicquid de pecunia fit, totum hoc non authoritate fratrum, sed dantis, vel depositarij faciendum est. ibidem.
Pecunia data ad determinatam necessitatem fratris, non potest per Prælatos in necessitates conuentus expendi, absq; dantis voluntate. fol. 123. pag. 2.
Pecuniam indifferenter oblatam, pro quibuslibet necessitatibus possunt fratres in quoslibet vlus necessarios expendere de licentia Prælatorum. fol. 124. pag. 2.
Si aliquid de pecunia fratri legata superfit, prouisa eius necessitate, licite potest expendi in alias necessitates conuentus. fol. 125. pag. 2.
Nullus Prælatus potest pecuniam à conuentibus petere, per modum extortionis, aut exactionis. fol. 128. pag. 1.
Fratres Minores non possunt acceptare pecuniam, indifferenter aut determinate oblatam, si ea non egent. fol. 128. pagina 2.
Idem delegatis dicendum est. fol. 129. pag. 1.
Seruantes modificationes positas à Nicolao III. & Clemente V. circa pecuniam, non recipiunt illam per se, neque per

per interpositam personam. folio 130. pagina 1.
Non potest in his modificationibus dispensari, nisi ex necessaria, & rationabili causa. fol. 130. pag. 2.
Pro Missis & sermonibus, licitum est nobis pecunias recipere per modum eleemosynæ. fol. 137. pag. 1.
Pecuniæ dominum etiam gratuito fratribus oblatæ ad sedem Apostolicam pertinet. fol. 169. pag. 2.
Vide verbo Denarius, verbo Vsus, verbo Syndicus, verbo Amicus spiritualis.

Pœna.

Pœnas impositas per statuta ordinis, præsertim si sunt privationes officiorum, aut actuum legitimorum. nullus incurrit ante Prælati declarationem. fol. 291. pag. 2.
Pœnam taxatam per statuta, qui omittit, regulariter loquendo non peccat. fol. 292. pag. 1.
Si talem pœnam impositam à Prælato, propter transgressionem statutorum non acceptet, peccat. ibidem.
Pœnæ, quæ infliguntur prædicatoribus, falsas revelationes jactantibus. fol. 264. pag. 2.
Pœnæ statutæ contra ingredientes sine licentia monasteria monialium. fol. 332. pag. 1.
Vide verbo Statutum, verbo Excommunicatio.

Perfectio & perfectus.

Perfectio duplex. fol. 3. pag. 2.
Perfectionis status est duplex, scilicet exercendæ, & acquirendæ. ibidem.
Perfectio potest impediri, per se & per accidens. ibidem.
Religio est status perfectionis acquirendæ. ibidem. & fol. 4. pagina 2.
In hac perfectione excedit religio Minorum omnes alias. ibidem.
Quomodò dignosci possit, quę religio est perfectior alia? fol. 8. pag. 1.
Causæ generales & speciales, ob quas religiosi à perfectione deficiunt. fol. 9. pag. 1.

Fratres

INDEX.

Fratres Minores non tenentur esse perfecti aliquo speciali præcepto. fol. 30. pag. 1.
Tenentur tamen ex vi suæ professionis ad perfectionem tẽdere saltim virtualiter. ibidem.
Peccat mortaliter religiosus, qui ab intentione acquirendæ perfectionis animum revocat. fol. 30. pag. 1.
Peccat etiam mortaliter, qui intendens seruare regulam, intendit non attingere perfectionem, ad quã ipsa ordinatur. fol. 31. pag. 2.
Nullus Christianus tenetur specialiter ad perfectionem charitatis obtinendam. fol. 32. pag. 1.
Peccat tamen saltem venialiter, qui intendit non proficere in illa. fol. 32. pag. 2.
Vide verbo Religio, verbo Ordo, verbo Fratres Minores.

Pius Quintus.

Pius Quintus declarauit caligas truncatas cum pealibus pannicis, non esse calciamenta, eisque posse fratres cum bona conscientia vti. fol. 82. pag. 2.
Nonnullæ dispensationes, quas super regulę præcepta fecisse fertur, reuocatæ sunt, & annullatæ per sedem Apostolicã, in Capitulo Generali Romę celebrato, anno Domini 1612. fol. 296. pag. 1.
Vide verbo Calciamentum, verbo Caligæ.

Pontifex.

Summus Pontifex potest regulam nostram dispensare, declarare, infirmare, confirmare, arctare, seu mitigare. fol. 15. pagina 1.
Pontifices præcedentes non possunt ligare manus succedentium. fol. 21. pag. 1.
Qui Pontifices concesserint priuilegia ad syndicum instituẽdum? fol. 141. pag. 1.
Non potest Pontifex super vota sine rationabili causa dispẽsare. fol. 296. pag. 1.
Potest in tota nostra regula ex rationabili causa dispensare. fol. 297. pag. 1.

Vide

INDEX.

Vide verbo Dispensatio, verbo Regula.

Possessio.

Fratres Minores ex vi suæ professionis, prohibentur habere possessiones. fol. 136. pag. 2.
Vide verbo Vsus, verbo Proprietas, verbo Habere, verbo Paupertas.

Præceptum.

Præcepta regulæ inhibitoria sunt octo. fol. 25. pag. 1.
Præcepta æquipollentia sunt duodecim. fol. 25. pag. 2.
Habentia vim præcepti sunt quatuor. fol. 26. pag. 2.
Præcepta ex vi regulæ obligantia, licet sint 27. secundum declarationes Nicolai III. & Clementis V. reducuntur tamen ad 24. fol. 27. pag. 1.
Transgressio præceptorum regulæ est peccatum mortale, nisi fiat ex rationabili causa excusante. fol. 282. pag. 2.
Dupliciter potest sumi præceptum. ibidem.
Quando transgressio præcepti sit mortalis, & quando venialis? fol. 283. pag. 1.
In quo dignoscatur vis præcepti stricte sumpti obligantis ad mortale? fol. 283. pag. 2.
Sola intentio Prælati præcipientis, non potest obligare ad mortale, absque iusta causa. fol. 234. pag. 1.
Quando præcipit aliquid Prælatus, obligando ad mortale sine rationabili causa, transgressio talis præcepti (regulariter loquendo) solùm est peccatum veniale. ibidem.
Duæ regulæ generales ad cognoscendum, quando transgressio alicuius præcepti est peccatum mortale. folio 285. pagina 2.
Quando transgressio non tollit finem præcepti stricte sumpti, regulariter loquendo non est peccatum mortale. fol. 286. pag. 2.
Expirante Prælato, eius etiam præcepta expirant. fol. 287. pagina 1.
Præceptum de correctione fraterna, quando non obligat? fol. 294. pag. 2.
Vide verbo Transgressio, verbo Contemptus, verbo Obedientia, verbo Subditus, verbo Prælatus.

INDEX.

Prædicator.

Predicatores, & literati ordinis, debent præ ceteris regulam scire & intelligere. fol. 14. pag. 2.

Prædicare non possunt fratres Minores ex precepto regulæ, in Episcopatu alicuius Episcopi, ipso renitente & contradicente. fol. 160. pag. 2.

Quid circa hoc statuerit Concilium Viennense, & nouiter Concilium Tridentinum? ibidem.

Nullus frater Minor potest prædicare, nisi sit debite institutus prædicator. fol. 261. pag. 2.

Prædicatores instituere potest Minister Generalis per se solum, & Prouincialis simul cum Capitulo, ibidem.

Prædicatores, & confessores sæcularium, non potest Prouincialis extra Capitulum instituere. fol. 262. pag. 1.

Prædicator de cuius scientia, & idoneitate constat, nõ indiget examinari. fol. 262. pag. 2.

Qua ratione debeat prædicator examinari? fol. 263. pag. 1.

Fratres Minores non possunt prædicare bullas cruciatas, sine licentia Prælatorum ordinis. fol. 263. pag. 2.

Quas conditiones debeat habere prædicatio nostra? ibidem.

Quàm casta, & examinata debeant esse verba prædicatorum? fol. 264. pag. 1.

Districtè præcipitur illis in Concilijs, ne in suis concionibus Prælatis Ecclesiæ detrahant. ibidem.

Prædicatoribus falsas reuelationes iactantibus, graues pœnæ infliguntur. fol. 264. pag. 2.

Præscribitur in Concilio Lateranensi prædicatoribus forma, quã in concionibus habendis debent obseruare. ibidem.

Quid debeant prædicatores populo Christiano communiter proponere? fol. 265. pag. 1.

Officium prædicandi & studendi, nobis specialiter ex regula incumbit. fol. 265. pag. 2.

Prælatus.

Prælati sunt in statu perfectionis exercendæ. fol. 3. pag. 1.

Prælatorum crebra alternatio, reformationi religionum sæpius præiudicat. fol. 10. pag. 1.

INDEX.

Prelati strictius omnibus obligantur ad veram regulę, & declarationum intelligentiam habendam. fol. 14. pag. 1.

Plures Prelati, & literati in ordine, & regulam, & seipsos ignorant fol. 14. pag. 2.

Prelati ordinis sancti Benedicti, possunt in esu carnium dispẽsare. fol. 67. pag. 2.

Prelati ordinis Minorum possunt dispensare cum subditis in portandis calciamentis, licèt non sit arcta eorum necessitas. fol. 81. pag. 2.

Qui Prælatorum iudicio relinquunt discernendum, quæ sit vera necessitas aut non recurrendi ad pecuniam, sunt in conscientia securi. fol. 109. pag. 2.

Nullus Prælatus potest procurare pecunias, pro his qui curæ suæ cõmissi non sunt, absq; licentia superiorũ. fol. 126. p. 1.

Nullus Prelatus potest per modũ extorsionis, aut exactionis, pecunia à fratribus, vel conuentibus petere. fol. 128. p. 1.

Quando constetur Prælatus consentire; secundum regulam iuris? fol. 182. pag. 2.

Possunt Prælati in suis prouincijs, & administrationibus, fratres hospites à reseruatis absoluere. fol. 240. pag. 2.

Minister Generalis, & Prouinciales, & Custos, & Guardianus, sunt veri Prælati. fol. 259. pag. 1.

Inobediens est iudicandus, qui canonice electus, sine rationabili causa officium Prælationis renuit. ibidem.

Potest Prelatus ex rationabili causa precipere strictiora fugere regulam. fol. 275. pag. 2.

Expirante Prælato, etiã eius mãdata expirant. fol. 287. pag. 1.

Peccant grauiter Prælati impedientes recursum ad illos pro puriori regulæ obseruantia. fol. 206. pag. 1.

Potest Prelatus in casu, & ex causa, prohibere maius bonum. fol. 312. pag. 2.

Prælatus accipens curã subditorũ deformate viuentiũ, peccat mortaliter, si non intendit illos reformare. fol. 319 p. 2.

Prælationis officiu tutius declinatur quã accipitur. fol. 320.

In quo casu debeat acceptari? ibidem. pag. 2.

Prelati ordinis possunt in foro conscientię absoluere à censuris, quas incurrunt intrantes sine licentia monasteria monialium. fol. 332. pag. 1.

Hanc facultatem absoluendi, non possunt alteri delegare. fol. 332. pag. 2.

INDEX.

Vide verbo Minister, verbo Guardianus, verbo Absolutio, verbo Dispensatio.

Pretiosum.

Pretiosum quid dicatur, respectu fratrum Minorum? fol. 104. & fol. 215. pag. 2.

Pretiositas in victu & vestitu, est fratribus Minoribus prohibita. fol. 208. pag. 2.

Pretiosa ædificia, & ornamenta non possunt habere fratres Minores, absque dispensatione Papæ. fol. 211. pag. 2.

Pretiositas in rebus ad cultum diuinum pertinentibus, non est nobis prohibita, dummodò non sit nimia & excessiua. fol. 212. pag. 1.

Sumptuosa ædificia habitare, pretiosaq; ornamenta ad cultū diuinū habere, concesserunt fratribus Minoribus Leo X. & Sixtus IIII. fol. 170. pag. 2. & fol. 212. pag. 2.

Quomodò hac concessione vti debeant? fol. 213. pag. 1.

Vide verbo Vsus, verbo Paupertas.

Priuilegium.

Quid sit priuilegium? fol. 183. pag. 1.

Priuilegia pro bonis temporibus ad rem familiarem pertinētibus, habere non possumus. fol. 183. pag. 1.

Non possumus habere priuilegium ad ius sepulturę, seu pro canonica portione. ibidem.

Habere priuilegia pro exemptionibus, non est contra regulæ puritatem. fol. 183. pag. 2.

Priuilegia pro bonis spiritualibus licitè impetramus & habemus. fol. 184. pag. 1.

Vide Verbo Habere, verbo Bona.

Professio & professus.

Professio emissa ad sextumdecimum annum completum, est valida iam post Concilium Tridentinum. fol. 43. pag. 1.

Qui habent à Ministris authoritatē recipiendi ad ordinē, habent eo ipso recipiēdi nouitios ad professionē. fol. 60. p. 2.

Nullus ad professionem potest admitti, nisi promittat vitam nostram, & regulam obseruare. ibidem.

Quibus modis inducatur tacita professio? fol. 61. pag. 1. & 2.
Professio tacita differt ab obligatione ad religionem. ibidem.
Professio tacita ad quid obligat profitentem? fol. 63. pag. 1.
Aliquæ ex professionibus tacitis concessis per ius commune sublatę sunt per Concilium Tridentinum. fol. 62. pag. 1.
Ad expressam professionem quinque conditiones requruntur. fol. 61. pag. 1.
Professio emissa ante sextum decimum annũ, vel ante completum annum probationis, est nulla post Concilium Tridentinum. fol. 63. pag. 1.
Quando professio annullatur propter defectum alicuius cõditionis requisitæ, tenetur professus religioni in genere, vel saltim castitati, nisi oppositũ vouendo intenderit. fol. 63. pag. 2.
Per professionem debite factam consequitur quis plenariam remissionem peccatorum. fol. 64. pag. 2. ibidem.
Quomodò intelligatur professionem esse alterum baptisma?
Qui in professione ponit obicem peccati mortalis, postea cõtritus non lucratur remissionem pœnarũ, quæ virtute professionis remittuntur. fol. 65. pag. 1.
Per professionem emissam in religione approbata liberatur religiosus à pœnis debitis in foro mundi. ibidem.
Qui intelligens substantialia regulæ profitetur illam sponte, tenetur ad eius obseruantiam. fol. 65. pag. 2.
Si quis post professionem vult in religione manere, tenetur seruare regulam quoad obligatoria, modò seruetur à cæteris, modo non. fol. 67. pag. 2.
Qui profitetur nostram regulam, absq; animo se obligandi ad perfectionem illius, non tenetur in religione manere. folio 68. pag. 2.
Peccat grauissime, qui sic profitetur. ibidem.
Qui prætendit se non professum esse; tenetur intra quinquennium reclamare, & causas nullitatis coram superiori deducere. fol 68. pag. 2.
Qui omittit intra quinquennium reclamare, nullatenus postea ad allegandum debet admitti. ibidem.
Vide verbo Religiosus, verbo Nouitius, verbo obligatio.

Progressus.

In via Dei nõ progredi, regredi est. Quomodò intelligendũ? fol. 32. p. 1.

Circa progressus suæ religionis mirabilia verba Christi ad B. P.N.Franciscum.fol.11.pag.1.
Quid sit in causa, quod maiores progressus non fiant in religionibus?fol.9.pag.1.

Proprietas & proprietarius.

Nulla proprietas remanet apud fratrem Minorem de bonis, quę ante professionem non erogauit.fol.53.pag.1.
Proprietas nulla contracta fuisset ad singulares personas, in statu innocentiæ.fol.160.pag.1.
Christus & Apostoli secundum duplicem statum, in quo cõsiderantur,habuerunt aliquid proprium in communi,& nõ habuerunt.fol.161.pag.2. & fol.164.pag.2.
Simplex vsus facti,aut ius naturale vtendi, quod est fas, potest optime separari à proprietate,in rebus vsu consumptibilibus.fol.163.pag.1.
Actus proprietatis in nostra regula prohibiti, qui & quot sunt?fol.184.pag.1.
Fratres qui occultant aliquam rem,ne à Prelato videatur,quãdo visitat cellas, sunt proprietarij.fol.246.pag.1.
Vide verbo Vsus,verbo Dominum,verbo Paupertas.

Protector ordinis.

Ministri soli obligantur ex vi regulæ petere in protectorem ordinis,vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus. fol.339.pag.2.
Protector ordinis ad quid valeat,& in quibus possit? ibidem.
Protector ordinis, in quas res prohibeatur se intromittere? ibidem.
Sunt excommunicati fratres recurrentes ad protectorem ordinis,tanquam ad Prelatum, pro licentijs,aut alijs exemptionibus.fol.340.pag.1.

Q

Quantitas.

Quantitas rerum à nobis vtibilium, iudicio Prælatorum taxanda est.fol.216.pag.1.
Si minor quantitas pecuniæ deponitur ad aliquam determi-

matam neceſsitatem, quã exigat ipſa neceſsitas, non poteſt ſuperfluum ſine conſenſu dantis in alias neceſsitates expẽdi. fol. 114. pag. 2.
Sufficit hunc conſenſum eſſe interpretatiuum. fol. 115. p. 1.
Legata relicta in magna quantitate, qua non indigemus, non poſſunt à nobis acceptari. fol. 191. pag. 1.
Celebrare Miſſam, vel prædicare, cum pacto quantitatis, quę reddenda eſt, & intuitu illius eſt peccatũ ſimoniæ, & proprietatis. fol. 137. pag. 2.
Vide verbo Vſus, verbo Paupertas.

Quæſtus pecuniarius.

Qui ſit quæſtus pecuniarius nobis prohibitus? fol. 131. p. 1.
Quæſtus pecuniarius eſt, recipere denarios in offertorio Miſſæ. fol. 132. pag. 1.
Non eſt quæſtus pecuniarius, nec contra regulam procurare pecuniam ſine expreſſione neceſsitatis in individuo, dummodo ſit verè. fol. 113. pag. 1.
Quæſtus pecuniarius eſt habere cyppos in Eccleſia ad pecunias recipiendas. fol. 132. pag. 1.
Quæſtus pecuniarius eſt, recipere pecunias in labro æneo, aut alio vaſe, occaſione adorandi reliquias, aut crucem, in die paraſceue. ibidem.
Quomodò ſit quæſtus pecuniarius petere per plateas denarios pro nobis, interuentu ſecularium. fol. 132. pag. 2.
Quæſtus pecuniarius eſt petere eleemoſynas per modũ confraternitatis. fol. 133. pag. 2.
Petere denarios per vicos & plateas, pro piſcato, aut candelis, quomodò ſit quæſtus pecuniarius? ibidem.
Vide verbo Eleemoſyna, verbo Mendicare.

R

Recurrere.

Quandocumque fratres certo ſciunt ſe impediri à debita regulæ obſeruantia, debent ad ſuos Miniſtros recurrere. fol. 301. pag. 2.
Quæ conditiones requirantur, vt hoc præceptum ſit obligatorium. ibidem.

Non debent fratres ad Ministros recurrere, nisi quando ratione loci à debita regulæ obseruantia impediuntur. fol. 302. pagina 2.
Si aliunde impediantur, tenentur etiam recurrere, non tamen ex vi regulæ. fol. 304. pag. 2.
Quæ debeant esse impedimenta loci, propter quæ ad Ministros est recurrendum? fol. 302. pag. 2.
Propter impedimenta non prouenientia ratione loci, tenentur fratres ad suos Ministros recurrere, non ex vi regulæ, sed ex vi alterius iuris. fol. 304. pag. 1.
Non tenentur fratres ex vi regulæ recurrere ad Ministros, pro perfectissima regulæ obseruãtia, sine vlla dispensatione, etiam licite relaxante. fol. 305. pag. 2.
Possunt tamen, si voluerint, recurrere. ibidem.
Recursus fratrum pro puriori regulæ obseruantia ad Ministros, potest esse per se, vel per nuntium, vel per literas. fol. 310. pag. 2.
Quid debeant facere fratres sic recurrentes; quousque illis per Ministros de remedio prouideatur? fol. 311. pag. 1.
Tenentur Ministri subditos ad se recurrentes pro pura obseruantia regulæ benigne recipere. fol. 303. pag. 1.
Impedientes fratres à debito recursu ad suos Ministros, grauiter peccant. fol. 304. pag. 1.
Peccant etiam grauiter Ministri impedientes recursum talem ad illos, pro puriori regulæ obseruantia. fol. 306. pag. 1.
Vide verbo Minister, verbo Regula, verbo Casus reseruati.

Redditus.

Quid sit redditus? fol. 186. pag. 1.
Fratres Minores ex vi suæ professionis prohibentur annuos redditus habere. fol. 185. pag. 2. & fol. 186. pag. 2.
Vide verbo Habere.

Reformatio.

Vnde reformatio religionis incipienda est? fol. 10. pag. 2.
A reformatione non est desistẽdum, propter apostasiam discolorum. ibidem.
Quid circa reformationes statuerit Leo X? fol. 309. pag. 1. & fol. 310. pag. 1.

Præla-

INDEX.

Prælatorum crebra alternatio sæpius præiudicat reformationi religionum. fol. 10. pag. 1.
Vide verbo Transire.

Regula.

Regulæ confirmatio per Honorium III. fol. 1. pag. 1.
Regula confirmata per Honorium III. & alios summos Pontifices est secunda quã fecit B. P. N. Franciscus. fol. 1. p. 2.
Regula fratrum Minorum est pia. fol. 2. pag. 1.
Est pura. ibidem.
Est sancta. ibidem.
Est Euangelica. ibidem.
Fuit inspirata per Christum B. P. N. Francisco. fol. 2. pag. 2.
Mirifice à summis Pontificibus extollitur. fol. 2. pag. 2.
Est obseruabilis. ibidem.
Est perfecta. fol. 2. pag. 1. & 2.
Est honesta, & vtilis Ecclesiæ. ibidem.
Regulam suã tenentur fratres Minores intelligere pro captu suo, & de ea sæpius inquirere, sub obligatione peccati mortalis. fol. 13. pag. 2.
Ad regulę intelligentiam non omnes fratres æqualiter obligantur. fol. 14. pag. 1.
Regulæ transgressor non excusatur, per hoc, quod ipsam vouerit, secundum quod communiter seruatur. fol. 15. pag. 1.
Regulam nostram possunt Doctores glossare, & interpretari. fol. 15. pag. 2.
Regulam seruantes secundum declarationes Pontificum, pure & perfecte seruant. fol. 17. pag. 1.
Regulam potest vnus seruare perfectius alio, cum quo stat, quod vterque in sua puritate, & perfectione seruet. fol. 17. pagina 2.
Regula non est intelligenda ad literam Iudaice, sed secundũ verum eius sensum à B. P. Francisco intentum, & à summis Pontificibus declaratum. fol. 18. pag. 1.
Fundamentum nostræ regulæ est seruare Euangelium, quoad supererogatoria in illo contenta. fol. 22. pag. 2.
Regula sancti Benedicti non prohibet monachis esum carniũ sub precepto. fol. 67. pag. 2.
Qua ratione sit contra regulam nostram, facere magnas congregationes, frumenti, vini, olei? &c. fol. 106. pag. 1.

Regulam

Regulam ſpiritualiter obſeruare, quid ſit? fol. 300. pag. 2.
Quid debeant facere Prælati de his, qui regulæ puritatem, & rigorem volunt excedere? fol. 308. pag. 1.
Fratribus aſpirantibus ad puram regulæ obſeruantiam, eſt à Prælatis auxilium præſtandum. fol. 309. pag. 2.
Regula fratrum Minorum eſt ſolemniter per Eccleſiam cõfirmata. fol. 340. pag. 2.
Vide verbo Religio, verbo Recurrere, verbo Declaratio.

Religio.

Religio eſt ſtatus perfectionis acquirendę. fol. 3. pagina 2. & fol. 4. pag. 2.
Religio fratrum Minorum eſt ſtatus perfectionis. ibidem.
Vnam religionem eſſe perfectiorem alia, quomodò intelligendum? fol. 4. pag. 2.
Religio Minorũ eſt perfectior cæteris religionibus. fol. 4. p. 2.
Religio Minorum, ſi eſſet deformata, eſſet imperfectior quã alia laxior, in qua reformate viuitur. fol. 6. pag. 1.
In quibus communiter dignoſcatur, quæ religio ſit perfectior alia? fol. 8. pag. 1.
Quæ ſit congrua hominis diſpoſitio ad ſtatum religionis ſumendum? fol. 38. pag. 1.
Peccatum mortale eſt inducere aliquem ad religionem deformem, vbi regula communiter non ſeruatur, maximè ſi de periculis non fiat certior. fol. 39. pag. 1. & 2.
Licet aliquando retrahere aliquem ab ingreſſu religionis. fol. 40 pag. 1.
Qui non intelligens obligatoria regulæ propter ſuam ſimplicitatem, illam profeſſus eſt, poteſt poſteà de licentia Papę tranſire ad laxiorem religionem. fol 68. pag. 1.
Non tenetur in religione manere, qui profitetur regulam, abſque animo ſe obligandi ad perfectionem illius. fol. 68. pagina 2.
Nullus poteſt ex noſtra religione ad aliam tranſire, niſi ex diſpenſatione Papæ. fol. 69. pag. 1.
Si tota noſtra religio eſſet deformata, eſſet inferior alijs religionibus laxioribus, vbi reformate viuitur. folio 73. pagina 2.
Vide verbo Ordo, verbo Tranſire, verbo Inducere.

Cauſę

INDEX.

Religiosus.

Causæ variæ, ob quas religiosi à perfectione deficiunt. fol. 9. pagina 1.
Plura religiosorum facta, prudenter à sæcularibus celantur. fol. 12. pag. 2.
Religiosus qui ab intentione acquirendæ perfectionis animū reuocat, peccat mortaliter. fol. 30. pag. 2.
Non magis tenetur ad perfectionē tendere, præ cæteris Christianis, quā seruando suam regulam. fol. 31. pag. 1.
Religiosus deponens animum seruandi suam regulam, peccat mortaliter. fol. 31. pag. 1.
Vide verbo Fratres, verbo Professio, verbo Nouitius.

Renuntiare.

Varij modi renuntiandi mundo. fol. 228 pag. 2.
Vide verbo Abdicatio, verbo Bona.

Responsum.

Responsum notabile Reginę catholicę. fol. 11. pag. 1.

S

Sancti.

Quare non appareant tot sancti, quot modo sunt in religionibus, & Ecclesia Dei? fol. 9. pag. 1.

Sandalia.

Quę sint vera sandalia, ab Apostolis portata? fol. 82. pag. 1.
Possunt à nobis sine dispensatione portari. ibidem.
Vide verbo Calciamentum.

Scandalum.

Suspecta consortia mulierum ad scandalum prouocātia, prohibentur ex vi regulę. fol. 326. pag. 1.
Quantum fratres à scandalo actiuo & passiuo sęcularium cauere debeant? fol. 327. pag. 2.

Propter

INDEX.

Propter ſcandalum fratrũ prohibuit præcipue nobis B.P.N. Franciſcus, fieri compatres virorum, aut mulierum. folio 335.pag.2.

Syndicus.

Quid ſit ſyndicus? fol.139.pag.1.
Quis poſsit inſtituere ſyndicum? fol.139.pag.2.
Quis poſsit inſtitui ſyndicus? fol.140.pag.1.
Duo ſyndici aut plures, pro neceſsitate conuentus poſſunt inſtitui. ibidem.
Licitum eſt petere computum à ſyndicis, per modum volũtariæ conuentionis, abſque aliquo iure, aut authoritate circa pecuniam. fol.121.pag.2.
Quomodò ſe debeant habere fratres circa ſyndicum infideliter pecunias tractantem? ibidem.
Syndicus à fratribus nominatus ſemper ſtat authoritatè Papę ad omnia. fol.141.pag.1.
Qui Pontifices conceſſerint priuilegia ad ſyndicum inſtituẽdum? ibidem.
Ad quas res extenditur authoritas ſyndici, ex Apoſtolica cõceſsione? fol.141.pag.2.
Ad quas res poſſunt fratres Minores ſyndico vti? fol.142.p.2.
Syndicum habere, eſt vtilius & ſecurius, ad regulam pure obſeruandam. fol.143.pag.2.
Poſſunt fratres Minores vti ſyndico ad recipiendum omnia legata, pecuniaria, & non pecuniaria. ibidem.
Hoc non eſt ſeruare regulam cum diſpenſatione, ſed cum meliori diſpoſitione. fol.144.pag.2.
Pro rebus omnibus pertinentibus ad Eccleſiam Romanam, poteſt ſyndicus iudicialiter agere. fol.145.pag.1.
Syndico vtuntur licite fratres Minores ad pecunias deponẽdas. fol.145.pag.2.
Syndico vti eſt omnino neceſſarium his temporibus ad prædictum effectum. ibidem.
Fratres Ciſmontani licite vtuntur ſyndico, ſicut & vltramõtani. fol.146.pag.2.
Ad puram regulæ obſeruantiam multum conducit inſtitutio ſyndici. fol.147.pag.2.
In quibus rebus ſint diſpenſati, qui ſyndico vtũtur? fol.148.p.1.

Quæ-

INDEX.

Quæcumque dispensatio inuenitur circa syndicum, est satis rationabilis & necessaria. fol. 148. pag. 2.
Vide verbo Pecunia, verbo Legare, verbo Amicus spiritualis.

Singularitas.

Singularitas quantum fugienda? fol. 308. pag. 2.
Tutius est conformare se in victu & vestitu, cum fratribus regulam pure obseruantibus (quamuis cum aliqua dispensatione) quã singularem se ostendere. fol. 310. pag. 2.
Singularitatem introducentes in habitibus contra iudicium Prælatorum, sunt excommunicati per sedem Apostolicam. fol. 79. pag. 2.

Sixtus Quartus.

Sixtus IIII. in priuilegio, *Circunsp. Cta sedis, &c.* omnes censuras, ac pœnas spirituales à suis prædecessoribus, & Prælatis ordinis latas circa obseruantiam regulæ reuocauit; statuitq; ne deinceps fratres pœnis spiritualibus ligarentur, per quæcumque statuta. fol. 20. pag. 1.
Concessit in mari magno, vt in pios vsus fratrum possint conuerti bona intrantium ordinem, diuersis personis restituẽda, quæ sciri non possunt. fol. 57. pag. 2.
Concessit Prælatis ordinis, quod possint commutare legata nobis facta ab vno vsu in alium. fol. 125. pag. 2.
Non concessit obseruantibus, sed solùm conuẽtualibus, quod possint hæredes instituí. fol. 141. pag. 1. & fol. 188. pag. 2.
Concessit fratribus Minoribus, quod possint habitare sumptuosa ædificia, habereque abundantem ornamentorum supplectilem ad cultum diuinum. fol. 212. pag. 2.
Quomodò hac concessione vtendum nobis sit? fol. 213. p. 1.
Reuocauit mandata Pontificum præcedentium de non accedendo ad exteriora loca, monasteriorũ monialium, & totũ reliquit dispositioni Prælatorum. fol. 334. pag. 1.

Solicitudo.

Duplex solicitudo potest esse circa habita & possessa. fo. 219 pag. 1.

Nullus.

Nullus ſtatus quantumcumque perfectus, poteſt eſſe abſque aliqua ſolicitudine temporalium. fol. 220. pag. 1.
Quomodò ſe habeat ſolicitudo circa temporalia, cum abdicatione illorum? fol. 220. pag. 2.
Status fratrum Minorum eò eſt perfectior, quo magis elongatur à ſolicitudine temporalium. fol. 220. pag. 1.
Quę ſolicitudo terrenorum, minuat, aut tollat Euangelicam perfectionem? fol. 221. pag. 1.
Perfectius viuunt, qui habentes proprium in communi non ſolicitantur, quàm qui nihil habentes res temporales nimis ſolicite quærunt. fol. 222. pag. 2.
Vide verbo Bona, verbo Status.

Status.

Status perfectionis quid ſit? fol. 3. pag. 2.
Status ordinis Minorum eſt perfectior alijs. fol. 5. pag. 1.
Status perfectionis ſimpliciter, non diminuitur ex hoc, quod habeat aliquid in communi. fol. 6. pag. 2.
Status perfectionis acquirendę, qualis eſt religio, diminuitur ex hoc, quod habet aliquid in communi. fol. 6. pag. 2.
Quantum abhorreat ſuperfluitas ab ſtatu fratrum Minorum? fol. 209. & ſequentibus.
Status fratrum Minorum eſt perfectior, quia magis remouet ſolicitudinem temporalium. fol. 221. pag. 2.
Vide verbo Perfectio, verbo Ordo, verbo Religio.

Statutum.

Inter ſtatuta, & ordinationes, quæ verſetur differentia? folio 293. pag. 2.
Statuta Capituli Generalis per Papam confirmata, nõ poſsũt per Miniſtrum Generalem infirmari. fol. 258. pag. 1.
Statuta Capituli Prouincialis, Miniſtro Generali Preſidẽte, non poſſunt infirmari per aliud Capitulum Prouinciale ſine authoritate Miniſtri Generalis aut Papę. ibidem.
Statutum factũ in Capitulo Generali ſuper regulã, obligans ad arctiorem vitam, quã promiſſa eſt, non obligat, niſi interueniat neceſſaria cauſa illius. fol. 274. pag. 2.

Minister Generalis etiam cum Capitulo Generali, nō potest obligare ad statuta quæ sunt supra regulam, nisi ex causa necessaria, & rationabili. ibidem.
Statuta nostri ordinis regulariter loquendo, semper sunt pure pœnalia. fol. 290. pag. 2.
Statutum pure pœnale quid sit? ibidem.
Transgressio statutorum pure pœnalium, non est peccatum, si fiat sine contemptu. ibidem.
Statuta pure pœnalia non obligāt de se ad culpā. fol. 291. p. 1.
Pœnas inflictas per statuta ordinis, præsertim si sunt priuationes officiorum, aut actuum legitimorum, nullus incurrit, vsque ad declarationem Prælati. fol. 291. pag. 2.
Qui omittit pœnam taxatam per statuta, regulariter loquendo non peccat. fol. 292. pag. 1.
Qui pœnam impositam à Prælato, ob transgressionem statutorum non acceptat, peccat. ibidem.
Statutorum transgressio, si fiat ex libidine transgrediendi, est peccatum. fol. 292. pag. 2.
Est etiam peccatum, si fiat ex negligentia, tanquam causa. fol. 293. pag. 1.
Vide verbo Constitutio, verbo Transgressio, verbo Pœna.

Studium literarum.

Studio literarum incumbere non prohibetur fratribus Minoribus clericis ex vi regulæ, neque ex aliquo iure. folio 322. per errorem. 323. pag. 1.
Est illis conducens, & maximè meritorium. ibidem.
Studium literarum solùm dissuadetur laicis in regula, iuxta veriorem expositionem. fol. 322. pag. 2.
In quo sensu dissuaserit studium literarum B. P. N. Franciscus? fol. 323. pag. 1.
Quare non expresse induxit in regula fratres suos ad tale studium? fol. 323. pag. 2.

Subditus.

Subditi non maculantur ex abusu Prælatorum, aut aliorum fratrum, si illis non consentiunt. fol. 316. pag. 2. & fol. 316. pagina 2.

Subditi tenentur denuntiare Prælatis excessus confratrum suorum. fol. 268. pag. 2.
Quando votum subditi per Prælatum irritatur, tenetur ipsi obedire. fol. 270. pag. 2.
In quibus casibus possit subditus non obedire Prælatis? folio 271. pag. 2,
Tenetur subditus in omnibus dubijs Prelatorum iudicio stare, & eis obedire. ibidem.
Quid debeat facere subditus, quando videt manifeste Prelatum errare cõtra regulam, in eo, quod precipitur? fol. 272. pagina 2.
Non potest subditus aliquid firmiter vouere, sine licentia Prelatorum. fol. 273. pag. 1.
Non tenetur subditus obedire in his, quæ præcipiuntur super regulam, nisi ex rationabili causa imponãtur. fol. 274. pagina 1.
In quo casu possit subditus, petita licentia Prelatorum, licèt non obtenta, transire ad locum, vbi regula pure obseruatur. fol. 311. pag. 2.
Quid possit facere subditus, ex hypotesi quod ei de remedio puræ obseruantiæ in toto ordine nõ prouidetur? fol. 313. pagina 2.
Quid debeat facere subditus, quando iniuste punitur, propter bonum quod egit? fol. 315. pag. 1.
In quo casu subditus iniustam persecutionem patiens, possit recedere à loco, petita humiliter licentia, licèt non obtenta? ibidem.
Quomodò possint subditi maculari peccatis aliorum? folio 317. pag. 2.
De iure Ecclesiastico tenetur subditus non ire inter infideles, absque licentia suorum Prelatorum. fol. 338. pag. 2.
In quo casu sufficiat ista licentia humiliter petita, licèt non obtenta? ibidem.
Vide verbo Obedientia, verbo Prælatus, verbo Recurrere.

Superfluum.

Superfluum quid dicatur respectu fratrum Minorum? folio 104. pag. 1. & fol. 215. pag. 2.

Illicitum est fratri Minori viuere de mendicatis ad superfluitatem. fol. 209. pag. 1.
Quant um abhorreat superfluitas ab statu fratrum Minorum? fol. 209 pag. 2.
Pretiosa & superflua ornamenta non possumus habere sine dispensatione Papæ. fol. 211. pag. 2.
Hanc dispensationem concessere Leo X. & Sixtus IIII. fol. 212. pag. 2.
Vide verbo Vsus, verbo Mendicare, verbo Paupertas.

T

Tactus.

Quid nomine tactus impudici, & enormis intelligatur? folio 246. pag 2.
Penes quid attenditur enormitas tactus impudici? fol. 247. p. 1.
Qua ratione occulta, & amplexus possunt esse tactus enormes, & reseruati? ibidem.
Vide verbo Casus reseruati.

Testamentum.

Non obligantur fratres ad testamentum B. P. N. Francisci. fol. 27 pag. 2.
Non possunt fratres Minores iudicialiter esse exequutores. testamentorum. fol. 229. pag. 2.
Possunt esse consiliatores ad dispositionem, & exequutionē testamentorum. ibidem.
Possunt etiam esse electores personarum, quibus indifferenter eleemosynæ in testamento legantur. fol. 230. pag. 1.
Quomodo fratres Minores possint esse nudi exequutores testamentorum, simul cum alijs? fol. 231. pag. 1.

Transgressio.

Transgressio statutorum pure penalium de se, non est peccatum. fol. 290. pag. 2.
Transgressio statuti, si fiat ex libidine transgredēdi, est peccatum. fol. 292. pag. 2.
Quando transgressioni statutorum adiungitur negligentia

tanquam causa, tunc talis transgressio est peccatum. folio 293. pag. 1.
Transgressio conditionum positarum à Nicolao III. ad puram regulæ obseruantiam, non est peccatum, si aliàs absq; illis regula quoad substantialia pure obseruatur. fol. 254. pagina 2.
Ex transgressionibus Prælatorum, aut confratrum suorum, non maculantur subditi, si non sunt causa illarum. fol. 316. pag. 2. & 216. pag. 2.
Fratres multipliciter possunt esse in causa transgressionum Prælatorum. fol. 316. pag. 2.
Frater qui est causa transgressionum Prælatorum, ne ipse patiatur aliquem defectum in victu aut vestitu, mortaliter peccat. fol. 317. pag. 1.
Vide verbo Statutum, verbo Subditus.

Transire.

Transire potest de licētia Papæ ad laxiorem religionem, qui non capiens nostram regulam illam professus est, neq; vult in religione manere. fol. 68. pag. 1.
De nostra religione ad aliā nullus potest transire, nisi ex dispensatione summi Pontificis. fol. 69. pag. 1.
Ad Carthusienses non licet nobis transire in foro conscientiæ. fol. 8. pag. 2. & fol. 69. pag. 1.
Licet tamen in foro Ecclesiæ. fol. 70. pag. 1.
Obligatis per votum, aut iuramentum ad nostram religionē, non licet in foro conscientiæ ad aliam sine dispensatione transire. fol. 69. pag. 2.
De cæteris religionibus possunt fratres ad nostram transire, stando in iure communi. fol. 70. pag. 1.
Transiri non potest de obseruantia ad conuentuales in foro conscientiæ, sine dispensatione Papæ. fol. 70. pag. 2.
Potest tamen transiri in foro Ecclesiæ, iuxta modos à sede Apostolica traditos. fol. 71. pag. 1.
Nunc de obseruantia, vbi reformate viuitur, non licet ad aliā religionem transire. fol. 72. pag. 2.
Ex hypothesi, quod tota nostra religio esset deformata, liceret transire ad aliam laxiorem, vbi reformate viuitur. fol. 73. pagina 1.

In quo casu possit subditus petita licentia Prælatorum, licet non obtenta transire ad locum, vbi regula pure obseruatur. fol. 311. pag. 2.
Quomodò in tali transitu non sit apostata? fol. 313. pag. 1.
Vide verbo Conuentuales, verbo Carthusienses, verbo Ordo, verbo Religio.

V

Vendere.

Vendere stat tripliciter. fol. 171. pag. 1.
Cum quibus conditionibus liceat fratribus Minoribus, vendere aut emere? fol. 170 pag. 2.
Vt licitè aliquid vendant, quinque conditiones debent concurrere. fol. 171. pag. 2.
Peccant mortaliter fratres, qui faciunt chordas, horologia, & alia huiusmodi mechanica, ad vendendum contra voluntatem Prælatorum. fol. 155. pag. 2.
Contractus venditionis semper debet fieri per syndicum. fol. 172. pag. 1.
In quo casu possit fieri contractus venditionis per ipsos fratres? ibidem.
Quando res vendenda pertinet ad dominium alterius à Papa, tunc de voluntate ipsius potest per fratres vendi. fol. 173. pagina 2.
Vide verbo Dominium, verbo syndicus.

Verba.

Verba Christi Domini ad B.P.N. Franciscum in suæ regulæ commendationem. fol. 2. pag. 2.
Alia verba mirabilia Christi ad eundem circa progressum suæ religionis. fol. 11. pag. 1.
Verba illa sancti Euangelij, *Quod vadant & vendant omnia sua*, non necessariò debent intimari per Ministros intrantibus ordinem. fol. 55. pag. 1.
Quomodò intelligenda sint illa verba regulæ? *Honestè loquentes omnibus, sicut decet.* fol. 91. pag. 1.

INDEX.

Quomodò etiam sint illa intelligenda? *De omnibus cibis, qui apponuntur, eis liceat manducare.* fol. 91. pag. 2.

Quid intelligatur per illa verba regulæ? *sanctæ orationis, & deuotionis sortum non extinguant* fol. 153. pag. 1.

Quomodò intelligenda sint illa verba regulæ? *Teneantur aliunde sibi eligere ministrum.* fol. 257. pag. 1.

Mirabilia verba B. Bonauenturæ de excellentia nostræ obedientiæ. fol. 279. pag. 1.

Alia verba eximia eiusdem, in recõmendationem benefactorum. fol. 205. pag. 2.

Verba notabilia B. P. N. Francisci circa obedientiam Prælatis exhibendam. fol. 314. pag. 1.

Vestimentum.

Ex vi regulæ tenentur professi duas tantum tunicas portare. fol. 77. pag. 2.

Quales debeant esse? fol. 78. pag. 1.

Quicquid vestimenti præter illas portetur, non potest absq; necessitate & licentia portari. ibidem.

Hanc licentiam possunt concedere Prouinciales, & Guardiani, pensata fratrum necessitate. ibidem.

Non obligamur ex regula indui vilissimis, sed vilibus tantũ vestimentis. fol. 79. pag. 1.

Hæc vilitas vestimentorum attendenda est iuxta iudicium Prælatorum. ibidem.

Conuentum est per regulam fratribus, quod suas vestes possint repetiare. fol. 79. pag. 2.

Quid per repetiare vestimenta intelligatur? ibidem.

Potest Prælatus, si expedire videbitur, talem repetitionem prohibere. fol. 80. pag. 1.

Vide verbo Habitus, verbo Vsus.

Vicarius.

Vicarij in absentia Guardianorum habent authoritatem ad plura eis ex officio commissam. fol. 81. pag. 1.

Possunt in absentia Guardianorum, dispẽsare in portandis calciamentis, attenta necessitate fratrum. ibidem.

Habent in absentia Guardianorum eandem facultatem absoluendi à reseruatis, quę ipsis Guardianis cõceditur. fol. 219. p. 2.

INDEX.

Iſta authoritas abſoluendi non eſt paſſiua pro ſe ipſis, ſed actiua circa alios. fol. 240. pag. 1.

Poſſunt Vicarij nati ſumma Guardianorũ omne id, quod illis ex vi ſui offi ij in literis Guardianatus cõceditur. ibidem.

Vicarius non poteſt congregare Capitulum conuentus, dum Guardianus eſt in ſuo districtu. fol. 259. pag. 1.

Non poteſt Vicarius à conuẽtu ſine Guardiano deponi. ibid.

Vide verbo Guardianus, verbo Abſolutio, verbo Caſus reſeruati.

Viſitatio.

Quæ forma ſit obſeruanda, in viſitatione, & correctione fratrum? fol. 268. pag. 2.

Vide verbo Subditus, verbo Prælatus.

Votum.

Tria vota eſſentialia ſunt in noſtra religione ſtrictiora, quã in cæteris. fol. 6. pag. 1.

Non licet ſcienter inducere quemlibet ad religionem vouendam. fol. 37. pag. 1.

Votum religionis non obligat filium in extrema neceſsitate parentum, quousque illis ſuccurrat. fol. 48. pag. 1.

Omne quod impedit votum faciendum, ſi præſens eſſet, etiam voto iam facto aufert voti obligationem. fol. 60. pag. 2.

Multæ conditiones, quæ impedirent votũ tam vouentis, ſi adeſſent, non impediunt votum iam factum. fol. 66. pag. 2.

Quando quis abſolute vouet regulam, ſine reflexione ſuæ intentionis, præſumitur vouiſſe ſecundum intentionem ſtatuentis, & approbantis talem regulam fol. 67. pag. 1.

Si quis vouit aliquam regulam, poteſt ingredi religionẽ, vbi eſt alia regula ſtrictior & perfectior. fol. 311. pag. 2.

Votum caſtitatis in ordine Minorum altius & perfectius eſt. fol. 326. pag. 2.

Vide verbo Subditus, verbo Obedientia, verbo Regula.

Vſus.

Quid ſit vſusfructus? fol. 158. pag. 2.

Vſus iuris quid ſit? ibidem.

In quo differat vſusfructꝰ ab vſu iuris, & ab emphyteuſi? ibid.

INDEX.

Vſus ſimplex facti, quid ſit? fol. 159. pag. 1.
Fratres Minores ſolum habent ſimplicē vſum facti circa res mobiles & immobiles. fol. 159. pag. 1.
In rebus vſu conſumptibilibus bene poteſt haberi ſimplex vſus facti tantum abique aliqua proprietate. fol. 162. p. 2.
In rebus vſu conſumptibilibus bene poteſt ſeparari vſus ſimplex facti à dominio, & iure ciuili. fol. 163. pag. 1.
Hunc vſum poſſumus habere, dominio apud Pontificem ſummum remanente. fol. 168. pag. 1.
Extrauagans Ioannis XXII. *Ad conditorem*, dicentis hoc dominium nō pertinere ad Eccleſiam Romanā, per alios ſummos Pontifices abrogata eſt. fol. 168. pag. 2. & fol. 169. p. 1
Vſum quarundam rerum pretioſarum, cum certis limitationibus concedit Leo X. fratribus Minoribus. fol. 170. p. 2.
Nullam rem poſſunt habere in vſu fratres Minores, abſque licentia Prælatorum. fol. 179. pag. 2. & fol. 182. pag. 2.
Poſſunt Guardiani concedere ſuis ſubditis vſum omnium rerum, quæ à ſuo ſtatu non exorbitant. fol. 180. pag. 2.
Qui renuentibus illis, vel furtiue, & abſcondite aliquid retinet intutu valoris, peccat mortaliter. fol. 182. pag. 2.
Vſus ſtrictus, exilis, & nimis penurioſus quis ſit? fol. 206. per errorem 196. pag. 1.
In quo differat ab vſu paupere & moderato? ibidem.
Ex vi ſuæ profeſſionis non tenentur fratres Minores ad vſus nimis penurioſos & ſtrictos. ibidem.
Vſus arctus & exilis rerum, non eſt de intrinſeca ratione Euā gelicæ paupertatis. fol. 206. pag. 2.
Conſert tamen, & iuuat maximè ad illam. fol. 207. pag. 1. & fol. 219. pag. 1.
Ex vi regulæ obligamur ad vſus ſtrictos, qui in illa continentur. fol. 207. pag. 2.
Vſus moderatus rerum, licèt non ſit ſtrictus, aut nimis penurioſus, eſt licitus fratribus Minoribus. ibidem.
Quæ ſint res, quarum vſum communiter habere poſſumus? fol. 208. pag. 1.
Tenemur ſub mortali cauere vſum ſuperfluum rerum, quibus vtimur. fol. 211. pag. 1.
Vſus moderatus reſpectu fratrum Minorum, debet attendi ſecundum qualitatem perſonarum, & locorum, aliaſque circunſtantias. fol. 214. pag. 2.

Iudicium

INDEX.

Iudicium vſus moderati, aut ſuperflui, ad Prelatos pertinet. fol. 216. pag. 1.
Quis cenſeatur vſus moderatus reſpectu fratrum Minorum? fol. 217. pag. 2.
In vſu rerum arcto nimis, & penurioſo non ſtat excellentia Euangelicæ paupertatis. fol. 218. pag. 2.
Vſus immoderatus, & ſuperfluus rerum, valde nocet Euangelicæ paupertati. fol. 222. pag. 1.
Fratribus qui nolunt cum moderato rerum vſu viuere ſatius eſſet, ſi laxiorem religionem inirent. fol. 222. pag. 2.
Vide verbo Habere, verbo Paupertas, verbo Proprietas, verbo Dominium.

Laus Deo optimo Maximo, Deiparæ immaculatæ, ac Seraphico patri noſtro Franciſco.

CVM LICENTIA.

Matriti, Apud Ludouicum Sanctiũ typographum Regium.

Anno Domini 1616.